100 - 1 - 6

Biblioteca Universitaria
CATALOGO
Sala: A
Estante: 32
Fondo: 85

4

21-42

? 400 40 Gallia MADE IN SPAIN

R-12.562

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΙΑΤΡΩΝ ΚΟ-
ΡΥΦΑΙΟΥ ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

MAGNI

HIPPOCRATIS

MEDICORVM OMNIVM FACILE
PRINCIPIS, OPERA OMNIA
QVÆ EXTANT

In VIII SECTIONES ex Erotiani mente distributa.

NVNC RECENS LATINA INTERPRETatione & Annotationibus illustrata,

ANVTIO FOESIO MEDIOMATRICO MEDICO AVTHORE.

Adiecta sunt ad VI Sectionem Palladij Scholia Græca in lib. περὶ ἀέρων, nondum antea excusa, & nunc primùm latinitate donata.

His præterea accessere variæ in omnes Hippocr. lib. Lectiones Græcæ, ex reconditissimis manu scriptis exemplaribus summa diligentia collectæ, necnon etiam quorundam doctiss. virorum in aliquot Hippocr. libros Obseruationes.

Cum INDICE QVADRVPLICI *longè amplissimo & vtilissimo.*

FRANCOFVRTI,
Apud Andreæ Wecheli heredes,
Claud. Marnium, & Ioan. Aubrium.
M. D. XCV.

Cum S. Cæsareæ Maiestatis priuilegio ad decennium.

ILLVSTRISS. PRINCIPI

CAROLO LOTHARINGIO CARDINALI AMPLISS.

LEGATO PONTIFICIO ET MEDIOMATRICVM EPISCOPO, &c.

HIPPOCRATIS *Medicorum principis, vt autoris vetustißimi & grauißmi, ita certè obscurißimi Latinam interpretationem mihi longa animi reputatione meditanti, (Princeps Clariß.) existimaui me vestibula nimirum honesta aditúsque ad causam illustres facturum, si quæ ingeniorum nostrorum cursum sua difficultate retardabant, ea primùm adhibita diligentia superarem. Statuebam nanque hunc esse amplißimum laudis campum, in quo virtus nostra excurrere posset, si ad Hippocratem Medicinæ parentem vertendum & explicandum omnem ingenij aciem intenderem, eúmque densißimis ignorantiæ tenebris oppressum, velut ex diuturna perturbatione valetudinis, ad aspiciendam lucem reuocarem. Quam ad causam obtinendam cùm curam omnem & diligentiam adhibendam mihi proponerem, in eo primùm elaborandum esse sentiebam, quod cùm propter abstrusam rei difficultatem, & à communi hominum opinione remotam intelligentiam, longè à se omnium conatus subduceret, tum verò ob reconditam & admirabilem autoris doctrinam nobilißima ingenia deterreret, id explanatum, in communem vsum & in omnes omnium manus veniret, acutorúmque hominum admirationem assensionémque commoueret. Qua studiorum progreßione, me magnam à nostris hominibus initurum gratiam sperabam, si delitescentem, iamdudum optimi Medicinæ parentis operam, in apricum & apertum deducerem, eámque ex obscurißimis doctrinæ vmbraculis, in publicum Medicinæ Candidatis proponerem. Feci igitur (Princeps Clariß.) vt primùm quam apud me habebam sepositam Hippocraticæ dictionis supellectilem, sub OEconomiæ nomine non ingratiis in publicum ederem & superioribus aliquot annis nostros in secundum huius etiam autoris de Morb. Vulgaribus librum Commentarios, Augustiß. Principis & parentis tui auspiciis euulgarem. Qua veluti aggreßione ac velitatione ecquodnam curriculum habitura esset nostra industria mihi proponerem, & ad istius operis designationem conficiendam non inanē mihi relictam esse spem, non dubia voluntatis confirmatione ostenderem. Ad quod munus persequendum cùm eam institutam mihi initio scribendi rationem viderem, vt non prius integram huius operis interpretationem attingerem, quàm multis in Hippocratem nostrum consumptis lucubrationibus, tanquam salebrosa angustiarum voragine superata, difficilimisq; exanclatis laboribus, portum cernerem. Ex eo certo quod*

primum fecimus laborum nostrorum periculum, me bonis omnibus istam nostram causam satis probasse confido, eóque rem deduxisse videor, vt omnes intelligant ad istas reliquias persequendas, non tam mihi animum quàm consilium defuisse. Constitueram certè aliquot Hippocratis libros, velut ὑπομνήματα quædam cum nostris Annotationibus editos, in publicam istam causæ cognitionem adducere, in idq; incubuissem, nisi me repente quædam fortunæ commutatio, vel potiùs ingenij æstus, in tam vasto mari periclitantem, procul à terra abripuisset, atque in altum à conspectu penè omnium abduxisset. Nam cùm plerique acuto ingenio homines, nec stulti alieni artificij existimatores, cursum nostrum quem cum periculo institueramus reuocarent, suis sanè rationibus effecerunt, vt importunißimis fluctibus iactatam nauem, non tamen afflictam, in firmam stationem deducerem, tandémque ad littus applicarem. Quo in portu recreatis animis ac velut redintegratis viribus, ad reliquarum fortunarum subeundum naufragium erectior, & ad absoluendam nauigationem futurus videbar paratior. Ad eámque rationem eo faciliùs consilia nostra subduximus, quòd existimabam nauigationis nostræ cursum, non tam interrumpi quàm intermitti solere. Ac quod ferè in longa operis continuatione & verborum perpetuitate fieri assolet, vt ex liberali otio atque animi relaxatione eam mentis aciem contendamus, quæ poßit & cogitando & scribendo promptam ingenij celeritatem explere: sic ex hac honesta laborum vacatione & quiete, non tam extinctum quàm repressum, aut ipsa cunctatione maturatum studiorum nostrorum ardorem existimaui. Impetrarunt igitur illi ipsi efflagitatores aßidui atque acres, vt quoniam iampridem magna operis parte defuncti eramus, nostrum stylum ad integrum opus traducerẽ, & de existimationis alea potiùs in toto Hippocrate interpretando, quàm in quibusdam libris explicandis periclitarer. Existimabant enim si me ad id adiungerem, & communem vtilitatem cumulatiorem fore, & arti nostræ splendorem accessurum longè maximum, quòd facultatis nostræ præsidia ad autorem vt grauißimum ita artis complexione dignißimum contulissem. Quæ in re qui mihi optimè consultum esse cupiebant, ij non tam otij aut mearum virium, quàm publicæ vtilitatis initam rationem videri volunt. Quam in causam etsi propensiore animo incubuimus, veritus tamen sum maximè, ne ingenij nostri tarditatem aut tenuitatem arti saluberrimæ prætenderem, quam non nisi quis ab omni ingenij laude felicior, & ab omni denique disciplinarum cultura instructior, rectè verbis exornare, & mentis acumine comprehendere aut complecti queat. At verò cùm mediocriter nos à doctrina comparatos, angustius etiam à natura sentiamus, ne illi alienarum laudum profusi iactatores existimari debent, qui virium integritatis tantùm ratione habita, colorem, succum, & sanguinem negligunt, & de totius existimationis iudicio aut famæ periculo decernere nos cupiunt. Ac veluti in sanitatis ratione non satis est integritatis, valetudinis, firmitatis & neruorum corporis curam habere, neque tam metuendum est ne vitiosum sanguinem colligas, quàm vt verum & incorruptum, in quo naturalis inest non fucatus nitor, deperdas: sic in hac studiorum moderatione non vsqueadeo aliorum de te existimationi innitendum est, vt non adhibeas in consilium mentis tuæ aciem, tuámque ingenii commendationem leui alienæ laudis obtentu in suspicionem venire patiare. Subductis igitur rationibus omnibus, summam cogitationum nostrarum fecimus, vt nos ad excellentium virorum voluntatem aggregaremus. Malui enim cùm eorum studio sim obsecutus, desiderari ab iis prudentiam meam, quàm si id non facerem, beneuolentiam. Etsi autem me in hanc causæ quæstionem non leuia rationum momenta imposuerunt, imprimis tamen me plurimum mouit publicæ salutis ratio, quæ me ad artis compre-

comprehensionem velut ad quandam doctrinæ vsurpationem reuocat, quam non aliunde melius quàm ex Hippocratis limpidißimis fontibus haurias. Quo in negotio hoc à me facilè passus sum extorqueri, vt velut commutatis velis inhiberemus, neque tam rei frustrationem, quàm temporis commutationem faceremus. Et nunc quidem iam quocunque feremur, danda nimirum vela sunt, & via quamuis in lubrico posita ingredienda, in qua certè insistenda, ad nominis nostri existimationem commendabilius videtur, mihi intentata fama causam de hoc loco dicere, quam publicam studiosorum vtilitatem non solùm deserere, verumetiam prodere. Quæ in mentis assensione, quem mihi ad laudem, quæ non solùm acuere, sed etiam alere ingenium poßet, aditum sperabam amplißimum, eum mihi dicendi penè ieiunitate, & sentiendi tenuitate interclusum esse sentiebam, & verò multorum doctorum virorum prærepta gloria occupatum. In eóque negotio non tam depellendo quàm cunctatione morando, penè animo deficiebar, nisi ad stylum prehendendum quodammodo factus essem animosior, méque ista oblectatione recreassem, quòd cùm à natura ad dicendum nõ satis solutus essem aut expeditus, ad obtinendam tamen istam causam, curam etiam & studium adhiberem maximum, aut consideratam ingenii nostri tarditatem, experiendis conficiendisque rebus vincendam, aut subtilitate superandam esse existimarem. His tot tantísque causis appetitus, rem ipsam aggredior (Princeps Clariß.) Hippocratémque nostrum Latinum in existimantium arbitrium sub tuis auspiciis venire permitto. Quæ in publicatione etsi fui aliquanto fastidiosior, quòd profectò voluntatem nunc tibi facilè emetiar, rem ipsam ad huc potuisse non videar, id vt ignoscas postulo. Nam & suscipere tantam rem, quantam non modò facultate consequi difficile eßet, sed etiam cogitatione complecti, vix arbitrabar eius esse qui vereretur reprehensionem doctorum atq; prudentium. Et hoc eorum eße munus videbatur, qui non ingenium modò acuißent exercitatione scribendi, sed & ipsam aßiduitatem locupletauißent grauiorum artium instrumento, & iisdẽ artibus decus omne virtutis, cum summa rei Medicæ laude coniunxißent. Verùm cùm ab iis Medicis qui totam scribendi facultatem ad Hipp. transferrent, magna eßet in foro isto literario solitudo, non verendum mihi fuit existimatorum doctorum & intelligentium iudicium, in eo præsertim opere, quod & in Clariß. Principis nomine appareret, & suo splendore lætabile quoddã aut gloriosum scribendi genus pareret, tandémq; sua inexplicabili obscuritate omnium in se fauorem conuerteret. Neq; verò rei difficultas studium [illegible] tardauit, neq; nos desperatione debilitati id experiri noluimus, quod me aßequi poße diffiderem, cùm etsi natura nos nostra, aut illa præstantis ingenii vis deficeret, præclarum tamen existimauerim eum tenere cursum quem poßemus, & prima sequentem in secundis tertiisque consistere. Nam cùm neque illud ipsum quod est optimum desperandum est, & in præstantibus rebus magna sunt ea quæ optimis proxima, tum verò id melius est quod splendidius & magnificentius, & in bonis omnia quæ summa sunt iure laudantur. Quò sanè æquius est (Princeps Clariß.) nos amplißimi nominis tui dignitatem imbecillitati nostræ prætendere, quòd hæc tota tractatio, quam tibi iampridem ex longa animi reputatione deuouimus, vastißimas habet solitudines, quæ omnium veniam merentur, & abrupta multa præcipitia, ex quibus tuo ductu, præclarißimæque familiæ vestræ splendore nos emergere poße confidimus. Speramus enim te Hippocratem istum Medicinæ parentem, ea qua doctos omnes complecteris beneuolentia & fauore prosecuturum, tuáque amplißimi nominis dignitate aduersus maledicentium calumnias defensurum ac vindicaturum. Quam etiam ad hanc nostram causam eò lubentius adiungimus, quòd rei nouitas, operis difficultas, tractationis obscuri-

tas, in speciem quidem honesta, nobis certè ad obtrectationem & calumniam quàm ad gloriam procliuior videtur. Huius verò patrocinium eò æquiore animo tibi suscipiendum videtur, quòd nobilissima Academia vestra Mussipontana, & per vos feliciter instituta, & amplissimis muneribus & honoribus aucta, tum demum ad æternam nominis celebritatem sit peruentura, cùm ad eam quam sibi comparauit ex omnium artium excellentissimis vndique professoribus dignationem, etiam Medicinæ & Mathematon authoritatem vestra liberalitate adiunxeritis. Cùm igitur omnem studiorum rationem ita moderatissimus (Princeps Clariss.) vt quantamcunq; in his progressionem fecimus, eam semper ad Ampliss. vestræ familiæ ornamentum contulimus, æquum est sanè te totius istius operis, quod tibi sanctissimis votis nuncupamus, dedicationem istam, tanquam non ingratam, sed officii plenissimam, memoris erga te animi testificationem à nobis repetere, & lucubrationes nostras, quæ quoniam de nomine & fama periclitatur & videntur, in tui nominis splendore sibi, vt & doctis omnibus, constitutum esse patrocinium sentiunt, vestræ familiæ amplitudine protegere. Quæ & generis claritate illustris, & egregiæ stirpis propagatione, nominis antiquitatẽ tam sanctè tuetur, vt tanquam in vnam arborem plura genera, sic in istam vestram domum multum insitam atque illuminatam nobilitatem cernere possimus. Cuius fauore tecti, non dubitamus quin istam quam tibi dicamus operam maleuolentissimas hominum obtrectationes integris fortunis facilè effugere sentiamus. A te certè hanc habebunt gratiam Medicinæ studiosi, quòd ad Hippocratis reconditam doctrinam vsurpatione recolendam, cognitione renouandam, exercitatione reuocandam, & in vulgus enunciandam, facultatem omnem nostram Medicam quam toto ætatis nostræ decursu magna studiorum contentione ad eam augendam contulimus, sub tui nominis auspiciis gratissima animi propensione accepturi sunt. Quib. vt respondeamus, nos ad id toto corpore & animo semper incumbemus, nec vllis vnquam laboribus neque vigiliis parcemus. Tibi verò debebunt (Princeps clariss.) qui nobis hanc causam imposuerunt, quod hanc editionem etiamsi minus nostra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari necesse est. Quibus cum hoc mihi tamen commune esse volo, vt si sustinere tantam causam non potuero, iniusti oneris impositi eorum culpa sit, mea recepti, in quo tamen iudicii nostri errorem laus tibi oblati muneris compensabit. Ex Mediomatricibus ipsis Non. Sextil. 1594.

AMPLIS-

AMPLISSIMO AC CONSVLTISSIMO, MEDICORVM PARISIENSIVM, ORDINI ET COLLEGIO,

ANVTIVS FOESIVS S.

CVM OEconomiam nostram adornarem, (PATRES AMPLISSIMI) tum nihil de Hippocrate publicando cogitabam, quòd & ingenij nostri viribus diffiderem, & ætatem nostram iam nutantem & penè affectam, huic oneri minimè sufficere posse existimarem. Tantum tamen valuit apud me amicorum authoritas, vt ad id quod semper pudore, aut ingenua quadam timiditate defugeram, me publicæ vtilitatis causa tandem contulerim. Qua in causa versanda, cùm me publici commodi spe sustento, mei consilij rationes (quæso) accipite. Hippocratem ipsum summum Medicinæ principem ac veluti Deum, omnium Medicorum manibus teri, & per publica Medicorum theatra personare, non solùm nobis gloriosum, sed & maximè vtile, & omnium nostrum salutis interesse semper existimaui. Ideoque ex quo me vestræ salubris militiæ, hoc est Medicæ, sacramento addixi, omnes meorum studiorum rationes ad Hippocratem ipsum versandum, pertractandum & explicandum adiunxi, in eoq; tanquam vitæ meæ tabernaculum constitui, vt Hippocrates per se pressus & subobscurus, Galeni copia & liberalitate peruius & detritus in nostris omnium manibus versaretur. Ad eamq; causam in multos eius libros ad Galeni exundantissimos fontes & profluentem copiam, nostra qualiacunque scripta, hoc est, ieiunitatem nostram apposuimus. Quod cùm in meum ipsius vsum mihi compararem, ac mihi (vt dicitur) canerem, effecit importuna amicorum efflagitatio, vt me ad Hippocratem conuertẽdum applicarem, & quod mihi destinaram, ad publicam omnium vtilitatem non ingratiis proferrem. In quo vellem non solùm coloris & sanguinis vt aliptæ, sed vt optimi etiam Medici, virium & facultatum nostrarum rationem habuissent. Quod igitur experiundi magis spe, quàm perficiundi voluntate à me attentatum est, si minùs vobis probabitur, vestrum erit, vt aut maius opus quàm à me perfici potuerit institutum putetis, aut dum amicis rogantibus voluerim obsequi, me verecundia negandi, scribendi impudentiam suscepisse, in eoque impositi oneris amicorum culpam esse, meam suscepti. Cùm igitur totum corpus Hippocraticum per se vastum admodum & confusum, multorum animis tenebras offunderet, & spectatores à se auerteret, feci quod in mercibus explicandis fieri solet, vt eas in speciem omnium ingeniis exponerem, & in ordinem ex Erotiani vetustissimi authoris mente redigerem, aut in sectiones, quò faciliùs perferri & pertractari possent disponerem. Primo igitur loco τὰ τεχνικὰ, ἢ τὰ εἰς τὸν περὶ τέχνης συντείνοντα λόγον, hoc est, quæ ad artem spectant, constitui, quòd non inauspicatè ab artis tractatione tanti operis auguria duci viderentur. Secundo loco σημειωτικὰ. quòd πάσης ἀπολογίας καὶ θεραπείας προηγεῖσθαι ὀφείλει σημείωσις, vt loquitur Erotianus. Tertio, φυσικὰ καὶ ἀπολογικά. Quarto, διαιτητικά. Quinto, θεραπευτικά. Sexto, χρεωρρούμενα. Septimo, ὀπίμυσα ἢ πόματος μυσά. Octauo, τὰ ἔξωθεν ἢ ἔξωτικά. In quibus omnibus cùm sexaginta (vt vocat Manardus) Hippocratis opera, quæ nobis ex tanto naufragio restant, comprehenderim, & in seriem ex Erotiani consilio coëgerim, in omnibus tamẽ eum me non esse secutum præ me ferò. Neque certè hoc loco mihi de librorum Hippocratis dignatione & authoritate dicendum aliquid existimo, tum quòd in eo Galeni optimi Hippocratis interpretis iudicium & censuram interponendam esse censeam, vt aliàs à nobis ea de re scriptum sit, tum etiam quòd ea de causa à magnis huius tempestatis Medicinæ dictatoribus, in Classes & Centurias sint distributi. Qua in recensione etsi multa sunt arbitraria, multa diligenti trutina examinanda. In Hippocratis tamen scriptis recensendis, vt veluti bonorum publicationem fieri non probo, ita Galeni iudicio & censura firmiter nitendum statuo. Et vt aliorum de Hippocratis scriptis trutinam minimè conuello, verum etiam maximè probo, ita certè quidem hũc à nobis seruatum ordinem, & in sectiones distributionem, ad eam quam nimis, nunquam

Ad Academiam Parisiensem,

tamen satis, ambitiosè quærimus publici commodi causam, vel maximè accommodatam existimo. Prompta enim & expedita hoc modo Hippocratis opera, quæ omnium manibus atterantur, & quouis gentium circunferantur, se offerunt, vt his non solùm in vmbram, sed etiam in Solem & puluerem, hoc est ægrorum triclinia deductis, eorum authoritate & consilio nitamur, ex eorum præscripto res ægrorum procuremus, & medicinam faciamus, nobisque ex his tantum non ad cognoscendum, verumetiam ad agendum vbique arma suppetant. Ea certè mea semper fuit opinio, quam me viuo nunquam etiam eripi mihi patiar, in Medicina facienda, non aliam adhibendam esse quàm Hippocratis cynosuram, quod etiam locupletissimis scriptis confirmauit Galenus, qui eum nobis omnium bonorum ducem & authorem, πόλυτων τ̃ καλῶν ἡμῖν ἡγεμῶνα toties suis rescriptis clamat, & ad nominis æternitatem* commendat & consecrat. Ad eam igitur tanti nominis celebritatem, si omnes nostras rationes, omnes ingenij nostri facultates aggregauimus, vt eum omnibus viæ ducem proponerem, cuius vestigiis insistentes, huius vitę vsum non tam promptè & expeditè quàm salubriter hauriemus; magna certè ab omnibus nobis ineũda est gratia, quòd nostris lucubrationibus omnium tum publicæ, tum priuatæ vtilitati prospexerim. In quo si quod spero consecutus sum, id totum vobis acceptum ferent & gratias habebunt, qui ex nostris laboribus fructum reportabunt, meóq; exemplo vestrum amplissimum nomen sæculorum immortalitati consecrabunt. Sin minùs, me tamen ad publicæ salutis commodum omnes nostras rationes aggregasse semper præ me feram, eáque me specula consolabor, nobis in scribendo nunquam in publicum promerẽdi voluntatem defuisse. Quam vobis consultissimis Medicinæ Patribus, velut ex vberrimis vestris fontibus haustam, & in vestro gremio auctam & altam, plenissimis vlnis remetior, dedico consecróque, petóque ab omnibus vt in nominis vestri amplissimi commendatione conquiescat. At verò Hippocratem ipsum suo nomine & vetustate satis commendabilem, post omnes omnium laudationes, nõ alia apud vos præcipuè, dignatione afficiam, quàm quòd in Græcia olim omnis philosophiæ parente & alumna, illi diuini honores exhibiti fuerint, eumq; M. Tullius † locupletissimus author, Æsculapio adæquarit, & cum eo contulerit. Reliquas eius laudes ab omnibus nunquam satis decantatas, & ex vestris suggestis alternante sæculorum memoria sæpissimè ab excellentissimis ingeniis proclamatas, eas ne ingenij nostri culpa deterere videar, vobis præcipuè ex hoc loco in animi notione non reponam. Satis erit si quod ad instituti nostri causam facit vobis aperuero, me ad hanc Hippocratis versionem multorum manu scriptorum codicum fidem adhibuisse, imprimisque membranas Vaticanas quibus etiam se vsum Fabius Caluus subscripserat ante annos quinquaginta perlustrasse, deinde etiam ex Bibliotheca Regia Fontanobellæa tres manu scriptos codices ad nostrarum rationum cõsilium adiunxisse. Quod cùm D. Houlerij & D. Gonpyli cura mihi procuratum fuisset, me etiam lectionum ex his codicibus à me descriptarum ante annos quadraginta D. Houlerio copiam fecisse. Quorum piis manibus hac parentatione meritam gratiam repono, vobis verò vt augustiss. Patribus, ex quorum sinu & disciplina hæc hausta sunt & delibata, nostram Hippocratis versionem, gratissimi erga vos animi testimonium, perpetua officij obseruantia deuoueo, dedico & offero. Quam si minùs nostra commendatione, certè quidem nominis vestri amplitudine sartam tectam in publicum exire volo, vt illius patrimoniũ dignitatis ne ab aliquo nefario prædone diripiatur, quasi parẽtes boni & fideles tutores defendatis, eiúsq; patrocinio suscipiatis. Ex Mediomatricibus ipsis Idib. Mart. 1594.

*Lib. ad Glauc. initio. & lib. 1. de Venæ sect. aduers. Erasistr. †Lib. 3. de Nat. Deor.

LECTO-

Lectori Candido.

CVM esset in procinctu nostra Hippocratis editio, & iam iam prælo submittenda (Lector Candide) ecce commodum Ioann. Aubrius Typographus vigilantiß. publicæq; vtilitatis studiosissimus, Lutetia duo Hippocrat. exemplaria ad nos attulit, vnum Aldinum Alberti Feurei Medici celeberrimi, alterum Frobenianum Ludouici Seruini Iurisconsulti clariß. & in amplissimo Senatu Parisiensi fisci Regij patroni, in quibus variæ ex manuscriptis membranis lectiones tam diligenter erant adscriptæ, vt mihi insperatò & nil tale cogitanti contigerit, quod me vel votis omnibus consequi posse per ætatem diffiderem, scilicet vt vnico aspectu tot bibliothecas perlustrarem tot membranarum veteramenta, hoc est clarissimorum virorum monumenta perlegerem. In quibus recensendis hoc me summo Dei Opt. beneficio consecutum gaudeo, vt reconditissimas Bibliothecæ Regiæ Fontanobelleæ gazas, quas ante annos quadraginta conquisitas oculis auidè deuoraueram potiùs quàm decerpseram, nunc demum agnoscerem, & iam tandem velut incudi redditas, suo splendori ac nitori restitutas, in lucem ponerem, & per ætatis maturitatem recoctas, iucundissima quadam temporis recordatione ad polituram & repumicationem reuocarem. Quo in negotio cum doctiß. & excellentiß. virorum arculas omnes & pigmenta quibus hanc nostram Hippocratis editionem colorari voluerunt consumpserim, opésque quas ex suis selectissimis κφμηλίοις prolixissimè pro sua liberalitate in vsum publicum contulerunt omnes exhauserim, nostri consilij (quæso) rationem accipe. In Feurei exemplari cùm multa sint ex Scholiis Græcis diligentissimè adscripta, marginibus & lineis interiecta, explicationibus & glossematis quibusdam referta, ea tantùm selegimus, quæ ad Hippocrat. literam facerent, pauca & cum delectu quodam ex Scholiis adiecimus, eáque potissimùm quæ ad sensus Hippocratici cognitionem mihi plurimùm facere videbantur, multa negleximus, quasdam etiam lectiones, vt in veteribus membranis, parum integras reiecimus. In Seruini verò exemplari, præterquàm quod ad codices Regios accuratè mihi efformatum videtur, etiam M. Cordæi Medici excellentiß. manuscripti exemplaris lectione eximiè locupletatum est, ita me gessi, vt lectionem veterem sedulò ac diligenter apponerem, varias lectiones ex Galeni quamplurimis locis studiosissimè appositas, vt cuiuis peruias, relinquerem, multas etiam ex Hippocrate ipso locorum explicationes fidelissimè annotatas omitterem, coniecturas (quas pro mentis acumine habet plurimas) omninò paucas adscriberem, eásque tantùm quæ mihi ad Hippocr. sensum appositissimè accommodatæ esse viderentur, ne vel excellentissimi viri ingenio meo iudicio præiudicium aliquod afferrem, vel eum merita laude defraudarem. Has igitur doctissimorum virorum lucubrationes & vigilias, bona fide quoad licuit expressas, ad cuiusque sectionis calcem apposuimus, eás que liberaliter acceptas ad hanc Hippocr. editionem collustrandã liberalissimè contulimus, & fidelissimè repræsentauimus. At verò de librorum Hippocraticorum ordine te admonitum volumus, non vnum & eundem in omnibus membranis esse, immò verò in Vaticanis quas ante annos sex & quadraginta iam pridem vidimus, longè varium & diuersum, præcipueq; in his quas se secutum esse M. Fabius Caluus ex scripto testatus est. Sic enim ad calcem exemplaris cuiusdam Vaticani adscriptũ legimus. ἐγράφη τεσαρ. ἰσλ. ἀδὶ φαβ. φαλαχρ. α. φ. ιβ'. Præterquàm quòd etiam alium longè ordinem in sua Interpretatione secutus videtur. Alium quoque esse eorundem librorum ordinem apparet in altero etiam exemplari Vaticano accuratissimè & elegantissimis literis Græcis descripto. Quinetiam M. Cordæi quondam doctiß. exemplar (cuius crebram suis scriptis mentionem facit, atq; etiam antea meminimus) aliã & ordinis, & in multis inscriptionis rationem sequitur, vt Seruini codex testatur. De quibus cùm neque certi aliquid statuere, neque rectè iudicare possimus te tantùm admonere æquum nobis visum est. Quòd si Capellani Archiatri quondam Regij & viri excellentiß. exemplar Medicæum quo eum vsum audio, nobis videre licuisset, de eo etiam aliquid addidissemus, & fortasse sententiam tulissemus, etsi istud esse quod à Cordæo celebratur, non vana mentis assensione auguror. Verùm te hac nostra quantulacunque diligentia, & tot veterum exemplarium lectione, quibus nec toto fortasse peragrato orbe, aut plura, aut puriora inuenias, pro tua æquanimitate contentum esse par est, nostræque iam ingrauescenti propéque affectæ ætati ignoscere, cùm præsertim possint ista ab excellentissimis ingeniis, quorum Dei Opt. Max. beneficio his quantumuis exulceratissimis temporibus adhuc magna fœtura est, noua in dies accessione splendescere & augeri, plurimáque tenebricosa & obscura (in quibus nec mihi ipse satisfacio) meliorem lucem accipere. Ad hanc autem Hippocratis editionem accesserunt Ioan. Martini Medici Parisiensis celeberrimi & doctiß. in Hippocrat. libros

Epistola ad Lectorem.

Obseruationes, quas ipse viua voce & publica professione cum Hippocrat. Interpretatione aliquot annis (vt audio) testatus est. Eas cùm pro sua humanitate ad hanc nostram operam liberalissimè contulerit, ad cuiusque lectionis calcem cum variis lectionibus apposuimus. Accessit etiam Paladij cuiusdam (etsi non admodum vetusti non tamen, opinor, aspernandi authoris) Commentarius Græcus in lib. περὶ ἀρμῶν Hippocrat. nunquam antea editus, & ex Medicæa Bibliotheca à D. Petro Laphilæo Parisiens. Medico viro humanissimo & doctissimo, mihique à primis Medicinæ incunabulis familiarissimo, descriptus, & ad huius operis dignitatem amplificandam magno animi candore & publicæ vtilitatis studio ad nos non ita pridem missus. Quem à Iacobo Santalbino in hoc publico medendi munere Collega nostro, viro etiam doctiss. Latina interpretatione donatum, in Sectionem huius operis Sextam (hoc est suum locum) reposuimus. Additæ sunt etiam variæ lectiones & correctiones quædam ex Medicæo codice ab eodem D. Laphilæo iam pridem collectæ, & ad hunc apparatum quem tibi proponimus liberaliter transmissæ. Reliquum est igitur, Lector Candide, vt his humanissimis viris & excellentiss. ingeniis quorum hîc tibi memoriam recolimus, quorúmque opera & beneficio hæc nostra Hippocratis editio plurimùm dignitatis & accessionis accepit, quam debes, & tuo, & nostro nomine gratiam referas, eámque perpetua grati animi recordatione, atque officio deuincias sempiterno. Bene vale. Ex Mediomatricibus ipsis VIII. *Calend. Nouembris* CIↃ IↃ XCIV.

CL. PRÆ-

CL. PRAESTANTISSIMOQVE V. D. ANVTIO FOESIO DOCTORI MEDICO MEDIOMATRICO, D. PLVRIMVM OBSERVANDO,

ÆMILIVS PORTVS, FRANCISCI PORTI, Cretensis F. S. P. D.

AVREVM illud (Cl. V.) Hippocratex OEconomiæ maxima cum laude nuper à te conscriptum, typisq; mandatum opus, ad accuratiorem Hippocratis lectionem me vehementer inuitauit, à qua propter incredibilem grauissimorum errorum multitudinem, ac obscuritatem inde manantem, ego medicinæ Studiosus, non mediocriter ante deterrebar: sed fauente Deo, tuis auspiciis, ductúque per densissimas Hippocrateorum librorum tenebras ad satis claram intelligẽtiæ lucem haud infeliciter euasi. Quare quod tuum est, tibi iure debetur. Ex alienis enim laboribus gloriam captare nolo. Si quid tamen & ego in ista corruptissimi codicis emendatione præstitisse videor, id ita demum ab aliis admissum iri confidam, si tu doctissimus, artisq; Medicæ peritissimus vir hoc ipsum tuo iudicio, sententiáque comprobaris. Equidem has meas animaduersiones domi seruare, nec euulgare decreueram: sed typographus, qui totũ Hippocratem pulcherrimo vestis Latinæ cultu recens à te exornatum, eruditissimisq; commentariis illustratum excudit, simul ac ab amicis admonitus, intellexit, quot, quantisq; mendis scateret Basiliensis ille codex, quem in editione sequendum sibi proposuerat, statim pro ea familiaritate, quæ ipsi mecum intercedit, ad me scribit, suam mentem aperit, petit vt Hippocrati præter expectationem grauiter laboranti, Medicinam aliquam facere ne grauarer, si quam in præsentia paratam haberem, quòd ipsa morbi grauitas diuturniorem dilationis moram non pateretur. Honestis igitur amici postulatis, votisq; satisfacere sum conatus. Quoniam autem (Cl. V.) in hac Hippocratis laboriosa, difficiliq; curatione bonam pharmacorum partem ex præstantissimis OEconomiæ tuæ thesauris deprompsi, ne quis me beneficiorum acceptorum immemorem, ingratumq; meritò vocaret, quinetiam vt omnem malæ fidei suspicionem vitarem, vtq; meæ mentis integritatem, animíque candorem cuncti mortales meliùs cognoscerent, autores syncerè laudaui, quorum scriptis, & autoritate sum vsus. Inter hos tu, Medicæ facultatis columen, & ornamentum, sine controuersia principem obtines locum. Quamobrem etiam has iucundorum fructuum, quos ex Hippocratis lectione percepi, primitias nomini tuo (Cl. V.) censui dicandas. Hoc perexiguum honoris, quo tuas eximias virtutes prosequor, pignus alacriter accipies, & in eorum numero me pones, qui te omnibus felicitatis humanæ partibus auctum, ornatumq; cupiunt. Vale præstantissimorum Medicorum decus. Datum Heidelbergæ Cal. Septembris CIↃ IↃ XCV.

ΑΙΜΙΛΙΟΥ ΠΟΡΤΟΥ, ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ ΠΟΡΤΟΥ ΤΟΥ ΚΡΗΤΟΣ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΕΙΣ ΤΟ ΑΝΥΤΙΟΥ ΦΟΗΣΙΟΥ ΟΝΟΜΑΣΙΑΝ, ΚΑΙ ΣΗΜΑΣΙΑΝ.

Κλῆθι νῦν ἐπιφραδέως ὅδε Ἀνύτιος ἔργον ἀοιδῆς,
Κτήσατ' ἀθμήτου κύδεος ἀγλαΐης.
Οὕνεκα δὴ Ἱπποκράτης ὁ φόως ὁ Φοήσιος ἥσων
Ἦλυθε τὰς ζοφερὰς, τοὔνομα τῆδε φέρῃ.

Τοὔνομα τῆδε φέρῃ, τεκμήριον ἀθανομήκης
Δῆλον ἐπιστήμης, ἠ παρέπε θεσπεσίας.

Τοῦδ' αὖ τοῦδ' ἄλλο.

Δέλπων ὀδηγέοι δι' ζήμονες ἱπποκρατείων,
Ὅπ ῥ' ἔχῃ ἐν ἐπόῃ, νεῶν κέαρ ὑμὸν ἐῆς.
Πᾶσαν τὴν σκολίην ὁ Φοήσιος ἐνθεν ἀπῶσε,
Λαμπρὸν φῶς φορέων. Φωσφόρος ὦν κυρέῃ.
Σοὶ χάριν Ἱπποκράτης ὡς πλείστ' ἴδεν, ἰσῆ ἔῃ,
Νῶν αὖ τῆ δώρων, ὧν πόρες ἀθανάτων.

RODOLPHVS MAGISTER MEDICVS REGIVS CAMPANVS AD D. ANVTIVM FOESIVM EGREGIVM philosophum, & diligentissimum Hippocratis interpretem, Carmen.

Stelliferum Hippocrates scriptis æquarat Olympum,
Quem nuper detrusit in Orcum
Demens barbaries, doctrina inimica priori,
Et virtutis nescia veræ.
Ipsum, at restituis, Princeps assertor Anuti,
Antiquæ & vindex Medicinæ.
Tu explanas salebras, nodos & soluis acutè
Difficiles, & sorde repurgas:
Nunc demum vt totus nobis appareat Author
Pulchrè antiquo, purus, honore
Splendescens: miræq; tuæ hoc debebitur arti
Olim, sic vt laude nepotes
Te exornent, atq; Hippocratis dignentur honore,
Quem tu interpres restituisti.

OMNIVM SECTIONVM HIPPOCRATIS OPERVM CONTENTA.

SECTIONE I. CONTINENTVR.

Ἱπποκράτους ὅρκος,	Hippocratis iusiurandum.
Ἱπποκράτους νόμος,	Hippocratis lex.
Περὶ τέχνης,	De arte lib. I.
Περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς,	De prisca Medicina lib. I.
Περὶ ἰητροῦ,	De Medico lib. I.
Περὶ εὐσχημοσύνης,	De decente habitu, aut decoro lib. I.
Παραγγελίαι,	Præceptiones.

SECTIONE II. CONTINENTVR.

Προγνωστικόν,	Prænotinum, lib. I.
Περὶ χυμῶν,	De humoribus, lib. I.
Περὶ κρισίων,	De iudicationibus, lib. I.
Περὶ κρισίμων,	De diebus iudicatoriis, lib. I.
Προρρητικόν,	Prædictorum, lib. II.
Κωακαὶ Προγνώσεις,	Coacæ Prænotiones in breues sententias distinctæ.

SECTIONE III. CONTINENTVR.

Περὶ φύσιος ἀνθρώπου,	De natura hominis.
Περὶ γονῆς,	De genitura.
Περὶ φύσιος παιδίου,	De natura pueri.
Περὶ σαρκῶν,	De carnibus.
Περὶ ἑπταμήνου,	De septimestri partu.
Περὶ ὀκταμήνου,	De octimestri partu.
Περὶ ἐκκυήσιος,	De superfœtatione.
Περὶ ὀδόντων φύσιος,	De dentitione.
Περὶ καρδίης,	De corde.
Περὶ ἀδένων,	De glandulis.
Περὶ ὀστέων φύσιος,	De ossium natura.
Περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων,	De aëre, locis & aquis.
Περὶ φυσῶν,	De flatibus.
Περὶ ἱερῆς νούσου,	De morbo sacro.

SECTIONE IIII. CONTINENTVR.

Περὶ διαίτης ὑγιεινῆς,	De salubri victus ratione.
Περὶ διαίτης,	De victus ratione, lib. III.
Περὶ ἐνυπνίων,	De insomniis.
Περὶ τροφῆς,	De alimento.
Περὶ διαίτης ὀξέων,	De victus ratione in morbis acutis.
Περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον,	De locis in homine.
Περὶ ὑγρῶν χρήσιος,	De liquidorum vsu.

SECTIONE V. CONTINENTVR.

Περὶ νούσων,	De Morbis, lib. IIII.
Περὶ παθῶν,	De affectionibus, lib. I.
Περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν,	De internis affectionibus, lib. I.
Περὶ παρθενίων,	De his quæ ad virgines spectant, lib. I.
Περὶ γυναικείης φύσιος,	De natura muliebri, lib. I.
Περὶ γυναικείων,	De mulierum morbis, lib. II.
Περὶ ἀφόρων,	De his quæ vterum non gerunt, lib. I.
Περὶ ὄψιος,	De videndi acie, lib. I.

SECTIONE VI. CONTINENTVR.

Κατ' ἰητρεῖον,	Medici officina, aut de officio Medici, lib. I.
Περὶ ἀγμῶν,	De fracturis lib. I.
Περὶ ἄρθρων,	De articulis, lib. I.
Μοχλικόν,	Vectiarium, hoc est, de ossium per molitionem impellendorum ratione, lib. I.
Περὶ ἑλκῶν,	De vlceribus, lib. I.
Περὶ συρίγγων,	De fistulis, lib. I.
Περὶ αἱμορροΐδων.	De hæmorrhoidibus, hoc est, de venis in ano sanguinem fundere solitis, lib. I.
Περὶ τῶν κεφαλῆς τρωμάτων	De capitibus vulneribus, lib. I.
Περὶ ἐξαπατώσης ἐμβρύου,	De fœtus in vtero mortui exectione, lib. I.
Περὶ ἀνατομῆς,	De corporum resectione, lib. I.

SECTIONE VII. CONTINENTVR.

Τῶν ἐπιδημιῶν,	hoc est, De morbis populariter grassantibus, lib. VII. Quorum Primus, Tertius & Sextus, post Galeni Commentarios, Annotationibus sunt illustrati. Secundus verò ante annos triginta cum Commentariis editus, denuò ab authore est recognitus. Reliqui iustis Annotationibus donati.,
Τῶν ἀφορισμῶν	hoc est, Aphorismorum, lib. I. cum breuibus notis.

SECTIONE VIII. CONTINENTVR.

Ἐπιστολαί,	Epistolæ aliquot.
Δόγμα Ἀθηναίων,	Atheniensium Senatusconsultum.
Ἐπιτάφιος,	Oratio ad aram.
Πρεσβευτικός,	Thessali Legati Oratio.
Γένος & βίος τοῦ Ἱπποκράτους κατὰ Σωρανόν,	Genus & vita Hippocratis secundum Soranum.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΟΡΚΟΣ.

HIPPOCRATIS IVSIVRANDVM.

ΌΜΝΥΜΙ Ἀπόλλωνα ἰητρὸν καὶ Ἀσκληπιὸν καὶ Ὑγείαν καὶ Πανάκειαν, καὶ θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ἵστορας ποιούμενος, ἐπιτελέα ποιήσειν κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμήν, ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε. Ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὰ τέχνην ταύτην, ἴσα γονεῦσιν ἐμοῖσιν, καὶ βίου κοινώσασθαι καὶ χρεὼν χρήσαντι μεταδοῦναι ποιήσασθαι. καὶ γένος τὸ ἐξ ἐωυτοῦ, ἀδελφοῖς ἴσον ἐπιτάξειν ἄρρεσι. καὶ διδάξειν τὴν τέχνην ταύτην, ἢν χρηίζωσι μανθάνειν, ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς. Ὁρκῶν τε καὶ ἀκροήσιος, καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος, μεταδοῦναι ποιήσασθαι υἱοῖσί τε ἐμοῖσι, καὶ τοῖσι τοῦ ἐμὲ διδάξαντος. καὶ μαθηταῖσι συγγεγραμμένοις τε, καὶ ὡρκισμένοις νόμῳ ἰητρικῷ. ἄλλῳ δὲ οὐδενί. διαιτήμασί τε χρήσομαι, ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμήν. Ἢν δὲ μὴ λυμήσω τε καὶ ἀδικίην εἴργω. οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθείς, θανάσιμον. οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε. ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω. ἁγνῶς δὲ καὶ ὁσίως διαιτήσω βίον τὸν ἐμόν καὶ τέχνην τὴν ἐμήν. οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας. ἐς οἰκίας δὲ ὁκόσας ἂν ἔσιω, ἐσελεύσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων, ἐκτὸς ἐὼν πάσης ἀδικίης ἑκουσίης καὶ φθορίης τῆς τε ἄλλης καὶ ἀφροδισίων ἔργων, ἐπί τε γυναικείων σωμάτων καὶ ἀνδρώων, ἐλευθέρων τε καὶ δούλων. ἃ δ' ἂν θεραπείῃ ἴδω, ἢ ἀκούσω, ἢ καὶ ἄνευ θεραπείης κατὰ βίον ἀνθρώπων, οὐ μὴ χρὴ πολλάκις ἐκκαλέεσθαι ἔξω, σιγήσομαι, ἄρρητα ἡγεόμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα. Ὅρκον μὲν οὖν μοι τόνδε ἐπιτελέα ποιέοντι, καὶ μὴ ξυγχέοντι, εἴη ἐπαύρασθαι καὶ βίου καὶ τέχνης, δόξαν διώκοντι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον· παραβαίνοντι δὲ καὶ ἐπιορκοῦντι, τἀναντία τούτων.

ER Apollinem Medicum, & Æsculapium, Hygiamque & Panaceam iureiurando affirmo, & Deos Deasq; omnes testor, me quantum viribus & iudicio valuero, quod nunc iuro, & ex scripto spondeo planè obseruaturũ. Præceptorem quidem qui me hanc artem edocuit, parentum loco habiturum, eique cùm ad victum, tum etiam ad vsum necessaria, grato animo communicaturum & suppeditaturum. Eiusque posteros apud me eodem loco quo germanos fratres fore, eosque si hanc artem addiscere volent, absque mercede & syngrapha edocturum. Præceptionum quoque & auditionum, totiusque reliquæ disciplinæ, cùm meos & eius qui me edocuit liberos, tum discipulos qui Medico iureiurando nomen fidemque dederint, participes facturum, aliorum præterea nemihem. Victus quoque rationem, quantum facultate & iudicio consequi potero, ægris vtilem me præscripturum, eosq; ab omni noxia & iniuria vindicaturum. Neq; cuiusquam precibus adductus, alicui medicamentum lethale propinabo, neque huius rei author ero. Neque simili ratione mulieri pessum subdititium ad fœtum corrumpendum exhibebo: sed castam & ab omni scelere puram, tum vitam, tum ætatem meam perpetuò præstabo. Neque verò calculo laborantes secabo, sed magistris eius artis peritis id muneris concedam. In quancunque autem domum ingressus fuero, ad ægrotantium salutem ingrediar, omnem iniuriæ inferendæ & corruptelæ suspicionem procul fugiens, tum vel maximè rerum venerearum cupiditatem, erga mulieres iuxta ac viros, tum ingenuos, tum seruos. Quæ verò inter curandum, aut etiam Medicinam minimè faciens, in communi hominum vita, vel videro, vel audiero, quæ minimè in vulgus efferri oporteat, ea arcana esse ratus, silebo. Hoc igitur iusiurandum si religiosè obseruaro, ac minimè irritum fecero, mihi liceat cum summa apud omnes existimatione perpetuò vitam fœlicem degere, & artis vberrimum fructum percipere. Quòd si illud violauero & peieraueto, contraria mihi contingant.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΝΟΜΟΣ.

HIPPOCRATIS LEX.

OMNIVM profectò artium Medicina nobilissima. Verùm propter eorum qui eam exercenti ignorantiam, eorumque qui temerè de his iudicant, omnibus artibus iam longè inferior habetur. Cuius quidem erroris ista mihi potissimùm esse causa videtur, quòd soli arti Medicæ nulla in vrbibus, præter quàm ignominiæ, præfinita pœna est, quæ eos qui ex ea constant minimè attingit. Qui quidem personarum, quæ in tragœdiis producuntur, maximè similes esse videntur. Quemadmodum enim illi quidem formam, habitum, & personam histrionis referunt, neque tamen histriones sunt: sic & Medici, nomine quidem multi, re ipsa perpauci. Qui enim Medicinæ scientiam sibi verè & aptè comparare volet, is horum omnium compos esse debet, vt naturam nactus sit, doctrinam, locum studiis aptum, institutionem à puero, industriam & tempus. Imprimis igitur natura opus est, qua repugnante irrita sunt omnia, eàdem verò ad optimum quodque viam commonstrante, artis doctrina paratur, quam ex institutione à puero, in loco ad disciplinam probè à natura accommodato, cum prudentia sibi comparare oportet. Ad hæc longi temporis industriam accedere necesse est, quò disciplina veluti grauidata, fœliciter & bene crescendo, maturos fructus efferat. Quomodo enim, quæ terra producuntur, eadem omninò ratione Medicæ artis cognitio se habere videtur. Natura nanque nostra, agri; doctorum præcepta, seminum rationem habent. Institutio à puero tempestiuæ sationi respondet. Locus verò disciplinæ accommodatus, aeri ambienti, ex quo iis quæ è terra nascuntur alimentum suppetit. Diligens studium agricultura est. Tempus autem omnia hæc ad plenam nutritionem cõfirmat. Quibus certè omnibus ad artem Medicam collatis, eiusq; vera cognitione percepta, hoc modo vrbes obeundo, non solùm verbo, sed etiam opere Medici existimationem tueri oportet. At verò imperitia malus est thesaurus, malæque opes reconditæ, iis qui eam tum opinione ipsa, tum reuera possident, securitatis animi & lætitiæ expers, timiditatis & audaciæ nutrix. Ac timiditas quidem impotentiam, audacia verò artis ignorationem arguit. Duo sunt enim scientia & opinio, quorum illa scientiam, hæc ignorationem parit. Hæc verò cùm sacra sint, sacris hominibus demonstrantur, prophanis verò nephas, prius quàm scientiæ sacris initiati fuerint.

Ἰ Ἡ τεχνὴ, τεχνέων μὲν πασέων ἐστὶν ἐπιφανεστάτη. ἐξ δὲ ἀμαθίαν τῶν τε χρεωμένων αὐτῇ, καὶ τῶν εἰκῇ τὰς τοιούσδε κρινόντων, πολύ τι πασέων ἥδιστα τῶν τεχνέων ἀπολέλειπται. ἡ δὲ τῶνδε ἀμφὶς ἐοῦσα, τὰ μάλιστά μοι δοκεῖ ἔχειν αἰτίαν τοιήνδε. [2] πρόσεστι γὰρ ἰητικῇ μουνῇ ἐν τῇσι πόλεσιν ὀνείδεα ἔχειν, πλὴν ἀδόξης. αὕτη δὲ οὐ πρήσσει [3] τὰς ἐξ αὐτέης συγκεκομένας. ὁμοιότατοι γὰρ εἰσὶν οἱ τοιοίδε, τοῖσι παρέστι μορμόροισι προσώποισιν ἐν τῇσι τραγῳδίῃσιν. ὡς γὰρ οὗτοι σχῆμα μὲν καὶ τολμὰν, καὶ πρόσωπον ἐπικρυπτόμενοι ἔχουσιν, οὐκ εἰσὶ δὲ ἐπικρυπτοί, οὕτω καὶ οἱ ἰητροί. φήμη μὲν, πολλοί· ἔργῳ δὲ, παγχυβαροί. χρὴ γὰρ ὅστις μέλλει ἰητικῆς ξυνέσιν ἀρέσκεσθαι μόνον, τῶν δὲ μιν [4] ἐπίβολον γενέσθαι· φύσιος· διδασκαλίης· [5] τόπου εὐφυέος· παιδομαθίης· φιλοπονίης· χρόνου· πρῶτον μὲν δεῦν πεφυτῶν δὲ φύσιος· φύσις γὰρ ἀπιστεομένη, κενεὰ πέφυκε. φύσις δὲ εἰς ὀρθὸν ὁδηγεοῦσα, διδασκαλίη τέχνης ἔργον. ἢν μὴ φυσιήσιος δὲ πρόσεστι, παιδομαθέα γενόμενον [6] ἐν τόπῳ, ὁκοῖος εὐφυὴς πρὸς μάθησιν ἔσται. ἔπι δὲ φιλοπονίῃ πρόσεστι νεήκεα θαι ἐς χρόνον πολλὸν, ἵκως [7] ἡ μάθησις ἐμφυσιωθῇ, ἀξιόλογός τε καὶ εὐαλδέως τὸν καρπὸν ἐξενέγκῃται. ὁκοίη γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων γενοίη, τοιήνδε καὶ τῆς ἰατρικῆς ἡ μάθησις. ἡ μὲν γὰρ φύσις ἡμέων, ὁκοῖον ἡ χώρη· τὰ δὲ δόγματα τῶν διδασκόντων, ὁκοῖον τὰ σπέρματα. ἡ δὲ παιδομαθίη, ὃ, καθ' ὥρην αὐτὰ πεσόν εἰς τὴν χρόνον. ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ ἡ μάθησις, ὁκοῖον ἐν τῷ παρεχόντος ἠέρος τρόφὴ γενομένη τοῖσι φυομένοισιν. ἡ δὲ φιλοπονίη, ἐργασίη. ὁ δὲ χρόνος, [8] ταῦτα ἐνιαυσίῳ πάντα, ὡς ταφίῶν τελέως. ταῦτα οὖν χρὴ [9] ἐς τὴν ἰητικὴν τέχνην ἀνεκκεκομένος, καὶ ἀρετέως αὐτέης γνώσιν λαβόντας, οὕτως ἀνὰ τὰς πόλιας περιιόντας, μὴ λόγῳ μοιῶν, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἐπιδεῖξαι νομίζεσθαι. ἡ δὲ ἀπειρίη, κακὸν θησαυρὸς, καὶ κακὴν κεφάλαιον τοῖσι ἔχουσιν αὐτέην, [10] καὶ ὄναρ καὶ ὕπαρ. θυμίης τε καὶ θυμεσσύνης ἄμοιρος, δειλίης τε καὶ θρασύτητος πιθανόν. δειλίη μὲν γὰρ ἀδυναμίην σημαίνει· θρασύτης δὲ, ἀτεχνίην. δύο γὰρ ἐπιστήμη τε καὶ δόξα. ὧν ὃ μὲν, ἐπίστασθαι ποιέει· ὃ δὲ, ἀγνοεῖν. [11] ἡ μὲν οὖν ἐπιστήμη ποιέει ὃ ἐπίστασθαι, ἡ δὲ δόξα ὃ ἀγνοεῖν. τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα τῷ ἱερῷ πρήγματα, ἱερεῦσιν αἰνιγματοποιεῖν δείκνυται. βεβήλοισι δὲ, οὐ θέμις, πρὶν ἢ τελεσθῶσιν [12] ὀργίοισιν ἐπιστήμης.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΕΧΝΗΣ.

HIPPOCRATIS DE ARTE LIBER.

NONNVLLI turpiter in sectãdis artib. artificium suum collocant, neq; id quod facere se credunt,

Ἐ Ἰσί τινες, οἱ τέχνῃ τινὰ πεποίηται, ὃ τῷ τέχνας αἰσχροποιεῖν· [2] ὡς μὲν οἴονται, οὐ τοῦτο ἀφ' ἑαυτοῦ μόνοι, ὃ ἐγὼ

meo quidem iudicio, obtinent, sed suæ scientiæ ostentationem faciũt. At eorum aliquid quæ nondum inuenta sunt, inuenire, quódque inuenisse quàm non inuenisse præstiterit, similiterque imperfecta ad finem deducere, id mihi videtur illius esse munus, qui intelligens existimari expetit. Qui verò ea, quæ ab aliis sunt inuenta, inhonestorum verborum artificio contaminare contendit, neque quicquam corrigit, sed à peritis inuenta apud imperitos traducit, is sanè prudentiæ existimationem tueri velle non videtur, sed potiùs naturam suam, aut ignorationem malitiosè prodere. Solis enim artium ignaris hoc opus competit, qui ambitiosiùs quidem contendunt, neque tamen improbitate sua vllo modo præstare possunt, vt aliorum opera vel recta calumnientur, vel non recta reprehendant. Eos igitur, qui in alias artes hoc modo inuadunt, coerceant si possint, quibus hæc cura est, quorúmque id interest. Hæc autem nostra oratio aduersus eos instituitur, qui hoc pacto artem Medicam quæstus gratia insectantur, animos quidem attollens, propter eos quos reprehendit, abundans verò, propter artem cui opem fert, potens quoque ob sapientiam qua est exculta. Ac sanè omninò nulla mihi esse ars videtur, quæ non existat. Absurdum enim est, quod non sit, esse putare. Quandoquidem eorum, quæ non existunt, quamnam quis essentiam intueri queat, & enunciare quòd sint? Si enim, quæ minimè existunt, velut ea, quæ existunt, videre licet, haud scio quanam quis ratione, ea quæ non sunt animo complecti queat, non secus ac ea, quæ sunt, quæ quidem quòd sint, & oculis intueri, & mente comprehendere licet. Neque istud aliter contingere potest, sed ea quæ sunt perpetuò cernuntur & cognoscuntur; quæ verò non sunt, neque cernuntur, neque cognoscuntur. Demonstratarum igitur artium formæ cognoscuntur, neque vlla est, quæ non ex forma quadam cernatur. Et sanè arbitror eas per formas nomina accepisse. Præter enim rationem est existimare ex nominibus formas productas esse, neque id fieri potest. Nomina nanque lege quadam naturæ sunt sancita. Formæ verò, non sancita, sed veluti quædam naturæ sunt progermina. Ac ista quidem, si quis ex iis, quæ antè dicta sunt, non satis intelligit, in aliis commẽtationibus apertiùs docebuntur. Medicinæ igitur (circa quam præsens versatur oratio) demonstrationem instituam, ac primùm mea quidem opinione definiam, Medicinam esse, quæ sanè in totum à morbis ægros vindicet, morbórumque vehementiam obtundat, neque iis qui à morbo victi sunt, manum admoueat, cùm id Medicinam præstare non posse probè constet. Quòd igitur tum hæc præstet, tum etiam semper præstare possit, sequenti oratione persequar. Simulq; dum artem esse demonstro, earum rationes, qui eam se turpiter insequi existimant, diluam, prout eorum quisque aliquid efficere se posse arbitratur. Hinc igitur orationis exordium faciam, in quo etiam omnes assentientur. Nempe plærosq; arte Medica curatos sanitati esse restitutos, in confesso est; quòd verò non omnes, ob hoc iam ars ipsa in reprehensionem incurrit. Eiúsque obiciunt, qui eam criminantur, morbis detentos, quiq; eos euaserunt, fortunæ non artis beneficio euasisse.

ἐγὼ λέγω, [3] ἀλλ' ἰσοείης οἰκείης ἐπιδείξιν ποιεῦνται. [4] ἐμοὶ γὲ μὲν τὰ τῶν μὴ εὑρημένων ἐξευρίσκειν, ὅ, τι καὶ εὑρεθὲν χρέωσον ἢ ἀνεξεύρετον, ξυνέσιος δοκεῖ ἐπιθυμημά τε καὶ ἔργον εἶ). καὶ ὃ τὰ ἡμίεργα ἐς τέλος ἐξεργάζεσθαι ὡσαύτως. ὃ γὲ λόγων οὐ καλῶν τέχνη τὰ τοῖς ἀλλοις εὑρημένα αἰσχύνειν προθυμέεσθαι, ἐπανορθοῦν τε μὲν μηδὲν, ἀναβάλλοντα δὲ τὰ τῶν εἰδότων πρὸς τὸς μὴ εἰδότας ἐξευρήματα, οὐκέτι δοκεῖ ξυνέσιος ἐπιθυμημά τε καὶ ἔργον εἶ), [5] ἀλλὰ καταγελῶν μᾶλλον φύσιος, ἢ ἀτεχνίη. μούνοισι γὰρ τοῖσιν ἀτέχνοισιν, ἢ ἐρασίη αὕτη ἀρέμοῖ, φιλοτιμουμένων μὲν, οὐδαμῇ δὲ δυναμένων [6] κακίης ἐπουργέειν, εἰς ὃ τὰ τῶν πέλας ἔργα ἢ ὀρθὰ ἐόντα ἀναβαλλέειν, ἢ οὐκ ὀρθὰ μεμέεσθαι. τὸς μὲν δὴ εἰς τὰς δίκας τέχνας τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐμπίπτοντας, οἷσι μέλει τε, καὶ ἐν οἷς μέλει, οἱ δυνάμενοι κωλυόντων. ὁ γὲ παρεὼν λόγος, [7] τοῖς ἐς ἰητικὴν ὕττως ἐμπορευομένοις, ἐναντιώσεται, θρασυνόμενος μὲν, ἀφ' ὑψηλῆς δὲ φέρει, ἀπορέων γὲ δεῖ τὴν τέχνην ἢ βοηθῆ, δυνάμενος γὲ, ἀφ' σοφίης, ἢ πεπαίδευται. δοκεῖ δή μοι ὃ μὲν σύμπαν τέχνη εἶ) οὐδεμία οὖσα. καὶ γὰρ ἄλογον τὸ ἐόντων τὶ νοήσασθαι μὴ ἐόν. ἐπεὶ τὸ γε μὴ ἐόντων, τίνα αὖ τίς οὐσίαν θεασάμενος, ἀπαγγείλειν ὡς ἔστιν. [8] εἰ γὰρ δὴ ἔστιν ἰδεῖν τὰ μὴ ἐόντα, ὡς ἄρα τὰ ἐόντα, ἄ γε εἴη καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν, καὶ νοῆσαι μὴ νοῆσαι ὡς ἔστιν, [9] ἀλλ' ὅπως μὴ οὐκ εἴη τοῦτο ἀδύνατον. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐόντα, ἀεὶ ὁρᾶται καὶ γινώσκεται· τὰ δὲ μὴ ἐόντα, οὔτε ὁρᾶται, οὔτε γινώσκεται. γινώσκεται δὴ τοίνυν δεδιδαγμένων ἤδη τὸ τεχνέων, καὶ οὐδεμία ἐστὶν ἥντε ἐκ τινος εἴδεος οὐχ ὁρᾶται. οἶμαι δὲ ἔγωγε καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῆς, ἀπὸ τὰ εἴδεα λαβεῖν. ἄλογον γὰρ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων τὰ εἴδεα ἡγεῖσθαι βλαστάνειν καὶ ἀδύνατον. τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα, φύσιος νομοθετήματά ἐστι, τὰ δὲ εἴδεα, οὐ νομοθετήματα, ἀλλὰ βλαστήματα. θεὶ μὲν δὴ τούτων εἴτε τις μὴ ἰκανὸς ἐν τῷ εἰρηνικῷ ξυνίησιν, [10] ἐν δικαίοις αὖ λόγοις σαφέστερον διδαχθεῖν. Περὶ δὲ ἰητικῆς, ἐς τοῦτο τὸν λόγος, τοῦτης δὴ τὴν ἀπόδειξιν ποιήσομαι. καὶ πρῶτόν γε δὴ ὁρίζομαι, ὃ νομίζω, [11] ἰητικὴν εἶ), ὃ δὴ πάμπαν ἀπαλλάσσειν τῶν νοσεόντων τὸς καμάτος· καὶ τὸ νοσημάτων τὰς σφοδρότητας ἀμβλυνέειν, [12] καὶ ὃ μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, [13] εἰδότας ὅτι τοῦτο οὐ δυνάσθαι ἰητικήν. ὡς δὴ ποιέει τε τοῦτο, καὶ οἴη τέ ἐστι λόγος. ἐν δὲ τῇ τῆς τέχνης ἀποδείξει, ἅμα καὶ τὸς λόγους τῶν ἀγνοιῶν αὐτῷ οἰομένων ἀναιρήσω, [14] ἢ αὖ ἕκαστος αὐτῶν πρήσσειν τι οἰόμενος τυγχάνει. ἔστιν δὴ μοι ἀρχὴ τὸ λόγου, ἢ καὶ ὁμολογηθήσεται τοῦδε πᾶσιν· ὅτι μὲν ἔνιοι ἐξυγιαίνοντα τῶν ἀπεστομένων ὑπὸ ἰητικῆς, ὁμολογέεται· ὅτι δ' οὐ πάντες, ἐν τούτῳ ἤδη λέγεται ἡ τέχνη. καὶ φασὶν οἱ τὰ χείρω λέγοντες, ἀφ' τὸς ἁλισκομένους ὑπὸ τῶν νοσημάτων, καὶ τὸς ἀποφεύγοντας αὐτὰ, τύχῃ ἀποφεύγειν, καὶ οὐ ἀφ' τοῦ τέχνου.

Ego verò vt fortunæ quidem quauis in re nonnihil tribuo, ita certe censeo, malè à morbis curatis vt plurimùm aduersam fortunam, bene verò curatis prosperam fortunam contingere. Deinde verò, qui sanati sunt, euinam alteri quàm arti hoc beneficium acceptum referant, siquidem huic se committentes & subseruientes, sanitatem sunt consecuti? In quo enim arti sese commiserunt, inanem fortunæ formam neglexerunt, adeò vt à referenda fortunæ gratia liberi sint, ab ea autem, quæ arti debetur liberare se non possint. Cui cùm sese commiserunt ac crediderunt, in eius formam intuentes, ipsius etiam facultatem re-10 confecta cognouerunt. Atque hoc sanè loco obiiciet nobis aduersarius, multos iam ægros etiam citra Medici opem sanitati restitutos, quod equidem non diffiteor. Ac fieri mihi posse videtur, vt qui Medicum non adhibent, iis ex arte Medica fœliciter succedat, neque tamen intelligant rectúmne quid in ea, an prauum insit, sed quòd per se curatis, eadem, quæ, si Medicis adhibitis curati fuissent, contigerunt. Quod ipsum sanè magnum est artis existentis argumentum, & quòd inter præclaras habenda sit, quando qui ne eam quidem esse existimant, eius ope seruati conspiciuntur. Qui enim etiam non adhibitis Medicis ex morbis conualuerunt, vt intelligant omninò necesse est, se quòd aliquid vel fecerint, vel non fecerint, iccirco sanitatem esse consecutos. Aut enim inediam, aut copiosiorem cibum & potum, aut fritim, aut balnea, aut eorum abstinentiam, aut labores, aut quietem, aut somnum, aut vigiliam, aut eorum omnium promiscuum vsum adhibentes, sanitatem consecuti sunt. Quos ex eo ipso quòd vtilitatem senserunt, quódnam sit, quod iuuet agnoscere omninò necesse est, & si qua in re læsi sunt, tum eos læsos esse, tum quidnam sit quod læsit. Neque enim, quæ vtilitate & noxia distincta sunt, est cuiusuis cognoscere. Qui igitur ægrotauit, si eam victus rationem per-30 quam sanitatem adeptus est, laudare vel vituperare nouerit, ea omnia ad sanitatem pertinere comperiet. Neque verò minus quæ offenderunt, quàm quæ profuerunt, artem esse comprobant. Siquidem hæc quòd recte adhibita fuerint, profuerunt, illa verò ob incommodum eorum vsum nocuerunt. Quanquam vbi rectum & prauum suis finibus circumscribitur, quis hoc artem esse non existimet? Neque enim artis nomine istud donandum existimo, in quo neque rectum, neque prauum inest. At vbi vtrunque adfuerit, quis non hoc ex arte potiùs, quàm sine arte effici fateatur? Ad hæc certe si in re Medica, 40 aut apud Medicos, curatio ex purgantibus aut sistentibus medicamentis tantùm constaret, parum efficax nostra esset oratio. Nunc verò qui inter Medicos maximè celebrantur, & victus ratione, & aliis etiam modis curationes faciunt, quæ non Medicus modò, sed ne plebeius quidem omninò rudis, ex arte profecta esse negare audeat. Quando igitur nihil neque in bonis Medicis, neque in arte Medica est inutile, sed in iis, quæ nascuntur aut parantur quamplurimis, insunt quædam curationum & medicamentorum species,

ἐγὼ δὲ [17] οὐκ ἀποστερέω μὴν οὐδὲ αὐτὸς τὴν τύχην, ἔργον οὐδενὸς· ἡγούμεθα δὲ, τοῖσι μὲν κακῶς διεκειμένοισι νουσήμασι, τὰ πολλὰ τὴν αὐτομάτην ἔπεσθαι· τοῖσι δὲ εὖ, τὴν εὐτυχίην. ἔπεστι δὲ καὶ πᾶσι οἷόν τε εἶναι τοῖς ὑγιαίνουσιν ἄλλό τι ἀπασασθαι ἢ τὴν τέχνην, εἰ μὴ χρώμενοι αὐτῇ καὶ ὑποπουργέοντες, ὑγιαίνησαν; ὃ μὲν γὰρ τῆς τύχης εἶδος ψιλὸν, οὐκ ἠθουλήθησαν διήσασθαι, ἐν ᾧ τῇ τέχνῃ ἐπέδεψαν σφᾶς αὐτοὺς· ὥστε τῆς μὲν ἐς τὴν τύχην ἀναφορῆς, ἀπηλλαγμένοι εἰσί· τῆς μὴν τοι ἐς τὴν τέχνην, οὐκ ἀπηλλαγμένοι. ἐν ᾧ γὰρ ἐπέδεψαν καὶ ὑπεμνήσθησαν αὐτῇ σφᾶς αὐτοὺς, ἐν τούτῳ αὐτῆς καὶ ὃ εἶδος ἐσκέψαντο, καὶ τὴν δυνάμιν ἐφανέντος τοῦ ἔργου ἔγνωσαν. ἐρῶ δὴ ἐν ὀλίγῳ ὁ τοιαῦτα λέγων, ὅτι πολλοὶ ἤδη καὶ οὐ χρησάμενοι ἰητροῖσι νοσέοντες ὑγιάνθησαν. καὶ ἐγὼ τοῦ λόγου οὐκ ἀπιστέω. δοκέει δέ μοι οἷόν τε εἶναι καὶ ἰητροῖσι μὴ χρωμένους ἐπιτυχεῖν εὐεπιτυχέων. οὐμὲν ὥστε εἰδέναι ὅτι ὀρθὸν ἐν αὐτῇ ἐνείη, [18] καὶ ὅτι μὴ ὀρθόν. ἀλλ' ὥστ' αὐ ἐπιτύχοιεν διαῦτα διεκπεσαντες ἑωυτοὺς, ὁποῖά περ αὖ ἐξεκπεσόντες, εἰ καὶ ἰητροῖσιν ἐχρεοῦτο. καὶ τοῦτό γε τέως τεκμήριον μέγα τῇ οὐσίῃ τῆς τέχνης, ὅτι ἐόντα τε ἐστὶ καὶ μεγάλη. ὅσοι γε φαίνονται καὶ οἱ μὴ νομίζοντες αὐτὴν εἶναι, σωζόμενοι δι' αὐτήν. πολλὴ γὰρ ἀνάγκη καὶ τοὺς μὴ χρωμένους ἰητροῖσιν, νοσήσαντας δὲ καὶ ὑγιασθέντας εἰδέναι, ὅτι ἢ δρῶντές τι, ἢ μὴ δρῶντες, ὑγιάνθησαν. ἢ γὰρ ἀσιτίῃ, ἢ πολυφαγίῃ, ἢ ποτῷ πλείονι, ἢ δίψῃ, ἢ λουτροῖσιν, ἢ ἀλουσίῃ, ἢ πόνοισιν, ἢ ἡσυχίῃ, ἢ ὕπνοισιν, ἢ ἀγρυπνίῃ, [17] ἢ τῇ ἀπαθίῃ τούτων πάντων χρεὼν χρώμενοι, ὑγιάνθησαν. καὶ τοῦ ὠφελεῖσθαι πολλὴ ἀνάγκη αὐτοὺς, ὅστις ἐγνωκέναι, ὅ, τι τοῦ ὠφελήσαν· [18] καὶ εἴ τι τ' ἐβλάβησαν, καὶ τὸ βλαβεῖν· καὶ ὅ, τι τοῦ ὠφέλησαν. τὰ γὰρ τοῦ ὠφελεῖσθαι καὶ τὰ τοῦ βεβλάφθαι ὡρισμένα, οὐ πᾶς ἱκανὸς γνῶναι. εἰ τί μοι ὑπεσχήσεται, ἢ ἐπαινέσῃ, ἢ ψέξῃ ὁ νοσήσας τοῦ διαιτημάτων τῶν οἵοισιν ὑγιάνθη, πόσα τοῦτο τῆς ἰητικῆς οὖσα δύναται· καὶ ἔστιν οὐδὲν ἧσσον τὰ ἁμαρτηθέντα τοῦ ὠφεληκότων μαρτύρια τῇ τέχνῃ, εἰς ὃ εἶδος. τὰ μὲν γὰρ ὠφεληκότα, τοῦ ὀρθῶς τοῦ εὐεργετῆσαι ὠφέλησαν· τὰ δὲ βλάψαντα, τοῦ μηκέτι ὀρθῶς τοῦ εὐεργετῆσαι· ἔβλαψαν. καίτοι ὅσῳ ὃ ὀρθὸν, καὶ ὃ μὴ ὀρθὸν, ὅσῳ ἔχει ἑκάτερον, πῶς τοῦτο οὐκ αὖ τέχνη εἴη; τοῦτο γὰρ ἔγωγε φημὶ ἀτεχνίην εἶναι, ὅσῳ μήτε ὀρθὸν εἴη μηδὲν, μήτε οὐκ ὀρθόν. ὅσῳ δὲ τούτων ἔνεστιν ἑκάτερον, πῶς τοῦτο οὐκ αὖ τέχνης ἔργον, ἀλλ' ἀτεχνίης εἴη; ἔτι τοίνυν εἰ μὴν [19] ὑποφαρμάκων τοῦ καθαιρόντων καὶ τοῦ ἱστάντων ἢ ἴησις τῇ τε ἰητικῇ καὶ τοῖς ἰητροῖσι μούνοισι ἐνῆν, ἀδαμὴς ἂν ὁ ἐμὸς λόγος. Νῦν δὲ δὴ φαίνονται τοῦ ἰητρῶν οἱ μάλιστα ἐπαινεόμενοι, καὶ διαιτήμασιν ἰώμενοι, καὶ ἄλλοισί τε εἴδεσιν, ἃ οὐκ ἄν τις φαίη, μὴ ὅτι ἰητρὸς, ἀλλ' οὐδὲ ἰδιώτης αἰσχυνθείη ἀκούσας, μὴ οὐ τῆς τέχνης εἶναι. ὅσῳ οὖν οὐδὲν οὔτε ἐν τοῖς ἀγαθοῖσι τοῦ ἰητρῶν, οὔτε ἐν τῇ ἰητικῇ αὐτῇ ἀχρεῖόν ἐστιν, ἀλλ' ἐν τοῖς πλείοσι τοῦ τε φυομένων καὶ τοῦ ποιουμένων, ἔνεστι τὰ εἴδεα τοῦ διεκπειρᾶν καὶ τοῦ φαρμάκων, οὐκ ἔ-

οὐκ ἔστιν ἔτι οὐδενὶ τοῦ αὐτοῦ ἰηθοῦ ὑγιαζομένων, ὃ αὐτόματον αἰτιάσασθαι ὀρθῷ λόγῳ. ὃ μὲν γὰρ αὐτόματον, οὐδὲν φαίνεται ἐὸν ἐλεγχόμενον. πόθεν γὰρ ὃ γινόμενον, διὰ τί αὐξεισκοιτ' αὖ γινόμενον, καὶ ἐν τοῖς διὰ τί. ὃ δὲ αὐτόματον, οὐ φαίνεται οὐσίαν ἔχον οὐδεμίαν, ἀλλ' ἢ οὔνομα μοιῶον. ἡ δὲ ἰητικὴ, καὶ ἐν τοῖς διὰ τὶ τοῖσι νοουμένοισι φαίνεταί τε καὶ φαίνεται ἔτι οὐσίαν ἔχουσα. τοῖσι μὲν δὴ τῇ τύχῃ τὴν ὑγείαν τοῦ εὐθῆναι, τὰ δὲ τέχνῃ, ἀφαιρέοισι, τοιαῦτ' ἄν τις λέγοι. τοὺς δ' ἐν τῇσι τοῦ ἀποθνησκόντων συμφορῇσι τὴν τέχνην ἀφανίζοντας θαυμάζω ὅτῳ ἐπαιρόμενοι αὐξιολογέω λόγῳ, τὴν μὲν τοῦ ἀποθνησκόντων ἀκρησίαν, οὐκ αἰτίαν καθιστᾶσι, τὴν δὲ τοῦ ἰητικὴν μελετησάντων σώζεσιν, αἰτίαν. ὡς τοῖσι μὲν ἰηθοῦσιν ἔνεστι, τὰ μὴ δέοντα ὀπιτάξαι, τοῖσι δὲ νοσέοισιν, οὐκ ἔστι τὰ τοῦ εὐεργετεῖν τοῦ θεραπεύειν. καὶ μὴν πολύ γε διλογώτερον τοῖσι κάμνοισιν ἀδυνατέειν τὰ τοῦ εὐεργετεῖν ὑποπουργέειν, ἢ τοῖσιν ἰηθοῦσι τὰ μὴ δέοντα ὀπιτάσσειν. οἱ μὲν γὰρ ὑγιαινούσης γνώμης, μὲν ὑγιαίνοντος σώματος ἐξικνέοντο, λοῖσάμενοι τάτε παρεόντα, τοῦ τε παροιχομένων τὰ ὁμοίως διαπεπραγμένα τοῖσι παρεοῦσιν. ὥστε ποτε θεραπεύεται εἴποι, ὅτι ἀπηλλάξαν. οἱ δ' ἔτε ἀκάμνοισιν, ἔτε δὲ ἀκάμνοισιν, οὐδ' ὅ, τι ἐν τῇ παρεόντων ἔσται, οὐδ' ὅ, τι δῶν ἐν τῇ τούτοισιν ὁμοίων ἔσεσθαι εἰδότες ὀπιτάσσουσι· ἀλγέοντες μὲν τοῦ παρεόντος φοβούμενοι δὲ τὸ μέλλον. καὶ πλήρης μὲν τοῦ νόσου· κενοὶ δὲ σιτίων. ἐθέλοντες τὰ τοῦς τοῦ νοῦσον ἡδέα μᾶλλον, ἢ τὰ τοῦς ὑγείαν τοῦ εὐδέχεσθαι· οὐκ ἀποθανεῖν ἐρῶντες, ἀλλὰ καρτερῆν ἀδυνατέοντες. οὕτω δὲ διαφθείρεσι, πότερον εἰκὸς τούτους τὰ ὑπὸ τοῦ ἰηθῶν ὀπιταστόμενα ποιέειν, ἢ ἄλλα ποιέειν, ἃ οὐκ ἐπεπάγησαν. ἢ τοὺς ἰηθοὺς τοὺς σκείνους διαφθείρεσι, ὡς ὁ τοῦ σάδεν λόγος ἠρμήνευσεν, ὀπιτάσσειν τὰ μὴ δέοντα. ἆρ' οὐ πολὺ μᾶλλον, τοὺς μὲν δέοντος ὀπιτάσσειν· τοὺς δὲ, εἰκότως ἀδυνατέειν πείθεσθαι, μὴ τοῦ θυμοῦ δὲ τοῦ πίστιν ἔχειν τοῖσι θανάτοισι; ὧν οἱ μὴ ὀρθῶς λογιζόμενοι, τὰς αἰτίας τοῖς οὐδὲν αἰτίοις ἀναπτέασι, τοὺς αἰτίους ἐλεθεριοῦντες. Εἰσὶ δὲ τινες, οἳ καὶ τοὺς μὴ ἐθέλοντας ἐξικνέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τοῦ νοσημάτων, μεμφόμενοι τὸν ἰητικὸν λέγοντες, ὡς τοῦτα μὲν καὶ αὐτὰ ὑφ' αὐτοῦ αὖ ὀξυγιάζοιτο, ἃ ἐξικνέοισιν ἰᾶσθαι· ἃ δ' ὀπικουείης δέομαι, οὐχ ἁπτόμενα. δεῖν δὲ εἴπερ τοῦ ἡ τέχνη, πανθ' ὁμοίως ἰᾶσθαι. οἱ μὲν δῶν τοῦτα λέγοντες, εἰ ἐμέμφοντο τοῖς ἰηθοῖς, ὅτι αὐτέων τοιαῦτα λεγόντων, οὐκ ὀπιμελοῦνται ὡς τοῦ ὠφεληθέντων, εἰκότως αὖ ἐμέμφοντο μᾶλλον, ἢ οὗσνα μεμφόμενοι. εἰ γάρ τις τέχνῃ, ἐς ἃ μὴ τέχνη, ἢ φύσιν, ἐς ἃ μὴ πέφυκεν, αὐξιοῖ σφε δεῖσθαι, [20] ἄγνοος μανίῃ τοῦ ἐρμόζουσαν ἀγνοίᾳ μᾶλλον, ἢ ἀμαθίᾳ. ὧν γάρ ὅστιν ἡμῖν, τοῖσί τε τοῦ φύσεων, τοῖσί τε τοῦ τεχνέων ὀργάνοις ὀπιχειρεῖν, τούτων ἔστιν ἡμῖν δημιουργοῖς εἶναι· ἄλλων δὲ οὐκ ἔστιν. ὅτῳ οὖν τι πάθη αὖ θεῖος καὶ κόν, ὁ κρείσσον ὄστ τοῦ ἐν τῇ ἰητικῇ ὀργάνων, ὃ τοῦ εὐδοκιμεῖν δεῖ ὑπὸ ἰητικῆς

non est certe quòd quis eorum qui citra Medici operam curati sunt, ad id quod temere fit huius causam re vera referre debeat. Quod enim temerè fit, nihil prorsus esse constat. Siquidem quicquid fit, propter quid fieri deprehenditur, & ad aliquid refertur. At quod temere fit, nullo modo subsistere videtur, sed nomen tantùm inane esse. Ars autem Medica ex his esse cernitur, quæ ob aliquam causam prouidentia quadam sunt instituta, prætereaque etiam subsistere conspicietur. Atque ad eos, qui fortunæ sanitatem acceptam ferunt, arti verò eam denegant, huiusmodi oratione quis vti possit. At verò, qui ex morientium calamitatibus artem funditus delere conantur, miror quánam satis iusta oratione elati, in morientium intemperantiam causam non reiiciunt, sed eorum, qui Medicinam exercent, prudentiam accusant, quasi Medicorum sit, quæ non conueniant præscribere, in ægrorum autem facultate non sit, aliquid contra imperata admittere. Atqui longè magis est rationi consentaneum, ægros non posse imperatis obsequi, quàm Medicos ea quæ minimè conueniunt imperare. Hi enim sana mente & corpore, tùm præsentia, tùm ex præteritis, quæ cum præsentibus similiter se habent in considerationem adhibentes, ad curationem aggrediuntur, adeò vt qui curatus est aliquando fateatur se illorum ope à morbo liberatum. Illi verò, neque quo morbo, neque quam ob causam laborent, neque quid ex præsentibus euenturum sit, neque quid ex his, quæ sunt eiusmodi, fiat, intelligentes, imperata facere iubentur, præsenti quidem morbo afflicti, euentum verò rerum metuentes, & morbo quidem grauati, cibis verò vacui, ea quæ morbo grata sunt potiùs eligunt, quàm quæ ad sanitatem conferunt, non quòd mori desiderent, sed quòd toleranter ferre morbum nequeant. Hos verò sic affectos an est vero similius, quæ à Medicis imperantur, quàm alia, quæ non imperantur facere? an Medicos eiusmodi quales antea exposuimus, ea quæ minimè conueniunt imperare? Nonne longè æquius est, eos quidem recte imperare, illos verò, vt par est, parêre non posse, eamque ob causam mortem incurrere? Quorum quidem causam, qui non recta ratione reputant, in eos qui culpa vacant reiiciunt, illis absolutis, qui maximè culpæ sunt obnoxij. Non desunt autem, qui artem Medicam reprehendunt, eo quòd nullus iis, qui à morbis sunt superati manus admouere velit, dicentes eos quidem morbos quos curatione aggrediuntur posse per sese sanari, eos verò qui auxilio indigent, non attingere. oportere autem, siquidem ars sit, omnibus ex æquo curationem admouere. Qui ergo huiusmodi verbis vtuntur, si Medicos accusant, quòd talia dicentium, tanquam delirorum, curam non suscipiunt, multò certe iustius, ob ea, quàm ob illa, incusant. Si quis enim artis facultatem, ad ea, quæ artis non sunt, aut naturæ, ad ea, ad quæ minimè apta est, requirat, is istud non intelligit magis ad insaniam cum ignorantia coniunctam, quàm ad imperitiam accedere. Quorum enim facultatem tum per naturæ, tum per artium instrumenta consequimur, eorum nos opifices profiteri possumus, aliorum non item. Si quid igitur homini contigerit, quòd Medicinæ instrumenta superet, id ne sperandum quidem est ab arte Medica

euinci posse. Atque vt exemplo rem ipsam doceamus; Ignis eorum omnium, quæ in Medicina vrendi facultatem habent, summè vrit, eo verò minùs alia plæraque. Atqui certe ex leuioribus, quæ sunt præstantiora, an curari possint nondum planè constat. Ex potentissimis autem quis dubitet ea, quæ præstantiora sunt curari non posse? In his enim quæ ignis non efficit, an non ea, quæ ab ipso superari nequeunt, satis arguunt, alia opus esse arte quàm ea, quæ igne vtitur vt instrumento. Eadem verò mihi dicenda sunt de his, quæ Medicinæ subseruiunt, in quibus singulis si res Medico non succedit pro animi sententia, meo quidem iudicio, in morbi vehementiam, non in artem ipsam culpa reiicienda est. Qui igitur eos reprehendunt, qui victis à morbo manus non admouent, non minus adhortantur ad ea suscipienda, quæ attingere fas non est, quàm quæ fas est. In cóque apud eos, qui nomine tenus Medici sunt admirationem sibi conciliant, ab artis verò peritis ridentur. Neque verò huius artificij periti tam imprudentes aut reprehensores, aut laudatores morantur, sed eos, qui recta ratione iudicant, quemnam ad finem deductæ artificum actiones perfectæ sint, & quanam in re deficientes, imperfectæ. Ac præterea earum imperfectarum actionum, quænam ad artifices, quænam etiam ad ipsa effecta sint referendæ. Quæ igitur alias artes spectant, aliud tempus aliámque orationem postulant. Quæ verò ad Medicinam pertinent, quænam sint & quomodo diiudicanda, partim quidem superiore, partim verò præsenti oratione dicentur. Sunt enim apud eos, qui artem istam probè callent, morbi partim quidem non obscuri, iíque pauci, partim verò non manifesti, iíque multi. Qui enim ad internas corporis partes vertunt, obscuri, qui verò ad corporis superficiem erumpunt, aut tumorem faciunt, manifesti. Sui enim copiam faciunt, tum visu, tum tactu, vt eorum durities & mollitudo sentiatur, & quinam calidi, quinam frigidi, & quorum in singulis præsentia aut abientia tales existunt. Atque in eorum quidem omnium remediis non peccatur. non quòd sint facilia, sed quòd inuentione constent. Et sanè non sunt à quibusuis inuenta, sed ab his qui recta inueniendi facultate valent. Valent autem tum qui in bonis disciplinis liberaliter sunt educati, tum qui à natura non infœliciter sunt comparati Hoc igitur modo ad manifestos morbos curandos artem facultate abundare oportet. Neque sanè eam in minùs manifestis deficere conuenit. Sunt autem hi qui ad ossa & cauitatem internam vergunt. Neq; verò vnum corpus habet, sed plures. Duæ nanq; sunt quæ cibum recipiunt, & demittunt, aliæq; præter has plures, quas ij nouunt, quibus ista curæ sunt. Quæcunque enim membra carnem in orbem circundatam habent, quam musculum nominant, ea omnia cauitatem habent. Quicquid enim minimè coaluit, siue pellicula, siue carne tegatur, cauum est, quod dum homo valet, spiritu quidem, dum verò ægrotat, sanie plenum est. Habent itaque brachia huiusmodi carnem, habent & femora, habent & tibiæ. Quin & in partib. carnis expertibus, huiusmodi caro inest, qualem in bene carnosis inesse diximus. Nam & thorax dictus, quo iecur concluditur, & capitis

κεκατηθῶσι αὐ. αὐτίκα γὰρ τῶν ἐν ἰατρικῇ καμόντων, πῦρ ἐργάτως κάμε. τοῦτο δὲ ἥσσον, καὶ ἄλλα πολλά. τῶν μὲν οὖν ἡσσόνων, τὰ κρείσσω οὔπω δῆλον ὅτι κ' αἰτίη εἴη. τῶν δὲ κρατίστων, τὰ κρείσσω πῶς οὐ δηλονότι αἰτίη; εἰ γὰρ πῦρ οὐ δημιουργέει, πῶς οὐ τὰ τούτου μὴ ἁλισκόμενα δηλοῖ, ὅτι ἄλλης δεῖται τέχνης, καὶ οὐ ταύτης, ἧς ἕνι τὸ πῦρ ὄργανον; οὗτος δέ μοι λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τῇ ἰατρικῇ ξυνεργεῖ, ὧν ἀπόντων φημὶ δεῖν ἑκάστου μὴ κατατυχόντα τὸν ἰητρὸν τὼ δυνάμει πάσχειν τὸ πάθεος, μὴ τὼ τέχνεω. εἰ μὲν οὖν μεμφόμενοι τοῖσι τοῖς κεκρατημένοισι μὴ ἐγχείρεοιεν, παρεκελεύοντο καὶ ὧν μὴ προσήκει ἅπτεσθαι οὐδὲν ἧσσον, ἢ ὧν προσήκει. παρακελευόμενοι δὲ ταῦτα, ἐπὶ μὲν τῶν ὀνόματι ἰητρῶν, θαυμάζονται· ἐπὶ δὲ τῶν καὶ τέχνῃ, καταγελάσται. ἐμοὶ οὕτως ἀφρόνων οἱ τούτοις τῆς δημιουργίας ἐμπείροισι, οὔτε μεμψιμοῖροι, οὔτ' αἰνέται δεόντως· ἀλλὰ λελογισμένων προς ὅ, τι αὐ αἱ ἐργασίαι τῶν δημιουργῶν τελεωτάτωνται, πλήρεις εἰσί. καὶ ὅτε ἐπιπολὺ πόνωσι ἀνδρός. ἐπὶ τε τῶν ἀνδρῶν, ἅς τε τοῖς δημιουργοῦσιν ἀναθετέον, ἅς τε τοῖσι δημιουργουμένοισι. τὰ μὲν οὖν κατὰ τέχας, ἄλλος χρόνος μετ' ἄλλου λόγου δείξει· τὰ δὲ κατὰ τὼ ἰατρικεῖω, οἷά τε ἐστιν, ὥδε κριτέα· τὰ μὲν ὁ παρὼν λόγος· τὰ δὲ ὁ παρὼν διδάξει λόγος. ἔστι γὰρ τοῖσι τούτου τὼ τέχνεω ἱκανῶς εἰδόσι, τὰ μὲν τῶν νοσημάτων, οὐκ ἐν δυσσόπτῳ κείμενα, καὶ οὐ πολλά· τὰ δ' οὐκ ἐν δηλόνῳ, καὶ πολλά ἐστι. [22] τὰ μὲν γὰρ πρὸς τὰ ἐντὸς τέταμμένα ἐν δυσσόπτῳ· τὰ δ' ἐξαπιόντα εἰς τὼ χροιῶ, ἢ οἰδαίνοντα, ἐν δηλόνῳ. παρέχει γὰρ ἑωυτῶν τῆπτε ὄψιν, τῷ τε φαῦσαι, τῆς περιττότητος, καὶ τῆς ὑγρότητος ἀναθάνεσθαι. καὶ ἅ τε αὐτῶν θερμὰ, ἅ τε ψυχρά. ὧν τε ἔκαστον, ἢ παρεστίν, ἢ ἀπεστίν, [23] τοιαῦτ' ἐστί. τῶ μὲν δὴ τοιούτων πόνων ἐν ἅπασι τοῖς ἀκεσίας, ἀναμάρτητός δέ ἐστι. οὐχ ὡς ῥηϊδίας· ἀλλ' ὅτι ἐξεύρηται. ἐξεύρηται γε μὲν οὐ τοῖσι βουληθεῖσιν, ἀλλὰ τούτων τοῖσι δυνηθεῖσι. δυνάσται δέ, οἷσι πάντε τῆς παιδείης μὴ ἐκ ποδῶν, πάντε τῆς φύσιος μὴ παλαίπωρα. πρὸς μὲν οὖν τὰ φανερὰ τῶν νοσημάτων, [24] οὕτω δεῖ εὐπορέειν τέχνεω. Δεῖ γε μὲν αὐτὼ, μὴ δὲ πρὸς τὰ ἧσσον φανερά. ἀπορέειν. ἔστι δὲ τοῦτο, ἃ πρὸς τὰ ἐσέα τέτρασται [25] καὶ τὼ νηδύω. ἔχει δὲ τὸ σῶμα, οὐ μίαν, ἀλλὰ πλείους. δύο μὲν γὰρ αἱ τὸν σῖτον δεχόμεναί τε καὶ ἀφιεῖσαι. ἄλλαι δὲ τούτεων πλείους, ἃς ἴσασιν, οἷσι τούτεων ἐμέλησεν. ὅσα γὰρ τῶν μυελέων ἔχει σάρκα περιφερέα, ὧν μῦν καλέουσι, πάντα νηδὺν ἔχει. [26] πᾶν γὰρ τὸ ἀσύμφυτον, ὧν τε δέρματι, ὧν τε σαρκὶ καλύπτεται, κοῖλόν ἐστι. πληρούται τε ὑγιαίνων μὲν, πνεύματος· ἀποθνήσκων δ' ἰχῶρος. ἔχουσι μὲν οὖν τοῖσιν οἱ βραχίονες, σάρκα τοιαύτην. ἔχουσι δ' οἱ μηροί. ἔχουσι δ' αἱ κνήμαι. ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀσάρκοισι, τοιαύτη ἔνεστιν, οἷόν κ' [27] ἐν τοῖσιν εὐσάρκοισιν εἶναι δόξειεν. ὅ, τε γὰρ θώραξ καλεόμενος, ἐν ᾧ ἔστι καρδίη· ὅ, τε τῆς κεφαλῆς κύκλος, ἐν ᾧ ὁ ἐγκέφαλος· τό, τε νεῦρον, ὅς τε ὀπίσω μέγιστον, τοῦ τῶν ὀστέων ἐστὶν ὅ, τι οὐ κ' αὐτὸ κενόν ἐστι, [28] πολλῶν διαφυσίων μεστόν. οἷσιν οὐδὲν ἀπέχει πολὺ ἀληθείας εἶναι· τῶν μὲν τοῖς βλαπτόντων τ' κεκτημένων, τ' δὲ κ' ὠφελούντων. ἔτι δὲ τοῖς τούτοισι, κ' φλέβες πολλαὶ καὶ νῦρα, οὐκ ἐν τῇ σαρκὶ μετέωρα, ἀλλὰ πρὸς τοῖς ὀστέοισι [29] προσεπαμμένα, συνδεσμός ἐστι τῶν ἀρθρων. κ' αὐτὰ τὰ ἄρθρα, ἐν οἷσιν αἱ συμβολαὶ τ' κινουμένων ὀστέων εὐκυκλέονται. κ' τούτων οὐδὲν, [30] ὅ, τι οὐχ ὑπαφεῖν ἐστι, καὶ ἔχον πρὸς αὐτὸ θαλάμας, ἃς καταγελᾷ ἰχώρ, [31] ὃς οὐκ ἐν ὀλιγῳ μένων αὐτέων, πολύς τε κ' πολλοὺς λυπήσας ὀξέρχεται. [32] οὐ γὰρ δὴ ὀφθαλμοῖσι γε ἰδόντι τούτων τ' εἰρημένων, οὐδὲν ἐὼν οὐδὲν ἐστὶν εἰδέναι. [33] ὀλίγ' κ' ἄδηλα ἐμοὶ τε ὠνόμασται, καὶ τῇ τέχνῃ κέχρηται εἶναι, οὐμὲν ὅτι ἄδηλα κεκεκρίκεν, ἀλλ' εἰ δυνατὸν κεκρίκεται. δυνατὸν δέ, [34] ὅσον αὖτε τῶν νοσεόντων φύσιες ἐς ὃ σκεφθῆναι παρέχουσιν, αὖτε τῶν ἐρευνησόντων ἐς τὼ ἐρευναν πεφύκασι. [35] μὴ πλείονος μὲν δὲ πόνου, κ' οὐ μετ' ἐλάσσονος χρόνου τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαί τε καὶ γινώσκεται. ὅσα δὲ τὼ τῶν ὀμμάτων ὄψιν ἀκριβόῃ, τοῦτα τῇ τ' γνώμης ὄψεκε. κεκρίκεται. ὅσα δὲ ἐν τοῖς μὴ ταχὺ ὀφθῆναι οἱ νοσεόντες παρέχουσιν, οὐχ οἱ θεραπεύοντες αὐτοὶ αἴτιοι, ἀλλ' ἡ φύσις ἥτε τῶ νοσεόντος, ἥτε τῶ νοσήματος. ὁ μὲν γὰρ ἐπεὶ οὐκ ἐῷ αὐτῷ ὄψιν ἰδεῖν ὃ μαθεῖν, οὐδὲ ἀκοῆ πυθέσθαι, λογισμοῦ μετῆκε. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀπαρρώνται οἱ τὰ ἀφανέα νοσέοντες ἀπαγγέλλειν πρὸς τ' νοσηματ' τοῖσι θεραπεύοισιν, διεξαίροντες μᾶλλον ἢ εἰδότες ἀπαγγέλλουσιν. εἰ γὰρ ἠπίστατο, οὐκ ἂν ἐπεπίστευτο αὐτοῖς. τῆς γὰρ αὐτῆς ξυνέσιός ἐστιν, ἥς περ ὃ εἰδέναι τῶν νούσων τὰ αἴτια; καὶ ὃ θεραπεύειν αὐτὰ ὀπίσσεσθαι πάσησι τῆσι θεραπείησιν, αἳ κωλύουσι τὰ νουσήματα μεγαλύνεσθαι. ὅτε οὖν οὐδὲ ἐν τῶν ἐπαγγελλομένων ἐστὶ τὼ ἀναμάρτητον σαφηνίσαι ἀκούσαι, προσσοπέον τί καὶ ἄλλο τῷ θεραπεύοντι. Τούτης οὖν τῆς βεβαιότητος οὐχ ἡ τέχνη, ἀλλ' ἡ φύσις αἰτίη ἡ τῶν σωμάτων. ἡ μὲν γὰρ ἀθανατομένη, ἀξιοῖ θεραπεύειν, σκοπουσα ὅπως μὴ τόλμη μᾶλλον ἢ γνώμη, [36] καὶ ῥαστώνη μᾶλλον ἢ βίῃ θεραπεύῃ. ὁδὶ κὼ μὲν ἀρκέσει πρὸς τὸ ὀφθῆναι, ἐξαρκέσει κ' πρὸς τὸ ἰαθῆναι· κὼ δὲ ἐν ᾧ τοῦτο ὁρᾶται, κεκατηθῆ, δεῖ τὸ βεβαιέως αὐτὸν ὅπῃ τὸν θεραπεύσοντα ἑλεῖν, ἢ ἀφ' ὃ τὸ νόσημα-τος τάχος, οἰχήσεται. ἐξ ἴσου μὲν γὰρ ὁρμώμενον τῇ θεραπείῃ, οὐκ ἔστι θᾶσσον. πρὸς λεῖον δὲ, θᾶσσον. πρὸς λαμβανῇ δὲ, ἀφ' τε τὼ τῶν σωμάτων γενότητα, ἐν ᾗ οὐκ ἐν ὀλίγῳ οἰκέουσιν αἱ νοῦσοι· [37] ἀφ' τε τὼ τῶ καμόντων ὀλιγωρείω. ὅπῃ τίθενται γὰρ, λαμβανόμενοι ὑπὸ τῶ νοσήματος, ἐθέλουσι θεραπεύεσθαι. ἐπεὶ τ' γε τέχνης τ' δυνάμει, ὁκότερω πνὰ τῶ τὰ ἀδήλα νοσεύντων αἰνάσῃσι, θαυμάζειν ἀξιώτερον, ἢ ὁκότερω ἐγχείρεισι τοῖς ἀδυνάτοις. ἔκειν ἐν ἀνῇ δημιουργίῃ τῶ ἠδὴ διρημένων οὐδεμίη ἔνεστιν οὐδὲν τοιοῦτον, [38] ἀλλ' αὐτέων ὅσα πνεὶ δημιουργεῦσι; τούτω μὴ παρέοντος ἀργοί εἰσι· [39] μὴ δὲ τούτω ἀφθῆναι ἐνεργοί.

orbis, in quo cerebrum comprehenditur, ipsumque dorsum, cui annexi sunt pulmones, hæc omnia prorsus sunt vacua, multis interuallis referta, quæ ferè vasorum naturam obtinent, cùm res eas continent, quæ partim quidem eum, qui eas possidet, iuuant, partim etiam lædunt. Ad hæc etiam venæ sunt multæ, & nerui, non ij quidem in carne extantes, sed ad ossa protensi, articulos colligant. Quinetiam ipsi articuli, in quibus ossium, quæ mouentur, connexiones voluuntur. Quorum nihil est, quod non aliquantulum spumosum sit, & circa se latibula habeat, quæ sanies ipsa arguit, quæ iis apertis copiosa, & multis molesta effluit. Neque enim sanè eorum, quæ dicta sunt, quicquam oculis intuenti conspicere licet. Ideóque non manifesti morbi à me appellati sunt, & ab arte esse censentur, non tamen quia non manifesti, naturam nostram euincunt, sed, si modò fieri potest, ab ea superantur. Potest autem fieri, cùm & ægrorum naturæ se ad inuestigationem exhibent; & qui peruestigaturi sunt ad industriam recte sunt à natura comparati. Neque enim sine multo labore & longo tempore, oculis cernuntur & cognoscuntur. Quæ nanque oculorum aspectum effugiunt, ea mentis acie comprehenduntur. Quæ verò ex eo ægris contingunt, quòd non protinus statim affectus cernatur, eorum culpa non in Medicos, sed tum in ægrotantis, tum in morbi naturam reiicienda est. Ille enim cùm neque doloris causam oculis cernere, neque auditione cognoscere queat, ratiocinatione consequitur. Qui namque obscuro morbo laborant, si quid de morbo Medicis indicare conantur, id ex opinione potiùs quàm ex certa cognitione denunciant. Neque enim si certò scirent, ipsis se committerent, cùm eiusdem sit prudentiæ, tum morborum causas cognoscere, tum omnibus præsidiis, quæ morbos augeri prohibeant, eos curare nosse. Cùm igitur ex his, quæ denunciata sunt, non liceat ad aliquam certam cognitionem peruenire, aliò sanè; qui curationem instituit respicere debet. Huius igitur moræ causa, ad corporum naturam, non ad artem ipsam referenda est. Hæc enim vbi morbum percepit, curationem instituendam censet, id vnum spectans, ne temeritate magis quàm consilio, & vt facilitate potius quàm vi curationem adhibere videatur. Illa verò si tandiu morbum ferre possit, vt à Medico recte perspici possit, curationem etiam bene feret. Sin verò interim dum morbus cognoscitur, à morbo euicta fuerit; vel quòd seriùs ad Medicum accesserit, vel ob morbi celeritatem æger peribit. Neque enim, qui ex æquio ad curationem procedit, morbus celer existimandus est, sed qui præuertit. Præuertit autem tum ob corporum densitatem, in qua non conspicui morbi delitescunt; tum etiam propter ægrotantium negligentiam, qua curationem differunt; sed tum demum morbis correpti curationem expetunt. Quare artis facultatem admirari longè certè æquius est, si quem ex obscuro morbo laborantem restituerit, quàm si, quæ fieri non possunt, aggressa fuerit. Neque verò in vlla quapiam arte iam inuenta tale quippiam inesse conspicitur, verùm ex his quæcunque igne opus suum perficiunt, si eis desit, ab omni opere feriantur, vbi verò eum contrectarunt, in opere continentur.

Et quæcunque in facilè emendabili materia opus suum exercent, vt in lignis quædam, aliæ in cornis, quædam etiam stylo, ære, ferro, atque id genus aliis quamplurimæ. Quæ tamen opera ex his & per has perficiuntur, quanquam facilè emendari possunt, non tamen celeritatem magis ad opificium requirunt, quàm vt rite minimeque perfunctoriè tractentur: sed si quod instrumentum defuerit, ab opere quiescunt: & quamuis illis mora sit ad emolumentum incommoda, ea tamen pluris æstimatur. At verò Medicina, his quidem ex pure in thorace collecto, aliis verò ex hepate & renibus, aliis etiam ex omnibus, quæ ventre continentur laborantibus, cùm ea intensa oculorum acie contueri nequeat, (quod certe omnes apertissimè vident) aliarum tamen facultatum subsidia adhibuit. Ex vocis namque claritate & tarditate, & destillationibus, quæ singulis, quà exitus datur, defluere consueuerunt, earumque partim quidem odoribus, partim coloribus, modò etiam tenuitate ac crassitudine diligenti trutina ponderatis, tum iam affectarum partium, tum verò ad affectum opportunarum signa colligit. Vbi verò ista de se significationem præbuerint, neque ea sponte natura dimittit, necessarias vias quasdam inuenit, per quas vi impulsa citra noxiam ea emittat, remissa verò & languida, artis peritis, quæ porro facienda sunt planè indicat. Ac partim quidem ignem in nobis connatum, cibi potúsque acrimonia, vt pituitam diffundat cogit, partim verò spiritum ipsum, tanquam morbi delatorem, itinere & cursu per accliuia facto, morbum prodere cogit, quò coniectura colligatur, quid sibi in his visum fuerit, quæ vt conspicerentur fabricata est. Quinetiam sudores priùs commemoratis ciendos esse, ex aquarum calidarum exhalationibus colligit. Quædam præterea per vesicam prodeuntia, euidentius morbum ostendunt, quàm quæ per carnes exeunt. Huiusmodi igitur cibos & potus adinuenit, qui cùm calidis succis sint calidiores, eos & eliquant & fluxiles reddunt, qui nunquam effluerent, nisi hoc illis contingeret. Itaque alia ex aliis, & alia per alia, tum corpus peruadunt, tum morbum denunciant, vt proinde nemini mirum videri debeat, si ad eorum cognitionem longius tempus requiratur, eósque pauci aggrediantur, cùm per aliorum expositionem ad Medici curantis cognitionem narratione deuenerint. Quòd igitur ars Medica adhibendi remedij abundantem per se habeat rationum facultatem, quódque meritò morbis, qui corrigi nequeunt, manus non admoueat, aut in iis aggrediendis inculpatam se exhibeat, tum præsens oratio manifestè indicat, tum viri huius artis periti, re ipsa lubentiùs quàm verbis demonstrant, qui non tam orationis dictioni student, quàm quòd vulgi fidem ex his, quæ vidit firmiorem, quàm ex his, quæ audierit, sibi comparaturos existimant.

καὶ ὅσα καὶ τοῖσιν ἀνεπανορθώτοισι τοῖσι σώμασι δημιουργεῦται. αἱ μὲν μὴ ξύλων· αἱ δὲ, μὴ σκυτέων. αἱ δὲ, γραφῆ, χαλκῶτε καὶ σιδήρῳ. καὶ τοῖσι τούτων ὁμοίοισιν αἱ πλεῖσαι. τὰ δὴ ἐκ τούτων καὶ μὴ τούτων δημιουργήματα, καὶ ἀνεπανόρθωτα, ὅμως οὐ πάνυ τάχιστα μᾶλλον, ἢ πάνυ ὡς ἀνδρὶ δημιουργήσαι, οὐδὲ ἐπιφοιτῶσ· ἀλλ' ἐὼν ἀπὴν τῶν ὀργάνων, [40] ἐλλείπει. καίτοι καὶ κείνας ὀ βραδὺ τοῖσ ὀ λισιτελέστερον ἀσύμφορον· ἀλλ' ὅμως τοῖσι χρήσιμα. Ἰητικὴ δὲ, τοῦτο μὲν, τῶν ἐμπύων· τοῦτο δὲ, ὀ ἢ παρ' ἢ τοῦς νεφροῖς, τοῦτο δὲ τῶν ξυμπάντων ἐν τῇ κοιλίῃ νοσεόντων ἐπιφερομένῃ τῇ δεινοψίῃ. [41] τὰ πάντα πάντες ἰκανωτάτως ὁρῶσιν. ὅμως ἄλλας ἀπορείας σωεργοὺς ἐφεῦρε. [42] φωνῆς τε γὰρ λαμπρότητα καὶ βραδυτῆτα καὶ ῥόματα, ἃ ἀφ' ἑκάστου ἐῶνται ἑκάστοισι, δι' ὧν ἔξοδοι δέδοται. ὧν τὰ μὲν, ὀδμῇσι· τὰ δὲ, χροΐσι· τὰ δὲ, λεπτότητι καὶ παχύτητι ἐξεσταθμωμένῃ τεκμήρεται, ὧν τε σημεῖα τούτων, ἅ τε πεπονθότων, ἅ τε παθεῖν δυναμένων. ὅταν δὲ τούτων μνήσωται, μὴ δὲ αὐτὴ ἡ φύσις ἐκποδὼν ἀφῖκται, [43] αὐτάρκης ἐστὶν, ἧσιν ἡ φύσις ἀζήμιος βιαθεῖσα μεθίσιν. αὐτεμβάσα δὲ δηλοῖ τοῖσι τὰ τῆς τέχνης ἰδόσιν, ἃ, ποιητέα. βιάζεται δὲ τοῦτο μὲν πῦρ ὀ σύμφυτον φλέγμα ἐξαναχθὲν, σιτίων δριμύτητι, καὶ πομάτων. ὅπως τεκμαρῆται τὶ ὀφθὲν τοῦ ἐκείνων, ὧν αὐτὴ ἐμπεριέωτο ὀφθῆναι. τοῦτο δὲ αὖ πνεῦμα ἐν κατήγεται, ὁδοῖσι τε τοῖσι αὐτοῖσι καὶ δρόμοις ἐκβιάσαι κατηγορέῃν. ἱδρῶτάς τε τοῦτοισι τοῖσι τοῖσι φρηνιῶσιν ἀγεῦσαι, ὑδάτων θερμῶν ἀποπνοίησι τεκμαίρεται. ἔστι δὲ ἃ καὶ ἐξ τῆς κύστιος διελθόντα, ἰκανώτερα τὼ νοῦσον δηλῶσαι ἐστὶν, ἢ ἐξ τοῦ σώματος διὰ σαρκῶν ἐκκρινόμενα. ὁ δὲ ἀνθρωπος ἐξ ἰόντα. ἐξ εὗρηκεν οὖν καὶ τοιαῦτα πόματα καὶ βρώματα, ἃ τῶν θερμαινόντων θερμότερα γινόμενα, τήκεί τε ἐκεῖνα, καὶ ἐξαῤῥῆν ποιεῖ. ἃ οὐκ ἂν διέῤῥυν, μὴ τοῦτο παθόντα. ἔτερα μὲν ὧν τοῖσ τοῖσ ἑτέρων, καὶ ἄλλα δι' ἄλλων ἐστὶ πάτε διιόντα, πάτ' ἐξαγγέλλοντα. ὥστ' οὐ θαυμάσιον αὐτῶν, [44] τοιάτε πίστιας, χρονιωτέρας γίνεσθαι, τοιά τ' ἐγχείρισιας, βραχυτέρας, οὕτω δι' ἀλλοτείων ἑρμηνέων τοῖσ τὴν ἀρχαπόδουσαν σύνεσιν ἑρμηνευομένων. ὅτι μὲν οὖν καὶ λόγους ἐν ἑωυτῇ εὑπόρους εἰς τὰς ἐπικουρίας ἔχει ἡ ἰητικὴ, καὶ οὐκ εὐστοχοῦσι διὰ καίτοι οὐκ ἂν ἐγχείροι τῆσι νούσοισιν, ἢ ἐγχειρεῖ μάλιστα, ἀναμαρτήτως ἂν παρέχη, οἵτε νῦν λεγόμενοι λόγοι δηλοῦσιν, οἵτε τῶν εἰδότων τὴν τέχνην ἐπιδείξιες, ἃς οὐκ τῶν ἔργων ἥδιον, ἢ οὐκ τῶν λόγων ἐπιδεικνύουσιν, [45] οὐ ὀ λέγειν καταμελετήσαντες, ἀλλὰ τὴν πίστιν τοῦ πλήθους ἐξ ὧν ἂν ἴδωσιν οἰκειοτέρην ἡγούμενοι, ἢ ἐξ ὧν ἀκούσωσι.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΗΣ ἰητικῆς.

HIPPOCRATIS DE PRISCA MEDICINA, LIBER.

QVI de Medicina dicere aut scribere conantur, & suæ quæstionis genus calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum, aut aliud quiduis proposuerunt, ij, dum rem breui contrahunt, & idem morborum & mortis in vniuersum causæ principium, vnum vel duo constituunt, in multis quidem quæ dicunt, planè errasse arguuntur. At verò iustiùs artis nomine reprehendendi sunt, quæ re vera existit, quámque omnes in rebus maximis adhibent, cuiusque peritos artifices summis honoribus dignantur. Sunt autem opifices, alij quidem mali, alij verò multùm præstantes. Quod sanè minimè contingeret, si prorsus non existeret ars Medica, nihilque in ea vel obseruatione, vel inuentione constaret, omnesq; illius ex æquo inexperti & ignari essent, ægrotantiumq; rebus fortuna præesset. Verùm aliter se res habet, sed non secus ac in reliquis omnibus artibus, opifices longè inter se, tum manu, tum mente præstant, sic etiam in arte Medica. Quamobrem equidem ipsam non censeo in inane quæstione versari oportere, sicuti quæ sunt obscura & dubia, de quibus si quis dicere velit, cum rei de qua agitur accommodatam quæstionem proponere necesse est. Velut si quis de rebus sublimibus aut sub terra positis disserat, aut earum naturam se nosse profiteatur, ea vera sint nécne, neque iis, qui disserunt, neque iis, qui audiunt, satis fuerit manifestum. Neque enim datur ad quod quis veri cognitionem referat. At verò in Medicina iám pridem omnia subsistunt, in eaque principium & via inuenta est, per quam præclara multa longo temporis spatio sunt inuenta, & reliqua deinceps inuenientur, si quis probè comparatus fuerit, vt ex inuentorum cognitione ad ipsorum inuestigationem feratur. Qui verò his omnibus reiectis ac repudiatis, aliam inuentionis viam aut modum aggreditur, & aliquid se inuenisse iactitat, is cùm fallitur, tum alios fallit. Neque enim istud vllo pacto fieri potest. Quas autem ob causas istud fieri nequeat, postea ostendam, vbi artem esse dixero ac docuero. Ex quo etiam manifestum fiet, nihil omninò alia ratione inueniri posse. Ac mihi quidem maximè videtur, qui de hac arte disserere instituit, quæ plebeiis nota sunt dicere debere, cùm de nullo alio vel quærere, vel dicere conueniat, quàm de morbis quibus ij ipsi tentantur. Cùm igitur rudes sint, neq; morbos quibus ægrotant nosse, neq; quomodo oriantur, aut desinant, neq; quas ob causas increscant, aut minuãtur, iis est facile, ab alio verò inuentos & expositos, procliue, cùm nil aliud quisq; recordetur, quàm quæ sibi contigisse audit. Quòd si quis popularium sententiam nõ assequitur, nec se audientibus conciliat, is quod verè existit non assequetur, & neq; propterea vlla proposita materia indiget. Principio sanè neq; inuenta fuisset, neq; inuestigata ars Medica, neq; enim ea ægrotis opus esset, si eadem victus ratio iis offeretur, qua qui valent, vtuntur,

Ὁ ὅσοι ἐπιχείρησ περὶ ἰητικῆς λέγειν ἢ γράφειν, ἢ ἐπιθήσιν σφίσιν αὐτοῖσιν ἐπιθήρμοι ὦ λόγῳ, θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ὑγρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ἄλλ' ὅ, τι αὖ ἐθέλωσιν ἐς βραχὺ ἀγαγόντες, τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτῆς τοῖσιν αὐθρώποισι τῶν νοσεόντων τε καὶ θανάτου, καὶ πᾶσι τοῦ αὐτοῦ, ἓν ἢ δύο τιθέμενοι, ἐν πολλοῖσι μὲν καὶ οἷσι λέγουσι κεκλαφανέες εἰσὶν ἁμαρτάνοντες. μάλιστα δ' ἄξιον μέμψασθαι ἀμφὶ τέχνης εὐέστος, ἣ χρῶνται τε πάντες ὅτι τοῖσι μεγίστοισι, καὶ τιμῶσι μάλιστα τοὺς ἀγαθοὺς χειροτέχνας. εἰσὶ δὲ δημιουργοὶ, οἱ μὲν, φαῦλοι· οἱ δὲ, πολὺ διαφέροντες. ὅπερ, εἰ μὴ ἦν ἰητικὴ ὅλως, μὴ δὲ ἐν αὐτῇ ἐσκέπτο, μήδ' ἔγειτο μηδέν. ὁμοίως αὖ καὶ ἐν, ἀλλὰ πάντες αἱ ὁμοίως αὐτοῦ ἀπεῖρόί τε καὶ ἀνεπιστήμονες ἦσ, καὶ τὐχὴ πάντα τὰ τῶν κεμνόντων διοικεῖτο. νῦν δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τεχνέων πασέων οἱ δημιουργοὶ πολὺν ἀλλήλων διαφέρουσι τὴν χεῖρα καὶ τὴν γνώμην, οὕτω δὴ καὶ ὅτι ἰητικῆς. διὸ οὐκ ἀξίοιν ἔγωγε κείνῆς αὐτέων ἐπιθήσιος διαθεῖν ὥσπερ τὰ ἀφανέα τε καὶ ἀπορεόμενα· περὶ ὧν ἀνάγκη ἐν τῆς ὅτι χρεῖν λέγειν, ἐπιθεῖν χρῆσθαι. ὁ περὶ τῶν μετεώρων ἢ τῶν ὑπὸ γῆν εἰ λέγοι τὶς καὶ γινώσκοι ὡς ἔχει, οὔτ' ἂν αὐτοῖ λέγοντι, οὔτε τοῖς ἀκούοισι δῆλα ἂν εἴη, εἴτε ἀληθὲς ἐστὶν, εἴτε μή. οὐ γὰρ ἔστι πρὸς ὅ, τι χρὴ ἐπιφερέειν τὴν γνῶσιν εἰδέναι ὃ σαφές. ἰητικῆ δὲ πάντα πάλαι ὑπάρχει, καὶ ἀρχὴ καὶ ὁδὸς εὑρημένη, καθ' ἣν καὶ τὰ εὑρημένα πολλά τε καὶ καλὰς ἐχόντα εὕρηται, ἐν πολλῷ χρόνῳ. καὶ τὰ λοιπὰ εὑρεθήσεται, ἢν τις ἱκανός τε ὦν, καὶ τὰ εὑρημένα εἰδὼς, ἐκ τούτων ὁρμώμενος ζητέῃ. ὅστις δ' ταῦτα ἀποβαλὼν καὶ ἀποδοκιμάσας πάντα, ἑτέρῃ ὁδῷ, καὶ ἑτέρῳ χρήματι ἐπιχειρέῃ ζητέειν, καὶ φύσιν τινὰ εὑρηκέναι, ἐξαπατᾶται, καὶ ἐξαπατᾷ. ἀδύνατον γὰρ, ἐξ ὧν ἀνάγκης ἀδύνατον, ἐγγίγνεσθαι ὁμολογήσομεν ὅτι δεῖ δεῖξαι, λέγων καὶ δείκνυς, τὴν τέχνην ὅ, τι ἐστίν. ἐκ δὲ τούτου καταφανὲς ἔσται ἀδύνατα ἐόντα ἀνθρώπῳ πῶς δυνήσεσθαι. μάλιστα δέ μοι δοκεῖ περὶ ταύτης δεῖν λέγειν τὴν τέχνης, γνωστὰ λέγειν τοῖσιν δημότησιν. οὐ γὰρ περὶ ἀνεῦ τινος, ὅτε ζητέειν τοῦ ἐστὶ, ὅτε λέγειν, ἢ περὶ τῶν παθημάτων ὧν αὐτοὶ οὗτοι νοσέουσιν. αὐτοὶ μὲν οὖν τὰ σφέων αὐτῶν παθήματα καταμαθὼν ὥστε γνῶ καὶ παύεται, καὶ δι' οἵας τοῦ φάσιας αὔξεται τε καὶ φθίνει, ἰδιώτας ἐόντας, οὐ ῥᾴδιον ἐστ' ἄλλου δὲ ἀρκεῖν καὶ λεγόμενα, ἀπιστεῖν. ὁ δὲ ἕτερον ἀναμιμνήσκεται ἕκαστος ἀκούων τῶν ἑαυτοῦ ξυμβαινόντων. εἰ δέ τις τῶν ἰδιωτέων γνώμης ἀποδοξεῖ, καὶ μὴ ἐξαρκέσῃ τοῦς ἀκούοντας, οὐδὲ τῶ ἐόντος ἀποδοξεῖ. καὶ ἐξαρκέσῃ ταῦτα οὖν οὐδὲν δεῖται ἐπιθήσιος. τὴν γὰρ ἀρχὴν οὔτ' ἂν εὑρέθη τέχνη ἢ ἰητικὴ, οὔτ' ἂν ἐζητήθη. οὐδὲν γὰρ αὐτῆς ἐδεῖ τοῖσι κάμνοισι τῶν ἀνθρώπων, τὰ αὐτὰ διαιτωμένοισί τε καὶ τοῖσ τοῖσ ὑγιαίνουσι ἐδίοισι καὶ πίνοισι,

quinetiam alia victus ratio contulisset, nisi essent istis alia meliora. At nunc necessitate homines coacti, artem Medicam inuenerunt & inuestigarunt, quòd ægrotis oblata bene valentium victus ratio nihil contulerit, vt ne nunc quidem confert. Ad hæc superioribus equidem sæculis, neminem istam bene valentium victus rationem & alimoniam, qua nunc vtuntur, inuenturum fuisse existimo, si idem cibus & potus homini, boui & equo, & cæteris præter hominem animantibus satis fuisset, ea nempe, quæ ex terra oriuntur, fructus, herbæ & fœnum, quibus nutriuntur & augentur, & sana degunt, nullo alio victu indigentia. Quanquam equidem per initia hominum eodem alimento vsum esse existimo. At cibaria, quibus nunc vtuntur, non nisi arte inuenta & excogitata, longoq; temporis interuallo in vsum deducta mihi videntur, cùm nimirum ex robusto & firmo victu, intemperatis & nimium valentibus ingestis cibariis, in multos & graues morbos homines inciderent, in quos etiam hoc tempore, si iisdem vterentur, incurrerent, ex quibus grauibus doloribus & morbis correpti, breui vitam cum morte commutarent. Etsi verò est simile his malis minus conflictatos fuisse propter consuetudinem, quamuis tũc quidem graiter laborarint, & plurimos quidem imbecilliore natura præditos, interiisse, eos verò qui virib. præstarent, diutiùs exstitisse: non secus ac hoc tempore, quidam ex valentibus cibariis facilè, alij non nisi cum multis doloribus & molestiis vindicantur. Eaque sanè necessitate mihi adducti illi videntur consentaneum naturæ alimentum inuestigasse, & id quo nunc vtimur inuenisse. Triticum igitur macerantes, & omninò pinsentes, molis frangentes, subigentes, & assantes, panem confecerunt. Ex hordeo verò mazam, & plurima alia magna circa eam adhibita opera coxerunt, assarunt, miscuerunt, valentiaq; & intemperata cum imbecillib. temperantes, omnia pro hominis natura & viribus cõposuere, rati cibos valentiores ingestos, quod à natura superari non possent, dolores, morbos, & mortem afferre, eos verò, qui à natura superarentur, alimentum, incrementum & sanitatem præstare. Huic autem inuento quodnam iustius aut conuenientius quàm Medicinæ nomen imponi queat? quandoquidem ad hominis sanitatem, nutritionem & salutem inuentum est, quod in illius victus rationis vicem succederet, ex qua dolores & morbi nascuntur. Quòd si quis hanc ipsam artem esse non existimet, non absurdè prorsus sentiat. Cuius enim artis propter vsum & necessitatem nemo rudis est, sed omnes periti, illius artificem aliquem vocari fas non est. Quanquam inuentum hoc longè præstãs est, & multa arte ac obseruatione constat. Quinetiam in hodiernum vsq; diem, qui rei gymnasticæ & viribus reficiendis præsunt, eadem via inuestigãdo semper aliquid inueniunt, quo quis pro cibo & potu vsus, reliquis in certamine longè superior & seipso robustior euadat. Medicinam igitur, quã omnes ægrorum causa inuentam esse fatentur, in consideratione adhibeamus, num & nomen & artifices habeat, ipsisque superior esse velit, & vndénam originẽ traxerit.

'καὶ κατ' ἄλλα ἀμφιτρομόμενοι ξυνέφερε, εἰ μὴ ἐν ἕτερα βελτίω. νῦν δ' αὐτὴ ἡ ἀνάγκη ἐπεικεῖν ἐποίησε ζητῆσαί τε καὶ εὑρεθῆναι αὐτοῖσι· ὅτι τοῖσι κάμνουσιν τ' αὐτὰ προσφερόμενοισιν, ἅπερ οἱ ὑγιαίνοντες, οὐ ξυνέφερε· ὡς οὐδὲ νῦν ξυμφέρει. ἔτι δ' αὖ πάλαι ἔγωγε ἀξιῶ, οὐδ' αὖ τοῖσι ὑγιαινόντων διαιτᾶν τε καὶ ἐσθιέειν ἢ νῦν χρέονται εὑρεθῆναι, εἰ ἐξήρκει τοῖς αὐτοῖσι τοῖσι ἐσθίοντι καὶ πίνοντι, βοΐτε καὶ ἵππῳ, καὶ πᾶσιν ὅσα ἀνθρώπου· ὅσα τὰ ἐκ τῆς γῆς φύεται καρπός τε καὶ ὕλη, καὶ χόρτος. [7] οἱ ἀπὸ τούτων τε καὶ βέφονται, καὶ αὔξονται, καὶ ἄνευοι ἀμφίησιν, οὐδὲν προσδεόμενοι ἄλλης διαίτης. καὶ τοι τοῦ ἀρχαίου ἔγωγε ἀξιῶ, καὶ τὸν ἀνθρώπου τοιαύτῃ ἐσθῖν κεχρῆσθαι. τὰ δέ γε νῦν ἀμφιτήματα λίρηνθα, τετεχνημένα ἐν πολλῷ χρόνῳ γεγενῆσθαί μοι δοκέει. ὡς γὰρ ἔπαθον πολλά τε καὶ δεινὰ ἀπὸ ἰχυρῆς τε καὶ θηριώδεος διαίτης σώματα, καὶ ἄκρηα, καὶ μεγάλας δυνάμας ἔχοντα ἐσφερόμενοι, οἷά περ δὴ καὶ νῦν ἐπ' αὐτέων πάσχοιεν, πόνοισί τε ἰχυροῖσι καὶ νούσοισι προσπίπτοντες, καὶ ἀμφὶ ταχέος θανάτοισιν. ἦσαν μὲν οὖν ταῦτα τότε εἰκὸς ἐν πᾶσιν, ἀμφὶ τὴν συνήθειαν. ἰχυρῶς δὲ καὶ τότε, καὶ τοὺς μὲν πλείστους τε καὶ ἀσθενεστέρην φύσιν ἔχοντας, ἀπόλλυε εἰκός· τοὺς δ' τούτων ὑπερφέροντας, πλείω χρόνον αὐτέχειν. ὥσπερ καὶ νῦν ἐκ τῆς ἰχυρῶν βρωμάτων, οἱ μὲν γὰρ ῥηϊδίως ἀπαλλάσσονται· οἱ δ', μετ' πολλῶν πόνων τε καὶ κακῶν. ἀμφὶ δὴ τούτῳ τῷ χρείῳ, καὶ οὗτοί μοι δοκέουσι ζητῆσαι ἐσθίειν ἁρμόζουσαν τῇ φύσει, καὶ εὑρεῖν τούτῳ, ἣ νῦν χρώμεθα. ἐκ μὲν οὖν τῶν πυρῶν βρέξαντες καὶ πίσαντες πύπτα, καὶ καταλέσαντες, καὶ ἀμασήσαντες, [8] καὶ φορύξαντες, καὶ ὀπήσαντες, ἀποτέλεσαν ἄρτον. ἐκ δέ γε τῶν κριθέων μάζαν, ἄλλα τε συχνὰ [9] περὶ τούτῳ τῷ πρηγμάτι θυσάμενοι, ἥψησάν τε καὶ ὤπησαν, καὶ ἔμιξαν, καὶ ἐκέρασαν ἰχυρά τε καὶ ἄκρηα τοῖσιν ἀσθενεστέροις. πλάσσοντες πύπτα πρὸς τὴν αὐθέπτου φύσιν τε καὶ δυνάμιν. ὑγιεύμενοι, ὅσα μὲν ἰχυότερα ἦν, καὶ δυνήσεται κρατέειν ἡ φύσις, ἐν ἐξάλλησαν. ἀπὸ τούτων δ' αὐτῶν, πόνους τε καὶ νόσους, καὶ θανάτους ἔσεσθαι. ὅσων δ' αὖ δυνήσῃ) ὑπικρατέειν, ἀπὸ τούτων ἐσθίειν τε καὶ αὔξησιν, καὶ ὑγιείην. τῷ δ' ὀνόματι, τὶ ἂν οὖν ὄνομα δικαιότερον αὖ τις προσθῇ κεῖνον μᾶλλον θεῖτο, ἢ ἰητρικήν; ὅτι εὕρηται ὑπὲ τῆς αὐθέπτου ὑγιείη τε καὶ ἐσθῖν καὶ [10] σωτηρίη, ἀλλαγμα κείνης τῆς διαίτης, ἐξ ἧς οἱ πόνοι καὶ νοῦσοι γίνονται. εἰ δὲ μὴ τέχνη αὐτὴ νομίζεται εἶ), οὐκ ἀπῄκός. ἧς γὰρ μηδεὶς ἐστὶν ἰδιώτης, ἀλλὰ πάντες ὑπεύθυνοι ἀμφὶ τῷ χρῆσίν τε καὶ ἀνάγκῃ, οὐ προσήκει τούτῃς οὐδένα τεχνίτην καλέεσθαι. ἐπεὶ τόγε εὕρημα καὶ μέγα καὶ πολλῆς τέχνης τε καὶ σκέψιος. ἐπὶ γοῦν καὶ νῦν οἱ τῶν γυμνασίων τε καὶ ἀνακτήσιον ὑπιμελούμενοι, ἀεί τι προσεξευρίσκουσι κατὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ζητέοντες, ὅ, τι ἔδων τε καὶ πίνων, [11] ὑπικρατήσει τε αὐτέων μάλιστα, καὶ ἰχυότερος ἑωυτῷ ἔσται. Σκεψώμεθα γοῦν, καὶ τὴν ὁμολογουμένως ἰητρικὴν, τὴν ἀμφὶ τοὺς κάμνοντας εὑρημένην, εἰ καὶ οὔνομα καὶ τέχνας ἔχει, καὶ κρατεῖν καὶ αὐτὴ τῶν αὐτέων ἐθέλει, καὶ ὁποθέν ποτε ἤρκται.

ἐμοὶ μὲν γὰρ ὅπερ ἐν ἀρχῇ εἶπον, οὐδ' αὖ ζητῆσαι δοκέει ἰητρικὴν ἐν ἀνθρώποις, εἰ ταὐτὰ ἀμφιτήματα οἷοί τε κάμνουσιν, καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν ἁρμόζειν. ἔτι γοῦν καὶ νῦν, ὅσοι ἰητρικὴ μὴ χρέονται, οἵτε βάρβαροι [12] καὶ τῶν ἑλλήνων ὁμοῖοι, τὸν αὐτὸν βίον ἅπερ ὑγιαίνοντες ἀμφιέουσι, τοῖς ἡδεῖοι· καὶ οὔτ' ἂν ἀποροῖεν οὐδενὸς ὧν ἐπιθυμέουσιν, οὐδὲ κείλαιντο. οἱ δὲ ζητήσαντές τε καὶ εὑρόντες ἰητρικὴν, τὴν αὐτέων κείνοισι ἀμφίεσιν ἔχοντες τοῖς ὦν μοι οἱ πρότερος λόγος εἴρηται, πρῶτον μὲν οἶμαι, ὑφεῖλον τῶν πλήθεος τῶν σιτίων αὐτέων τοιούτων, καὶ ἀντὶ πλέονων ὀλίγα ἐποίησαν. ἐπεὶ δ' αὐτέοισι τοῦτο δῆλον μὲν ὅτε τοῖς τινας τῶν καμνόντων ἤρκεσε, καὶ φανερὸν ἐγένετο ὠφελήσαν, οὐ μὲν τοι πᾶσί γε, ἀλλ' ἥσαν τινες οὕτως ἔχοντες, ὡς μηδ' ὀλίγων σιτίων δυνάσθαι ὑπικρατέειν, ἀσθενεστέρου δή τινος ἐδόκεον οἱ ἰσοῦσθαι δόσιν, ὑγρὸν ῥοφήματα μίξαντες ὀλίγα τῶν ἰχυρῶν πολλῷ τῷ ὕδατι, καὶ ἀφαιρεόμενοι ὃ ἰχυρὸν τῇ κρόσει τε καὶ ἑψήσει. ὁκόσοι δὲ μηδὲ τῶν ῥοφημάτων ἐδύναντο ὑπικρατέειν, ἀφλον καὶ ταῦτα, καὶ ἀφίκοντο ἐς πάμαλα, [13] καὶ ταῦτα τῇσι τε χρήσεσι, καὶ τῷ πλήθει ἀμφυλάσσοντες ὡς μετρίως ἔχοι, μήτε πλείω τῶν δεόντων, μήτε ἀκρητέστερα· προσφερόμενοι, μὴ δὲ ἐνδεέστερα. οὗ δὲ χρὴ εἰδέναι τοῦτο, οἷσι τὰ ῥοφήματα ἐν τῇσι νούσοισιν οὐ ξυμφέρει, ἀλλ' ἀτίκρις, ὅτου τοῦτο ποιήσωσι παρεξιώνται σφίσιν αὐτοῖς, τε πυρετοὶ καὶ τὰ ἀλγήματα· καὶ δῆλον ὅ προσενεχθέν, τῇ μὲν νούσῳ ἐσφίγγετο καὶ αὔξησις ἐγένετο· τῷ δὲ σώματι φθίσις τε καὶ ἀρρωστίη. ὁκόσοι δ' αὖ τῶν ἀνθρώπων, ἐν τούτῳ τῇ ἀμφιέσει ἐόντες, προσεκείατο ξηρὸν σιτίον, ἢ μάζαν, ἢ ἄρτον, καὶ οὐ πάνυ σμικρὸν; δεκαπλασίως αὖ μᾶλλον καὶ ὑπιφανέστερον κακωθέν, ἢ ῥοφέοντες, δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἀμφὶ τὴν ἰχνὺ τῶν βρώματος πρὸς τὴν ἀμφίεσιν. καὶ ὦ γε ῥοφὴν συμφέρει, ἐαθὲν δ' οὔ. εἰ γὰρ πλείω φάγοι, πολὺ αὖ ἔτι κακωθείη· καὶ εἰ ὀλίγα, ποιήσειν αὖ. πύπτα δὴ τὰ αἴτια τῶν πόνου, εἰς ὃ αὐτὸ ἄγεται, [14] τὰ ἰχυότατα μάλιστά γε καὶ ὑπιφανέστατα, λυμαίνεσθαι τ' αὐθέπτου, καὶ τ' ὑγιέα ἐόντα, καὶ τὸν νοσέοντα. τὶ οὖν φαίνεται ἑτεροῖον ἀμφιεσθεὶς, ὁ κελεύμενος ἰητρὸς, καὶ ὁμολογουμένως χρεστέχνης, ὃς ἐξεύρετ' ἀμφὶ τοὺς κάμνοντας, διαιτᾶν τε καὶ ἐσθῖν, ἢ κεῖνος ὁ ἀπ' ἀρχῆς οἷσι πᾶσιν αὐθέπτοισι ἐσθῖν, ἢ νῦν χρεόμεθα ἐξ ἐκείνης τ' ἀγρίης καὶ θηριώδεος, ἐξιόντε καὶ ἀνάσας ἀμφιάτης; ἐμοὶ μὲν γὰρ φαίνεται οὐτὸς ὕπνος, καὶ ἕν τι καὶ ὅμοιον ὃ εὕρημα. ὁ μὲν, ὅσων μὴ ἡδύνατο ἡ φύσις ἡ αὐθέπτου ἡ ὑπικρατέειν ὑγιαίνουσα, ἐμπιπτόντων ἀμφὶ τ' ἀγελυότητά τε καὶ ἀκρησίαν. ὁ δὲ, ὅσων ἡ ἀμφίεσις ἐν οἵῃ αὖ ἐκάστοτε ἔκαστος τύχῃ ἀμφιείμενος, μὴ οἷός τε δύνατος ὑπικρατέειν, ταῦτα ἐζήτησεν ἀφελεῖν. τὶ δὴ τοῦτο ἐκείνο ἀμφιφέρει; ἀλλ' ἢ πλέον τό, τε εἶδος, καὶ ὅτι ποικιλώτερον καὶ πλείονος πρεσβυτέρου ἐμνήσθη. εἰ δέ τις σκέψαιτο τίς ἡ τῶν καμνόντων διαιτα πρὸς τὴν ὑγιαινόντων, ἐξεύρει αὐ βλαβερώτερον, ἢ περ τὴν ἡ τῶν καμνόντων θηείων τε καὶ τῶν ἄλλων ζώων. αὐὴρ γὰρ κάμνων νοσήματι, μήτε τῶν χαλεπῶν τε καὶ ἀφόρων, μήτ' αὖ πολυτάτων ἀνθέων,

Ac mea quidem opinione (quod supra dixi) nemo ad Medicinam inuestigandam animum applicaturus fuisset, si eadem victus ratio & ægris & sanis accommodata esset. Quare etiam in hunc vsque diem barbari & Græcis finitimi, apud quos nullus est Medicinæ locus, eadem victus ratione, qua sani ad voluptatem vtuntur, neque eo quod expetunt, abstinent, neque sibi temperant. At verò qui Medicinam perscrutando inuenêre, eandem quàm qui à me superiore oratione dicti sunt sententiam secuti, primùm quidem (vt sentio) de suis cibis copiam detraxerunt, deinde pro multis paucos sumpserunt. Quod cùm ægrotantibus quibusdam satis esset, palamque prodesse non tamen omnibus constaret, verùm quòd erant quidam ita affecti, vt ne paucos quidem cibos conficere possent, quibus sanè imbecilliore quodam cibo opus esset, sorbitiones inuenerunt, valentes cibos paucos multa aqua diluentes, eorúmque vim temperatione & coctione detrahentes. Quòd, si qui neque sorbitiones superare possent, iis etiam detractis, potiones substituerunt, obseruantes vt & vsu & copia moderatæ essent, neque iusto copiosiores, neque meraciores, neque pauciores exhiberentur. Imprimis autem animaduertere oportet, quibus in morbis sorbitiones minimè conueniunt, sed continuò vbi assumptæ sunt, febres ac dolores exacerbati, ex quo efficitur; vt quod assumptum est morbum quidem foueat & augeat, corpus verò imminuat, & imbecillus reddat. At verò, qui ita affecti cibum siccum, aut mazam, aut panem quantumuis modicum assumunt, ij decuplo magis atque manifestiùs læduntur, quàm si sorbitione vtantur, neque aliam ob causam, quàm quòd cibus viribus sit valentior quàm affectus requirat, tum quòd cui sorbere, ei edere minimè conueniat. Quò nanque plura comederint, eò peius afficietur, si verò pauca; etiam dolebit. Atq; ad id sanè referuntur omnes doloris causę, quòd valentissima edulia maximè & euidentissimè homini tam sano quàm ægro sunt noxia. Quámnam igitur aliam habuisse mentem videtur, is qui Medicus, & omnium confessione artifex vocatur, cùm victus rationem, qua ægri vtuntur, inuenit, aut qui ab initio omnibus mortalibus victum illum quo nunc vtimur, loco illius agrestis ac ferinæ victus rationis adinuenit & apparauit? mihi equidem eadem esse ratio, & vno eodémque modo excogitata videtur. Hic enim ea quæ occurrerent, & à natura humana bene valente propter feritatem & incommoderationem superari non poterant, ille verò quæ quinis quomodolibet affectus minimè superare poterat, detrahere studuit. At quid inter hoc & illud est discriminis? nisi quòd hoc multiplici & vario magis genere constat, & plus habet negocij, originem autẽ prębuit quòd priùs fuit institutum. Quòd si quis in consideratione adhibeat, atq; inter se conferat, tum ægrotantium, tum bene valentium victus rationem, is eam quæ ferarum est & cæterarum animãtium, illa quæ ægrorũ est, magis noxiam inueniet. Si quis enim morbo tentetur neque omnino difficili & intolerabili, neq; prorsus leui,

ſed quem neq; qui peccat ſit cogniturus, ſi panem, aut carnem, aut aliud quiddam eorum quod ſanos iuuet, comedat, non multùm quidem, ſed longè parcius, quàm ſanus poterat: contrà verò aliquis ſanus natura non omninò imbecilla, neq; rurſus robuſta, aliquid eorum quæ boui aut equo proſunt, comedat, nempe eruum, aut hordeum, aut aliud quidpiam eiuſmodi, non multũ quidem, ſed multò minus quàm ferre poſſit: quamuis id ſanus fecerit, non minus vtiq; grauabitur aut periclitabitur, quàm qui ægrotus panem aut mazam intempeſtiuè aſſumpſit. Ex quibus omnibus colligitur, artem Medicam via quadã inueſtigatam & inuentam eſſe. Quòd ſi re vera, quemadmodũ exiſtimant, quæ quidẽ ſunt valentiora læderent, quæ verò imbecilliora, tum ægros, tum ſanos iuuarent & nutrirent, res facili negocio conficeretur. Longè enim tutius ageretur, ſi res ad imbecillimum deducatur. At nunc non leuiùs peccatur, neq; minùs læditur ſi quis pauciora & infra modum aſſumat. Fames enim plurimum poteſt in hominum natura, tum ad ſanitatem & imbecillitatem, tum ad mortem inferendam. Multa verò alia mala & varia quidẽ ex plenitudine oriuntur, neq; verò minùs grauia ex inanitione, vt proinde in his maxima inſit varietas, & magna diligentia requiratur. Modum enim quadam coniectura colligere oportet. Modum autem, neq; pondus, neq; vllũ alium numerum, ad quem iſta referas, vt exactè cognoſcas, nõ vllum aliũ inuenias, quàm corporis ſenſum. Quocirca iſtud adeo exactè cognoſcere, vt leuiter in vtramq; partem pecces, operoſa res eſt. Quanquam equidem vehementer hunc Medicum laudarim, qui parũ peccet. At exacta certitudo rarò cernitur. Quare Medicorum plæriq; malorũ nauium gubernatorum mihi ſimilimi videntur, qui ſi trãquillo mari nauẽ regunt, nemo eos peccare deprehẽdat. Quòd ſi eos vehemens ventus aut tẽpeſtas oppreſſerit, iam omnibus manifeſtè cõſtat eorum imperitia & culpa nauẽ fuiſſe perditam. Ad hũc ſanè modum improbi plæriq; Medici, dum leuiter affectos curant, in quibus vel grauiſſimi errores commiſſi, nihil periculi admittunt (cùm multi huiuſmodi morbi ac longè frequentiùs quàm grauiores, hominibus contingant) in iis quidem ſi delinquant, plebeios latent: vbi verò in magnum & vehementem, ac perieculoſum morbum inciderint, tum ipſorũ ars & errores omnibus ſunt conſpicui. Horum enim cuiuſq; vindices pœnæ præſtò ſunt, neq; in longum differuntur. Quòd autem non minores affectus ex intempeſtiua vacuatione quàm repletione homini cõtingant, ex bene valentibus probè cognoſcas. Quibuſdam enim ſemel tantùm cibum ſumere confert, idq; quòd conferat ſibi conſtituerunt. Quidam etiam prandẽre ob eandem cauſam, quòd iis conferat, coguntur. Quod non iis contingit, qui propter voluptatem aut alium quemuis caſum, horum alterutrum facere ſtudent. Plæriſq; enim nihil refert vtrumlibet ſecuti, vel ſemel tãtùm cibũ capere, vel prandẽre etiam aſſueſcant. Quidam verò ſi quid incõmodè fecerint, non facilè degunt, verùm eorum vtriſq; die altero vix nec temerè exacto, ſupra modũ grauis oritur affectio.

HOc scripto Medico imperamus & dicimus quomodo officinam Medicam instruere debeat. Ad eius quidem authoritatem mihi pertinere videtur, vt ꝓspiciat, quoad eius natura feret, bene colorato & optimè habito sit corpore. Qui enim bona nõ sunt corporis habitudine, vulgò existimantur cæterorum curam nõ recte habere posse. Deinde eius cultus mundus esto, vestis sit decora, & vnguentis vtatur beneoletibus, citra omnem odoris suspicionem. Istud enim iucundũ esse ægrotantibus solet. Eum quoq; spectare oportet, vt animi temperantiam excolat, non taciturnitate solùm, verumetiã reliqua totius vitæ moderatione. Quod ad illi cõparãdam gloriam plurimùm adfert adiumenti. Bonis etiã ac honestis sit moribus, vnaq; grauitatem cũ humanitate cõiunctam habeat. Temeraria nanq; procliuitas & promptitudo, quãuis valde sit vtilis, despectui est. At cõsiderandum quando his vti liceat. Eadem enim apud eosdem, cùm rara sunt, æstimantur. Quòd ad gestum attinet, vultu sit ad prudentiam composito, non aspero tamen, ne superbus & inhumanus videatur. Qui verò in risum effusus est, & supra modũ hilaris, molestus habetur, quod vel imprimis vitandum est. Æquum autem in omni vitæ consuetudine se præstare debet. Nam cùm omnib. in rebus multum sit in iustitia pręsidij, tum verò Medico cum ęgris nõ parum est cõmercij. Ij enim se huic tractandos summittunt, isq; nunquam non ferè cũ mulieribus virginib. conuersatur, eosq; magni pretij cõtrectat, à quibus omnibus sibi temperare debet. Atq; his tum animi, tum corporis virtutibus, eum præstare oportet. Quæ verò ad artẽ Medicam præcepta pertinent, ex quib. artifex habendus est, & à quib. discendi initia sumi debent, ab initio nobis breuiter ob oculos ponenda. Quæ ergò in officina Medicã curantur, ea propemodum discenda sunt. Ac primùm quidem domus locus tam commodus habeatur, vt neque accedens ventus molestiam afferat, neque sol aut splendor gratuis sit. Lucis enim splendor, vt non sit curantibus molestus, non item tamen iis, qui curantur. Is ergo prorsus vitandus est, per quem oculos offendi contingit. Atque hoc quidem de lumine præcipitur. Deinde verò vt nequaquam splendori facies sit aduersa. Oculorum enim aciem debilem molestia afficit, cùm quæuis occasio debiles oculos perturbare possit. Atque hic luminis vsus esto. Sellæ quo ad eius fieri potest, altitudine sint æquales, vt illis sese accommodent. Æris, præterquàm in instrumentis, nullus vsus esto. Talis enim supellectilis vsus, apparatus quidam molestus esse mihi videtur. Aqua iis, qui curantur, potui commoda & pura exhiberi debet. Detersoriis puris & mollibus vtendum, ad oculos quidem, linteis; ad vulnera verò, spongiis. Hæc enim per se magno auxilio esse videntur. Instrumenta autem omnia ad vsum aptè comparata esset; oportet, conuenienti magnitudine, grauitate & tenuitate. Quæ verò admouentur, omnia quidem vt conferant, attendendum, potissimúmque si ad laborantem partem diutiùs adhærescere debeant, cuiusmodi sunt vincula, medicamenta, & ad vlcus adhibita lintea & cataplasmata; quæ diutissimè in affectis partibus commorantur. At verò, quæ postea consequuntur, horum ablatio, refrigeratio item, & perpurgatio, & aquæ perfusio, parui cuiusdam sunt temporis. In quibus, si quid faciendum, magis ne an minus adhibendum sit, diligenter attendere oportet. Permagni enim interest, an his tempestiuè vsus fueris, an verò ea neglexeris. Est autem Medicinæ accommodata deligatio, ex qua, qui curatur vtilitatem percipit. Hæc autem duo, quibus vtendum est, maximè iuuant, comprimere vbi expedit, & remissè deligare. Quòd ad anni tempora videndum, quando contegere oporteat nécne, simúlque ne imbecillitatis ignarus, vtro horũm vtendum sit hæreas. Deligationes autem concinnæ, & ad speciem comparatæ, quæque nihil prosunt, repudiandæ. Sunt enim eiusmodi molestæ, & omninò ad ostentationem factę; ac plerunq; ei, qui curatur, noxiam afferunt, qui non tam ornatum quàm vtilitatem requirit. At verò in iis, quę manus operam postulant, & sectione aut vtione efficiũtur, celeritas ac tarditas ex æquo commendantur, cùm vtraq; opus sit. Nam quibus quidem vna sectione manus opera perficitur, ea celeriter fieri debet. Nam cùm sine dolore sectio minimè contingat, debet id quod dolorem facit quàm minimo tempore adesse, quod fiet celeriter administrata sectione. At vbi multas fieri sectiones necesse est, tarda manũum opera vtendum. Qui enim celeriter sectionem adhibet, continentem multumq; dolorem infert. At qui intermittit, alleuationem quandam iis, qui curantur, exhibet. Quod de instrumentis etiam dicatur. Gladiolis enim acutis & latis vt vtendum, ita non in omnibus id ex æquo fieri edicimus. Quædam nanque corporis partes velocem habent sanguinis impetum,

ἐξαιρετον. τὰ δὲ ἰήματα ὦν ἐν ἰσχίῳ θεραπευόμενα, σχεδὸν μανθανόμενα ἐστίν. δεῖ δὲ πρῶτον μὲν, τὸ πρὸν ἐξὴν τῇ οἰκίῃ. ἔσται δὲ τοῦτο ἐὰν μήτε πνεῦμα εἰς αὐτὸν παραγινόμενον ἀνωχλῇ μηδ' ἥλιος ἢ αὐγὴ λυπέῃ. φῶς δὲ τηλαυγὲς τοῖς μὲν θεραπευομένοισι ἄλυπον· οὐχ ὁμοίως δὲ τοῖς θεραπευομένοις ἀναγκαῖον. πρώτως μὲν οὖν τοιαύτῃ τῇ αὐγῇ μάλιστα φυλακτέον, δι' ἣν ξυμβαίνει τοὺς ὀφθαλμοὺς νοσέειν. ὃ μὲν οὖν φῶς, τοιοῦτον εἶναι παρήγγελται. τοῦτο δὲ ὅπως μηδαμῶς ἐναντίως ἔξει τῇ προσέπτῳ τοῖς αὐγαῖς. προσεννοεῖν δὲ τὴν ὄψιν ἀσθενέως ἔχουσαν. πᾶσα δὲ ἰκμὴ πρόφασις, ἀσθενέοντας ὀφθαλμοὺς ἐπιπαρέξαι. τῷ μὲν οὖν φωτὶ, τοῦπον τὴ ἕδρῃ χρηστέον ἐστίν. τοῖς δὲ ἀφεσις ὁμαλοὶς εἶναι τοῖς ὕψεσιν ὅτι μάλιστα, ὅπως κατ' αὐτοὺς ὦσιν. χαλκώματι δὲ, πλὴν τῆς ὀργάνων, μηδενὶ χρήσθαι. καθαλλωπισμὸς γὰρ τις εἶναί μοι δοκεῖ φορτικὸς, σκεύεσι τοιούτοισι χρῆσθαι. ὃ δὲ ὕδωρ παρέχειν δεῖ πότιμον τοῖς θεραπευομένοις, καὶ καθαρόν. τοῖς δὲ ἀπομάγμασιν, καθαροῖς καὶ μεθθακοῖς χρῆσθαι. πρὸς μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὀθονίοις· πρὸς δὲ τὰ βαύμαλα, σπόγγοις· αὐτόμαλα γὰρ τῶν τραυμάτων βοηθεῖν δοκεῖ καλῶς. τὰ δὲ ὄργανα πάντα δύνηρ πρὸς τὴν χρείαν ἐπιτήδεια δεῖ τῇ μεγέθει, καὶ βάρει, καὶ λεπτότητι. τὰ δὲ προσφερόμενα ἀπόνυτα μὲν χρὴ συνορῶν ὅπως συνοίσει. μάλιστα δὲ πλεῖστον, εἰ ὁμιλεῖν μέλλει τῇ νοσούσῃ μέρει. τοῦτο δέ ἐστιν ὅπερ δέσματα, καὶ φάρμακα· καὶ τὰ πρὸς τὸ ἕλκος ἐθόνια, καὶ τὰ κατάπλασματα. πλεῖστον γὰρ χρόνον τοῦτο πρὸς τὸν νοσέοντας ἐστὶ τόπος. ἢ δὲ μὴ τοῦτο, ἀφαίρεσις τούτων· ἀνάψυξίς τε καὶ πρόσκαθαρσις· καὶ τῆς ὑδάτων καταπλήσσεις, ὀλίγου χρόνος ἐστὶ χρόνου. καὶ τί πεισόμεθα, ὅπου χρὴ μάλιστα καὶ ἥδιστον ἐσκέφθαι δεῖ. τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἡ χρῆσις δίκαιός τε, καὶ μὴ ἀνόνητος, μεγάλων ἐξ ἀφορεῖ. ἔστι δὲ οἰκεία τοῦ δεσμοῦ τῆ ἰσχυρῶν τῆς, ἀφ' ἧς ὠφελεῖσθαι τὴ θεραπευόμενα. μάλιστα δὲ ὠφελεῖ δύο τοῦτα, οἷς ἐστὶ χρηστέον, πιέσαι ὄγκου δεῖ, καὶ ἀνάμεσος ὀλίγον πεισθῆναι. πρὸς δὲ τὸν χρόνον τῆς ὥρης, ποτὲ δεῖ σκεπαστικῶς καὶ μὴ, συνορῶν ὅκως μηδὲ ἀσθενῆς λεληθὼς ποτέρω τούτων ἐπιχρῆσθαι χρηστέον. ἀνάμεσος δὲ ὀπτιδέσεσι καὶ ἀκτεικαῖς μηδὲν ὠφελούσας, ἀπολογιώσκειν. φορτικὴν γὰρ ὁ τοιοῦτον καὶ πολυτελῶς ἀλαζονικόν. πολλάκις τε βλάπτει οἷον τῆς θεραπευομένου. ζητεῖται ὁ νοσέων, καὶ κακλωπισμὸν, ἀλλὰ ὁ συμφέρον. ὅτι δὲ τῆς χρεουργιῶν ὅσαι ἀπὸ τομῆς εἰσὶν ἢ καύσιος ὁ τάχεως ἢ βραχέδεως ὁμοίως ἐπαινεῖται. χρῆσις γὰρ ἐστὶν ἀμφοτέρων. ἐν οἷς μὲν γὰρ ἐστὶ ἀπὸ μιᾶς τομῆς ἡ χρεουργία, χρὴ ποιέεσθαι τάχειαν τὴν ἀφαίρεσιν. ἐπεὶ γὰρ συμβαίνει τὸν τεμνομένους πονέειν μὲν ὀλυπέον, ὡς ἐλάχιστον χρόνον δεῖ παρεῖναι. τοῦτο δὲ ἔσται, τάχεος τῆς τομῆς γινομένης. ὅπου δὲ πολλὰς ἀναγκαῖον γίνεσθαι τὰς τομὰς, βραδεῖν χρηστέον τῇ χρεουργίᾳ. ὁ μὲν γὰρ ταχὺς, ξυνεχῆ ποιεῖ τὸν πόνον καὶ παυλῶ. ὁ δὲ ἀναλιπὼν, ἀνάπαυσιν ἔχει τινὰ τούτων τοῖς θεραπευομένοις. ὃ δ' αὖτ' ὅτι τῆς ὀργάνων λέγοιτ' ἂν. ὅτι πάντων ὁμοίως τοῦ γελλομένου. μέρη γὰρ τινά ἐστιν τοῦ σώματος, ἃ ἐν τάχει μὲν ἔχει τὴν ῥύμην τοῦ αἵματος, τοῖς δὲ μαχαιρίοις, ὀξέσι δεῖ χρῆσθαι καὶ πλατέσιν οὐκ ἐν τοῖς δὲ μαχαιρίοις, ὀξέσι δεῖ χρῆσθαι καὶ πλατέσιν οὐκ τοῖς δὲ μαχαιρίοις, ὀξέσι δεῖ χρῆσθαι καὶ πλατέσιν οὐκ

quem continere non est facile, cuiusmodi sunt varices, & aliæ quædam venæ, quarum angustas sectiones esse oportet. Sic enim nunquam fiet immodica profusio, ab his tamen sanguinem interdum detrahere confert. In his verò partibus, in quibus nihil inest periculi, & quæ tenuem sanguinem minimè continent, latioribus gladiolis vtendum, alioqui sanguis nequaquam profluet. Est autem turpissimum per manus operam non assequi quod cupias. At verò cucurbitulæ duobus modis vtiliter admoueri possunt. Cùm enim procul ab exteriore carne fluxio constiterit, eius circulum paruum esse oportet, ipsa verò ventrem minimè amplum habeat, sed qua parte manu apprehenditur, prominens sit, & minimè grauis. Quę enim est eiuscemodi, in directum trahit, & procul distantes serosos humores ad carnem probè reuellit. At dolore per carnis magnitudinem dispersò, in reliquo quidem similis, sed circulus magnus sit. Hoc enim pacto, quod dolorem mouet, ex plurimis partibus quò oportet adducere comperies. Neque enim circulus magnus esse potest, quin caro ex pluribus locis contrahatur. Quæ verò grauis est, ad superiores partes vergit, ab inferioribus tamen magis detrahit, ita vt plerunque morbos minimè attingat. Instantibus igitur fluxionibus, proculque à superioribus partibus positis, lati circuli multa simul ex reliqua carne attrahunt. Quod facit vt inde tracta humiditas, ad serosum humorem, in inferioribus partibus collectum apponatur, & ea quidem, quæ molestiam afferunt, relinquantur, quæ verò nihil nocent, detrahantur. Quin & de cucurbitulæ magnitudine, vt partibus quibus admoueri debet, sit vsui, coniectura capienda est. Cùm verò pertundere voles, altiùs scalpellum adigere oportet. Sanguis enim ex locis manus opera dissectis conspicuus profluere debet. Alioqui ne circulum quidem attractum pertundere oportet. Laborantis namque loci caro contenta magis est. Gladiolis autem recuruis, in summo non valde acutis vtendum. Prodeunt enim quandoque humores serosi, glutinosi & crassi, qui in incisuris, si angustæ fuerint, ne subsistant, periculum est. Ac verò brachiorum venæ vinculis comprehensæ detinendæ. Quæ enim eas integit caro, in multis non probè venæ coaptata est. Quæ cùm lubrica existat, vtrorumque sectiones sibi inuicem respondentes fieri nequeunt. Vena enim contecta intumescit, & sanguis fluxus impeditur, ob idq; in multis pus colligitur. Ac sanè duplici de causa eiusmodi manus opera noxia videtur, tum quòd ei, qui secatur dolorem, tum verò ei, qui secat dedecus adfert. Quod ipsum in omnibus fieri præcipitur. Atque ea sunt in officina Medica instrumenta, quibus artificiosè vti eum, qui discit, necesse est. Volsellis enim quibus tum dentes, tum columellæ comprehenduntur, quemlibet vti licet, cùm simplex earũ vsus esse videatur. De tuberculis autem & vlceribus, quæ inter maiores morbos recensentur, istud tenendum est. Tubercula quidem coercere ac dissoluere posse, eorúmque concretiones prohibere, maximè ad artem pertinere. Deinde verò ea in locum conspicuum & quàm breuissimum contrahere, ipsumq; concretionem æquabilem per totũ reddere.

καὶ καταχεῖν ἐστιν οὐ ῥηΐδιον. τοῦτα δέ ἐστιν, οἵτε κίρσοι, καὶ τινες ἄλλαι φλέβες· τὰς μὲν τομὰς χρὴ εἰ τῶν τοιουτέων γενέσθαι. οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν ῥύσιν ἐκκαθαίρειν καταχρῆν. ξυμφέρει δέ ποτε ἀπὸ τῶν τοιουτέων, αἵματος ἀφαίρεσιν ποιέεσθαι. τοῖσι δὲ τῶν ἀκινδυνότατοι τόποις, καὶ τοῖσι οἷς μὴ λεπτόν ἐστι τὸ αἷμα, πλατυτέρησι χρεῶνται τοῖς μαχαιρίοισι. τὸ γὰρ αἷμα, πορεύοιτ' ἄν. ἄλλως δὲ, οὐδαμῶς. πανὸν δ' ἐστὶν ἀγαθὸν μὴ ξυμβαίνειν ἀπὸ τῆς χειρουργίης ὅτι τέλεα. σικύων δὲ τὸ δύο τρόπους εἰ χρησίμους· ὅτε μὲν γὰρ ῥεῦμα ξωεσηκὸς πόρρω τῆς ἐπιφανομένης ἕρκος, τὸ μὲν κύκλον αὐτῆς εἰ δεῖ βραχύ. αὐτὴν δ' μὴ λαγαρόν. τοιαύτην γὰρ οὖσαν, ἕλκει ἐς ἰθὺ ξυμβαίνει, καὶ τὰς ἀφεστῶτας ἰχῶρας καλῶς ἀνεσπᾶσθαι τοῖς τῶν ἕρκα. τὸ δὲ πόνου πλείονος κατεσκεδασμένου τῆς ἕρκος· τὰ μὲν ἄλλα τοιαῦτα πλησίον, τὸ δὲ κύκλον μέγεθος. οὕτω γὰρ ἐκ πλείστων μερῶν εὐρίσκεται ἀγουσαν ἐς ὃν δεῖ ὁ λυποῦν τόπον. οὐ γὰρ οἷόν τε μέγεθος εἶναι τὸν κύκλον, μὴ σπασθῆναι τὸ ἕρκος ἐκ πλείονος τόπου. βαρεῖα δ' οὖσα ῥέπει καὶ ἐς τὰς αὐτὰς τόπους. κάτω δὲ μᾶλλον τῶν ἀφαιρεσιν. καὶ πολλάκις ἐπολείπεται τὰς νόσους. τοῖσι μὲν οὖν ἐφεστῶσι ῥεύμασιν καὶ μακρὰν ἀπέχουσιν ἀπὸ τῶν αὐτῶν τόπων, οἱ πλατεῖς κύκλοι, πολλὰ ξωεπισπῶνται τοῦ τῆς ἄλλης ἕρκος. ἐπιτρεψαδεῖν οὖν ξυμβαίνει τῶν ἐκλυθέν εἰλκεσμένων νοτίδα τοῦ ξωαγομένου κάτωθεν ἰχῶρι. καὶ τὰ μὲν ἀνοχλεῦντα, ἐπολείπεται· τὰ δ' οὐδὲν λυπέοντα ἀφαιρεῖσθαι. μέγεθος δὲ σικύης τί χρήσιμον σκοπεῖσθαι χρὴ τοῖς τὰ μέρη τῶν σώματος, οἷς αὐ δέη τοῖς σεσωμένοις. ὅτεον δ' καταχρούειν κάτωθεν δέχεσθαι. ὁ γὰρ αἷμα φανερὸν εἰ δεῖ τῶν χειρουργουμένων τόπων. ἀνῶς δὲ οὐδὲ τὸν κύκλον τὸν ἐλκωδέντα χρὴ καταχρούειν. ὑπονωτέρη γὰρ ἐστὶν ἡ σὰρξ τοῦ ποιήσαντος. μαχαιρίοις δὲ τοῖς καμπύλοις ἐξ ἄκρου μὴ λίαν γενοῖς. ἐνίοτε γὰρ ἰχῶρες ἔρχονται γλίσχροι καὶ παχεῖς. κίνδυνος οὖν ἐστὶν ἐπιστῆναι τῆσι τομῆσιν, ὅτεον γενέσθαι τμηθέωσιν. τὰς δ' ὑπὸ τῶν βεκχόνων φλέβας τῆσι καταλήψεσιν χρὴ φυλάσσειν. ἡ γὰρ καλύπτουσα σὰρξ πολλοῖς οὐ καλῶς συμπέφυκεν τῇ φλεβί. ἢν γὰρ σαρκὸς ὀλιγοσαρκίης οὔσης, οὐ καθ' ἑαυτὰς ξυμβαίνει τὰς τομὰς ἀμφοτέρων γίνεσθαι. τὸν γὰρ φλέβα ἐκφυσᾶσθαι ξυμβαίνει καὶ κατεφθεῖσαν, καὶ τὸν ῥύσιν τῶν αἵματος κωλύεσθαι, πολλοῖσι δὲ καὶ πύος δεῖται τοῦ ἐκκαθαίρεσθαι. δὶς δὲ καὶ δύο βλάβας φέρειν ἡ τοιαύτη χειρουργία· τὸ μὲν μηδένα, πόνον· τὸ δὲ τέμνοντα, πολλὰ ἀδοξίαν. ὃ δ' αὐτὸ κατ' πασῶν παρίστασθαι γίνεσθαι. τὰ μὲν οὖν κατ' ἰητρικὴν ἀναγκαῖα ἔργα, καὶ τοῖς ἀ δεῖ τεχνικὴν εἶναι τὸν μανθάνοντα, τοῦτ' ἐστὶν. ὀδοντάγρησι γὰρ καὶ καταφυλάγρησι χρῆσθαι τὸν τυχόντα ἐστὶν. ἁπλῆν γὰρ ἡ χρῆσις αὐτῶν εἰ δεῖ. τοῖς δὲ φυμάτων καὶ ἑλκέων ὁκόσα μεζόνων ἐστὶ νοσημάτων· τὰ μὲν φύματα, τεχνικώτατον ἐπιφανέα καὶ δυνάσθαι ἀφαιρεῖν· καὶ τὰς συστάσας αὐτῶν κωλύειν. ἐχόμενον δὲ τούτων τέλλειν εἰς τὸν ὅτι φανῆ τόπον, ὡς εἰς βεκχύτατον. καὶ τὸν σύστασιν ὁμαλῶς ἀφεῖ πάντῃ τοῦ φύματος.

Nisi enim æquabile fuerit, vt rumpatur & vlcus ægrè curabile euadat, periculum est. Æquabile itaque reddere, & ex æquo omne concoquere oportet, ac neque ante tempus aperire, neque vt sponte rumpatur sinere. Quæ verò æquabilem habent concoquendi vim, alibi dicta sunt. At verò vlcera quatuor progrediendi modos mihi habere videntur. Vnum quidem in profundum, cuiusmodi sunt fistulosa, cicatrice obducta, & intus caua. Alterum quo ad superiora tendunt, velut quæ superexcrescentem carnem habent. Tertium in latum, qualia quæ serpentia dicuntur. Quartus modus est, qui solus secundum naturam motus videtur. Atque eæ quidem sunt carnis calamitates, quæ omnes communem habent vtilitatis rationem. Quorum quidem signa alibi demonstrata sunt, & quænam curatio adhibenda sit. Quanam autem ratione quod coaluit, dissolui possit, & quod impletum est; aut cauum redditum, aut quod in latitudinem progressionem fecit, de eorum signis in aliis libris quantum conueniebat, dictum est. De iis verò, quæ in cataplasmate adhibentur, sic habeto: Quo in morbo imponendorum linamentorum accuratus vsus esse videtur, ipsi vlceri accommodatum linamentum adhibeto, quod verò cataplasmate apponitur, ad vlceris ambitum vtitor. Hic enim cataplasmatis vsus multum habet artis, plurimúmque vtilitatis præstat. Siquidem quod vlceri circumponitur, iuuandi facultatem habere videtur, & linamentum continere. Partes verò vlceris exteriores cataplasma iuuat. Ac eorum quidem vsum talem esse cõuenit. Quòd ad tempora attinet, quibus horum singulis vtendum sit, & quemadmodum eorum; quæ scripta sunt, facultates addiscere oporteat, hæc à nobis prætermittuntur, quandoquidem maiorem artis Medicæ diligentiam exigunt, & ad eum pertinent, qui magnos iam in arte progressus fecerit. Ad hæc verò consequitur vulnerum in militia acceptorum tractatio, quo ad telorum extractionem; cuius in vrbium commerciis paruus vsus existit. Quandoquidem ciuiles & hostiles expeditiones raræ ferè sunt; quæ sæpissimè assiduéque circa externa bella contingere solent. Is igitur, qui hanc manus operam exercere volet, vt externos exercitus sequatur, oportet: Hac enim ratione ad eam vsum exercitationem sibi comparabit. Ac de his quod maximè ad artem mihi pertinere videtur; hoc dixisse satis est. Quod artis & eius, quæ huc spectat manus operæ non minimum munus est, tela in corpus subeuntia certis notis deprehendere. Ex quo efficitur vt ignorari non possit, quando is, qui vulnus acceperit, minimè conuenientem manus operam expertus fuerit. Qui autem signorum cognitionem habuerit, is solus rite ad curationem aggredietur. At de his omnibus in aliis libris scriptum est.

ἀνωμάλως γὰρ ἔχοντος ἀεὶ τοῦ, ῥαγῶσί τε καὶ δυσθεραπεύτων ὁ ἕλκος κίνδυνός ἐστι γενέσθαι, ἐξομαλίζειν τὰ χρὴ πάσαν τὰ πανομοίως. καὶ μήτε ἀφαιρεῖν πρότερον, μήτε αὐτόματον εἶναι ῥαγῶσι. τὰ δὲ ἐκπέψαι δυνάμενα ὁμαλῶς ἐν ἑτέρῃσι εἴρηται. τὰ δὲ ἕλκεα δοκεῖ πορείας ἔχειν τέσσαρας· μίαν μὲν εἰς βάθος. τοῦτα δ' ἐστὶ τὰ συεκχεόμενα, καὶ ὅσα ὑπόλοιπα ἐστὶ. καὶ ἔνθεν κεκαλυμμένα· ἡ δ' ἑτέρη, εἰς ὕψος, τὰ ὑπερκρεκεῦντα· τρίτη δὲ ἐστὶν εἰς πλάτος· τοῦτα δέ ἐστι τὰ καλεόμενα ἑρπετικά· τετάρτη ὁδός ἐστιν· αὕτη δὲ μόνη κατὰ φύσιν εἰ δοκεῖ κίνησις. αὗται μὲν οὖν ξυμφοραὶ τοιαῦται σαρκὸς εἰσιν. πᾶσαι δὲ κοιναὶ τοῦ ξυμφέροντος· καὶ τὰ μὲν τούτων, ἐν ἑτέρῃσι σημεῖα δεδήλωται· καὶ ἢ χρηστέον ἐστὶν ὑπομελεία. δι' ὧν δὲ ὁ ξυμφυόμενον ἀφανιζήσεται· καὶ ὁ πληρούμενον, ἢ κοιλότερον γενόμενον, ἢ τὸν εἰς πλάτος πορείαν ποιούμενον; τοιούτοις τοῖς τούτων ἐν ἄλλοις εἴρηται σημεῖα. τοῖς δὲ καταπλασμάτων ὧδε. τῶν ἐπιτιθεμένων ὀδονίων ὄκου αὖ ἡ χρῆσις κατὰ τοῦ νοσήματος ἀκριβὴς εἶναι δοκεῖ, καὶ τῷ ἕλκει ἐφαρμόζου ὁ ἐπιτιθέμενον ὀδόνιον. τῷ δὲ καταπλάσματι τοῖς τὸν κύκλω τόπον τοῦ ἕλκεος χρεών. χρῆσις γὰρ αὕτη καταπλάσματος ἔντεχνός τε καὶ πλεῖστα ὠφελεῖν δυναμένη. ἐδοκεῖ γὰρ τῷ μὲν ἕλκει βοηθεῖν ἡ τῶν ἐπιτιθεμένων δύναμις. ὁ δ' ὀδόνιον, φυλάσσειν· τὰ δ' ἔξω μὲν τοῦ ἕλκεος, ὁ καταπλασμὰ ὠφελεῖ. τὸν μὲν οὖν χρῆσιν αὐτέων, εἰ δεῖ δὲ τοιαύτῳ. τοῖς δὲ χωρῶν, ὁκότε τούτοις ἑκάστοις χρηστέον ἐστὶ· καὶ τὰς δυνάμιας ὡς χρὴ τῶν γεγραμμένων καταμανθάνειν· τοῦ μὲν λέλεκται δὲ τὰ τοιαῦτα ἐπεὶ πλεῖον τοῖς ἐπιτεταγμένοις κατ' ἰητρικὴν ὑπομελείας· καὶ πόρρω τοῦ τέχνης ἤδη τοῖς ἐλληλυθότος ἐστὶν. ἐχόμενον δὲ τούτων ἐστὶ καὶ γράμμα τὸν γινομένων φωμῶν χειρουργίη τοῖς τὸν ἐξαίρεσιν τῶν βελέων. ἐν τῇσι κατὰ πόλιν ἀφανεστέρησι βεκχεῖα τίς ἐστιν τούτων ἡ χρῆσις. ὀλιγάκις γὰρ ἐν πόλει τοῦ χρόνου γίνονται πολιτικαὶ στρατιαὶ καὶ πολεμικαί. ξυμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα, πολλάκις καὶ ξωεχέσαι τοῖς ἐξωικαὶς στρατιαὶς γίνεσθαι. τὸν μὲν οὖν μέλλοντα χειρουργεῖν, στρατεύεσθαι δεῖ καὶ παρηκολουθηκέναι στρατεύμασι ξενικοῖς. οὕτω γὰρ αὐτὸν εἶναι γεγυμνασμένος τοῖς τοῦτο τὸ χρείαν. ὁ δὲ εἰ δοκεῖ τοῖς τοῦτα τεχνικώτερον, εἰρῆσθαι. τὸ γὰρ ὅπλων ἐνόντων καὶ σημεῖα πεποιεῖσθαι, τέχνης ἐστὶ πλεῖστον μέρος καὶ τοῖς τοῦτα χειρουργίας· τοῦτο γὰρ ἐπαρξάντος, οὐκ αὖ τοῦ ἐλλείποιτο φωμάτων ἀγνοηθείς, ὅτεον χειρουργῆται μὴ τοῖς ἐκόντος. μόνος δ' αὖ ὁ τῶν σημείων ἔμπειρος εἰκότως ὅτι χρείν. τοῖς τούτων ἀπόντων ἐν ἑτέρῃσι γεγραμμένον ἐστίν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΥΣΧΗμοσύνης.

HIPPOCRATIS LIBER, DE DECENTI HABITV, AVT DECORO.

QVI ſapientiam iſtam, quæ in vitæ communione verſatur, ad multa eſſe vtilem allegãt, ij mihi non temere facere videntur. Multæ nanque ad ambitioſam quandam operam comparatæ videntur, eæ videlicet, quæ de nulla re vtili quæſtiones agitant. Harum tamen partes ad illas referri poſſunt, cùm nulla ocioſitas, neque verò improbitas adſit. Quod enim ocioſum eſt, nihilque agit, ad improbitatem viam affectat, ad eámque tendit. Vigilantia verò & ad aliquid mentis contentio earum diſputationes ad nullam vtilitatem ſpectantes, ad ſe pertrahit, & ad vitæ honeſtatem refert. Maiorem enim apud alium ſibi gratiam conciliat, ſi ad artem traducatur, eíque decus & gloriam comparat. Quæcunque nanque neque ad turpem quæſtum ſunt comparatæ, neque illiberales, eæ via quadam artificiali opus ſuum efficiunt, quod niſi extra culpam ſit, publicatur. Adoleſcentes enim iis ſeſe committunt, vbi verò adoleuerint, præ pudore, eorum conſpectum ſine ſudore non ſuſtinent. At ſenes effecti, propter amarulentiam, eas publica legum ſanctione vrbibus expellunt. Ij enim conuentu facto, ambitioſa & quæſtuoſa ſua profeſſione decipientes, in vrbium circulis verſantur. Quos ex veſtitu & cæteris ornamentis quis cognoſcere poterit. Quinetiam quò ſumptuoſiùs ornati fuerint, eò maiore odio auerſandi, & ab eis, qui eos conſpexerint, fugiendi. Ex vſu autem fuerit contrarium in his ſpectare, quibus non ineſt exquiſitus neque curioſus ornatus, qui ſeſe ex cultus venuſtate & frugalitate, non tam ad ſuperfluam curioſitatem, quàm ad optimam exiſtimationem, prudentiam, & animi moderationem compararunt. Ad inceſſum verò eo ſemper ſunt habitu, minimè diffluentes aut ſuperflui, in hominum concurſibus graues, ad reſpondendum appoſiti, aduerſus altercantes difficiles, in ſimilium familiaritatibus contrahendis proſpicientes, erga omnes moderati, ad emotiones taciturni, ad reſpondendum arguti & tolerantes, in occaſione prudenter captanda appoſiti & accommodati, in victu frugales & paucis contenti, ad ſuſtentandam occaſionem tolerantes, oratione efficaces, qui quicquid doctrina acceperunt, in medium proferunt, & facultate dicendi vtuntur, ad gratiam comparati, & pro gloria quæ inde prouenit, decertare parati, doctrinam ſuam ad veritatis lucem repurgantes. Ad hæc igitur prædicta omnia præcipuè dux eſt natura. Etenim ſi adfuerit his, qui artibus inſtructi ſunt, ad prædicta omnia aditus erit ampliſſimus. Vſus nanque, qui tum in ſapientia, tum in arte ei adiuncta doceri nequit, in doctrinam cadet, vt inde initium ducatur. Defluit autem natura & ſapientiæ permiſcetur, vt cognoſcantur, quæ ab ipſa natura facta ſunt. Multi etenim in vtriſque rationibus ſuperati, neutiquam vtriſq; ad rerum demonſtrationem vſi ſunt. Si quis igitur eorum aliquid, quæ ratione proponuntur ad veritatem expenderit,

Οὐκ ἀλόγως, οἱ προσδωμόλοιοι τῇ σοφίῃ πρὸς πολλὰ εἶναι χρησίμῳ, τοῦτο δὴ τὸ σὺν τῷ βίῳ. αἱ γὰρ πολλαί, [2] πρὸς περιεργίαν φαίνοιεν γεγυμνασμέναι. λέγω δ' αὖ πάντα, αἱ μηδὲν χρέος, τὸ πρὸς ἀφελέσθαι. ληφθεῖν δ' αὐ τούτων μέρεα ἐς σκέψιν· ἢ ὅτι οὐκ ἀργίαν, ἀλλὰ μὴ κακίαν. ὃ γὰρ ἀργὸν καὶ ἄπορον, ζητεῖ ἐς κακίαν καὶ ἀφέλειαν. ὃ δ' ἐγρηγορὸς καὶ πρὸς τὴν δόξαν ἀντεπαγόμενος, [3] ἐφαλκύσατο τε τὸν πρὸς κόμον βίον τῶν ἀνόντων ἑαυτῷ. τούτων τοὶ μηδὲν ἐς χρέος πιπτόντας ἀφελείας. χρειεσέρη γὰρ καὶ πρὸς ἕτερον [4] μὴ τι ἐς τέχνην πεποιημένων· τέχνῃ δὲ πρὸς δημοσιούσιν καὶ δόξαν. πᾶσαι γὰρ αἱ μὴ μετ' αἰσχροκερδείας καὶ ἀδημοσιούς, κἀκείνοισι μέθοδός τις ἐοῦσα τεχνικὴ ἐργάζεται. [5] ἀλλ' εἴγε μὴ πρὸς ἀναγτίαν δημοσιεύοι. νέοι γὰρ αὐτοῖσιν ἐμπίπτουσιν. [6] ἀκμάζοντες δὲ δι' αἰδοῦς, ἱδρῶτας τίθενται βλέποντες. πρεσβύτας δὲ, ἀφὰ πικρίαν, νομοθεσίαν τίθενται αἱρέσιν οὐκ τῇ πόλεων. [7] καὶ γὰρ ἀργοὶ ἐργαζόμενοι ἔσται, μὴ βαναυσίας ἀπατέοντες· καὶ σὺν πόλεσιν ἀνακυκλέοντες οἱ ἀνοῖ. ἴδοι δέ τις καὶ ἐπ' ἐδῆτος, καὶ τῆσιν δόξῃσι πεσυγραφῆσι. κοὐ γὰρ ἔωσιν ὑπηφανέως κενοσμεμένοι, [8] πολὺ μᾶλλον φευκτέοι, καὶ μισητέοι εἶσι θεωμένοισιν εἶσι. τοῦ σὺν τῷ χρᾶδες σκοπέειν οἷς ἀδιδακτὴ κατασκευὴ, οὐδὲ περιεργίη. ἔκ τε γὰρ πειβολῆς καὶ τὸ σὺν τῷ δημοσιούσιν, καὶ ἀφελίης, καὶ πρὸς περιεργίαν πεφυκυῖης· ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς δόξαν, τό, τε σῶον, καὶ ὃ σὺν νῷ πρὸς ἑωυτὸν σκεψάσθαι, πρὸς τε τὴν πορείαν, οἵτε ἐκάστῳ χρήματα πεποίηται. ἀσχάχυτοι. ἀπείεργοι· [9] πικροὶ πρὸς τὰς συναντήσιας· δύσκολοι πρὸς τὰς ἀποκρίσιας· χαλεποὶ πρὸς τὰς αὐτιπλώσιας· [10] πρὸς τὰς ὁμοιότητας εὔσοφοι καὶ ὁμιλητικοί· [11] εὔκρητοι πρὸς ἄπαντας· πρὸς τὰς ἀναστάσιας σιγητικοί· [12] πρὸς τὰς ἀποσιγήσιας σύνθυμηματικοὶ καὶ καρτερικοί· πρὸς τὴν κρεῶν δύσκολοι καὶ λημματικοί· πρὸς τὰς τροφὰς, δύχρηστοι καὶ αὐτάρκεες· ὑπομονητικοὶ πρὸς κρεῶν πρὸς ὑπομονεῖν· [13] πρὸς λόγοις αὐστοί· [14] πολὺ δὲ ὑποδειγθὲν οἰκφέρεσιν· δυεπίκρατοι χρώμενοι· χάριν ἀφελιθέμενοι· δόξῃ τῇ σὺν τούτων διαφερόμενοι· [15] ἐς ἀληθείαν πρὸς δὲ ὑποδειγθὲν, ἀποτελματιζόμενοι. ἡγεμονικώτατον μὲν δὴ τούτων ἀπόντων τῶν προφρηνεόντων, ἡ φύσις. καὶ γὰρ οἱ σὺν τέχναισιν εἰ πρὸς τοῦτο αὐτοῖσι τοῦτο, ἀφὰ πολλῶν τούτων πρὸς πορεύωνται τῶν προφρηνεόντων. ἀδίδακτον γὰρ ὁ χρόος ἔν τε σοφίῃ, καὶ σὺν τῇ τέχνῃ πρὸς δεμένη διδαχθῆ, εἰς ὃ ἀρχεῖ λαβεῖν. ἡ δὲ φύσις κατερύη καὶ κέχυται. τῇ δὲ σοφίῃ, ἐς ὃ εἰδῆσαι τὰ ἀπ' αὐτέης τῆς φύσιος ποιούμενα. καὶ γὰρ σὺν ἀμφοτέροισι λόγοισι πολλοὶ κρατηθέντες, οὐδαμῇ σφεῖ ἀμφοτέροισιν ἐχρήσαντο τοῖσι πράγμασιν [16] ἐς δεῖξιν. ἐστὶν δὴ τις αὐτέων ἐξεπάζη τε πρὸς ἀληθείαν τῶν ὑπρήσφ πθεμένων, οὐδαμῇ

ἐδαμῇ τὰ πρὸς φύσιν αὐτέοισι χρήσφ. [17] δυείσκοντες γριῦ ἔσται πρὸς πλανοῖν ὁδὸν σὺν κείνοισι πεπορευμένοι. διὸ δὴ ἀπογυμνούμενοι, τὸν πᾶσαν ἀμφιέννυνται κακίαν καὶ ἀπιμίαν. καλὸν γὰρ σὺν τῷ διδαχθέντος ἔργον λόγος. πολὺ γὰρ ὃ ποιηθὲν τεχνικῶς, σὺν λόγῳ δυνατὸν ἐγένετο. ὃ δὲ ῥηθὲν τεχνικῶς, μὴ ποιηθὲν δὲ, μεθόδου ἀτέχνου δηλωτὸν ἐγένετο. ὃ γὰρ οἴεσθαι μόνον, μὴ πρήσσων δὲ, ἀμαθίης καὶ ἀτεχνίης σημεῖόν ἐστιν. [18] οἴησις γὰρ μάλιστα σὺν ἀντεικῆ αἰτίαν μὲν τοῖσι κεχρημένοισιν, ὄλεθρον δὲ τοῖσι χρεομένοισιν ἐπιφέρει. καὶ γὰρ τὸν ἑωυτῶν σὺν λόγοισι πείθοντες, οἰνθῶσιν εἰδέναι ἔργον ὃ σὺν μαθήσιος, καθάπερ χρυσὸς φαῦλος σὺν πυρὶ κριθεὶς τοιοῦτοις αὐτοῖς ἀπεδείξε. [19] καίτοι γε τοιαύτη ἡ προῤῥήσις ἀπαρηῤῥήτον εἰς σωφρόνων ὁμολογέοντα ὡς ἔστιν αὐτοῦ, ὃ πέρας ἐδήλωσε γνῶσις. τῷ δὴ ὁ χρόνος, καὶ τὸν τέχνῃ [20] διόδεια κατέρησεν, ἡ τοῖσι ἐς τὸν προφρηνεόντα οἶμον ἐμπίπτουσιν τὰς ἀφορμὰς δήλοις ἐποίησε. διὸ δὴ δυναλαμβανόντα τούτων τῶν προφρηνεόντων ἕκαστα, μετάγειν τὸν σοφίῃ ἐς τὸν ἰητεικὸν, καὶ τὸν ἰητεικὸν, ἐς τὸν σοφίῃ. ἰητὸς γὰρ φιλόσοφος, ἰσόθεος. [21] πολλὴ γὰρ ἀφαφορὴ ὅτι τὰ ἕτερα. καὶ ἐν τὰ πρὸς σοφίῃ, σὺν ἰητεικῇ πολλά. ἀφιλαργυρίη. αἰδοῖη. ἐρυθρίησις. καθαρότη. δόξα. κρίσις. [22] ἡσυχίη. ἐπάντησις. καθαιρότης. γνωμολογίη. εἴδησις τῶν πρὸς βίου χρηστῶν καὶ δυναγκαίων καθαρσίων. [23] ἀπεμπόλησις. [24] ἀδφοιδαμονίη. ὑπόροχη θεία. ἔχουσι γὰρ ἃ ἔχουσι πρὸς ἀκολασίαν, πρὸς βαναυσίαν, πρὸς ἀπληστίαν, πρὸς ὑπθυμίαν, πρὸς ἀφαίρεσιν, πρὸς δυαιδείαν σὺν δύσφ. αὕτη γὰρ γνῶσις τῶν πρησσόντων, καὶ χρῆσις τῶν πρὸς φιλίαν, [25] καὶ ὡς ὁκοίως τε πρὸς τέκνα, πρὸς χρήματα. τοῦτο μὲν οὖν ὑπτικοινωνὸς σοφίη τίς. ὅτι καὶ τοῦτο τὰ πλέοντα ὁ ἰητὸς ἔχει. καὶ γὰρ μάλιστα ἡ περὶ θεῶν εἴδησις [26] σὺν νόῳ αὐτῇ ἐμπλέκει. σὺν γὰρ τοῖσι δώροισι πάθεσι καὶ σὺν συμπτώμασιν δείσκεται τὰ πολλὰ πρὸς θεῶν σύμφορα κεφαλὴν ἡ ἰητεική. οἱ δὲ ἰητοὶ θεοῖσι παρακεχωρήκασιν. καὶ γὰρ ἕνι πειεῖον σὺν αὐτέῃ ὃ δυναστεῦον. καὶ γὰρ ὅτι πολλὰ μὲν μεταχρέου, πολλὰ δὲ καὶ κεκρατῆ αὐτέοισι δι' ἑωυτέων. ἃ δὲ καὶ πλεονεκτεῖν ἡ ἰητεική, σὺν ὅθεν παρέξει. τὶς γὰρ ὁδὸς τῆς σὺν σοφίῃ, ὧδε. [27] καὶ γὰρ αὐτέοισιν σὺν κείνοισιν, οὕτω δὴ σὺν οἴονται ὁμολογέοισιν ὧδε, τὰ πρὸς σώματα πρὸς δηλούμενα. ἃ δὴ ἀφὰ πάσης αὐτῆς πεπορευται, μεταγραμαλιζόμενα ἡ μεταποιούμενα. ἃ δὲ, μὴ χρουργίης ἰούμενα. ἃ δὲ, βοηθούμενα. θεραπεύόμενα ἢ διαιτούμενα. ὃ δὲ κεφαλαιωδέσταον ἔστω, εἰς τὸν τοιουτέων εἴδησιν. ὄντων οὖν τοιουτέων, τῶν προφρηνεόντων ἀπόντων, χρὴ τὸν ἰητεῖν, ἔχειν τινὰ δύναμιν πολυδαιδαλέα. ὃ γὰρ αὐσηρὸν, δυσπρόσιτον καὶ τοῖσι ὑγιαίνοισι, καὶ τοῖσι νοσέοισι. τηρεῖν δὲ χρὴ ἑωυτὸν ὅτι μάλιστα, [28] μὴ πολλὰ φαίνοντα τῶν τοῦ σώματος μερέων. μὴ δὲ πολλὰ λεγόμενα ὁρόμενον τοῖσιν ἰδιώτησιν, ἀλλὰ τ' ἀναγκαῖα. νομίζει γὰρ τοῦτο βίη εἶναι ἐς πρόσκλησιν θεραπηίης. ἐς πολλοὺς, ἀλλὰ τὰ ἀναγκαῖα. νομίζει γὰρ τοῦτο βίη εἶναι ἐς πρόσκλησιν θεραπηίης.

nequaquam iis ſuppeditabuntur, quę à natura inſunt. Iſti itaque conſimili cum illis via progreſſi deprehenduntur. Quapropter veritate nudati omnem improbitatem atque ignominiam induunt. Præclara enim res eſt, quæ ex opere quod quis didicit proficiſcitur oratio. Quicquid enim artificiosè factum eſt, à ratione profectum eſt. Quicquid autem artificiosè dictũ eſt, non autem factum, viam & rationem artis expertem arguit. Opinabile ſiquidem ſine actione, inſcientiæ & nullius artis indicium eſt. Opinatio enim cùm præcipuè in arte Medica, ea quidem vtentibus crimini vertitur, his verò qui ea indigent exitium adfert. Si nanque ſuis verbis perſuaſi, exiſtimant ſe opus ex ſcientia profectum nouiſſe, quemadmodum aurum adulterinum igni probatur, tales ſeipſi etiam produnt. Quanquam eiusmodi prædictio iis qui cognatam habent naturam, ad intelligentiam nullius eſt ſolatij, quòd finis quàm rectus ſit cognitio indicet. At horum arti tempus expeditam viam conſtituit, aut his qui ſimili via inſiſtunt, facultates manifeſtò ſuppeditat. Quapropter prædicta ſingula colligere oportet, & ſapientiam ad Medicinam traducere, & Medicinam ad ſapientiam. Medicus enim Philoſophus Deo æqualis habetur. Nam neque multum inter ſe differunt, & quæ ad ſapientiam requiruntur, in Medicina inſunt omnia, pecuniæ contemptio, pudor, verecundia, modeſtia in veſtitu, exiſtimatio, iudicium, lenitas, occurſatio, mundicies, ſententiarum elocutio, vtilium ac neceſſariarum in vita purgationum cognitio, earúmque liberatio, ſuperſtitioſi Deorum metus auerſatio, præſtantia diuina. Habent enim quæ faciunt ad demonſtrandam incontinentiam, quæſtuoſam & ſordidam profeſſionem, inexplebilem habendi ſitim, cupiditatem, detractionem, impudentiam. Siquidem iſta ſpectant ad eorum cognitionem cum quibus conuerſantur, & ad vſum eorum quæ ad contrahendam amicitiam pertinent, quoque animo erga liberos & pecunias eſſe oporteat. Hactenus igitur cum ſapientia communionem, eorúmque etiam plurima habet Medicus. Nam & Deorum cognitionem ipſe potiſſimùm animo complectitur, cúmque aliis in affectibus & caſibus Medicina multùm Deos colere comperitur, tum verò medici Diis plurimùm concedunt. Neque enim ipſa ſuperuacaneam potentiam ſibi arrogat, cùm ſiquidem ipſi multa aggrediũtur, in multis verò ab iis ſuperantur. In quibus autem Medicina nunc ſuperior exiſtit, hinc manifeſtum erit. Nam & via eius quædam ſecundum ſapientiam ſe habet hoc modo. Etenim illis ipſis (quod tamen non exiſtimant) pro confeſſo ita ſe habere concedum, quæ circa corpora obueniunt, quæ ſane per totam ipſam procedunt, dum transformantur aut permutantur, partim quidem per manus operam ſanantur, partim verò per auxilia aut victus rationem curationem accipiunt. Præcipuum verò omnium caput eſt, vt horum cognitio habeatur. Cùm igitur prædicta omnia ita ſe habeant, Medicum vrbanitatem quandam ſibi adiunctam habere cõuenit. Auſteritas enim tum ſanis, tum ægris difficilem acceſſum præbet. Obſeruare autem eum maximè oportet, vt ne multas corporis partes nudat, neque cùm plebeiis de rebus multis, ſed tantum neceſſariis, confabuletur. Hoc enim vis quædam ad eliciendam curationem eſſe ſolet.

Horum verò nihil neque nimis curiosè, neque ex opinione agat. In istis autem omnibus videdum vt hæc tibi sint ad facultatem vt decet præparata, alióq; cùm opus fuerit, inopia semper aderit. Horum verò omniũ diligens in re Medica cura habenda est, cum omni habitu demisso, quæ ad frictionem, illitionem, & perfusionem pertinent, vt cum concinna manuum tractatione adhibeantur. Quò ad linamenta concerpta, splenia, vincula, ea quæ ex temporis conditione petuntur, medicamenta tum ad vulnera, tum ad oculos comparata, & ex his quæ ad genus quódque referuntur, vti tibi sint accommodata, instrumenta, machinæ, ferramenta denique. Horum nanque penuria, mentis inopiam & detrimentum affert. Alter verò tibi sit apparatus simplicior, quo ad manus operam vtaris, ad peregrinationes accommodatus. Promptissimus autem est, qui via quadam & ratione comparatur. Neque enim fieri potest vt omnia Medicus enumeret. Medicamenta autem, tum eorum simplices facultates, tum si quæ descriptæ sunt, probè tibi memoria teneantur. In animi etiam notione reponantur quæ ad morborum curationem pertinent, eorúmque modi, quot, & quo modo in singulis se habeant. Hoc enim in re Medica principium, medium & finem obtinet. Malagmatum quoque genera ad singulos vsus præparata habeas, potiones item incidendi facultate præditas, ex descriptione præparatas, cuique generi accommodatas. Ad manum etiam sint quæ ad medicamentorum purgationes faciunt, ex locis conuenientibus desumpta, eo quo decet modo pro suo quęque genere & magnitudine præparata, tum quæ ad vetustatem diligenter sunt reposita, tum quæ recentia pro temporis occasione in vsum veniunt, reliquáque ad eandem rationem, vt his adornatis, cùm ad ægrotum ingressus fueris, ne quaquam animo hæreas, cùm singula habeas ad id quod fieri debeat appositè accõmodata. Prius quàm verò ad ægrum ingrediaris, fac cognitum habeas quid agendum sit. Plęraq; enim nõ ratiocinatione, sed auxilio indigent. Euenta igitur per experientiam cognita, prædicenda. Id enim gloriam adfert, & cognitu est facile. In ingressu autem te meminisse conuenit sessionis, demissi habitus, vestitus, grauitatis, breuiloquentiæ, vt ne quid perturbato animo facias, vt ægro assideas, in omnibus diligentiam adhibeas, vt ad ea quæ obiiciuntur respondeas, & ad omnes perturbationes animi constantiam adferas, tumultus verbis castiges, & ad omnia subministranda te promptum exhibeas. Ad hæc primum apparatum te memoria tenere oportet, sin minus, videdum vt in reliquis, quæ vt in promptu sint præcipiuntur, opinione tua minimè excidas. Crebrò ægrũ inuisse, diligentem consideratione adhibeas, vt iis qui decepti sunt per mutationes occurras. Facilior enim tibi cognitio supetet, simulq; te promtius expedies. Instabiliter enim mouentur quæ in humidis consistunt, ideóq; facilem cùm à natura, tum à fortuna mutatione habẽt. Quæ nisi in tempore cùm subministrari oportet percipiantur, suo impetu præoccupant & interimunt, cùm nõ adsit quod opẽ afferre possit. Multa. n. simul concurrunt, quę molestia afficiunt. At quod sigillatim se cõsequitur, promptũ quidẽ magis & ad experientiam accommodatum. Obseruandi sunt autẽ

ποιέειν δὲ καὶ μηδὲν τοιέοντας αὐτέων, μὴ δὲ μὴ φανερόσιος. ἐσκέφθω δὲ ταῦτα πάντα ὅκως ἢ σοι τετακτηρισμένα εἰς τὼ ἐπιτήδειον, ὡς δέοι. εἰ δὲ μὴ, ὅτι τοῦ χρέους, ἀπορίη ἀεὶ ἔσται. μελετάω δὲ χρὴ σε ἐν ἐντεχνῇ ταῦτα, μὴ πάσης καθαρσοῖς. τοῖσι ψιλαφίοις, καὶ ἐγχρίσιος, καὶ ἐγκατατριβήσιος τοῖς τῶν δίρυθμίων τῶν χρέων. τοῖσι πλυμάτων. τοῖσι πωλιῶν. τοῖσι ὑπεδέσμων. τοῖσι τῶν σκευασίος. τοῖσι φαρμάκων, ἐς βαύματα, καὶ ὀφθαλμικά. καὶ τουτέων τοῖς τὰ ῥήτεα. ἵν' ἢ σοι τετακτηρισμένα, ὄργανά τε καὶ μηχαναὶ; καὶ σίδηρος ὁ ἑξῆς. ἢ γὰρ ἐν τουτέοισι ἀπορέειν, ἀμηχανίη καὶ βλάβη ἐστίν. ἔστω δέ σοι ἑτέρη παρέξοδος ἢ λιβοτέρη τοῖς ἐπιδημίας, ἢ ἀφὶ χρέων. ἢ σὺ διχοεστάτη, ἀφὶ πεδόδων. οὐ γὰρ οἷόν τε διέρχεσθαι πάντα τὸν ἰητρόν. ἔστω δέ σοι δίμηνιόδια, φάρμακά τε καὶ δυνάμιες ἁπλαῖ, καὶ δυαγεγραμμένα, εἴπερ ἄρα ἐστὶν ἐν νόῳ καὶ τὰ τοῖς ἰούσιν ἰήσιος, καὶ οἱ τοιουτέων ἐόντοι, ὁσαχῶς, καὶ ὅν τρόπον τοῖς ἑκάστων ἔχουσιν. αὕτη γὰρ ἀρχὴ ἐν ἰητικῇ, καὶ μέσα, καὶ τέλος. τετακαθαρσιόδια δέ σοι, καὶ μαλαγμάτων ῥήτεα. τοῖς τῶν ἑκάστων χρήσιας. ποτήματα τέμνειν δυνάμενα, ἐξ δυαγραφῆς ἐσκευασμένα τοῖς τὰ ῥήτεα. τετοιμάσθω δὲ καὶ τὰ τοῖς φαρμακίοις ἐς τὰς καθάρσιας εἰλημμένα, ἀπὸ τόπων τῶν καθηκόντων, ἐσκευασμένα, εἰς ὃν δὴ τρόπον τοῖς τὰ ῥήτεα καὶ τὰ μεγέθεα ἐς παλαίωσιν μεμελετημένα, τὰ δὲ τετόσφαλται ὑπὸ τὸν καιρὸν, καὶ τἄλλα καθὰ λόγον. ἐπὴν δὲ ἐσίης τοῖς τὸν νοσέοντα, τουτέων σοι ἀπηρτισμένων, ἵνα μὴ ἀπορῇς, ἀθέτως ἔχων ἕκαστα τοῖς ὃ ποιεόμενον. ὅταδι δὲ γνώσκων, ὃ χρὴ ποιέειν πρὶν ἐσελθεῖν. πολλὰ γὰρ οὐδὲ συλλογισμοῦ, ἀλλὰ βοηθείης δεῖται τῶν τραυμάτων. τοῖς ἀφανέα γίνεσθαι οὕνεκεν χρὴ ὃ ἐκβησόμενον ἐκ τῆς ἐμπειρίης. εἰδίξον γὰρ καὶ ἀμαθές. ἐν δὲ εἰσόδῳ μεμνῆσθαι καὶ καθέδρης· καὶ καταστολῆς· θεσπεσιολῆς· ἀναχωρεώσεως· βραχυλογίης· ἀπαρακλοποιησίης· τοῖς σεβρίης· ὅπως μελείης· ἀνθυπολέξιος τοῖς τὰ ἀπαντώμενα· τοῖς τοὺς ὄχλους τοὺς ὅπη γινομένους, ἀνιαθίης τῆς ἐν ἑαυτῷ· τοῖς τοὺς θορύβους ὅπως πλήξιος· τοῖς τὰ ἐπουργίας, ἑτοιμασίης· ὅτι τουτέοισι μέμνησο τοῦ ἀσκεῖν τῆς τοιότης. εἰ δὲ μὴ τὰ κατ' ἄλλα ἀδιάπτωτον. ἐξ ὧν τοῦ γνέλλεται εἰς ἑτοιμασίαν. ἐσόδῳ χρέο πυκνῶς, ὅπως κέπτεο ὅπως μελέτερον, τοῖσιν ἀπατεομένοισιν, ὅτι τὰ μεταβολὰς ἀπαντῶν. ῥᾶον γὰρ εἴσῃ, ἅμα δὲ καὶ ἀμαρέτερες ἔσῃ. ἀστατα γὰρ τὰ ἐν ὑγροῖσι. διὸ καὶ ἀμεταπείπτα ὑπὸ φύσιος καὶ ὑπὸ τύχης. ἀβλεπτηθέντα γὰρ τὰ καθὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐπουργίης, ἔφθασαν ὁρμήσαντα καὶ αἰεὶ ὀντα. ἀ γὰρ ἐῶ ὃ ὅπη κυρῆσον. πολλὰ γὰρ ἅμα τὰ ποιέοντα τι χαλεπόν. ὃ γὰρ καθ' ἓν κατ' ἐπακολούθησιν ἀθετώτερον καὶ ἐμπεδότερον. ὅπη τηρῇ ὃ δεῖ καὶ τὰς ἀμαρτίας τῶν

κεμνόντων, δι' ὧν πολλοὶ πολλάκις διεψεύσαντο, ἐν τοῖσι τοῖσι τοῖς σαφήσασι τῶν τοῖς σφεῖς μιῶν. ἐπεὶ τὰ μισητὰ ποτήματα λαμβάνοντες, ἢ φαρμακεύομενοι, ἢ θεραπεύομενοι, ἀνηρέθησαν. καὶ αὐτῶν μὴ οὐχ ὡς ὁμολογίαν βέπεται ὃ ποιητὴν· τὰ δ' ἐν τῷ τὴν αἰτίαν τοῖς ἐπῆφαν. ἐσκέφθαι δὲ χρὴ, καὶ τὰ τοῖς ἀνακλίσεων. ἃ μὴν αὐτέων τοῖς τὼ ὤρτω, ἃ δὲ καὶ τοῖς τὰ ῥήτεα. [17] οἱ μὴν γὰρ αὐτέων, ἐς βεόνοις. οἱ δὲ, ἐς κατωγείοις καὶ σκοτεινοῖς τόποις. ταῦτε ἀπὸ ψόφων καὶ ὀσμῆς, μάλιστα δ' ἀπὸ οἴνου, καὶ κοτέρη δ' αὐτῆ. φυγεῖν δὲ ἢ μετιέναι. τρήσαν δ' ἀπόπτα ταῦτα ἡσύχως, ἀσταλέως. μεθ' εὐουρίης, τὰ πολλὰ [18] τὸν νοσέοντα εὐσυκρυπτόμενον, ὧδε χρὴ, τὸ δακελεύοντα ἱλαρῶς καὶ ἀδεινῶς [19] σφέτερα δὲ ἀποβεπόμενον, ἅμα μὴν ὅπιπλήσαν [40] μὴ πικρίης καὶ ἐνπάσεων, ἅμα δὲ τὸ δαμυτέεσθαι μετ' ὅπιτροφῆς [41] καὶ εὐπρόσδεξιος, μηδὲν εὐπροσδεικνύοντα τῶν ἐόντων, ἢ ἐνεστώτων αὐτοῖσι. πολλοὶ γὰρ δι' αἰτίαν ταύτην, [42] ἐφ' ἑκάτερα ἀπεώθησαν, ἀφὶ τὴν τοῦ ῥήσιν τὴν τοῦ ἐνεστώτων, ἢ ἐπεσομένων. τῶν δὲ μαθόντων ἔστω ἧς ὁ ἐφεστὼς, ὅκως τοῖσι τὸ δὲ θέλμασιν οὐ πικρῶς χρήσηται. ποιήσῃ δ' ἐπουργίαν ὃ τοῖς πάθεν. ἀκλέγεσθαι δὲ ἀπὸ αὐτέων ἤδη τὸς ἐς τὰ τέχνης εἰλημμένους, τοῖς σδιῶαι ἢ τῶν ἐς ὃ χρέος, ἢ ἀσφαλέως τοῖς σενεγκεῖν. ὅκως τε ἂν ἀφεστήσασι μηδὲν λαθάνῃ σε. ὅπη ἔσται τὼ τοῖσιν ἰδιώτησι μηδέποτε διδοὺς τοῖς μηδενός. εἰ δὲ μὴ, ὃ κακῶς τρηφθεν, εἰς σὲ χωρήσῃ τὸ φόρου, [43] ἐὰν μήποτ' ἀμφιβόλως ἔχῃ, ἐξ ὧν ὃ μεθοδεύθεν χωρήσῃ, καὶ οὐ σοὶ τὸν φόρον τοῖς ἀφῆφε, καὶ τὸ ἀφθεν δὲ, τοῖς ὃ ἥρος ἔσται. τοῖς λεγε δὴ ταῦτα πάντα, ὅπὶ τῶν ποιεομένων, οἷς καὶ ὃ ἐπεγνῶσθαι τοῖς κεῖται. ἐυτέων δὴ ἐόντων, τῶν τοῖς δεξίτω καὶ εὐχημοσύνην, τῶν ἐν τῇ ὄφιν καὶ ἰητικῇ, καὶ ἐν τῇσιν ἄλλησι τέχνησι, χρὴ τὸν ἰήσιν διαληφότα τὰ μέρεα τοῖς ὧν εἰρήκαμεν, τοῖς εὐνεύμενον πάντοτε [44] τ' ἑτέρῳ δεξιτηρέοντα φυλάσσειν, καὶ τοῦ δεδόντα ποιέεσθαι. εὐκλέα γὰρ ἐόντα πᾶσιν ἀνθρώποισιν, ἅμα φυλάσσεται. οἵτε δ' αὐτέων ὀδεύσαντες, δοξασοί, τοῖς γονέων καὶ τέκνων. κλῶνες αὐτέων μὴ πολλὰ γινώσκουσιν, ὑπὸ αὐτέων τῶν τοῖς τρηγμῶν ἐς σωέσιν καθίσαντες.

aegrotorum errores, ex quibus multi frustrari sunt in oblatis assumendis, quandoquidem exosis sumptis potionibus, aut medicationibus, aut curationibus, è medio sublati sunt. Quod quidem se fecisse minimè fatentur, sed culpam in Medicum conferunt. In consideratione verò etiam adhibendi sunt eorum decubitus, partim quidem pro anni tempestate, partim verò pro suo quique genere. Quidam enim in sublimibus, alij verò in subterraneis & obscuris locis decumbunt. Strepitus quoque & odores, viníque præcipuè (hic enim deterrimus est) fugiendi & permutandi. Quæ omnia placidè & succinctè facienda, ità vt plærunque in ipsa administratione ægrum celet, hilari & sereno vultu esse iubeat, eumque à suis cupiditatibus deterreat, & simul quidem cum amarulentia vehementer increper, simulque eum commonefaciendo & blandè excipiendo cõsoletur, neq; quicquam eorum quæ instant aut facta sunt ipsis indicet. Iccirco enim multi ob commemoratam instantium aut post futurorum prædictionem, ad extremorum alterutrum detrusi sunt. Adsit autem ex discipulis aliquis qui præsit, quò præceptionibus citra amarulentiam vtatur, & quod imperatum est subministretur. Ex his verò deligendi qui iam in arte prouecti sunt, vt ea quæ sunt vsui exhibere, vel securè offerre sciant, neque in interuallis quicquam te lateat. Nullius verò rei curam plebeiis vnquam committas, aliòqui eius quod malefactum est reprehensio ad te redundabit. Quòd si minimè fuerit ambiguum, ex quibus quod via & ratione tractatum est procedat, neque tibi virtuperationem comparabit, & rei euentus ad genus referetur. Quamobrem ista omnia dum fiunt iis qui ad istorum cognitionem incumbunt, prædicito. Cùm igitur hæc ad comparandam existimationem & vetustatem, tum in sapientia, tum in Medicina, tum in reliquis artibus valeant, Medicus eas de quibus diximus partes complecti debet, & semper alteram sibiipsi superimponere, obseruare ac custodire, & in opere ipso cum cæteris communicare. Hæc enim ab omnibus propter nominis splendorem obseruantur, quique hac via incedunt, gloriam tum apud maiores, tum apud posteros sibi comparabunt. Qui etsi non multarum rerum cognitionem habẽt, earum tamen vsu assiduo prudentiam assequuntur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΑΡΑΓΓΕΛΙΑΙ.

HIPPOCRATIS PRAECEPTIONES.

ΧΡΟΝΟΣ ἐστὶν, ἐν ᾧ καιρός. καὶ καιρὸς, ἐν ᾧ χρόνος οὐ πολύς. ἀκέσις χρόνῳ. ἔστι δ' ἐπὶ καὶ καιρός. δεῖ γε μὲν ταῦτα εἰδότα, μὴ λόγισμῷ τοῦ τὸν πιθανῷ τοῦ ἐέρχεται ἐπιδόξῃ, ἀλλὰ τοῦ μετὰ λό-

TEMPVS dicendum est, in quo occasio consistit. Occasio autem, in qua tempus nõ multum. Medicatio in tempore fit, aliquando etiam occasionem requirit. Qui igitur ista norit, ad curationem aggredi debet, neque priùs ad ratiocinationis persuasionem, quàm ad vsum cum ratione coniunctum animum

adhibere. Ratiocinatio enim in eorum quæ sensu comprehenduntur recordatione quadam consistit. Sensus nanque euidenti imaginatione conceptus, primam eorum quæ subiecta sunt perpensionem suscipit, & ad cogitationem transmittit. Hæc verò vbi receperit, frequenterque quibus, quando & qualiter conuenit ista conseruarit, in sese reponit & recordatur. Ratiocinationem igitur plurimùm laudo, siquidem ex fortuita occasione initium ducat, & ipsam delationem ex apparentibus via quadam persequatur. Ex his enim quæ manifestò perficiuntur, si ratiocinatio initium duxerit, in mentis potestate, quæ ab aliis singula recipit, esse deprehendetur. Quamobrem existimandum est naturam à multis & cuiusliberi generis rebus vi quadam cogente moueri ac doceri. Mens autem vbi ab ea acceperit, quemadmodum antè dixi, postea ad veritatem deducit. Quòd si non ex euidenti incursione, verùm ex probabili rationis fictione initium ducatur, plærunque grauem & molestam infert affectionem. Ij verò nulla via rem ipsam aggrediuntur. Quidnam enim mali contingat, si mercedem auferant qui Medica opera publicè malè exercent? At nunc ægrotis ipsis, cùm sint extra culpam, non satis esse vis morbi visa est, nisi etiam Medici imperitia accederet. Ac de his quidem hæc satis dicta sunt, nisi quòd nullum ex his quæ sola ratione concluduntur fructum percipere licet, verùm èx his quæ ôperis demonstrationem habent. Fallax enim & ad errorem proclius asseueratio, quæ est cum garrulitate coniuncta. Quocirca his quæ fiunt in vniuersum insistere oportet, & circa ea vel maximè versari, si quis facilem & eum extra culpam habitum, quem certè Medicinam vocamus, sibi comparare velit. Maximam enim vtilitatem tum ægrotis, tum iis qui illorum res administrant comparabit. Neque vero pigeat ex plebeiis sciscitari, si quid ad curandi opportunitatem conferre videatur. Sic enim censeo artem vniuersam commonstratam fuisse, quòd singula ex fine obseruata, & ad eadem aggregata fuerint. Animum igitur adhibere oportet fortuitæ occasioni, quæ plærunque se offert, quæque cum vtilitate & lenitudine potiùs coniũcta est, quàm cum pollicitatione & facti defensione. Vtile verò etiam eorum quæ ægro offeruntur varietatem constituere. Neque enim asseuerare oportet quòd vnum aliquod exhibitum remedium profuturum sit. Affectiones etenim omnes ob varias casuum attributiones & mutationes, diuturniore quadam mora assident. Quin & istud vt consideretur admonitione indiget. Si nanque à mercede initium duxeris (quod ad totum negotium aliquid confert) ægroto quidem istam iniciès opinionem, te eo relicto non discessurum. Quòd nisi cum eo conueneris, quòd & eum neglecturus sis, neque de quibusdam ad rem præsentem necessariis sis admonitur us. De mercede igitur constituẽda curam habere oportet. Eiusmodi enim animi inductionem ægro inutilem esse existimamus, idq; multò magis in morbo acuto. Morbi enim celeritas, cùm nullã ad reuersionem occasionem exhibeat, bonum Medicum minimè impellit. vt suam vtilitatem quærat, verùm vt potiorem suæ existimationis rationẽ habeat. Itaque longè satius est a morbo seruatis exprobrare,

γου. ὁ γὰρ λογισμὸς, μνήμη τίς ἐστι ξυνετικὴ τῶν μετ' αἰσθήσεως ληφθέντων. ἐφαπτασία δὴ γὰρ ἐναργέως. ἤ τε αἴσθησις τοῦ παθήματος καὶ δύναμπος ἐοῦσα εἰς διάνοιαν τῶν ὑποκειμένων. ἡ δὲ διδαξαμένη πολλάκις, οἷς, ὅτε καὶ ὁμοίως, [2] ταῦτα τηρήσει καὶ ἐς ἑωυτὸν καταθεμένη, ἐμνημόνευσε. ξυνεπαινέω μὲν οὖν καὶ τὸν λογισμὸν, ἢν ὦν ὀρθῶς ποιῆται τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν καταφορὴν ἐκ τῶν φαινομένων μεθοδεύῃ. ἐκ γὰρ τῶν ἐναργέως ὅπῃ τελεομένων, ἢν τὴν ἀρχὴν ποιήσηται ὁ λογισμὸς, ἐν ἑκάστοισι δυνάμει ἐν τῇ ψυχῇ διείσκεται, τοῦ δεχομένου αὐτῆς ἕκαστα παρ' ἄλλων. ὑπολαμβάνειν οὖν [3] τῶν φύσιν ὑπὸ τῶν πολλῶν καὶ παντοίων τρηχυνθείσαν τε καὶ διδαχθείσαν, βίης ἐστὶν ἐόντος. ἡ δὲ διάνοια παρ' αὐτῆς λαβοῦσα ὡς τοῦπρωτον, ὕστερον εἰς ἀληθείην ἤγαγεν. [4] εἰ δὲ μὴ ἐξ ἐναργέος ἐπιφόδου, ἐκ δὲ πιθανῆς ἀναπλάσιος λόγου, πολλάκις βαρείην καὶ δυσαρεστὸν ἐπιφέρει τὴν διάνοιαν. οὗτοι δὲ ἀνοσίων χρείζουσι. τί γὰρ ἂν εἰ τὸν κακὸν, εἰ τὰ ὑπηρεσία ἐκομίζοντο, οἱ τὰ τῆς ἰητρικῆς ἔργα κακῶς δημιουργέοντες; νῦν δ' τοῖσιν δυναμένοισιν ἐοῦσι τῶν καμνόντων, ὁκόσοισιν οὐκ ἐκανὴ ἐφαίνετο ἐοῦσα τὸ νοσέειν βίη, εἰ μὴ ξυνέλθοι τῇ τοῦ ἰητροῦ ἀπειρίῃ. τοῖσι μὲν οὖν τουτέων, ἄλις ἔστω διῃρεθμένα. τῶν δ' ὡς λόγου μόνου ξυμπεφορημένων, μὴ εἴη ἐπαύρεσθαι, τὸ δὲ ὡς ἔργου σὺν δείξιος. σφαλερὴ γὰρ καὶ ὑπάμισος ἡ μετ' ἀδολεσχίης ἠχήρησις. δεῖ καὶ καθόλου δεῖ ἔχεσθαι τῶν γινομένων, καὶ τοῖσι τούτων μὴ ἐλαχίστως χίνεσθαι, ἢν μέλλῃ ἕξιν ῥηϊδίως καὶ ἀναμάρτητον ἕξειν, ἢν δὴ ἰητρικὴν τοῦσσα ὀνομάζομεν. κέρδεα γὰρ μεγάλα ὠφελίαι τοῖσι ποιήσει τοῖσι γε νοσεουσι, καὶ τοῖσι τουτέων δημιουργοῖσιν. μὴ ὀκνέῃν δὲ τοὺς ἰδιωτέων ἱστορέειν, ἢν δοκέῃ ξυμφέρειν, εἰς καιρὸν ἥκειν ἰητρίης. οὕτω γὰρ δοκέω τὴν ξυμπασαν τέχνην ἀναδεικνύσθαι, καὶ ὃ ὅτι ἑκάστου τῶν τέλεος τηρηθῆναι, καὶ εἰς ταῦτα ξυναυλιαθῆναι. τοῦσσέχειν οὖν δεῖ τοῦσι ἐπιτρόπῃ τε τῇ ὡς ὀλίγιστα πολύ. καὶ μετ' ὠφελίης καὶ ἠρεμαιότητος μᾶλλον, ἢ ἐπαγγελίης καὶ ἀπολογίης τῆς μὴ τρήξιος. χρήσιμος δὲ καὶ ποικίλος τῶν τοῦσσφερομένων τοῖς νοσέουσι, καὶ ὁ τοῦσεισμὸς, ὅτι μάνον τι τοῦσσειεχθὲν ὠφελήσῃ. οὐ γὰρ ἰχωρήσιος δεῖ. πολύπα γὰρ τὰ πάθη διὰ πολλὰς τοῦεισαπας καὶ μεταβολὰς μανθάνει τοῦσσκαλίζῃ. παραινέσιος δ' αὖ καὶ τοῦτο ὀλιγδηείη τῆς θεωείης. εἰ γὰρ ἄρξαιο τοῦδε μισθαείων, ξυμβαλλῃ γάρ τι καὶ τοῖς ξύμπασι, τοῖς μὲν ἀλγέοντι διαιτέειν διαγνόσιν ἐμποιήσῃς, τὸν ὅτι οὐκ ἀπολιπὼν αὐτ' πορεύσῃ, μὴ ξυνθέμενος, καὶ ὅτι ἀμελήσῃς, καὶ οὐχ ὑποδήσῃς ἵνα τοῖς παρεόντι. ὅπῃ μελήσεται δεῖ οὖν τοῦτο τόπος μεθοῦ. ἄχρηστον γὰρ ἡγεύμεθα οἰήσιμον ὀχλεομένου τὸν τοιαύτῃ, πολὺ δὲ μᾶλλον, [7] ἐν ὀξεῖ νοσήματι. νόσος γὰρ ταχύτης καιρὸν μὴ διδοῦσα ἐς ἀναστροφὴν, οὐκ ἐπεξιοῦσι τὸν κακῶς ἰηθέοντα. ἢ τεῖν δ' λεοντελὲς, ἔχεσθαι δ' δοξῆς μᾶλλον. χρέων οὖν ὀρθομάσιον ὀνῆσίζειν, ἢ ὀλε-

quàm perniciosè habentes emungere. Quamquam ægroti nonnulli hospitij ius aut notitiam quandam præponendum existimant, qui negligentia quidem digni sunt, non tamen pœna puniendum iudicant. Quocirca his inconstantiæ fluctibus agitatis, sicuti decet te oppones. Qui enim genuinus est Medicus, is mediusfidius fide magis quàm duritate in medendo vtetur. Quare ab initio de toto affectu diligenter inquirere, & quædam ad curationẽ conferentia subministrare oportet, ægrúmque percurare & minimè negligere. Neque verò exigendæ mercedis cupiditate duci oportet, nisi vt ad artem edisce dam tuos instruas, suadeóque ne in eo inhumaniter nimis te geras, sed & opum affluentiam & facultates respicias, interdumq; gratis cures, ita vt memoris gratitudinis potiorem quàm præsentis existimationis rationẽ habeas. Quòd si vel hospiti, vel egeno largiendi occasio se offerat, his vel maximè succurrendum est. Qui enim erga homines humanum se exhibuerit, is artis amore teneri censetur. Multi nanque ægri cùm sciant se morbo minimè salutari teneri, etiam medici probitate sanitati restitutos esse celebrari gaudent. Sanitatis autẽ causa ægris quidem præesse præclarum est, & benè valentium curam gerere vt ne egrotent. Quin & sanorum quoque cura venustatis causa suscipienda est. Qui igitur in ignorantiæ profundo submersi sunt, ij prædicta minimè percipiunt, cùm medici nomine indigni, re ipsa comprobent, quàm repente euecti sint, fortunæ tamen egentes, per diuites quosdam ex angustiis emergunt, vtrique ex euentu nominis celebritatem adepti, & in peius ruentes, luxu diffluunt, & quæ in arte nulli rationi reddendæ sunt obnoxia negligunt, quibus bonus Medicus viget, & ipsius artis opifex nuncupatur. Qui medelas in culpatas facilè perficiens, nihil horum peccat, ne in summa quidem opum penuria. Neque enim infidus est, velut qui iniustè se gerunt. Qui certè ad curationem non accedunt, vbi vident miserabilem esse affectionem & eiulatibus plenam, aliorum Medicorum congressum fugiunt, & improbos laudant, quod improbum auxilium detestentur. Ægroti verò dolore conflictati in vtraque improbitate natant, cùm sese pleniori in arte curationi ad finem vsque non commiserint. Morbi nempe cuiusdam remissio, magnum affert ægro solatium. Quapropter cùm sanitatem maximè cupiant, eundem semper remediorum vsum recipere recusant. Medici varietatem imitantes. Sumptuum quidem magnificentia cùm ægroti careant, morum improbitatem venerantur, & ingrati euadunt, vtque facultatum copiam consequi possint, de mercede plurimùm laborant, cùm verò sani esse velint, quæstum tamen ex fœnore & agricultura percipere negligunt. Atque de tam insigni admonitione ista satis sint. Ægroti enim remissio & intensio, medici administrationi moderantur. Neque sane indecorum fuerit, si Medicus in rei præsentis angustia circa ægrum versatur, imperitiæ etiam tenebris circumfusus, alios quoque accersiri iubeat, quo communi consilio quæ in rem ægri sunt disquirantur, & illi ad præsidiorum facultatem operas suas conferant. Vbi enim affi duè vrget affectio, morbúsque increscit, plurima in animi angustia ad rem præsentem opportuna elabuntur.

ὀλε-

[8] ὀλεθρίως ἔχοντας τοῦσσμύσσειν. καίτοι ἔνιοι νοσέοντες ἀξιοῦσι τὸ ξειοτοῦσρεπὲς καὶ τὸ ὀλίγιστον τοῦσσκρίνοντες, ἀξιοῖ μὲν ἀμελίης, ἢ μὴ τοι γε κολάσιος τοῦσσκρίνοντες. διὰ τοῦτοισιν δὴ τὰ ἕξη εἰκότως μεταβολῆς ὅπῃ σάλου πορευόμενοισι. τίς γὰρ ὦ τοῦσς δίκς, ἢ δελφισμένος ἰηθέος, ἰηβαίῃ πίστῃ [10] ἢ ἀτεσμείη. ὥστ' ὀν χρὴ ἀναχρινέοντας πρῶτ πάθος, μὴ ὑποθέσθαί τινα ξυμφέρειν ἐς θεραπίειν, ἀποθεραπεύσαί τε τὸν νοσέοντα καὶ μὴ παιδεύειν; τῆς δ' ὅπῃ καρπίης μὴ αὖ τῆς ὅπῃ σκυζούσης τοῦσς, μάθησιν ὅπῃ θυμίης. τοῦδε κελεύομεν δὲ μὴ λίειν ἀπεῖν, θεραπείειν εἰσάγειν, ἀλλ' ἀποβλέπειν τε πεειοσίειν καὶ ὀσίειν. ὅτε δὲ τοῦσῖκα, ἀνάφερον μνήμειν χαείσίης τοῦσστέρειν, ἢ παρεῦσαν εἰδοχιμείειν. εἰ δὲ καιρὸς εἴη χρηστίης ξένα τε ἐοῖσι καὶ ἀπορέοισι, μάλιστα ἐπαρκέειν τοῖσι πιουτέοισιν. εἰ γὰρ παρῇ φιλεῖν θεραπίη, παρέεσι καὶ φιλοτεχνίη. ἔνιοι γὰρ νοσέοντες, ἠθηθυοὶ δ τοῦεὶ ἐωυτοῦς πάθος μὴ ἐὸν ὀν ἀσφαλείη, καὶ τῇ τοῦ ἰηθοῦ ὅπῃ φείν εἰνόστοις μεταλλάσσοντες ἐς ὑγιείειν. δὴ δ' ἔχῃ νοσέοντων μὲν ὅπῃ σατέειν, ἕνεκεν ὑγιείης. ὑγιαινόντων δὲ φεσνίζειν, ἕνεκεν αἰσσίης. φεσνίζειν καὶ ὑγιαινόντων, ἕνεκεν εὐδημοσυνίης. οἱ μὲν οὖν ἐόντες ὀν βυθοῦ ἀτεχνίης, τῶν τοῦσελελεγμένων ὀνι αὐ ἀμαθάνουσι. καὶ γὰρ ὅτοι αὐτίκεσι ἐόντες, ἔλεγχοι καὶ πόδος ὑψηλύμενοι, τύχης γε μὲν δεόμενοι, ὑπὸ τινων δυπόρων [11] καὶ γενῶν ἔνδοσιν ἀναλαμβανόνται. ἑκάτεροι ὅπῃ τὰ τύχεσιν δυσκιμέοντες καὶ διαπίπτοντες ὅπῃ ὅ χρέον, καὶ καχλιδοῦσι καὶ καμεμελεκότες [12] τὰ τ' τέχνης ἀνυπόθυτα. ἐφ' οἷς αὖ ἰηθὸς ἀγαθὸς ἀκμάζοι ὁμότεχνος καὶ ἐόλμυος. ὁ δὲ τοῦ ἀκέσιας αἰαμάρτητοῖς ῥηϊδίως ὅπῃ τελέων, ἀθὲν τοῦτέων παραβαίῃ, ἢ πολὺ ἀσυμφ τῶν δυάσθαι. ἢ γὰρ ἄπιστός ἐστιν, ὡς ὀν ἀδικία. τοῦς δὲ θεραπείειν ἢ γίνονται σκοπέοντες [13] διαθέσιν, φθονεῖν δεα φυλαασόμενοι, ἑτέρων ἰηβῶν ἐπιφαγγείειν. αἰνοιῶντες ὀν μισοπονείη βοηθήσιος. οἵτε νοσέοντες αἰνιόμενοι, νίκονται ὅπῃ ἑκατέρη μοχθείειν, μὴ ἐξικεχείκοτες ἑωυτοὺς ἕως τέλεος τῇ ὀν τῇ τέχνη πλείονι θεραπίειν. ἄκεσις γὰρ νούσε πινὸς κάμνοντι παρέχει μεγάλειν αἰεωρείειν. διὰ δεόμενοι τῶν ὑγιείειν διαθέσιν, οὐκ ἐθέλοισι τῶν αὐτῶν χρῆσιν αἰεὶ τοῦσδέχεσθαι, ὁμοιοῦντες ἰηβῶν ποικιλίη. πολυτελείης γὰρ ἀπορέοισιν οἱ νοσέοντες, κακχθεσπίη τοῦσσκωπεῦντες καὶ ἀχαείσέοντες. ξωυτυχεῖν, δωναβοὶ δ' ἐόντες, ἀπορέειν, [14] διαυλίζοντες. τοῦεὶ μισθαείων ἀζεκέως ἐθέλοντες ὑγιέες εἶ) εἵνεκεν ἐργασίης τόκων, ἢ γεωργίης, ἀφεσνίζεόντες τοῦεὶ αὐτέων λαμβάνειν. [15] τοῦδε σημασίης τοιαύτης ἀγὶς ἔστω. λύσεις γὰρ ἢ ὅπῃ πασις νοσέοντος, [16] ὅπῃ νέμωσιν ἰηβικὴν κέκλην). ἀχ ἁγνμον δὴ, ὅτ' ἢ τὶς ἰηθὸς γεωχορέων τοῦ παρεόντι ὅπῃ τινι νοσέοντι καὶ ὅπῃ σχετέοντος τῇ ἀπφείη, κελεύῃ ἢ ἑτέρους εἰσάγειν εἵνεκα τοῦ ὀν κοινολογήσι ἱστορήσαι τὰ τοῦεὶ τὸν νοσέοντα, καὶ συνεργεῖν ἡμέας ἐς ἀπορείειν βοηθήσιος. [17] εἰ γὰρ κακοπαθίης παρεδρίης ὅπῃ τείνοντος τοῦσο πάθεος δ' ἀπορείειν τὰ πλέστα ὀκκλίνοισι τοῦ παρεόντι.

quàm perniciosè habentes emungere. Quamquam ægroti nonnulli hospitij ius aut notitiam quandam præponendum existimant, qui negligentia quidem digni sunt, non tamen pœna puniendum iudicant. Quocirca his inconstantiæ fluctibus agitatis, sicuti decet te oppones. Qui enim genuinus est Medicus, is mediusfidius fide magis quàm duritate in medendo vtetur. Quare ab initio de toto affectu diligenter inquirere, & quædam ad curationẽ conferentia subministrare oportet, ægrúmque percurare & minimè negligere. Neque verò exigendæ mercedis cupiditate duci oportet, nisi vt ad artem edisce dam tuos instruas, suadeóque ne in eo inhumaniter nimis te geras, sed & opum affluentiam & facultates respicias, interdumq; gratis cures, ita vt memoris gratitudinis potiorem quàm præsentis existimationis rationẽ habeas. Quòd si vel hospiti, vel egeno largiendi occasio se offerat, his vel maximè succurrendum est. Qui enim erga homines humanum se exhibuerit, is artis amore teneri censetur. Multi nanque ægri cùm sciant se morbo minimè salutari teneri, etiam medici probitate sanitati restitutos esse celebrari gaudent. Sanitatis autẽ causa ægris quidem præesse præclarum est, & benè valentium curam gerere vt ne egrotent. Quin & sanorum quoque cura venustatis causa suscipienda est. Qui igitur in ignorantiæ profundo submersi sunt, ij prædicta minimè percipiunt, cùm medici nomine indigni, re ipsa comprobent, quàm repente euecti sint, fortunæ tamen egentes, per diuites quosdam ex angustiis emergunt, vtrique ex euentu nominis celebritatem adepti, & in peius ruentes, luxu diffluunt, & quæ in arte nulli rationi reddendæ sunt obnoxia negligunt, quibus bonus Medicus viget, & ipsius artis opifex nuncupatur. Qui medelas in culpatas facilè perficiens, nihil horum peccat, ne in summa quidem opum penuria. Neque enim infidus est, velut qui iniustè se gerunt. Qui certè ad curationem non accedunt, vbi vident miserabilem esse affectionem & eiulatibus plenam, aliorum Medicorum congressum fugiunt, & improbos laudant, quod improbum auxilium detestentur. Ægroti verò dolore conflictati in vtraque improbitate natant, cùm sese pleniori in arte curationi ad finem vsque non commiserint. Morbi nempe cuiusdam remissio, magnum affert ægro solatium. Quapropter cùm sanitatem maximè cupiant, eundem semper remediorum vsum recipere recusant. Medici varietatem imitantes. Sumptuum quidem magnificentia cùm ægroti careant, morum improbitatem venerantur, & ingrati euadunt, vtque facultatum copiam consequi possint, de mercede plurimùm laborant, cùm verò sani esse velint, quæstum tamen ex fœnore & agricultura percipere negligunt. Atque de tam insigni admonitione ista satis sint. Ægroti enim remissio & intensio, medici administrationi moderantur. Neque sane indecorum fuerit, si Medicus in rei præsentis angustia circa ægrum versatur, imperitiæ etiam tenebris circumfusus, alios quoque accersiri iubeat, quo communi consilio quæ in rem ægri sunt disquirantur, & illi ad præsidiorum facultatem operas suas conferant. Vbi enim affi duè vrget affectio, morbúsque increscit, plurima in animi angustia ad rem præsentem opportuna elabuntur.

Tunc igitur confidenti animo esse oportet. Neque enim vnquam tale quid definio, cùm id ad artem pertinere censeatur, de eo minimè ambitiosè contendere, seipsos ludibrio exponere. Hoc nanque iureiurando affirmare audeam, Medicum ratione vtentem, alterum nunquam inuidiosè calumniaturum. Sic enim animi impotentiam prodet. Verùm id promptiùs faciunt, qui forensem quęstum sectantur. Quanquam neque hoc perperam excogitatum videtur, cùm in omni copia inopia insit. Præter hæc autem omnia magnum fuerit existentis artis argumentum, si quis rectā curationem instituens, compellando ægros cohortari non desinat, ne nimium animo perturbentur, dum salutis tempus præuertere student. Hoc nempe inutile esse censemus, neque si id imperarit, peccabit. Ipsi enim ægri ob affectionem doloris plenam animum despondentes, vitam cum morte commutant. Cui verò ægri cura commissa est, si ea quæ ad artis inuentionem faciant demonstrauerit, quòd naturam conseruare, non alienam inducere debeat, præsentem fructum reportabit, aut ei statim nulla fides adhibebitur. Est enim hominis bona habitudo, natura quædam arte singulari à natura comparata, motum non alienum adhibens, sed valde concinna, tum spiritu, tum calore, tum humorum concoctione, & in vniuersum ex omni victus ratione, reliquisque omnibus comparata, nisi aliquod ab ortu aut initio erratum adfuerit. Quod tamen si adfuerit, siquidem exile sit, conandum vt ad priorem naturam reducatur. Præter naturam enim censetur, quod imminutum est, etiam quod temporis spatio contigit. Vitanda autem etiam frictio per sudaria, propter medendi authoritatem odórque ambitiosè affectatus. Vt enim peregrinus cultus immodicus calumniam, ita modicus venustatem tibi comparabit. Est nanque in parte dolor modicus, in toto multus. Neque verò gratiam qua tibi homines demerearis subtraho, cùm sit Medici præstantia digna. Eorum autem quæ per instrumenta adhibentur, & demonstrationis eorum quæ significant, reliquorúmq; eiusmodi memoriam adesse oportet. Quòd si vulgi tibi audientiam comparare voles, id non valde gloriosè instituas, neque tamen cum ostentatione poetica fiat. Industriæ enim impotentiam arguit. Neque certò probo industriam multo labore partam in alium vsum transferri, quod per se sola vt eligatur grata sit. Inanem enim fuci laborem cum ambitiosa ostentatione tibi imponès. Optabilis autem dispositio qua quis longè absit, vt grandis natu ad discendum accessisse videatur. Quod quidem nihil præsentium perficit, absentium verò memoria toleranda est. Incidit igitur omne genus infortunij cum vehementi pernicie, quod decorum negligit, tum in definitionibus & denunciatione, tum maximis iuramentis Deorum causa interpositis, dum medicus morbo præest, cum assidua lectione, & plebeiorum tumultuantium instructione, & priusquam in morbo quid agat incertus sit, congregati sunt. Huiusmodi igitur vbi præessem, non tamen de curandi ratione cum illis conferrem, verùm vt auxilium ferrent audacter peterem. Venustę enim cognitionis intelligentia, apud istos sparsa est. Cùm igitur hi ex necessitate docti existāt, eos ad vtilem exercitationē co-

[18] θαρρητέον οὖν ὁ κεκμηκὼς τοιουτέῳ. οὐδέποτε γὰρ ἐγὼ ὀ τοιοῦδε ὀφείλομαι, ὅτι ἡ τέχνη κέκριται, πρὸς τουτέου μηδέποτε φιλονικέων, προσκυρέουσας ἑωυτοῖσι καταισλαμίων. [19] ὀ γὰρ αὐ μεθ' ὅρκου ἐρέω, οὐδέποτε ἰητρὸν λογισμὸς φθονήσειεν αὐ ἑτέρῳ, ἀκιδνὸς γὰρ αὐ φανείη. ἀλλὰ μᾶλλον οἱ ἀγχιβάλοντες, ἀγραφίης ἐργασίης πρήσσουσι τοῦτο βυμῷ ἐόντες. καὶ τοι γε οὐδὲ ψιλὸς ἐόντος καταγνοίητο. πάσῃ γὰρ ὑποείη, ἀποείη ἔνεστι. μετὰ τουτέων δὲ πολλῶν, μέγα αὐ τεκμήριον φανείη σὺν τῇ οὐσίῃ τῆς τέχνης, εἴ τις καλῶς ἰηβόλων, προσλοιδορήσιος τοιούτης μὴ ἀπος ἀίη. κελεύων τοῖσιν νοσέουσι, μηδὲν ὀχλεῖσθαι κατὰ ἀφίνοιαν, ὁν τὰ πτεύδων ἀφικέεσθαι εἰς κακὸν σωτηείης. [20] ἡγεῦμεθα γὰρ ἀγωνιῶν, καὶ προσλασσόμενός γε οὐ ἀφαιρήσῃ. αὐτοὶ μὲν γὰρ οἱ νοσέοντες ἀφὶ τῶν ἀλγεινῶν ἀφίεσιν ἀπαυδέοντες, ἑωυτοῖς τε μεταλλάσσουσι τῆς ζωῆς. [21] ὁ δ' ἐγκεχειρισμένος τὸν νοσέοντα, ἐὰν ἀποδείξῃ τὰ τῆς τέχνης ἀξιόρρεμματα, σώζων ὀκ ἀλλοίῳ φύσιν, ἀποίσῃ τῷ παρεοῦσαν ὀπῃ καρπίῳ, ἢ τῷ παραυλίκα ἀπιστίῳ. ἡ γὰρ τοῦ δύνεσθαι ἐξίν, [22] φύσις τίς ἐστι φύσει πεποιημένη, κίνησιν ὀκ ἀλλοτείῳ. ἀλλὰ λίῳ τε ἐναρμος ἐοῦσα πνεύμαί τε καὶ θερμασίῃ, καὶ χυμῶν κατεργασίῃ. πρώτῃ τε, καὶ πάσῃ διαίτῃ καὶ τοῖσι ξύμπασι δεδημιουργημένη. ἢν μὴ τις ὀκ ἠνετῆς ἢ ἀπ' ἀρχῆς, ἔλλημμα ἢ. ἢν δ' αὐ ἠνίπαί τι ἐξιτήλου ἐόντος, πρέσσεσθαι ἐξομοιοῦν τῇ ἰσονομίῃ. [23] πρὸς γὰρ φύσιν τὸ μνεύσημα καὶ ἀφὶ χρόνου. φυκτέη δὲ καὶ [24] τρῖψις ὀπαχραλίδων ἀφὶ προσκύρησιν ἀκέσιος. ὀδμή τε πρὸς ἑτέρους. ἀφὶ γὰρ ἱκανὼ ἀξιωσείῃ, ἀφαιρολιῷ κέκτησαι· ἀφὶ δὲ τῷ ὀλίγῳ, ἐνδημοσυνείῃ. ὀν γὰρ μέρει, πόνος ὀλίγος· ὀν πάσῃ, ἱκανός. ἐνχρεισίῃ δὲ οὐ πρεπαρέω. ἀξίη γὰρ ἰητρικῆς πρήσσσσις. πρεσβύτερος δὲ ἐν ὀργάνων, καὶ σημαντικῶν ὀπιδείξιος, καὶ τῶν τοιουτέῳπων μνήμῃ παρεῶσι. ἢν δὲ καὶ εἵνεκα ὁμίλου θέλῃς [25] ἀκρόασιν ποιήσασθαι, ὀκ ἀγακλεὴς ὀπιθυμέῃς. μὴ μεύτοι γε μετὰ μάρτυρίης ποιήσῃς. ἀδυναμίῃ γὰρ ἐμφαίνει φιλοπονίης. ἀπαρνέομαι γὰρ εἰς χρῆσιν, ἑτέρῃ, φιλοπονίῃ μετὰ πόνου ἰσοειδυμίῃ. δῆλον ὀν ἑωυτῇ μωμῇ, αἵρεσιν ἐοῦσαν χαίρεσθαι. πρεπόησι γὰρ κηφῆνος μετὰ πρὸς ἀπομπῆς ἑπομοκοπίῃ. δύκτέη δὲ καὶ ἀφάθησις, ὀκτὸς ἐοῦσα ὀμμαθίης. πάρεόντων μὲν, ὀδὲν ὀπιτελεῖ· ἀπεόντων δὲ, μνήμη ἀνεκτή. γίνεται τοίνυν πάμμαχος ἀτυχίη, μετὰ λοιμίης νεαρῆς. ἀφεσνῆς ἐοῦσα ἐν ὀρετίης, ὁρισμοῖς τε καὶ ἐπαγγελίῃ, ὅρκοις τε παμμεγεθέσι θεῶν, εἵνεκεν ἰητρὸν πρεσβυτέου ὀνος, [27] ἀναγνώσιος ξυνεχείης, κατηχήσιός τε [28] ἰδιωτέων φυλαλυσέων λόγοις ὀκ μεταφορῆς [29] ἀφαιρεθλιόμενον, ἢ πρὶν νέσω καταπορέω ξυνιέναι ἐξισμένοι. τῶν μὲν οὖν τοιουτέων ὅποι αὐ ἢ ὀπιστατήσαμι, ὀκ αὐ ὀπὶ θεραπίης ξυλλόγου. αὐτήσαμι δ' αὐ θαρσελέως [30] βάθιν. ἰσοείης γὰρ ἀχρήμονος σώσεσι ὀν τετέοισι διεσπαρμένη. τετέων ἓν δ' ἀνάγκην ἀξιωέτων ἐόντων πρὸς κελεύομαι

κελεύομαι χρησίμῳ εἶ) τῷ τοιοῦτῳ μεθ' ὑστέρησιν δοξάζειν ἰσοείης. τίς γὰρ ὀπιθυμεῖ [31] δοξάζειν μὲν πολυχρονίῃ, ἀρετέων ἐθέλῃ ἰσορέειν, [32] μήτε χρεοτελείῃς ἀξιεμεότητι. διὸ παραινέω τοιτέοισι, λέγεσι μὲν, πρεσσέχειν. ποιέεσι δὲ, [33] ἐγκρίνειν ξυνεσταλμένης διαίτης, μὴ μακρῷ ἐξαιρέειν, [34] τῷ κάμνοντος χρονίῳ ὀπιθυμίῃ αὐξήσει. καὶ ξυγχωρεῖν ἐν χρονίῃ νούσῳ. ἢν δὲ μὴ πρεσσέχῃ τυφλῶ δὲ δέος ὡς μέγας φόβος φυλακτέος. καὶ χάριν δὲ ἧς ἑνότης ἡέρος, ἀφνιδίῃ ἐκεσχῇ φυλακτέη. ἀκμὴ ἡλικίης, πολλὰ ἔχει χρείεια. ἀπόλειξις ὀξύ, ἐνωαπίον. ἀσφίν ὀγλώσσης γένεται, ἢ ἀφὶ παθος, ἢ ἀφὶ ἐκ οὐάτα. πρίν τε πρεσβύτερα ἀξαγγέλλει, ἕτερα ὀπιβαλεῖν. ἢ πρὶν ὁ ἀφικνεομένου εἰπεῖν, ἕτερα ὀπιφωνεῖσθαι. ὁ μὲν δὲ πάθος ὀφθαλμοῦ λελεγμένου μόλις ξυμβαίνει, φιλοτεχνοῦσιν. ἡλικίη σμικροῦ ἐόντος τῷ ἐπικειμένου, δυνάμις εἴνιστε πάμπολις. νόσου ἀπρεπέξιν, μῆκος σημαίνει. κρίσις δὲ, ἀπόλυσις νόσου. μικρὴ αὐτίη, [31] ἄκεσιν λύεται. ἢν μὴ τὸ πρὶν κάθαρσιν πάθη. ὅτι ξυμπάθησις ἐπὸ λύπης ἐξῆς ὀχλέει, ἀξ ἑτέρου συμπαθείης λυὲς ὀχλῶνται. καταιδέησις λυπεῖ φιλοπονίης κρατερῆς ὑπο. [36] παράτησις [37] ἀλυώδης, τόπος ὀνησιφόρος.

hortor, vbi præceptorum cognitione destituuntur. Quis enim variè diffusam præceptorū cognitionem habere exactè cupiat, citra exercitationis manuum securitatem? Quare hoc vnum suadeo, vt eorum verbis quidem animum aduertant, opus autem in subtrahenda victus ratione interpellent, neque eam diutiùs instituant. Ægri enim diuturnam appetentiam erigit indulgentia, quæ interdum morbum fouet. Si quis cœco quātum opus est morem gerat, is vel res horrenda vitari debet, & gratia vitanda per quam vnitas deperit. Aëris repentina turbatio vitanda est. In ætatis vigore omnia gratiora sunt, in desinente verò ætate, contrà. Linguæ obscuritas aut propter affectionem contingit, aut propter aures, vt si altera superinferat priusquam priora enunciarit, aut si antequam id quod mente conceptum est eloquatur, aliud insuper animo concipiat. Hoc quidem his qui artium studio tenentur præcipuè contingit, citra visioni subiectam appellatam affectionem. Ætatis cùm paruum subiectum existat, valde magna interdum est facultas. In morbo nō perturbari diuturnitatem indicat, iudicatio verò morbi dissolutio est. Parua causa curationibus soluitur, nisi quis præcipuus locus affectus sit. Quandoquidem ex dolore per consensionem exortus affectus affligit, quidam per alterius cōsensionem vexantur. Vociferatio dolore afficit. Præ laboris vehementia indulgens concessio, locus amœnus vtilitatem affert.

IN SINGVLOS HIPPOCRATIS LIBROS, BREVES NOTAE.

IN HIPPOCRATIS IVSIVRANDVM.

QVORSVM pertineat hoc libris Hippocratis præfixum iusiurandum, ex Diuo Hieronymo & Scribonio Largo aperuit Turnebus capit. 21. libr. 19. Aduersariorum, aliiq; adscripserunt. Præterea quoque Gregorius Nanzianzenus in Oratione funebri Cæsarij fratris, adiuratorē vocat Hippocratem, quòd ex hoc iureiurando, velut formula quadam, conceptis verbis iurare cogerentur, quicunque Medicinæ artem profiteri atque exercere constituissent, vt ad artem sanctè & integrè exercēdam, iurisiurandi religione adigerentur. Hanc velut ex scripto sponsionem, ac stipulationem scripto consignatam, ξυγγραφὴν hîc vocat, qua se exoluturum, eamque planè præstiturum, religioseque obseruaturum spondet & vouet. ὅρκον autem istum εἰς ἃ δεῖ τέχνης σωτηρίνυντων λόγον primum reponit Erotianus, quòd ad artis splendorem spectet vel maximè, eaque ratione ab eo Ἱπ-πο-κρατικὰ auspicati sumus.

[1] Ἀπόλλωνα ἰητρὸν] ἰητῆρα Medicum, tanquam Medicinæ inuentorem, Medicorum Deum ac præsidem.

[2] ἡγήσασθαι μὲ] ἡγήσεσθαι legunt exemplaria quædam manu scripta Regia. Sed ἡγήσεσθαι, Θεραπεύσασθαι, & πιήσασθαι videntur legisse omnes interpretes, quos etiam secutus sum, idque alij quoque annotarunt.

[3] ἐξ ἡμέτερον ἐκμαθοῦσιν] Θεραπ. καὶ legunt exemplaria manu scripta. Et in quodam manu scripto exemplari ad hūc locum adscribitur, οἱ μὲ ἐξ γονέων, οἱ δ' συγγενέσιν, additurque testimonium ex Philebo & Rintho, neq; tamen id satis purum, quæ videtur esse illius dictionis (ἡμέτερον) explicatio.

[4] ἀμέν μοδοῦ Θ ξυγγραφὴν] Hîc ξυγγραφὴ ex scripto sponsionem, aut pactum ex scripto & syngrapha significat, & literas sponsorias, rectè latiùs syngrapha, aut syngraphus dicitur, velut cum populo agere ex syngrapha, apud M. Tullium Orat. pro Murena, & per syngrapham argentum reddere, in oratione de Responsaruspicum. Istumque locum in nostra OEconomia subnotauimus.

[5] πρεσβυγενὴς τὸ Θ ἀκροήσιος] Quid sit hîc πρεσβυγενὴς, quidque ἀκρόησις satis videmur explicasse in nostra OEconomia, hoc subnotato loco. Quædam tamen exemplaria πρεσβυγενήσιος pro πρεσβυγενὴς adscribūt. Dicuntur autem συγγεγραμμένοι οἱ μαθηταὶ, qui Medicinæ sacramento addicti, nomina dederunt, eamq; profitentur, velut συγγεγραμμένοι παπύροι Plutarcho, qui patres conscripti Latinis, & in senatum allecti.

[6] ὅπῃ δυνήσῃ ὀ] Istud ad ægros referri potest, quemadmodum etiam retuli cum interpretibus omnibus, vt profiteatur se victus rationem perniciosam & improbam euitaturum. Potest etiam de se intelligi, quò sanctiùs Medicinam tractet, sibi ab omni maleficio & improbitate temperaturum, vt longè à se omnem noxiam facessat, quemadmodum sumpsit Caluus. Qui sensus ad Medici dignitatem & integritatem prorsùs mihi spectare videtur. εἴρξω autem vt χρήσεται, aut χρήσεσθαι vt ἥξειν legendum, quod rectè annotauit Opsopœus, etsi χρήσεσθαι quidam adscribunt.

[7] οὐ δώσω ὀ οὐδὲ φάρμακον] Meminit huius totius loci Scribonius Largus in Procœmio. Cùm enim scientia sanandi, non nocendi Medicina, magni æstimauit Hippocrates, eiùs nomen decusque conseruare, pio sanctoque animo quenque secundum ipsius propositum se gerentem. Adeò vt ne hostibus quidem, malum medicamētum daturus sit, qui sacramento Medicinæ legitimè est obligatus. Quia Medicina, non fortuna, neque personis homines æstimat, verùm omnibus æqualiter auxilio suo succurrurum se pollicetur, nulliq; vnquam nocituram profitetur.

[8] ὀκχωρήσω ὀ] Hoc loco mihi duplex sensus animaduertendus videtur, vt dicantur ἐρχόμενοι πρηξίος τῆς δε, magistri secandi calculi periti (quos publico nomine etiam operatores vocant) quique eam artem profitentur: vel ὀκχωρήσω πρηξίος τῆς δε, vt sit, id mu-

neris illis concedam, aut hoc munere illis cedam, locumque secandi calculi & eius rei faciendæ facultatem dabo.

10 Φθορείης] φθορείω hîc Gorrhœus abortiui fœtus eiectionem & corruptionem intelligit. Mihi verò φθορὴν omnem morum corruptelam, & vitam omnem scelerum genere coinquinatam significare videtur, nec tam animi quàm corporis impuritatem respicere, & ad pudicitiam læsam referri. Idem quoque ἄλης legit, & ἡ πλάνης exponit, quod ab aliis annotatum video, tum etiam quòd quædam exemplaria φθορῆς hîc pro φθορείης legunt.

11 καὶ αἰδρώων] αἰδρῶν legunt alia exemplaria. αἰδρόων verò exemplaria Regia manu scripta, quam lectionem etiam alij annotant.

12 καὶ μὴ ξυγχέοντα] Id eleganter nec sine translatione dictum videtur, ab his qui numerorum aut calculorum rationes permiscent, confundunt, conturbant, & inanes reddunt, aut ab iis qui nimio ære alieno obruti, rationes omnes & fortunas conturbant, vnde Conturbatores dicuntur.

IN HIPPOCRATIS LEGEM.

ΙΗΤΡΙΚΗ' πρηΐων μ'] Hic libellus ab Erotiano accensetur inter eos qui εἰς τὸν περὶ τέχνης πονόντων λόγον referuntur, & post ὅρκον adscribitur, ideoque hîc illi locum secundum attribuimus.

2 πρῆσμον δ'] Exemplaria quædã Regia manu scripta in margine ῥημία adscribunt, quod videtur esse glossamentum quoddam, vt adscripsimus in nostra OEconomia.

3 τὰς ἐξ αὐτέης συγκειμένους] συγκειμένης vitiosè legũt quædam exemplaria manu scripta.

4 ὁλόκολον γραφέα] Istud quoque in OEconomia nostra exposuimus, simulque indicauimus exemplaria Regia manu scripta ἐπόκολον legere, & μεταχὲ aut γνωσικὸν explicare.

5 τρόπου εὐφυέος] πόπου εὐφυέος legi cum Cornario & Zuinggero, & locum natura accommodatum ad Medicinam tum faciendam, tum tradendam intelligo: etsi τρόπου εὐφυέος non reiicio, quemadmodum alij legũt & Caluus, vt optimam morum indolem intelligas, quæ sit à natura comparata, & sub ea comprehendatur.

6 ἐν τρόπῳ] Sic legunt omnia exemplaria veluti antea, sed ἐν πόπῳ legendum.

7 ἡ μάθησις ἐμφυσιοῦται] Sic legunt quotquot nobis videre licuit exemplaria, vt sit sensus, quò inflata ac veluti tumefacta disciplina, hoc est impleta ayt fœta, & veluti grauida reddita, fœlices & bene maturos ac copiosos fructus proferre queat. Nos grauidatam diximus, velut M. Tullius libr. 2. de nat. deor. terram seminibus grauidatam. ἐμφυτοῦται tamen legisse videntur Caluus & Cornarius, aut ἐμφυβοῦται.

8 ἐνισχύσει πάντα] ἐνισχύει legunt exemplaria Regia manu scripta, & Θ πραφῶλῶν.

9 ἐς ἢ ἐπιτεκλὼ τέχλω ἐνεγκαμένους] ἐπενεγκαμένους habent exemplaria quædam manu scripta, quædam etiam ἐπεισενεγκαμένους.

10 Θ ὅν χρ Θ ὕπαρ] Hunc locum in nostra OEconomia expressimus & exposuimus.

11 ἢ μὴ οὐῶ ὀπτήμη] Hæc deleui ex melioribus codicibus, cùm neque ab interpretibus legantur, neque in Aldino codice adscribantur.

12 ὀρχέοισιν ὀπτήμης] Et hunc locum in nostra etiam OEconomia expressimus.

IN LIBRVM DE ARTE.

HVNC libellum Hippocr. tribuit finitionum Medicarum author. Erot. verò illius multa citat testimonia, eumque εἰς τὸν περὶ τέχνης πονόντων λόγον tertium refert, & περὶ τέχνης passim inscribit.

2 ὡς μὴ οἷον τε] Manu scripta exemplaria Regia legũt, ὡς μὴ οἷον τε ἦν ὁμφαρκαυόμενοι, οὐχ ὁ ἐγὼ λέγω. Quæ lectio etiam adscripta est à Zuinggero.

3 ἀλλ' ἴσον ἐς οἰκείης] Hîc adscribit Gorrhœus ex communi sermone locutum Hippocratem, ideoq; ex sensus consecutione indicasse eos suam imperitiam manifestò prodere. Quæ interpretatio etsi vera est, & à Cal. fortasse etiam animaduersa, qui (quales essent demonstrauerunt) dixit: mihi tamen non ambitiosam cognitionis & scientiæ suæ ostentationem referri aptissimè videtur, quod etiam fecerunt reliqui omnes interpretes, vt mihi valde suspecta sint exemplaria, quæ hîc οἰκείης prætermittunt. Adde quòd codices manu scripti Regij quidam pro ἴσον ἐς γνώσιος adscribũt, quod mihi videtur glossema esse quoddam.

4 ἐμοὶ δὲ τὰ μὲν τὰ ἢ μὴ εὑρημένων] Codices manu scripti Regij quidam legunt, ἢ ἐωυτῷ εὑλεσκομένων.

5 ἀλλὰ καταγελὴν μᾶλλον] καταχελὴν legitur apud Galen. in Exegesi, & exponitur κακορρημοσυνὴν, κακολογίαν, vt scripsimus in nostra OEconomia, istumque locum subnotauimus & aperuimus. ἀπεχθὴς etiam legitur in quibusdam codicibus manu scriptis, quod annotauit quoque Zuinggerus. Verùm ἀπεχθὴν habent meliora exemplaria.

6 κακὴς ὑπερχέειν] τῇ κακὴν ὑπερχέειν legit Gorrhœus.

7 ὅτις ἐς ἐπιτεκλὼ οὕτως ἐμπρευομένους] Hæc elegãs est phrasis, qua indicantur qui calumniando artem Medicam quæstum aucupantur, aut ex artis reprehensione nundinationem faciunt, quam aperuimus in nostra OEconomia. In codicibus autem Regiis quibusdam manu scriptis, ad hunc locum adscribitur, ἐμπρευομένους καθοδοιπροῦσι κέρδους ἐλευθέρους χάειν. Quod certè mihi videtur esse interpretamentum quoddam, præsertim cùm addatur Homericum testimonium, his verbis: Ὁμηρός φησι, ὕμπορος, οὐδὲ νηὸς ἐπήβολος, οὐδ' ἱερεῦσιν. qui versus est 319. ὀδυσ. β. decurtato tamen sensu. Addendum enim γίνομαι ex sequẽti versu videtur.

8 εἰ δὲ δὴ ἔστ' γ' ἰδεῖν] Cornarius & Zuinggerus μὴ δὴ ἔστ' γ' ἰδεῖν legunt cum Caluo, quòd ea quæ non existunt, verè intueri non liceat. Sed malui codicum pluralitatem sequi cum Gorrhæo, & mihi hæc lectio optimè quadrare videtur.

9 ἀλλ' ὅπως μὴ οὐκ εἶη] Hoc aliter sumunt interpretes, mihi tamen hæc vera videtur interpretatio, Gorrhœus ad ea quæ verè existunt retulit, quòd quæ oculis cernũtur, & mente esse comprehenduntur, ea verè existere inficiari quis nequeat. Caluus & Zuinggerus ad ea quæ non existunt referunt, quę non æquè ac ea quæ verè existunt, percipiuntur. Sed mihi propiùs ea quæ oculis cernuntur, & verè esse mente comprehenduntur, respicere videntur, quæ & perpetuò talia esse cernuntur, & animo concipiuntur, vereq; existunt, neq; aliter contingere in rerum natura potest. Quò etiam sequens ratio refertur.

10 ὐ ἄλλοις αὖ λόγοις] Exemplaria quædam Regia manu scripta λόγοισι legunt, quædam etiam αὐαλόγῳ, quod etiam annotauit Zuinggerus.

11 ἐπιτεκλὼ ἔστ'] Hanc artis definitionem sumit author definitionum Medicarum, vbi legitur πάμπαν ἀπαλλάσσειν τῆς νοσημάτων πᾶς κάμνοντας.

12 καὶ τὸ μὴ ἐξαρέειν] Huius cautionis meminit Gal. Comm. ad aphor. 29. lib. 2.

13 εἰ δύπας ὅπ τῶπα οὐ δυώπαι] Caluus ὅπ πάπα οὐ δυώπαι legisse videtur, quam lectionem etiam sequitur Definitionum Medicarum author, nisi quòd illic legitur ὅπ πάπα τῶπα δυώπαι.

14 ἢ αὖ ἕκαστος αὐτῆς] Istud ad eos qui suis rationibus artem Medicam turpiter incessunt retuli, cum Cornario & Caluo, Gorrhœus & Zuinggerus ad rationes ipsas, & earum pondus aut momentum.

15 οὐ ἀποστρέω μὲ οὐδ' αὐτὸς] ἢ τέχνην legũt exemplaria Regia quædam manu scripta, non omninò improbando sensu.

16 Θ ὅπ μὴ ὀρθὸν] Θ ἅπ μὴ ὀρθὸν legũt exemplaria Regia quædam manu scripta, eademq; ἀλλ' ὅς' αὖ πειπόχοιεν legunt. Quas etiam lectiones annotauit Zuinggerus. Quædam etiam ἄλλος τ' ὀπτύχοιεν τιαῶπα habent, quam lectionem secutus videtur Cornarius. Verùm peruulgata lectio mihi multò magis probatur.

17 ἢ τῇ ἀπαιτῶν τούτων παροχῇ χρεώμενοι] Θ εσχῇ legunt exẽplaria Regia & Vaticana, vt istorum omnium promiscuum vsum indicent.

18 Θ ἅπ τ' ἐβλάβησαν] Pro his omnibus exemplaria Regia manu scripta habent, Θ ὅ, ὃ τὸ βλάψαν ἐν τῇ βλαβῶσι. Quæ lectio minimè aspernanda est.

19 ὑπὸ φαρμάκων] ὀπὶ φαρμάκων legunt exemplaria Regia manu scripta.

20 ἀγνοεῖ μανίῳ δρμάζουσ' ἀγνοίῃ μᾶλλον] Quædam exemplaria αὐοίῃ μᾶλλον legunt, quæ secutus est Cornarius.

21 οὐ μὴν οὕτως ἀφρόνων] ἄφρονες legunt exempl. quædam manu scripta,

scripta, vt Aldina, quam lectionem secutus est Cornarius, reliqua & plurima ἀφρόνων. Manu scripta etiam quædam exemplaria Regia, καὶ ὅπ ὑπολειπόμενα legunt.

22 Θ μὲ γὰρ πρὸς Θ ἐν τῇ] Hæc non leguntur in duobus codicibus Regiis manu scriptis, neq; ea legit Caluus, vt suspicio sit in Vaticanis desiderari exemplaribus, vt & in Aldino. Quædam etiam exemplaria, pro ἢ οἰδαίνοντα, ἢ οἰδήμασιν legunt, vt videtur etiam legisse Caluus.

23 τιαῶπα δεῖ] τιαῶπα δεῖ legunt manu scripta exemplaria Regia & Vaticana.

24 οὕτω δὲ εὐπορέῳν τέχλω] ἢ τέχλω legunt exemplaria Regia manu scripta & Vaticana.

25 καὶ ἢ νηδὺ] Hîc νηδὺ cauitatem dixi, quòd Erotianus πᾶσαν κοιλότητα hîc exponat. Potui nihilominus ventrem eam cauitatem dicere, vt cæteri interpretes, idque fecimus in nostra OEconomia, vbi hunc locum expressimus.

26 πᾶν δὲ τὸ ἀσύμφυτον] πᾶν δὲ τὸ ξύμφυτον legitur apud Erotianum, sed vitiosè vt apparet.

27 ὐ τῶσιν εὐδόκιμοισιν ἔῃ δέδεικται] ὐ τοῖσιν εὐδόκιμοισιν τιαῶπα ἔῃ δέδεικ), legunt exemplaria quædam Regia manu scripta.

28 πολλῶν διαφύσιες μεσόν] διαφύσιες hîc quid sint, exposuimus in nostra OEconomia, hoc expresso loco.

29 πρὸς πεπαμένα] πρὸς πεπαμένα legunt exemplaria Regia manu scripta.

30 ὅ, ῥι οὐχ ὕπαφρόν ἔῃ] Erotianus hîc ὕπφρον legit, & κρυφαῖον exponit. Quem locum in OEconomia nostra exposuimus. Ad eamque lectionem accedunt exemplaria quædam manu scripta, quæ ὑπόφορον legunt, hoc est cauernosum. Idem etiam θαλάμας hîc καταδύσεις exponit, latibula diximus, loculos, cellas & penetralia, aut foculos intelligentes.

31 ὃς ὢν διοιγομένων] διοιγουμένων legunt exemplaria Regia manu scripta quædam. Quam lectionẽ etiam adscribit Zuinggerus.

32 οὐ γὰρ δὴ ὀφθαλμοῖσι] Hæc ratio facit vt Erotiani lectio quæ ὕπφρον legit mihi plurimùm arridear, eamque veluti genuinam & αἰρχαίαν esse spondeam, etsi mihi defecta & vitiosa videatur. οὐχ ὕπφρον enim legendum esse res ipsa clamat, & quod idem subiicit, εἰ οὖν αἱ καταδύσεις θαλάμας λέγουσι, εἰκότως πᾶν τὸ σκεπόμενον, κρυφαῖόν ἔῃ Θ ὕπφρον.

33 διὸ Θ ἄδηλα] διὸ δὴ legunt exemplaria Regia manu scripta.

34 ὅσον αἵτε τῶν νοσούντων φύσιες] ὅσαι τῶν νοσούντων φύσιες legunt exemplaria quædam Regia manu scripta & Vaticana.

35 μᾶ πλείους μὲ δ'] Hîc codicum pluralitatem secuti sumus, etsi plurimùm mihi arridet Gorrhœi lectio, quam ex Aldino codice hausit. Exemplaria autẽ quædam Regia manu scripta hîc legunt, καὶ οὐ μετ' ἐλάσσονος χρόνου ἔῃ), Θ ὢν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ὀξῶπά τι καὶ γινώσκεται.

36 καὶ ῥαστώνη μᾶλλον] Hîc ῥαστώνη facilitatem ac lenitatem quandam significat, qua ars Medica inter curãdum vtitur, cùm medicamenta dolores alleuantia & benigna potiùs quam exasperantia instituit, amiceque potiùs ægrum, & vt Medicum naturæ administrum æquum est, quàm asperè & hostiliter tractat. Aliòqui ῥαστώνη dici potest natura quædam tarditas & cum prudentia coniuncta, quæ præcipiti temeritati & inconsideratæ leuitati opponitur.

37 δῆλά τε ἢ τῆς καμούντων ὀλιγοχρόνιον. ὀλπήσευται δ'] Hanc lectionem secutus sum codicum pluralitate fretus, cum Corn. & Zuinggero, in qua ὀλπήσευται pro αἰαβάλλουσαι aut αἰαπήσευται mihi poni videtur, vt ægri ipsi sua negligentia curationem differant, sed tum demum morbis correpti, curationi se committunt. Vaticana exemplaria cum Aldino sic legunt, δῆλά τε ἢ τῆς καμούντων ὀλιγοχρόνιον ὀλπήσευται, quod morborum impetum & vehementiam respicit, qua velut hostiliter ægris ob negligentiam insidiantur, eosq; inuadũt & aggrediuntur. Quæ lectio certè arridet, eamque secutus est Caluus & Gorrhœus. Verùm in eo quod sequitur vitiosa sunt exemplaria, οὐ λαμβανόμενα δέ. expungenda enim negatio videtur. Exemplaria manu scripta Regia, hîc γεγόνοσι pro γενόσι legunt. Zuinggerus etiam ὑπὸ πόνου) pro ὀλπήσευ) legi adscribit.

38 ἀλλ' αὐτέων ὅσα] ὅσα πυεὶ δημιεργεῶσαι legunt exemplaria Regia manu scripta, & ἄερροι.

39 μᾶ δ' ἢ τοῦτο ἀφλῶσι] Exemplaria quædam Regia manu scripta cum Vaticanis & Aldinis istud sic legunt, καὶ ὅσα μᾶ τῶ ὀφθῶσι ἀερροί, alia etiam εὐερροὶ legunt, quæ lectio magis probatur.

40 ἐλινυόει] Hæc mihi videtur germana lectio, etsi ἐλινυόεν legunt exemplaria Regia manu scripta, cum Vaticanis & Aldinis. Eadem quoque Regia habent, καίπει εἰ κρείνας. Hîc autem mihi sensus esse videtur, artes non tam operis celeritatem requirere, quàm vt ritè & decenter, neque perfunctoriè tractentur, in quibus sine idoneo instrumento nulla sit operis efficacitas, eaq; instrumenti mora quamuis operis perfectionem retardet, ideoque ad emolumentum plurimùm officiat, ea tamen pluris æstimatur & præfertur. Et mihi tamen probè conscius sum, reliquos interpretes aliam huius loci notionem esse secutos: verùm ista mihi magis probatur. Adscribendum quoque videtur quædam exemplaria λισπλέον pro λισπλέστερον adscribere.

41 Θ πάντα πάντες] Ionica est phrasis pro ἃ πάντες, idque ad id quod omnibus est manifestum retuli, pluralitatem secutus. Caluus & Gorrhœus ad aliarum artium artifices retulerunt.

42 φωνῆς τι δὲ λαμπρόπτα] Quædam exemplaria manu scripta λαμπρόπτη Θ βραδυτῆτι, Θ ῥευμᾶτι legunt.

43 αὐάγκας εὕρηκεν] εὑρήσῃ legunt exemplaria manu scripta Regia. Vitiosa est autem Vaticanorum manu scriptorum lectio, αὐάγκας εὕρη, κεινῆσιν ἡ φύσις ἀζήμιος μεθίησιν.

44 πάς τε πίστιας] Vaticana exemplaria πάς τ' ἀπίστιας legunt, quæ videtur secutus Caluus, sed πίστιας lego cum reliquis omnibus interpretibus, & ad morborum cognitionem retuli, alij ad fidem quam ægri Medico adhibent. Cornarius etiam βραδυτέρας pro βραχυτέρας legisse videtur.

45 οὐ τὰ λέγειν καταμαλεπόπαπτες] Hîc mihi artis Medicæ peritos exprimit, qui non tam persuasoriam verborum eloquentiam affectant, quàm vt bene medendo, & bene curando, ipsisque artis operibus suam scientiam probent. Scio alium esse interpretum sensum, sed hîc mihi valde probatur. καταμελήσωσι etiam quidam legunt, hoc sensu, non quòd orationis dictionem negligant. Tum enim vel maximè arti Medicæ sua dignitas constat, cùm ad operis fidem, dictionis puritas aut oratio non inelegans accessit.

IN LIB. DE PRISCA MEDICINA.

ΟΙ Κίσι ἐπιχείρησαν] Hunc quoq; librum Erotianus tertium εἰς τὸν περὶ τέχνης πονούντων λόγον recenset.

2 ἀμφὶ τέχνης ἑώσης] αὐὶ τέχνης legunt exemplaria Regia quædam manu scripta.

3 μὴ οἱ ἐν αὐτῇ ἔσκεπτο] Exemplaria Regia M. S. μηδὲν αὐτῇ ἔσκεπτο, Θ μηδὲν αὐτῇ εὕροιπ legunt, & αὐεπίσκεπτοι pro αὐεπισήμονες habent.

4 καὶ φύσιν] Sic ferè omnia exemplaria, sed φησί π lego, aut φήσῃ, vt Vaticana & Aldina.

5 οὐδὲν δ' ἕπρον] Sic legunt omnia quotquot videre licuit exemplaria, quæ secutus sum. Caluus & Cornarius pro ἕπρον οὐδὲ προν legisse videntur.

6 καὶ κατ' ἄλλα διαπτωμένοις] Hanc lectionem ex codicum pluralitate secutus sum, quæ sic mihi constare posse videtur. Etsi probo eam lectionem quam adscribunt exemplaria Regia manu scripta, εἰ μὴ κατ' ἄλλα διαπτωμένοις ξωιφέρε, Θ μὴ ἰῶ ἕτερα ζωτέων βελτίω, propter ea quæ sequuntur. Scio Gorrhœo aliam placuisse lectionem. Vitiosa sunt exemplaria Aldina, quæ διαπτοῦ) legunt, & καὶ εἰ μή.

7 οἱ ἀπὸ ζωτέων ἄ)] Sic legunt ferè omnia exemplaria, εἰ ἀπὸ ζωτέων quædam manu scripta, ἀπὸ ζωτέων Aldina. Corn. & Gorrhœus, ἀπὸ ζωτέων δ' legunt.

8 καὶ φορύξαντες] φρύξαντες legunt exemplaria Regia manu scripta, vt Vaticana & Aldina. φορύξαντες autem ex hoc loco mihi videtur legisse Galenus in Exegesi, & φυρῶσαντες exponere, vt scripsimus in nostra OEconomia.

9 περὶ ζωτὴν φαρμαπευσάμενοι] Cùm maza antiquis vilior cibus fuerit, istud varium eius & operosiorem apparatum indicare mihi videtur. Est enim apud antiquos μάζη πεπτὴ & ῥαυτὴ, & μάζα ἄπεπτος, & μάζα ξηρὴ Θ ὑγρὴ, & μάζα πεφυρητὴς, & εὐθὺς πεφυρηθεῖσα. Est & μάζα μιθακὴ de quibus omnibus agitur apud Hippocr. variis in locis.

10 σωπηλὴν] Pro σωπηλὴν σωπηλὴς vitiosè legitur in quibusdam exemplaribus Regiis manu scriptis.

11 ὀπικρατήσῃ τὴ αὐτέων] Cornarius & Zuinggerus ad arborum confectionem istud referunt, ego verò malui ad certatores & athletas referre cum Caluo & Gorrhœo.

12 καὶ τ̃ ἑλλιῶν ὅμοροι] ὅμοιοι legunt exemplaria quædam Regia ſcripta pro ὅμοροι.

13 Ⓖ ζῶντα τῆσι τ̃ χρήσεσι] πεχρήσεσι pro χρήσεσι legũt exemplaria Regia manu ſcripta, qua notione variam præparationem ciborum ac medicamentorum comprehendunt.

14 Ⓖ ἰχῶρόπαντα μάλιστα] Iſtud ad vehementiſſimas & euidentes dolorum cauſas retulit Gorrhœus, ego ad valentiſſima edulia, quæ ſunt euidẽtiſſimæ & maximæ dolorum cauſæ, quod etiam cæteri fecerunt interpretes.

15 ἀλλ' ὕπ αὐπέω] Mihi placet occultum morbum eſſe, & quem neque qui in victu peccat ſit cogniturus.

16 Ⓖ ἧσσον ὑγιαίνων] Sic legunt omnia quæ videre licuit exemplaria. Mihi tamen videtur legendum, Ⓖ οὐχ ἧσσον ὑγιαίνων ζῶντα ποιήσαι πυνθάνεσθε. Apta enim ſic & congrua mihi videtur redditio. Quod aliõqui effecit vt Cornar. & Zuinggerus aliam ſibi lectionem finxerint. Sed nos exemplarium conſenſum ſecuti ſumus, idq; mihi velle Hippocr. videtur, non aliam fuiſſe mentem eius qui agreſtem illum ac ferinum victum, in mitiorem & politiorem commutauit (quamuis ea victus ratio ſit ægrotantium victus ratione magis noxia) & illius qui ægrotis debitam victus rationem inſtituit, proindeque vtranque vt rectè eſſe inuentam, ita & eam quæ ad Medicinam ſpectat, via & methodo eſſe inueſtigatam & conſtitutam.

17 ἀλλὰ ξυμβαίνει αὐτέων ἑκατέροισι] ξυμφέρει pro ξυμβαίνει legunt exemplaria manu ſcripta Regia & Vaticana, quæ ſecutus eſt Cal.

18 οἱ μὲ ᾧ λῶ ἀρίστοισι] Eadem ferè ſcribuntur lib. 2. de rat. victu in morb. acut. vbi eos qui minimè prandẽre conſueti, ſi pranſi fuerint, fieri ſcribit, εὐθέως ἀρρώσεις Ⓖ βαρίας ὅλον τὸ σῶμα. Ⓖ ἀσθενῆς, Ⓖ ὀκνηροί. λῶ ᾧ ὀλιγοδεῖπνήσωσιν, ὀξυχρωμιόδεας. οἱοῖσι ᾧ, Ⓖ ἀπαπτὴν ἡγοῖτο αὖ, ὀκόταν τῶθρῶ τὸ ἔτος ἀχθοφορήσῃ ἡ κοιλίη. Et lib. 4. ὕγκον τ̃ χαροῦς, Ⓖ νυστεῶμον, Ⓖ πλησθάρλω adſcribit, etſi inſuper cœnauerint, κοιλίῃ ὀκπεφορτωμένῳ.

19 Ⓖ φύσει] φύσει Ⓖ ὀν ἡμῖν πνεύματα ex hoc loco, hoc libro ſumit Erotianus. Vide porrò quæ eadem in re ſcribuntur libr. de rat. victu in morb. acut.

20 Ⓖ ἐζυμωμένῳ] ἐζυμωμένῳ κοιλίῃ ex hoc loco abundè expoſuimus in noſtra OEconomia.

21 Ⓖ πλέονος δέοντας αὐ ἀσαπόσιος] αὐ ἀσαπόσιος legunt ferè omnia exemplaria, quo nomine contractio ventriculi indicatur, cum ſe ad concoquendos & amplectendos cibos colligit & contrahit, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, etſi aliter Zuinggero ſumi non ignoro. αὐ ἀπαθὲς τοῖς tamen legunt quædam exemplaria manu ſcripta Regia & Vaticana, quæ ſecuti ſumus cum omnibus interpretibus.

22 ἢν ἀμδοτερῶς ὀπολαυόσας] Sic legunt omnia ferè exemplaria. Regia verò manu ſcripta & Vaticana ὀπολυόφς. quædam etiam ὀπολυόφς, & ὀπολιτόφς.

23 τυχαίνῃ ἀεὶ τὸ ἀπρεκεάτατον] Hîc ἀβρεκέςατον, quod eſt certiſſimum & exactiſſimum, ac rectitudinem ipſam ſignificat Erotiano, eique à vero diſtinguitur, & αὐτὸ τ̃ ἀκριβεάτατον ponitur, vt in OEconomia noſtra indicauimus, ſimulq; ipſius lectionem adſcripſimus quã hîc valde operæ pretium eſt animaduertere, quòd longè ab hac vulgari diſtet. Sic enim legit, χαλεπὸν, μὴ διαύτης ἀκριβείης ἐέσης τοῖσι τ̃ τέχνῃ, τυγχάνῃ ᾧ ἀπρεκεάτατον.

24 πολλὰ ᾧ ὕδατα] Sic legit Erotianus, πολλὰ οὖν ὕδατα κατ' ἰπτειλὶ ὀξὺν ἐς διαύτῳ ἀκριβείῃ.

25 ἔστι ᾧ πυροὺς ἐδέτω] αἰρῶ πυροὶ quinam dicantur ex hoc loco expoſuimus in noſtra OEconomia.

26 ὁ ᾧ Ⓖ πυεῖ Ⓖ ὕδατι δίδοτα] Sic ferè legunt plæraque omnia exemplaria, quædam etiam ὁ ᾧ, & manu ſcripta quędam, ὅπ ᾧ adſcriptum habent in margine, quod lectionem ex ſe perplexam videtur quaſi explicare, & phraſim obſcuram euoluere.

27 ἢ ξυσκαμνὸν] Hîc ξυσκαμνὸν αὖτον τῷ καθαρῷ oppono ex Gal. mente, qui eum ῥυπαρὸν Ⓖ μὴ καθαρὸν exponit, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

28 ἢ ἀπίστων πυρῶν] Ex hoc loco mihi videtur Galenus in Exegeſi, ἀπίστων exponere, ὀλοχερῶν, εἰς ὀλοχερῆ ἄλευρα διῃρημένων, ἐλλιπῶς κεκοσκινευμένων, μὴ ὀποδιεθεσαμένων τὸ πυρῶδες. Iſtumque etiam locum ſubindicaſſe mihi videtur Erotianus, cùm ἀπίστων ἀλεπίστων expoſuit, vt ſubnotaſſe nobis videmur in noſtra OEconomia.

29 ἢ τεχνῖται θεῶν τρεφθῆναι] τρεφθῆναι legũt exemplaria manu ſcripta Regia & Vaticana.

30 Ⓖ ῥυφνὸν, Ⓖ πλαδαρὸν] πλαδαρὸν cur hîc inſipidum cum Gorrhœo dixerim, curq; τῷ ῥυφνῷ opponatur, diximus in noſtra OEconomia.

31 ὥςπερ Ⓖ ὑπὸ ἡθῶν ὀκ τ̃ σώματος ὑποκρινομένων] Quædam exemplaria manu ſcripta ὑπὸ non legunt, quædam etiam ὑποκρινομένων habent.

32 Ⓖ ὑπόκρισις τ̃ ἀμφὶ τὸ σῶμα διαιάμενον] τ̃ ἀμφὶ τὸ σῶμα διαιάμενον leg. exemplaria quædam, quæ ſecuti ſunt Gorrhœus & Caluus.

33 Ⓖ ἀπλόου] ἄπλεον legunt exemplaria Regia manu ſcripta. Hîc verò ἰκμὸν ἰχῶρὸν legiſſe videtur Cornarius. Verùm ἰχῶρὸν habent quotquot videre licuit exemplaria, quod validum dixi, ex quo robur, incrementum, & alimentum corpori cum proba temperatione comparatur.

34 ὑνά ποτε τρόπον θεραπεύσεται] θεραπεύσῃ vitiosè legunt plæraque exemplaria.

35 ἢ τὰ ξυτέων τὰ τ̃ ῥηομένων καταφυγεῖν] Dixi vel ad aliquid horum cõfugere, vt ſenſus ſit, neceſſe enim vel delirare, vel ad eorum aliquid quæ facta ſunt, aut fiunt recurrere, hoc eſt ad eos cibos qui quotidie vſurpantur aut apparantur confugiendum eſſe.

36 ἀρᾶδον ἔχον] Hîc ἀρᾶδον ex Erotiani mente Ⓖ ἐρεχώδη κίνησιν καὶ σίλον accipio, vt monuimus in noſtra OEconomia. Ad hunc enim locum mihi illa Erotiani explicatio rectè referri videtur. ἀραιὸν legiſſe videtur Cornarius, aut ad id retuliſſe quòd ἀράδους λεπτὰς exponit Heſychius.

37 δεῖσθαι δέ οἱ αὐτέων] εἰ δεῖσθαι αὐτέων legunt exemplaria quædam Regia manu ſcripta & Vaticana.

38 ὀκθερμαινθῶσι τερεῶς] pro τερεῶς, ἰχῶρῶς legũt exemplaria quædam Regia manu ſcripta.

39 ὀκ ἐυτέν τ̃ τρόπον διῃρεῖται] Hanc lectionem vt valde popularem & pluribus codicibus cõteſtatam ſecutus ſum. Gorrhœus & Cornarius διῃραυσαιτο legũt, cum quibuſdam codicibus manu ſcriptis & Vatic. Quidam etiã παῦσαι pro διῃρεῖται habent.

40 οἷα πάροιθεν ἐς τ̃ νύκτα] οἱ ἀπέροιθεν ἐς τ̃ νύκτα legunt exemplaria manu ſcripta Regia quædam & Vaticana, quæ ſecutus eſt Cornarius. Nos valde popularem iſtam lectionem cum reliquis retinuimus.

41 ὁ πυρετὸς ὀκλάμπει] ὀκλάμπειν hîc per tranſlationem dici de his quæ vires intenſas exerunt, ſcripſimus in noſtra OEconomia, vt hîc de febris intenſiſſimo calore intelligatur. Hæc verò mihi per interrogationem legenda cum cæteris videntur.

42 ἔωθεν τὸ ῥίγος] ὥςπερ legunt exemplaria manu ſcripta quædam Regia & Vaticana. Poteſt quoque hic locus per interrogationem legi vt legit Zuinggerus.

43 ἀλλ' οἱ πυρετταίνοντες ὅσοι καύσωσί τ] καύμασί τε legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

44 ὅτι οὐ δῆλα τὸ θερμὸν ἁπλῶς] θερμὸν ἑλικρινῆ poſtea vocat. ἁπλῶς autem deeſt in duobus exemplaribus Regiis manu ſcriptis, & videtur deeſſe in Vaticanis, neque id legiſſe Caluus, neque μοιῶν.

45 λῶ ᾧ τ̃ χρῆσε τοιοσφίρης] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplarja. Nos nihil immutauimus & receptam lectionem ſecuti ſumus. Zuinggerus iſtud ad ſuperiora retulit, & legit, λῶ ᾧ Ⓖ πλεῖω χρόνον πάρῃ. Quod certè ad longam manuum admotionem referunt nonnulli, nos ad diuturnam fluxionis perſeuerantiam. Cæterùm exemplaria Regia manu ſcripta tria ἐξεκεῦται legunt, & Vaticana etiam. Aldina verò ἐξυγκεῦται, quæ minùs probo.

46 τ̃ ἀμφὶ τ̃ ὄψιν χιτῶνα] ὄψις etſi totum oculum interdum denotat, præcipuè tamen videndi aciem qua cernimus, ipſamq; pupillam, quæ κόρη dicitur, atque ſæpe ſic, vel nunc maximè vertimus, quòd μάλιστα αἱ ὄψεις βλάπτονται ἑλκόμεναι (vt ſcribitur Prorrh. 2.) & inſiguem noxiam facit pupillæ acies exulcerata.

47 ὅταν πικρότης ὦσι ὑποχολῆς] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Zuinggerus tamẽ ὑποκρίσῃ legiſſe videtur. οἷαι Ⓖ ἄσαι, legunt quædam exemplaria manu ſcripta, alia etiam κένσαι vitiosè. Hunc autem locum per interrogationem lego cum Cornario.

48 Ⓖ οἷσι μὲ ὀξύτητες] Hũc etiam locum per interrogationem lego cum Corn. Quid autem hîc indicet καταστρεφῆ, ſatis appoſitè videmur expreſſiſſe & expoſuiſſe in noſtra OEconomia, in dictione καταστρέψαι.

49 κρῆσις τὸ αὐ τέων δῆ] Id mihi innuere videtur Hippocr. calidum & frigidum ſecundis qualitatibus permixtum, nullam agendi aut patiendi vim habere, ſed eum demum cùm mutuò inter ſe contemperata fuerint, ſicque morborum curationem procedere, cùm alterum alteri ſit remedium.

50 Ⓖ ἀλλ' ἄλλα πᾶσι τὸν αὔθρωπον] ἄλλα πάντα legunt exemplaria manu ſcripta Regia & Vaticana.

51 ἐγὼ ᾧ ζωτέων μὲ] ζῶντα μὲ legũt exemplaria manu ſcripta Regia.

52 πολλαὶ συμπαθέαι τάξεις] Hanc dictionem adeoque hunc totum locum appoſititiũ mihi nobis videmur in OEconomia noſtra explicaſſe & aperuiſſe. συμπαθέαι τάξεις tamen videtur legiſſe Cornar.

53 καὶ τηλόπε] τηλόπε cùm à τάλλω deduxerim in noſtra OEconomia, rationem etiam addidi, cur florida dicerem, hoc eſt ſucco turgida, aut ſucculẽta. Adſcripſi etiã cur mollia Gorrhœus, ſugentia Caluus dixerit. Cornarius verò cur hiantes verterit, non ſatis apparet, niſi quòd mihi κεχλώπε legiſſe videtur. Quædam autem exemplaria manu ſcripta Regia hîc μανὲ non legũt, vt nec Caluus legiſſe videtur.

54 πεφσωλλώσας ᾧ] Sic legunt exemplaria omnia publicata, manu ſcripta verò πεφωλλώσας, quædam etiam πεφθαρτέλας adſcribunt, ſed πεφθαρτέλας ſcribẽdum videtur, vt ſit interpretatio quædam. Hunc autem mihi locum ſubindicare videtur Galenus in Exegeſi, πεφωλλώσας exponens πεφτεύνας ἔξω Ⓖ χείλη, etſi vitiosè per ſimplex λ ſcribitur, huncque locum in OEconomia noſtra expreſſimus & expoſuimus. Ac neſcio an hîc etiam ὑπωλλώσας legerit Galenus, quod idem exponit in Exegeſi, πεφθαλὼ τὰ χείλη σωμμιμένους, licet etiam per vnicum λ ſcribatur. Nam ſolet ſæpe in Exegeſi varias vnius loci ſcriptiones producere & exponere. Certè exemplaria manu ſcripta hîc quoque αὐ ἀσαπόσης pro αὐ ἀσαπόσιος bis legunt.

55 ἐπάκτη ὑγρότητος] Sic legunt meliora exemplaria, quædam verò manu ſcripta ἐπ' ἀυτῇ, & ὀδηρόνεσται ὑγρότητος in plurali legunt.

56 ζῶντα μάλιστα] Hîc pulmonem addidit Cornarius contra omnium codicum fidem.

57 αὐτὴ ἡ κοιλίη τὸ ὑγρὸν] Exemplaria Regia manu ſcripta ἐν ᾗ τὸ ὑγρὸν legunt. Deinde pro ὀξαγγίζοιτ' αὖ, ὀξαγγίζοι & ἐξαλίζοι habent, ex quo ἐξαλίζοιτο Galenum legiſſe, & ὀπεκνοῖτο expoſuiſſe ſuſpicatus ſum in noſtra OEconomia. Gorrhœus ὀξοῦσθαι τι aut ἐξογκοῖτο legiſſe videtur. Vult autem Hippocrates, cauſas partes quæ humorem in ſe continent, neque à ſe emouent aut emittunt, vbi cum in ſeſe imbiberint, pro mollibus duras, pro laxis ſolidas, & pro paruis elatas & tumidas euadere. Exemplaria porrò Regia manu ſcripta pro πῖη, ἴη habent.

58 αἰνεκλήματα] αἰνιγμαται φρόφοις Galenus in Exegeſi ex hoc loco mihi exponere videtur, vt notauimus in noſtra OEconomia, ideoque torminum aut flatuum conuolutiones aut inuolutiones diximus.

59 νάρκας τὸ Ⓖ πληρώματα] νάρκας legunt exemplaria Regia manu ſcripta. Quædam etiam exemplaria ἃ ὀν ὕσι ὑποσφαγῆσι legunt. Quinamverò mihi οἱ ὑποσφαγῆσι dici hîc videantur, ſatis docuimus in noſtra OEconomia, ſimulque hunc locum ſubnotauimus, & lectionis varietatem indicauimus.

60 καὶ ὁρμὰ μάλιστα πρὸς τὸ αὐτοπάγον] ὁρμαὶ legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

IN LIBRVM DE MEDICO.

TIOΜ̃ χράμμα] Hic libellus etſi ab Erotiano in proœmio inter cætera Hippocratis ſcripta non recenſetur, ad artis tamen dignationem maximè pertinere, & inter τεχνικὰ præcipuè reponẽdus videtur. Hoc enim Medici authoritatem tuendam ſuſcipit Hippocrates, qua maximè ægrotis præſit ac præſcribat. Quæ præpoſitio eſt velut totius operis argumentum, veterum ſcriptorum more. πεφτοιοῖν enim cùm varia ſignificet, hîc mihi non incommodè imperium indicat, quo imperat ac præſcribit Medico Hippocrates, quonam modo officinam inſtruere oporteat, vt paulò poſt, dignitatẽ & authoritatem qua ægro pręficitur, ac præcipit quæ agenda ſint. Ad artis igitur authoritatem cùm plurimùm conferre cenſeatur, huc mihi potiùs quàm inter χρηματιζόμενα collocãdus videtur, etſi Medici officinam non ineptè inſtruit & accommodat.

2 ὀρῶν εὐχροῆς τὸ] Illud ὀρῶν ad aſpectum Medici & exteriorem corporis habitum, qui colore & ſuperficie continetur, referũt, interpretes, nos ad curam & Medici ſtudium reſpiciendum exiſtimamus. εὔδρακος autem hîc eum qui bene habito eſt corpore indicat, & qui εὔμμετρος dicitur, mediocri temperamento ac ferè nullis vitiis obnoxio. Etſi Plato lib. 3. de repub. Medicũ omnes morbos expertum & natura valetudinariũ requirit. Exemplaria M.S. Regia quædam hîc pro ὑπαρχουσῆ, ὅσαν legunt.

3 καθαίρῃν ὡς ἔχῃν] Hîc mihi valde probatur Hieronymi Mercurialis lectio quam hoc loco adſcribit cap. 20. libr. 3. variarum lectionum, ἔπειτα Ⓖ πᾶσι αὐ τὸν καθαρῶς ἔχῃν.

4 τὸ ᾧ πεφτπτὸς] Hunc locum in noſtra OEconomia ſubnotauimus & expoſuimus.

5 σκοπὸν δὲ] Hic locus ſubobſcurus mihi ſic populariter intelligendus videtur, vt præcipuè animum intendat Medicus, rectèque proſpiciat, quando his vti liceat, vt non ſe quibuſuis, neque omni tempore propenſum & procliuem exhibeat, ne ſit deſpectui, cùm eadem etiam apud eoſdem, non niſi cùm recta ſunt, æſtimentur. Scio tamen omnes interpretes aliter ſentire, ſed is mihi facilior ſenſus videtur. σκοπεῖν autem legere malim, quàm σκοπὸν aut σκοπεῦ.

6 αὐθάδης ᾧ] αὐθάδης quinã dicatur ex hoc loco in noſtra OEconomia aperuimus.

7 ἀφ' ἧς ὠφελεῖσθαι τ̃ θεραπεύοντα] τ̃ θεραπεύοντα legunt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit, ſed τ̃ θεραπευόμενον cum interpretibus malo.

8 ὅκως μηδὲ ἀσθενῆ] Hic locus non parum mihi ſuſpectus eſt, etſi in eo mirum in modum ſibi conſtent quotquot videre licuit exemplaria. Quidam iſtud ad deligationem referunt, vt ne leuior quàm par ſit adhibeatur. Cornarius etiam fortiorem adhibuit, vt ὀνῃῇ legiſſe videatur. Mihi ſic ſatis expeditus ſenſus videtur, vt intelligas pro anni tempeſtate partem vel integẽdam eſſe, vel nudandam, videndum tamen eſſe, ne partis imbecillitate deceptus, vtro horum vtendum ſit, hæreas, ac veluti ignoranter hæſites. Scio tamen aliã eſſe mentem Cal. & Gorrhœo.

9 ἢ ᾧ οἶδα τε] καταχορῆ ῥύσιν ex hoc loco in noſtra OEconomia aperuimus & expoſuimus.

10 ἢ ᾧ οἴονται] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, οἶόν τε tamen lego cum Gorrhœo.

11 ὅπεν ᾧ καταπρήσῃ] Ex hoc loco καταπρήσῃ καταφλέγῃ mihi videntur Erotianus & Galenus apud Hippocrat. exponere. etſi καταφλέγῃ pro καταφλέγῃ interpretes legunt, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia. Vbi etiam κῇ κουφίῃ pro καταπρήσῃ Dioſcoridem legiſſe ex Gal. coniecimus, iſtumq; totum locum aperuimus.

11 εὐπνοωτέρη ἐφ' ὅδιν] ἀπνοωτέρη videtur legiſſe Cornarius, qui debiliorem carnem vertit. Indicat autẽ carnem compactam magis eſſe & contentam, aut ſolidiorem, ſanguine & humore attracto diſtentam.

13 ἢ ᾧ φλέβα ὀμφυσᾶσθαι] ὀμφυσᾶσθαι intumeſcentem & inflatam venam mihi ſimpliciter indicare videtur, etſi ἐμφυσᾶσθαι mihi legiſſe videtur Cornarius. Zuinggerus autem lõgè aliter accipit.

14 πᾶσαι ᾧ κοιναὶ τῷ ξυμφέρουσαι] Id mihi ſimpliciter intelligendum videtur de communi curandi methodo, quòd omnibus eadem conferat, cùm in iſta ſcriptione ſibi admodum conſtent exemplaria omnia.

15 ἐῤῥῃ σημεῖα] ἐῤῥῃ ſimpliciter leg. Cornarius & Zuinggerus.

16 τὸ ᾧ ὀθόνιον φυλάσσειν] Sic legunt exemplaria meliora, eamque notionem ſecuti ſumus, quædam etiam φλάσσειν, quæ ſecutus eſt Cornarius.

17 ἐπὶ πλέον πεφῆκται] ὀδὶ πλείω πεφῆκται vitiosè legunt exemplaria quædam.

18 ὅταν χρηματῆται] χρηματῆται legunt exemplaria M.s. Regia.

IN LIBRVM DE DECENTI HABITV, AVT DECORO.

HIc quoque liber ad Medicinæ dignitatẽ tuendam & Medici authoritatem ſpectat, quanquam ab Erotiano ſubticetur, & ab omnibus inter artis Prolegomena adſcribitur, iſtaque εὐσχημοσύνης inſcriptione proponitur, qua animi habitus, eaq; morum moderatio ab Hipp. explicatur, quam poſſit Medicus velut ſibi impoſitam perſonam ſuſtinere, eaque velut caduceo ornatus, per ora hominum & ægrorum triclinia obambulare, dignitatemque ſuam cum decoro tueri. Iſtam verò εὐσχημοσύνης dictionem apertiſſimè mihi videtur explicare Zuinggerus, & nos in noſtra OEconomia aperuimus, quam ſub Decoro Latini non malè mihi comprehendere videntur.

1 πεφὶ πεφιεργίλω φαίνοιτ'] πεφιεργίλω in noſtra OEconomia, hoc ſubnotato loco aperuimus & expoſuimus.

3 ἐφεικυσαπόν τε] λε legunt exemplar. manu ſcripta Regia, quam lectionem videtur ſecutus Cornarius.

4 μάνῃ ἐς πίχρειν πεποιημένῃν] Sic legunt omnia ferè exemplaria, πεποιημένῃν tamen legunt Cornarius & Zuinggerus. μάνῃ etiam habent exemplaria quædam.

5 ἀλλ' ἔχε μὴ πρὸς αἰκιστίν] Hunc locum in nostra OEconomia subnotauimus & expressimus hoc sensu, vt nisi eæ partes innocenter & cum integritate opus suum exerceant, publicentur, hoc est vilescant, aut publica pœna multentur eorum artifices & sophistæ. Vbi δημεύεται cum Zuinggero legimus, etsi δημευται habent reliqua exemplaria, quædam etiam Regia manu scripta δεσμεῦται.

6 ἀκμάζοντες ἢ δὶ ὑγρότητιν] Sic quoq; hunc locum in nostra OEconomia exposuimus. ἰδιώτας autem pro ἰδρῶτας legisse videtur Cornarius.

7 Ⓒ δὲ ἀχρηστίν] Ista omnia diuersis locis in nostra OEconomia exposuimus.

8 πολὺ μᾶλλον φευκτέον Ⓒ μισητέον] φευκτέον Ⓒ μισητέον habent exemplaria quædam.

9 πικροὶ πρὸς τὰ σωματικὰ] Hîc πικροὶ graues potiùs quàm amarulentos mihi significare videntur, quique scueritatem aut grauitatem magis ad occursus, quàm amarulentiam vultu praeferunt.

aut vehementi dolore soluitur. In manibus etiam palpitationes, admodum longam febrem, aut breuem in peius tendentem iudicationem indicant, prætereaq; plurima quæ ad mortem inclinant. His qui breui perituri sunt, maxima signa per initia contingunt. Nam & difficilem habent spirationem, neque noctu dormiunt, & periculi plena signa ostentant. In febre continente, qui quarto & septimo die laborat, neque vndecimo die iudicationem subiecit, is plærunq; perniciosè habet. Qui distentione (tetanos dicitur) corripiuntur, intra quatuor dies pereũt, quos si effugerint, conualescunt. In febribus ardentibus, si morbus regius & singultus quinto die contingat, lethalis est. Morborum reuersionibus tentantur, quibus citra febrem vehementes vigiliæ, aut turbulenti somni adueniunt, aut corporis robur soluitur, aut singulorum membrorum dolores adsunt, & quibus febres, nõ accedentibus solutionis signis, neq; diebus iudicatoriis quiescunt. Quòd si deficiente febre & accedente sudore, vrinam fuluam albam subsidentiam continentem reddiderint, his eodem die febris reuersionem sperato. Eiusmodi verò reuersiones quinto die citra periculum iudicantur. At si iudicatione facta, vrina rubra subsidentiam rubram continens reddita fuerit, his quoque febris reuersio eodem die contingit, ex eaq; pauci seruantur. Febris ardens cùm reuersionem facit, plærunq; etiam sudorem profundit, præsertim si post reuersionem tot diebus quot priùs detineat. Tertiò etiam febris reuertitur, nisi post reuersionem die impari dimiserit, & plærunq; si non coctæ fuerint vrinæ, neq; alia signa secundum rationem processerint, morbus iudicatorio die reuertitur, interdum verò his eiusmodi relictis etiam die iudicatorio reuersionem facit. Quibus iudicationis tempore exorta ad aures tubercula non suppurantur, his solutis morbi reuersio pro recidiuarum ratione simili circuitu contingit. In his ad articulos aliquid abscedere possesperandũ est. Si vrina crassa fuerit, qualis alba in morbis cum lassitudinis sensu quarto die accidit, ab abscessu liberat, horum verò quibusdam etiam sanguinis ex naribus profluuia contingunt, quæ quarto die minimè liberant, neque morbos quos pus prodiens sanat. Atra bile vexatis & phrenitide detentis, sanguinis profluuium per ora venarum quæ in ano sunt, bonum est. Qui insania corripiuntur, aut per se à morbis liberantur, iis dolor ad pedes aut pectus subiens, aut vehemens tussis oborta, insaniam soluit. Quòd si soluta insania nihil ex his accidit, cæcitas sequitur. Qui inter loquendum hęsitant ac balbutiunt, vt nec labris moderari queant, si hæc cessent, purulenti euadunt. Vehementem in locis inferioribus dolorem, surditas soluit, aut copiosus ex naribus sanguis profluens. Insania magnum morbum inuadendi consuetudine iam familiarem soluit. Quibus in febribus ardentibus coxendicum dolor est, oculorum peruersio aut cæcitas, aut testium tumores, aut mammarum eleuatio, hæc febrem ardentem soluunt, aut etiam sanguinis ex naribus profluuium. In febre ardente si rigor corripiat, sudorem euocare solet. In febre ardente detento rigore succedente solutio contingit. Tremores in fe-

bribus delirium soluit. Quibus in febribus aures obsurduerunt, his nisi febris soluatur, furorem contingere necesse est. Soluit autem sanguis ex naribus effluens, aut aluus biliosa effundens, aut intestinorum difficultas, aut coxendicum aut genuum dolor succedens. Febribus si rigor succedat, febris soluitur. Quibus dolores de repente oriuntur, præcordia sursum attolluntur, si dolores vehementes ad notham costam contingant, his venæ sectio & deorsum purgatio solutionem adfert. Neque enim locis inualidis vehemens febris inuadit. In aqua intercute detentis, si aquosus humor per venas in aluum aut vesicam effluat, solutio contingit. Si pituita alba detento, vehemens alui profluuium succedat, solutio cõtingit. Qui alui profluuio diutiùs cum tussi detinentur, non liberantur, nisi dolores vehementes ad pedes cõtigerint, si velit naturæ peruersio fieri, vbi nullum ampliùs alui profluuium adfuerit, aut inanis alui egestio corripuerit. flatus enim foris existentes superueniunt. Manifestum igitur nullum humorem habent, vt proinde quę ita habenti adhibentur, tuta esse noscas. Si tenuioris intestini morbus superueniat, vinum frigidum copiosum, meracum, paulatim propinato, quoad somnus aut crurum dolor oboriatur, quem etiam febris aut intestinorum difficultas soluit. Capitis morbo vehementer affecto, si pus per aures aut nares effluxerit, morbum soluit. Quibus per sanitatem de repente capitis dolores obueniunt, confestimque vox deficit, ac stertunt, intra dies septem pereunt, nisi febris prehenderit. Ex capite vehementer dolenti, quicunq; ex superioribus locis afficiatur, cucurbitulam admoueto. Coxendicum & genuum dolor, & crebra spiratio, quicquid horum contigerit soluit. Lippitudine laboranti, alui profluuio detineri bonum. Conuulsione aut corporis distentione vexato, si febris superueniat morbum soluit. Si febre detentum conuulsio prehenderit, febris eodem die, aut postero, aut tertio definit.

καύσοισι ἕωμοι ἐγίνονται, τὸ βαχηπὴ λύῃ. [47] ὅσσις δὲ ὀν ὦν τῶις πυρετοῖς τὰ ὦτα κωφωθῇ, τουτέοισι μὴ λυθέντος τοῦ πυρετοῦ, μανίωαι δυάτκη. λύῃ ᾖ ὃν τῶν ῥινῶν αἷμα ῥυέν. ἢ κοιλίη ὀκτακαθαίρῃ χολώδεα. ἢ δυσεντερίη ὀπτηθομένη. ἢ ὀδυνὴ ἰσχίων, ἢ γονάτων. ὅσσοισι πυρετοῖσι ῥίγος ὀπτηθέν, ὁ πυρετὸς λύεται. [48] ὅσσοισιν ὀδυνάων γίνοιτο ἐξαπίνης, ὃ ὑποχόνδριον ἀπῆρται δύω. καὶ ἐὰν τοῦ τοῦ νόδου πλευρὴν τοῦ εἰσκελέες αἱ ὀδυνάων γίνονται, τουτέοισι λύσις φλεβοτομίη, καὶ κάθαρσις κάτω. ὑ γὰρ λαμβάνει πυρετὸς ἰσχυὸς ἀδυνατοτέων τῶν χωείων. [49] ὑπὸ οὔδρωπος ἐγιομένων κατὰ φλέβας ἐς τὴν κύστιν, ἢ κοιλίην ὑδατώδεα ῥυέντος, λύσις. [50] ὦν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένω ἀφαῤῥοιαι ὀπτηθέν ἰσχυρὴ, λύσις. [51] ὅσσοι ὑπὸ ἀφαῤῥοίης πολὺ χρόνον λαμβάνουσι ξυὺ βηχὶ, οὐχ ἁπαλλάσσουσι, ἐὰν μὴ ὀδυνάων ἰσχυραὶ ὑν τῶις ποσὶν ἐμπέσωσιν. εἰ βούλεται ἀφαιροφὴ γίνεσθαι φύσιος ἐπιδιδόμὴ ἀφαῤῥοιαίη. ἢ κενὸν ἀφαιρήσιν τοῦς πᾶσιν λάβῃ. ὀπτηθέν γὰρ φῦσαι ἔξωθεν ὄσαι. δῆλον τοίνυν ὅτι ἔχουσιν οὐδὲν ὑγιὲς, ὥστε τοιοῦτοι εἰδήσῃ τὰ ἀσφαλὲς τοῦ οὕτως ἔχοντι. [52] εἰλεοῦ ὀπτηθομένου, οἶνος ψυχρὸν δίδου πίνειν πολὺν ἄκρατον κατ' ὀλίγον ἕως ὕπνος, ἢ σκελέων ὀδυνὴ γένῃ. λύῃ ᾖ καὶ πυρετὸς, ἢ δυσεντερίη. [53] κεφαλὴν τοῦ ὀδυνωμένου, καὶ νοσέοντι πόνου ῥέοντος ἢ κτὶ τὰ ὦτα, ἢ κτὶ τὰς ῥῖνας, λύῃ ὃ νόσημα. [54] ὀκόσοισιν ὑγιαίνοισιν ἐξαπίνης ὀδυνάων ἐγίνονται ὑν τοῦς κεφαλοῦς, καὶ βαχεῖμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ ῥέγκοισιν, ἀπόλλυνται ὑν ἑπτὰ ἡμέραις, ἐὰν μὴ πυρετὸς ὀπτηθέν. κεφαλὴν τοῦ ὀδυνωμένοιτι ὅ, τι ἀὶ τοῦ τῶν δύο χολέων ποιήσῃ, σικύον τοῦ βαλε, λύῃ ὀδυνὴ ἐς ἰσχία καὶ γονάατα καὶ ἄθμα, ὅ, τι ἀὶ τουτέων γένῃ. [55] ὀφθαλμιῶντι ὑπὸ ἀφαῤῥοίης ἀλῶναι, ἀγαθόν. [56] ὑπὸ ἀσασμοῦ ἢ τετάνου ἐχομένω, πυρετὸς ὀπτηθόμενος, λύῃ ὃ νόσημα. [57] ὑπὸ πύρετοῦ ἐχομένω ἀσασμὸς ὦν λάβῃ, παύσηται ὁ πυρετὸς αὐθημερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τείτῃ. ὁπότεν ξωντεταμένος τοῦ χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας, μανίω ἐμποιέοισιν. ὦν αἱ φλέβες σφύζωσιν αἱ ὑν ταῖς χερσὶν, καὶ ὃ τοῦ πρόσωπον ἐρρωμένον ἦ, καὶ τὰ ὑποχόνδρια μὴ μαλακὰ, ἀλλὰ ἐπηρμένα ἦ, χρονίη ἢ νοῦσος μένει τοῦ ἀσασμοῦ.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΙΜΩΝ.

HIPPOCRATIS DE DIEBVS IVDICATORIIS LIBER.

ARTIS magnam partem esse duco, posse quæ recètè scripta sunt speculari. Qui enim hæc nouerit, iisque vtitur, is mihi in arte non multum falli videtur. Vnamquanq; sanè tempestatum anni & morborum conditionem exactè addiscere oportet, & quisnam morbus bonus, quis periculo coniunctus, aut in temporis conditione, aut in morbo, quinam morbus longus sit, & lethalis, longus quinam salutaris, acutus quinam lethalis, acutus quinam salutaris. Ex quibus tum iudicatoriorum dierum series con-

ΜΕγα μέρος ἡγέομαι τῆς τέχνης εἶναι, ὃ δύνασθαι κατασκοπέειν τοῦς τοιούτοισιν, ὀρθῶς. [2] ὁ δὲ γνοὺς καὶ χρεόμενος τούτοισιν, οὐκ ἀδίκοι δοκέει μέγα σφαλλεῖν κτὶ τὴν τέχνιν. δεῖ δὴ καὶ παντὸς μαθάνειν τὴν κατάστασιν τῶν ὡρῶν ἀκριβέως, καὶ τῶν νούσων. [3] ἐκάστη ὅ, τι νόσημα ἀγαθὸν, καὶ ὅ, τι κινδυνώδες, ἢ ὑν τῇ καλαστάσει, ἢ ὑν τῇ νόσῳ. μακρὸν, ὅ, τι νόσημα καὶ θανάσιμον. μακρὸν, ὅ, τι τοιοῦτον. ὀξὺ, ὅ, τι θανάσιμον. ὀξὺ, ὅ, τι τοιοῦτον. τάξιν τῶν χρεὼν ὑν τουτέων σκοπεῖν, καὶ ὃ τοῦ προλέγειν ὑν τούτων εὐπορέει. ἔπειτα ἀπὸ τούτων ἐστὶ οἷς, ὅτε, καὶ ὡς δεῖ διαιτᾶν. μέγιστον δὲ νῦν σημεῖον ὑν τοῖσι μέλλουσι τῶν καμνόντων βιώσεσθαι, ἐὰν μὴ τοῦδε φύσιν ἢ ὁ καῦσος. καὶ τ' ἄλλα ᾖ νοσήματα ὡς αὐτῶς. οὐδὲ γὰρ δεινὸν τῶν κτὶ φύσιν γίνεται, οὐδὲ θαυμαστὸν δὲ τερον ᾖ. [4] ἐὰν αὐτήτε ἡ ὥρη τοῦ νοσήματι ξυμμαχήσῃ. ὡς γὰρ ὅπὶ ὃ πολὺ οὐ νικᾷ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις τὸν τοῦ ὅλου δυνάμιν. [5] ἔπειτα δὲ καὶ τοῦ τοῦ τρόσωπον ἰσχναίνηται, καὶ αἱ φλέβες αἱ ὑν τῇσι χερσὶ, καὶ ὑν τοῖσι κροτάφοισι, καὶ ὅπὶ τῆσιν ὀφρύσιν, ἡσυχίω ἔχωσι, τοιούτεραι μὴ ἢ συχάζουσαι. τούτω δὲ καὶ ἡ φωνὴ ἡ ἀραιοτέρη, καὶ λεπτοτέρη γίνεται, [6] καὶ ὃ πνεῦμα μανότερον, καὶ λεπτότερον, ἐς τὸν ὀπτάκιν ἡμέρων αἴρεσις τῆς νούσου. τοῦτα οὖν χρὴ σκοπεῖν, τοῦς τοῦ κείσιας, καὶ ἐς ὃ τοῦ δικροῦν τὴν γλῶττης ὥσπερ σάλω λευκὰ ἐπαλείφεται, καὶ ὑν ἄκρῃ τῇ γλώττῃ, τοῦτο τοῦτο γενήσεται. ἥσσον δὲ [8] εἰ μὴ οὕω σημεῖα τοῦτα εἴη, ἐς τὴν ἕβδομιν ἄρσις τῆς νούσου. [9] ὦν δὲ τι παχύτερον, αὔριον. ἢν δὲ τι παχύτερον αὐθημερινόν. [10] ὅτο ᾖ ὀκόταν τὴν ὀφθαλμοῦ τὰ λευκὰ ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς νούσου, ἀνάγκη μελαίνεται, ἐὰν ἰσχύῃ ἡ νοῦσος. τοῦτα ὦν καθαρὰ γινόμενα, τελείην ὑγείαν δηλοῖ. αὖ τὰ μὲν βραδύτερον. σφόδρα δὲ γινόμενον, θᾶσσον. [11] Τὰ δὲ ὀξέα τῶν νοσημάτων τῶν ἀπὸ χολῆς, ὀκόταν ὅπὶ ὃ ἢ παρ' ὀπτῤῥοῇ, καὶ ἐς τὸν κεφαλὴν κατασῇ. τὰ δὲ ὦν πάσχει. ὃ ἢ παρ' οἰδέῃ καὶ ἀναπτύσσεται τοῦς τοῦς φρένας ὑπὸ τοῦ οἰδήματος. καὶ ἀθθὶς ἐς τὸν κεφαλὴν ὀδυνῶν ἐμπίπτει. μάλιστα ᾖ ἐς τοὺς κροτάφους. καὶ βῖσι τε ὠσὶν. οὐκ ὀξὺ ἀκούει. πολλάκις δὲ καὶ βῖσι ὀφθαλμοῖσι οὐχ ὁρῶ. καὶ φέικε καὶ πυρετὸς ὀπτιλαμβάνει. τοῦτα μὲν ὦν κατ' ἀρχὰς τοῦ νοσήματος αὐτέω τῶν ἀμφιλιπάνοντα. τότε μὲν σφόδρα. τότε δὲ ἧσσον. ὀκόσω δ' αὖ ὁ χρόνος τῆς νούσου τρείη, ὅ, τι πόνος πλείων ὑν τοῦ σώματι, καὶ αἱ κόραι σκιδνάνται τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ σκιαγρᾷ. καὶ ὦν τρεσφέρης τὸν δάκτυλον τοῦς τοὺς ὀφθαλμοὺς οὐκ αἰσθήσεται ἀμφὶ ὃ μὴ ὁρῶ. τοῦτο δ' αὖ γνοίης ὅτι οὐχ ὁρῇ, οὐ γὰρ σπαρδαμῶσι τρεσφερομένου τοῦ δακτύλου. καὶ τοὺς κροκίδας ἀφαιρεῖ ἀπὸ τῶν ἱματίων, ὦν ὥσπερ εἶδη, δοκέων φθείρας εἶ). καὶ ὀκόταν ὃ ἵππαρ μᾶλλον ἀναπτύσσῃ τοῦς τοὺς φρένας, τὸ θανατῶδες. [12] καὶ τρεσφαίρεσθαι οἱ δοκεῖ τοῦ τῶν ὀφθαλμῶν. ἕρπετὰ καὶ ἄλλα πολυτοδαπὰ θηρία. καὶ ὁπλίτας μαχομένους, καὶ αὐτὸς αὐτοῖς δοκεῖ μάχεσθαι. [13] καὶ τοιαῦτα λέγει ὡς ὁρέων, καὶ ἐξέρχεται, καὶ ἀπειλῇ, ὦν μήτις αὐτὸν ἐῶν διεξιέναι. καὶ ὦν ἀνάγῃ, οὐ δύναται ἀῤῥῆν τοῦ σκέλεα, ἀλλὰ πίπτει. οἱ πόδες δὲ γίνονται αἰεὶ ψυχροί. καὶ ὀκόταν καθεύδῃ, ἀνάγκη ἀπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ ὀνύπνια ὁρῇ φοβερά. τοῦτο δὲ γινώσκομεν ὅτι ἀπὸ ὀνυπνίων ἀναίσθησι καὶ φοβέεται, ὅτοῦ ἔννοος γένηται. ἀφηγῆται γὰρ τοῦ ὀνύπνια. τοιαῦτα ὀκοῖα καὶ τοῦ σώματι ἐποίεε τε, καὶ τῇ γλώσσῃ ἔλεγε. τοῦτα μὲν ὦν ὧδε πάσχει. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἄφωνος γίνεται ὅλον τὸν ἡμέρην. καὶ τὸν νύκτα ἀναπνέων πολὺ, ἀθρόον πνεῦμα. ὅτοῦ δὲ σώσηται τοῦ φρενῶν, ἀθθὶς ἔννοος γίνεται. καὶ ὦν ἐρωτᾷς αὐτὸν, ὀρθῶς ἀποκρίνεται. καὶ γινώσκει πάντα τοῦ λεχθέντα. εἶτα πάλιν ὀλίγω ὕστερον, ὑν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἄλγεσι κεῖται.

templanda est, tum etiam prædicendi facultas suppetit. Prætereaque ex his, quibus, & quando, & quamnam victus rationem præscribere oporteat, cognoscere licet. Maximum igitur in ægris qui superstites futuri sunt signum est, si febris ardens, cæterique morbi eodem modo, præter naturam non fuerint. Nihil enim in his quæ sunt secundum naturam, neque formidandum, neque lethale contingit. Secundum verò si ipsa etiam anni tempestas, vnà cum morbo minimè repugnet. Neque enim ferè contingit, vt humana natura vniuersi vim superet. Deinde si faciei partes extenuentur, & venæ quæ in manibus sunt, & oculorum angulis, ac superciliis quiescant, cùm antea minimè quiescerent. Huic si vox remissior & exilior, spiratioque rarior & tenuior fuerit, in sequentem diem morbi remissio cõtingit. Hæc igitur ad iudicationem in consideratione adhibenda sunt, & si linguæ bifurculum velut saliua alba obducitur, sique in summa lingua hoc idem contigerit, minùs tamen. Si quidem igitur parua hæc extiterint, ad tertium diem morbi remissio expectanda est, si verò aliquantò crassius, in crastinum, si autem adhuc crassius, eodem ipso die. Quinetiam oculorum alba per initia quidem morbi nigrescere necesse est, si morbus inualuerit. Hæc igitur si pura existunt, perfectam sanitatem, remissè quidem, tardiùs, vehementer verò, citiùs contingere denotant. At verò acuti morbi ex bile oriuntur, cùm ad iecur confluxerit, & ad caput peruenerit. Sic verò afficitur, intus intumescit, & propter tumorem ad septum transuersum expanditur, statimque ad caput, præcipuè verò ad tempora ingruit, neque auribus acutè audit, sæpe verò oculis non videt, horroráq; & febris inuadit. Hæc igitur per morbi initia ei contingunt, & quandoque valdè quidem, quandoque etiam minùs intermittunt, quoque magis morbi tempus processerit, eò corporis dolor maior est, oculorum pupillæ dissipantur, eorumque acies hebescit, sique digitum ad oculos admoueris, non percipiet, eo quòd non videat. Istud autem quòd non videat hinc cognosces, quòd admoto digito non nictatur, & floccos ex vestibus stragulis detrahit, si quos videat, pediculos esse ratus. Cumque iecur ad septum transuersum magis explicatum fuerit, delirat, sibique ante oculos reptilia, & varias cuiusuis generis feras ferri existimat, & homines armatos cum quibus pugnare videtur, & tanquam videat eiusmodi loquitur, irruit minaturq; si quis eum exire nõ permittat. Et si surrexerit, crura attollere nequit, sed cadit, pedesq; perpetuò sunt frigidi, cúmq; dormit ex somno exilit, horrendaq; insomnia videt. Quòd autẽ per somnos exiliat & terreatur, cognoscimus, cùm ad mentem redierit. Insomnia enim eiusmodi exponit, & quæ corpore gessit, quæque lingua locutus est. Istáque eiusmodi patitur, interdum verò per totum diem ac noctem voce priuatur, cum multa & confertæ respiratione, cùm delirium cessauit, statim ad mentem redit, & si quis eum interroget, rectè respondet & omnia quæ dicuntur intelligit, deinde rursus paulò iisdẽ prostratus doloribus decumbit.

Hic morbus potissimùm in peregrinatione contingit, & si quando per deserta loca quis iter fecerit, etsi etiam aliter inuadit. Neruorum distentiones duæ vel tres. Siquidem ex vulnere neruorũ distentio contingit, sic æger afficitur, maxillæ velut ligna rigescũt, os aperire non potest, oculi frequenter illachrymantur & contrahuntur, dorsum rigidum est, neque crura, neque manus, neq; spinam inflectere potest. Cùm verò lethalis fuerit, potus & edulia quæ priùs deuorauit, per nares interdum exeunt. In distentione ad posteriora (opisthotono dicta) in reliquis eodem vt plurimùm modo afficitur æger. Oritur autem cùm ad posteriores ceruicis tendones, aut ex angina, aut vua, aut locis ad tonsillas purulẽtis affectus fuerit. Quibusdam etiam ex capite, cùm febres superuenerint, conuulsio contingit. Iam verò etiam ex vulneribus in posteriora distrahitur, & præ dolore dorsum & pectus rigescit, & lamentatur. Is vehementer conuellitur, vt vix ab iis qui adsunt contineatur, quin è lecto excidat. Alia neruorum distentio minùs est prioribus lethalis, ex iisdem autem oritur, eodemq; modo totum corpus conuellitur. At febris ardens non similiter vt prædicta oritur. Semel enim natura sua prehendit, vt accendi necesse sit. Sitis igitur multa, & vehemens febris hominem detinet. Lingua autem exasperata finditur, & resiccatur, coloreq; primùm quidem pallida est, vti consueuit, procedente verò tempore nigrescit. Quòd siquidem per initia nigrescat, celeriores iudicationes contingunt; si postea, tardiores. Coxendicum morbi plærisque ex his potissimùm causis oriuntur, si quis diutiùs in sole versetur, & coxendices incaluerint, humorq; qui in articulis inest ab ardore resiccatus fuerit. Quòd autem resiccetur & cõcrescat, id magno est indicio. Æger enim articulos præ dolore qui in eis est inflectere ac mouere non potest, & eo quòd spinæ vertebræ constrictæ sunt. Dolor autem magis est ad lumbos & vertebras, quæ ex obliquò coxendicum sitæ sunt, & ad genua. Dolor autem acutus & æstuosus plurimo tempore in inguinibus, sed etiam in coxendicibus insistit, & si quis eum erigat, non transmouetur, ingemiscit autem quàm maximè potest præ dolore. Interdum verò etiam conuulsio, & rigor, & febris superuenit. Oritur autem à bile & pituita, oritur quoque etiam à sanguine, & dolores ab omnibus morbis sunt similes, & rigor, & febris leuis interdum prehendit. Morbus regius acutus est & qui celeriter necat, color totus mali punici corticem refert, vehemẽter autem ex viridi pallescit, & quemadmodum lacerti virides, simile ei corpus est, in vrina quod subsidet velut eruum fuluum, & febris & horror leuis detinet. Interdum verò etiam vestem stragulam habere non sustinet, sed matutino tempore ieiunus intus mordetur & raditur, deinde vt plurimùm viscera strepitum edunt, & si quis eum erigat, aut alloquatur, non sustinet. Hic ferè intra dies quatuordecim moritur, quos si effugerit, cõualescit. In pulmonis inflammatione hæc euenniunt, febris vehemens detinet, crebra est & cali-

αὕτη ἡ νοῦσος, προσπίπτει μάλιστα ἐν ἀποδημίῃ. [24] καὶ ἢν τῃ ἐρήμῃ ὁδὸν βαδίσῃ. λαμβάνει δὲ καὶ ἄλλως. Τέτανοι δύο ἢν γένῃς, [15] ἢν μὲν ὀπτὴ φλέγματα γένηται, πάγη τάδε. αἱ γνάθοι πήγνυται, ὥστε ξύλα. καὶ [16] ὁ στόμα ἀνοίγειν οὐ δύναται. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσι θαμινὰ καὶ ἑλκοῦται. καὶ ὁ μετάφρενον πέπηγε. καὶ τὰ σκέλεα οὐ δύναται ξυγκάμπειν, οὐδὲ τὰς χεῖρας καὶ τὴν ῥάχιν. ὁκόταν δὲ θανατώδης ᾖ, ὁ ποτὸν καὶ τὰ βρώματα ἀ προτέρου ἐβεβρώκεεν αἷμα τὰς ῥῖνας. ἐνίοτε ἔρχεται. Ο δὲ ὀπισθότονος τὰ μὲν ἄλλα παρὰ τὰ πλῆθος τὰ αὐτά. γίνεται δὲ ὁκόταν τοὺς ἐν τῇ ἀυχένι τένοντας τοὺς ὄπισθεν νοσέῃσι. νοσέει δὲ ἢ ἀπὸ σκιράγχης, ἢ ἀπὸ σταφυλῆς, ἢ τῶν αὐτομάτων χίων ἐμπύων γινομένων. ἐνίοισι δὲ καὶ ἀπὸ κεφαλῆς πυρετῶν ὀπτηχθημένων, ἀσασμὸς ὀπτῆς. ἤδη δὲ καὶ ὑπὸ θωμῷ οὗτος ἕλκεται εἰς τοὔπισθεν. καὶ ὑπὸ τῆς ὀδύνης ὁ μετάφρενον πέπηγε. καὶ τὰ σπέρα οἰμώζει. οὗτος ἀπάτη σφόδρα, ὥστε μόλις κατέχεται ὑπὸ τῶν παρεόντων, μὴ ἐκ τῆς κλίνης ἐκπίπτῃ. [17] ὁ δὲ τέτανος ἥσσον θανατώδης τῶν προσθεν. γίνεται δὲ ἀπὸ τῶν αὐτέων, καὶ ἀπάτη πολὺ ὁ σῶμα ὁμοίως. Καῦσος δὲ τοῖσι προφρημνοῖσιν οὐχ ὁμοίως γίνεται. [18] φύσει γὰρ ἅπαξ, ὡς ἰώαίρεσθαι πυελίσασθαι. [19] δίψα μὲν οὖν πολλὴ ἔχει ὁ ἀνθρωπον καὶ πυρετὸς σφοδρός. γλῶσσα δὲ ῥήγνυται, ῥηχμωμένη, καὶ ξηρὴ γίνεται. καὶ ὁ χρῶμα αὐτῆς, ὁ μὲν πρῶτον ὠχρόν ἐστι, οἷ περ εἴωθε. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, μελαίνεται. καὶ ἢν μὲν ἐν ἀρχῇσι μελαίνοιτο, θάνατος αἱ κείσεις εἰσίν. ἢν δὲ ὕστερον, χρονιώτερα. [20] Ἰκτέρῳ δὲ ἀπὸ τῶνδε μάλιστα γίνονται τοῖσι πολλοῖσιν, ἢν ἔλθῃ ἐν ἡλίῳ πολλῷ χρόνον, καὶ τὰ ἰσχία βαθέρμανθῇ, καὶ ὁ ὑγρὸν ἀναξηρανθῇ, ὁ ἐνεὸν τοῖς ἀρθρίοισιν, ὑπὸ τοῦ καύματος. ὡς δ' ἀναξηραίνεται καὶ πήγνυται τόδε μέγα τεκμήριον. ὁ γὰρ νοσέων, ἐνστρέφεσθαι καὶ κινέειν τὰ ἄρθρα οὐ δύναται ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος τῶν ἀρθρων, καὶ τοῦ ξυμπεπηγέναι τοὺς σπονδύλους. ἀλγεῖ δὲ μᾶλλον τὸν ὀσφῦν. καὶ τοὺς σπονδύλους, τοὺς ἐκ τοῦ πλαγίου τῶν ἰσχίων, καὶ τὰ γονάτα. ἵσταται ἢ ἡ ὀδύνη πλεῖστον χρόνον ἐν τοῖσι βουβῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν, ὀξεῖη καὶ καυματώδης. καὶ ἢν τις αὐτὸν ἀνιστῇ, οὐ μετακινέεται. οἰμώζει δὲ ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος, ὅσον αὖ μέγιστον ὀδυνῶνται. ἐνίοτε δὲ καὶ σπασμὸς ὀπτῆς, καὶ ῥίγος, καὶ πυρετός. [22] τῶν δὲ ἀπὸ γελῆς. τῶν δὲ καὶ ἀπὸ αἵματος. καὶ ὀδύνας πολλοὶ ἀπὸ πολλῶν τῶν νοσημάτων. καὶ ῥίγος, καὶ πυρετὸς ἐνίοτε ἢ ὀπτὴ λαμβάνει [23] βληχρός. ἀνὰ χρὴ, ὧδε μελετῶν. [24] Ἰκτερος δέ ἐστιν, ὀξὺς καὶ ταχέως ἀποκλείνων. ἡ χροιὴ ἢ ὅλη σιδιοφλής. σφόδρα δέ ἐστι χλωρότερη, καθὰ καὶ οἱ σαῦρεοι οἱ χλωρότεροι. παρόμοιος δὲ οἱ ὁ χρὼς, καὶ ἐν τῷ ὕδρῳ ὑφίσα) οἷ ὀρόβιον πυῤῥόν. καὶ πυρετὸς καὶ φέικη βληχρὴ ἔχει. ἐνίοτε ἢ καὶ ὁ ἱμάτιον οὐκ ἀνέχει ἔχων, ἀλλὰ δάκνεται καὶ ξύεται τὰ ἐφεστῶτα, ἄσιτος ἐὼν τὰ ἔνδοθεν. ἔπεστα μυξὰ τὰ πλάγια ὡς ὀπιτοπουλύ. καὶ ὁκόταν ἀνιστῇ τις αὐτὸν ἢ τοῦ προσαλέγεται, οὐκ ἀνέχεται. οὗτος ὡς ὀπιτοπουλὺ θνήσκει ἐντὸς τεσσαρεσκαιδεκα ἡμερέων. τούτας δὲ διαφυγὼν, ὑγιαίνει. [25] Η δὲ περιπλευμονίη, τοιάδε ποιέει. πυρετὸς τε ἰσχυρὸς ἴσχει. καὶ πνεῦμα πυκνὸν, καὶ

lida respiratio, anxietudo & impotentia vexat, & corporis iactatio, dolórque ad lumbos, iugulum & mammam, in pectore pondus, & deliria. Interdum verò quoad tussis cœperit, sine dolore est, sed illa longior & molestior est. Primis diebus sputum album & spumosum expuit, lingua verò flaua est, sed procedente tempore nigrescit. Si igitur per initia nigrescat, celeriores sunt liberationes, postea verò, tardiores. Tandem etiam lingua finditur, & si digitum admoueris adhærescit. Morbi autem liberationem, non secus ac in morbo laterali, lingua denotat. Hæc contingunt diebus, vt minimùm, quatuordecim, vt plurimùm verò, vno & viginti, quo tempore vehementer tussit, vnaque cum tussi reiicit, primùm quidem copiosa sputa & spumosa, at septimo ac octauo die cùm febris in vigore, & humida pulmonis inflammatio fuerit, crassius, alioqui minimè, nono verò & decimo die, aliquantulum ex viridi pallescens & subcruentum, duodecimo autem ad decimumquartum vsque, copiosum & purulentum. Quibus à natura humidæ insunt corporis affectiones, iis vehementior morbus est. At quibus natura & morbi conditio sicca est, hi minùs conflictãtur. Atq; de iudicatoriis diebus iam quidem etiam antea à me dictum est. Iudicantur autem febres quarto die, septimo, vndecimo, decimoquarto, decimoseptimo, vno & vigesimo. Ex his verò acutis trigesimo, deinde quadragesimo, postea sexagesimo. Vbi verò hos numeros superant, diuturna iam euadit febrium conditio.

IN HIPPOCRATIS PRAENOTIONVM LIBRVM BREVES NOTÆ.

ON *inscrip.*] Hunc esse germanum Hippocratis fœtum res ipsa clamat, & omnium Medicorum fora & monimenta perstrepunt, adeò vt in eo docendo minùs elaborãdũ esse nobis videatur. Inscriptio verò in membranis scriptis aliquãtulum variat. Quædam enim Ἱπποκράτους προγνωστικὰ, aliæ etiã προγνωστικὸν habent. προγνῶσιν autem etsi αὐτὴ ἡ προγνώσεως hîc sumi palam testetur Galen. nos tamen prouidentiam ex M. Tullio vertimus, eamq; mentis solertiam intelligimus, qua quæ euentura sunt longè ante animo prouidentur & prospiciuntur, vt ea tum προγνῶσιν, tum Medicorum πρόρρησιν, & omnem præsentiendi, prænoscendi, ac prædicendi facultatem complectatur. Præuisionem non malè dixisse mihi videtur antiquus interpres.

2 προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων] His officiis omnis rectè præsagiẽdi doctrina, totaq; προγνῶσις, hoc est, præsciæ significationis disciplina, optimè instituitur. Quæ adhuc exactiùs his Hip. verbis circunscribitur lib. 1. epid. λέγων καὶ προγινώσκων, μανώσεις καὶ παρέσονται, προλέγων καὶ ἐσόμενα. Vbi etiam huius loci meminit Gal. & initio lib. de præcog. ex pulsibus.

3 καὶ ἐσόμενα τῆς παθημάτων] Sic leg. ferè omnes codices tum manu scripti, tum publicati. Gal. καὶ ἐσόμενα οὐκ τῆς παρεόντων παθημάτων legit. Quædam etiam membranæ, καὶ ἐσόμενα οὐκ τῆς παθημάτων habẽt. aliæ, καὶ ἐσόμενα τῆς παθημάτων οὐκ παρεόντων.

4 πρὶν ἢ τὴν ἰσχύν] In quibusdam membranis etiam scribitur, πρὶν ἢ τὴν ἰσχὺν τῆς τέχνης πρὸς ἕκαστον νόσημα αὐταρκεστάτας, hoc est, priùs quàm Medicus vnicuique morbo artem suam obluctando opponere possit. Codicum autem magna pars, τῇ τέχνῃ legit, eo sensu quem nostra interpretatione secuti sumus.

5 τὴν προσόψιν οὐκμαρανθέντα] Hîc quoq; vt antea, τὴν προσόψιν οὐκμαρανθέντα habent M. s. exemplaria quædam, reliqua τὴν προσόψιν οὐκμαρανθέντων.

6 μέλανα ἐὸν] μελανέον etiam scribitur in quibusdam exemplaribus M. s. Regiis. Quod mihi quoq; expressisse videtur Galen. ὦν γλώσσαις, cùm scribit, μελανέον τὸ ὠὸν τῶν προγνωστικῶν, ἢν ἐς ὑγρὸν ἢ αὐχνώσκωσιν, ἢν ἢ τὸ μὴ καθὼ ἔνιοι δὲ διαῤῥᾶσι χλωρὸν ἢ μέλαν ἐὸν, αὐτὰ τὰ ὦα.

7 ξωυπεκμαίρεται] ξωυπεκμαίρεται ex hoc loco συσκευῶται mihi videtur exponere Erotianus, quod est per signa coniicere aut coniecturam facere, vt & ἐπαυρέται, ἐπεραστᾶται.

8 ἢ λιμώδες ἢ ἔχει αὐτὴ] Hîc λιμώδες δὴ τὴν τῶν σιτίων ἀνδίαν efferti scribit Gal. Com. ad aph. 16. lib. 2. vbi τὴν ἔνδειαν ἔφησε exponit. Erot. quoq; λιμώδες αὐτὴ τὴν μεγάλης ἔφησε ἀπορίας sumi scribit, vt Gal. λιμὸς, πᾶσα σφοδρὰ ἔνδεια τῶν σιτίων exponitur. Quod etiam in nostra OEconomia indicauimus. Varia quoq; est huius loci lectio in diuersis membranis manu scriptis, vt etiam ex Gal. Com. patet. *aph. 16. lib. 2.

9 κρίνει ἢ καὶ διαῤῥᾶ] Hîc κρίνει δοκιμάζει ἀγνοεῖ exponit Galenus lib. 3. de dieb. decret. Potest & λύειν significare, quod vno die finitur, dixit Celsus. Intra enim id tempus eiusmodi affectio desinit & cessat, aut redintegratiõnẽ accipit. *Cap. 6. lib. 2.

10 μὴ ἢ ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ κάπασῃ] Illud κάπασῃ satis videmur exposuisse in nostra OEconomia. Celsus, μηδ' ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ κάπασῃ, diutiùs durans, dixit.

11 ἢ πελιὰ βλέφαρα] Sic legunt publicati & manu scripti codices cum Vaticanis, vt satis ex Caluo patet. Sed nos, ἢ μέλανα φλέβια ἐν αὐτοῖσιν ἔχωσιν ex Gal. legimus, quam lectionem idem amplectitur Com. 1. in lib. 1. epid.

12 καὶ ἀποφάσιας] ἀποφάσιας ex hoc loco & aph. 52. lib. 6. exponit apud Hippocr. Erotianus, ὡς ἀποφαινομένας ὀφθαλμῶν κινήσεις, leuiter subapparentes oculorum per somnum motiones. Eamque Hippocrateam phrasim expressit Aretæus cap. 5. lib. 1. περὶ ὀξ. οὐ ξυμβάλλοισι τὰ βλέφαρα, ὡς τὰ λευκὰ ὀρῆσθαι ἐξ ἀποφάσιος.

13 ἰῶδη καμπύλον] Galenus hîc testatur καμπύλον aut ῥηγὸν legi in quibusdam exemplaribus, in nonnullis etiam καμπύλον tantùm, velut hîc legitur, & Comm. 1. in lib. 6. epid. In nostris omnibus exẽp. tum manu scriptis, tum publicatis, καμπύλον ἢ ῥικνὸν legitur. Quæ lectio ad Vatic. mẽbranas permanauit, vt satis ex Cal. patet. Ex istoq; loco mihi ῥικνὸν ῥυπῶν, aut potiùs ῥυσὸν in exegesi mihi videtur exponere Gal. Aldinus codex καμπύλον ἢ ῥηγὸν habet.

14 εἰ ἢ καὶ περιπτὴς γένοιτο] Hîc περιπτὴς, περιπίπτων, prociduus, qui pronus ad pedes fertur aut delabitur, exponitur Erotiano. At hic iacentis habitus Galeno ὑπόῤῥισις dicitur Com. 1. in lib. κατ' ἰητρεῖον, & ἔῤῥιψις ex lib. περὶ χυμῶν, & lib. de tremore & palp. vbi etiam istum locum exponit.

15 ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει] ἀλυσμὸν hîc disertis verbis Galenus ἀπορίαν καὶ ῥιπασμὸν exponit in Exegesi, & in Comm. διαφορίαν ἄπαντος πράγματος. Erotianus verò, ἀπορίαν & ἀμηχανίαν. Quam per anxietudinem, anxieratem & angorem non malè exprimi posse puto, etsi corporis incontinentem iactationem, inquietudinem & æstuationem hîc propriè significat.

16 καὶ τὴν κεχλιωότα καὶ θεύδειν] τὴν κεχλιωότα καὶ θεύδειν exponit Galen. lib. 2. de Motu musculorum, τὴν χάσκειν καμνόμενον. Etsi verò id de dormientis habitu potissimùm accipitur, immoderatum tamẽ somnum, & eum dormientis habitum comprehẽdit Celsus, cùm dixit, * Vbi hiat, vbi assiduè dormit. Quod etiam expressit Galenus Commentario. *Cap. 6. lib. 2.

17 καὶ διαπεπτεμένα] Hîc vulgatam lectionem secutus sum cùm διαπεπτεμένα σκέλεα crura implexa dixi, quòd ea lectio fit omnibus codicibus testatissima. At certum est veram ac genuinam lectionem esse διαπεπτηκμένα aut διαπεπτηχμένα, sicq; legisse Galenum in Exegesi apparet, aut potiùs διαπεπτηχμένα aut διαπεπτημένα. Quam etiã voce in nostra OEconomia satis expressimus.

18 ἀπέδειξαν] Hîc ἀπέδειξαν etsi propria notione sumi potest, Erot. tamen ἐπίηξε exponit, itaq; nostra interpretatione hoc loco expressimus, & in nostra OEconomia, simulque codicum Erotiani vitium deteximus, qui ἀπεδείξαμεν pro ἀπέδειξαν, & ἐποιήσαμεν pro ἐποίησαν habent.

19 καὶ τὴν δεκτύλῳ ὑπεόντα] καὶ τὴν δεκτύλῳ πιεζόμενα καὶ ὑπεόντα habent codices quidam tum scripti, tum publicati. Sed libello περὶ κρισίων, vbi hæc repetũtur, αἰῶδυνα καὶ ὑπεόντα ἐπὶ δεξιᾶς legitur.

20 καὶ τῶν καὶ τὸ ὀν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ] καὶ τὸ ὀν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ τῷ τόνῳ legunt publicata omnia exemplaria. Verùm manu scripta quædã habent, καὶ τῶν καὶ ὀν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ τῷ τόνῳ, hoc sensu, idque in reliquo ventre ad eundem se habet modum. Quod certè magis accedit ad lectionem libelli περὶ κρισίων vbi hoc modo scribitur, ὡς αὐτὸς δὲ ἔχει καὶ περὶ τὸν ἄλλον κοιλίαν φυσῶν. Hîc verò quod legitur καὶ τὸ αἷμα μὴ καθίσταται, μὴ καθιστάμενον leg. Vaticana exempl. & pro ὀλιγοχρόνιον, ὀλιγοχρονίου. Et vt semel dicam, variæ aliæ huius libri lectiones ex Vaticanis membranis sunt diligẽtissimè à Hieronymo Mercuriali adscriptæ in suo Hip. quas breuitatis gratia omittimus.

21 ἤκιστα δὲ καὶ ἀποκάτω] Hunc locum disertis verbis mihi sic expressisse Celsus videtur cap. 7. lib. 2. Cumq; omnis rumor longus ad suppurationem spectet, magis eò tendit is, qui in præcordiis, quàm is qui infra est.

22 ὁμόχροον φαίνει] ὁμόχροον ἔξω χωρεῖον, externã regionem vnius coloris esse dixi, vt huiusmodi tumores, neq; tumore, neq; dolore, neq; colore, vllã de se foris significationem prodãt. Quod eadem in re in coac. præn. dicitur, μήτε ὄγκω, μήτε πόνῳ, μήτε χρώματι διῆλθον ἔξω ποιέει. Atq; ea mihi simplex & minimè fucata interpretatio videtur, & quæ τὴν ὁμοχροίας ambiguitatẽ refugit. Quam etiam appositissimè mihi Celsus imitatus videtur, cùm istam locum his verbis * expressit. Et ex his (suppurationibus) quæ intus procedunt, hæ leuiores, quæ contra se cutẽ non afficiunt, eamq; sine dolore esse, & eiusdem coloris, cuius reliquæ partes sunt, sinunt esse. Rursusque, Ex suppurationibus hæ pessimæ sunt, quæ intus tendunt, sic vt exteriorem quoque cutem decolorent. *Cap. 8. lib. 2.

23 θυμὸς τὴν πίσιν ἐγγίνει] θυμὸς hîc tussiendi propensionẽ ac promptitudinem exponit Galenus, nos tussiendi volũtatem aut cupiditatem ex Celso diximus. Hunc enim mihi locum disertissimis verbis propriè exprimere videtur. Idem propositum periculum est, his quibus voluntas tussiendi est, venter nihil reddit, nisi ægrè & durum, rumor in pedibus est. Vbi tamen codices omnes desidendi voluntatem legunt, sed nos tussiendi voluntatem ex hoc loco legimus, quemadmodũ idem postea ad finem eiusdem capitis, in suppuratis ex eodem prog. βῆξαί τε θυμὸς ἐγίνετο αὐτοῖσι, & ἀποπτύσαι οὐδὲν ἄξιον λόγου, vertit, cupiditas tussiendi est, & pene nihil in tussi excreatur. *cap. 7. lib. 2.

24 ἱστάμενά τε καὶ καταπαυόμενα] Hæc etsi de tumoribus ventris dicuntur, qui appressu subsidunt, moxq; attollũtur: malim tamen cum Gal. ad initia generationis tumorũ referre, vbi ferè sublati tumores statim euanescunt, mox attolluntur, iterumq; oriũtur ac repetũt. Quod appositissimè mihi dixisse videtur Celsus. Tumor in pedibus est, idẽq; modò dextra, modò sinistra parte vẽtris inuicem oritur atq; finitur. Idem rursus. Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursus assurgunt. *Cap. 8. lib 2.

25 μὴ πρύζῃ] Ex hoc loco πρύζῃ exponit Erot. τὴν μετὰ ἔνος προφάσεως φαιδρότητα. Idẽq; ex Bacchio πρύζῃν esse scribit, τὴν μετὰ ἔνος προφάσεως φαιδρότητα & εὐθυμίαν διῆκον χωρεῖν. Quod καὶ ἀπὸ τοῦ πρυόνος dici testatur, ὅπερ ἐστὶν ὡς & γελαστικῶς φέρεσθαι. Quibusdam etiam πρύζῃν scribi asseuerat, quod & in Comm. adscribit Galenus.

26 πλέονα ἢ ὀδὶ τὰ πρῶτα] Hîc plurimùm variant exẽplaria. Vulgata quidem hoc modo legunt. Quædam, πλεῖστον ἢ ὑπὸ τὴν πρῶτα, quod est, plurimum tamen prima luce subeat, eamq; lectionẽ videtur agnoscere Gal. qui & πλέον ὑπὸ τὰ πρῶτα ẽt adscribit.

27 δοκιμάζειν δὲ & ἔλμινθας] Hunc de lumbricis locum aliter mihi legisse videtur Cælius Aurel. cap. 8. lib. 4. Tard. Passionum, cùm quædam attribuit Hippocr. de ægrotantis interfectione, cùm mortui fuerint exclusi lumbrici omnibus in morbis.

28 ἢ αὖτις αὐλιέεται] αὐλιέεται est αὖθις εἰλιέεται & συστρέφεται, sursum volui, aut reuolui & cõtorqueri, quemadmodum αὐλιζόμενοι, συστραφῶσιν exponit Gal. 29 καὶ αὐτὸς δὴ ἀφαιωθεὶς] Hîc variant membranę scriptæ & publicatæ. Quædã enim legũt, καὶ αὐτὸς διεμαφωθεὶς, ἀφῆκε δὲ & ἐπονεπτίσας ἐς τὰ κάτω χωρεῖα, eoq; modo legit Gal. com. 2. in lib. 6. ep. Reliqua exẽpl. hãc sequũtur lectionẽ velut & Vatic.

30 νεφέλας ἐμφερόμενας] Hanc lectionem publicatam & Gal. contestatam secuti sumus. quanquam membranæ quædam Regiæ manu scriptæ ὀκαιωρεύμενας pro ἐμφερόμενας legunt, quam lectionem annotare operæ pretium visum est, quòd eam assecutus sit vetus interpres, cùm nebulam pendentem in vrina dixit.

31 ἢν δ' αὖ ἢ πυῤῥὸν ἢ εἶη] πυῤῥὸν ὄρον fuluam vrinã hîc dixi, nõ secus ac aph. 5. s. 1. lib. 6. ep. φλεγμαίνει πυῤῥὰ, at enulæ fuluæ dicũtur, φ πυῤῥὸν Hip. & Gal. omnes colores complectatur qui intra pallidum & fuluum aliquid albi & rubri admixtum habent, excepto cinereo. Qua ratione neq; malè hîc rufam vrinam intellexeris, vt rectè omnes vertũt interpretes. Rubram etiam vrinam ex hoc loco dixit Celsus, qui ἀποπυῤῥὸν in deiectionibus alui antea, rufam quoq; vocauit. *Cap. 6. lib. 2. °Cap. 3. lib. 2.

32 ἰῶδη & πελιοχρόνιον] Hîc quoque publicatam lectionem secutus sum, etsi planior mihi Galeni lectio videtur, εἰ ἢ & πολυχρόνιον εἴη τὸ νόσημα, τὸ ὄρον ὁποῖον εἶναι.

33 ἢν δ' αὖ πεπαυθῇ τὸ ὄρον] Et hîc quoque publicatos codices secutus sum. Quedam enim M. s. membranæ, πεπαυθῇ ἡ νοῦσος legunt, quomodo legere videtur Vaticani codices & vetus Interpres. Quedam etiam membranæ Regiæ manu scriptæ, παυθῇ ἡ νοῦσος legũt, alię quoq; vtriusq; lectionis eadem habent vestigia, quanquam parum integra. Quædã quoq; πεπαυθῇ ἡ νοῦσος legunt, eãq; lectionẽ mihi secutus Copus videtur, diligẽtissimus huius lib. interpres.

34 ὁκόσοισι οἱ αὖ ἕδρα] Hunc mihi locum disertissimis verbis sic expressisse videtur Celsus. Interdum quoq; vrina tenuis & cruda sic diu fertur, vt alia salutaria signa sint, ex eoque casu plærunque infra septum transuersum (quod διάφραγμα Græci vocant) fit abscessus. *Cap. 7. lib. 2.

35 αὖτω ὑφισταμένας] ἐφισταμένας cum melioribus exempl. & Gal. lego, qui bis com. 3. in lib. 3. ep. hanc lectionem amplectitur, & libello περὶ μελαίνης χολῆς, τῶν αὖτω ἐφισταμένων habet. Idem quoque in fine st. pest. lib. 3. epid. hunc locum de alui excrementis accipit, & ægr. 1. lib. 3. epidem. post st. pest. ὀδοντιστὶ ἕδας pro μάμφιδας legit. Quinetiam membranæ Vaticanæ ἐφισταμένας legere videntur, vt & vetus Interpres. At publicati codices ὑφισταμένας habent.

36 ὁ φλέγματος & χολῆς ξυμμεμιγμένος] ξυμμεμιγμένος ὡς μάλιστα, lego cũ Interpr. & Gal. (etsi idem ξυμμεμιγμένος μάλιστα legisse videtur postea) Istamq; lectionem mihi secutus antiquus interpres videtur, cùm phlegma valdè permixtum dixit. At Celsus vulgatam lectionem secutus videtur cùm * dixit, si quis autem incidit vomitus, mixtus esse ex bile & pituita debet. * Cap. 3. lib. 2.

37 πύθῃ τε καὶ] Hunc totum locum exponit Gal. lib. 1. περὶ κρισεων.

38 τῶν ἐμπυημάτων] Istum totum locum propriè his mihi verbis exprimere videtur Celsus. Sputum etiam biliosum & purulẽtum, siue separatim ista, siue mixta proueniãt, interitus periculum ostendunt. At si intra septimum diem tale esse cœpit, proximum est, vt is circa quartũ decimũ diem decedat, nisi alia signa meliora peiorávе accesserint: quæ quò leuiora grauioráve subsecuta sunt, eò vel seriorẽ mortem, vel maturiorẽ denunciãt. *c. 6. l. 2.

39 εἰ ἢ εἴη τὸ ἐμπύημα] Ad hũc locum propriè mihi referri videtur quod scribit Celsus. Quod suppurat, ab ea parte quã afficit, dolorem inflammationemq; concitat, ipsum calidum est, & si in partem suam aliquis decubuit, onerare eam expondere aliquo videtur. Sed apparet locum esse corruptum, & partem sanam ex Hippocr. esse legendum. *Cap. 7. lib. 2.

40 τοῖς ἢ ξύμπαντας ἐμπύους] Huc quoq; refertur quod scribit Celsus ibidem. Omnis etiam suppuratio, quæ nõdum oculis patet, sic deprehẽdi potest. Si febris non dimittit, eaq; interdiu leuior est, noctu increscit, multus sudor oritur, cupiditas tussiendi est, & pene nihil in tussi excreatur, oculi caui sunt, malę rubent, venæ sub lingua inalbescũt, in manibus fiũt adunci vngues, digiti maximeq; summi, calẽt, in pedibus tumores sunt, spiritus difficilis trahitur, cibi fastidium est, pustulæ toto corpore oriuntur.

41 ὀκάσοι ἢ ὀλιγοχρόνιαι ἔσται] In coac. præn. hæc eadẽ repetũtur & expeditiorẽ habent explicationem his verbis: τὰ ἢ σιωπῶσας ῥηγνύμενα σημεῖα τούτων & τοῖσιν ἔσται ὀστεγνυομένοισι, & τοῖσιν ὦ αἰχὴ πόνοισι, ἄμα ἢ & λεῖα διεπνεώτερος γίνοι). 42 γίνεται ἢ αἰάλκη] περιγίνεται legunt exempl. quædam, tum scripta, tũ publicata, quæ secuti sunt multi interpretes. In Coac. præn. legitur περιγίνεται ἢ αἰάλκη, quam lectionem etiam secuti sunt quidam, cùm præire dixerunt.

43 περιγίνοιτο ἢ] Hęc quibusdam in cod. desiderantur, & à quibusdam interpr. omittuntur. In coac. Præn. breuioribus verbis repetuntur. Gal. tamen legisse videtur. Celsus etiam variis & dispersis locis reddidit cap. 8. lib. 2. 44 ὁκόσοισι ἢ ἀποπάσιες γίγνονται] Hoc apertiùs repetitur in Coac. Præn. his verbis: ὅσοισι ἢ ὀκόσα περιπνευμονίης ἀποπάσιες παρ' ἦς, ἢ ἐς & κάτω γίνοιτο), & ὀκοπτύσαι & ὀκσπυριγοῦσται, & τοι περιγίνοιτο). Quam lectionem hîc sequitur * Gal. & lib. 3. de Crisi. vbi ista repetit. Nos popularem magis & pluribus codicibus contestatam lectionem secuti sumus. * Cap. 11.

45 ὑπηρεσῖαι ἢ] In Coac. Prænot. hæc expeditiorem habẽt notionem, & τὰ ἄκρα σωτηρίως ἔχοιεν, vt reliqua signa salutem promittant, quod hîc obscuriùs dicitur. ὑπηρεσῖαι ἢ περιεσκῶς ἀπὸ τῶν λοιπῶν παθημάτων τῶν περιεσκόπων σημείων, quod est, suffragentur verò ad salutem reliqua omnia salutaria signa, hoc est, salutem suggerant, subministrent ac spondeãt, aut ab his salus indicetur & promittatur. Etsi varia est scriptio, & ὑπηρεσῖαι quædam exemplaria legunt, & περιεσκῶς, & περιεσκῶς, & περιεσκῶν σημείων.

46 αἱ ἢ αὖω] Apertiùs in coac. præn. οἷσιν αὖ περὶ & ὑπογύδρια φλεγμονὴ γένοι). 47 τῶν ἢ ἐμπύων] Huc propriè refertur quod scribit * Celsus. Atq; ex his quidem suppurationibus, quas pulmonis morbi concitarunt, ferè senes moriũtur, ex cæteris iuniores. *c. 8. l. 2.

48 ὁκόσοισι ἢ τῶν ἐμπύων] Ista omittuntur à quibusdam interpretibus, sed in omnibus exemplaribus adscribũtur, & consentiunt cum aph. 44. lib. 7.

49 εἰ ἢ αἰάσσουσι] Ex hoc loco αἰάσσουσι αἰόρμεωῶτος exponit Erotianus apud Hipp. αἴσσειν τὸ ὁρμᾶν λέγεται.

50 ἰῶδη ἢ μήτε τῷ ὄρῳ] In Coac. Prænot. vbi ista repetuntur, aperta est & valde expedita lectio, μὴ λυομένων ἢ τύπων, μήδε τῆς ὑώτος λαπιστομένης. Hîc verò ambigua est Gal. lectio, quam tamen ex Artemidori & Dioscoridis exemplaribus comprobat. & explicat, eamque videtur secutus vetus Interpres.

51 οἷσι γὰρ εὐηθέστατοι] Hic locus repetitur libello περὶ κρισίων, sed ibi βελῶσις desideratur, & pro κακοηθέστατοι φονικώτατοι scribitur. Hunc etiam totũ locum adducit Gal. lib. 2. περὶ κρισίμων ἡμερῶν, vbi pro παύονται κρίνονται legit. Et lib. 3. περὶ κρίσεων, & Com. 3. in lib. 1. ep. Ex hoc autem loco Erot. εὐηθέστατοι, οἱ μὴ κακοήθεις exponuntur,

52 αὖται μὲ οὖν ὅτι τῶν ἐξυπάτων] Libello περὶ κρισίων hoc paulò aliter legitur. αὖται μὲ οὖν ὅτι τῶν ἐξυπάτων διὰ πεντάρων εἰς ἕως ἑπτὰ ἐπὶ περιόδους, hoc sensu, vt huiusmodi quaternariorum circuituum accessiones, in morbis acutis, dies viginti conficiant, & in eas desinant. Quę lectio cum ista optimè quadrat. Galen. etiam lib. 2. de diebus decret. hunc locum sic legit αὖται μὲ οὖν ἢ δὴ διὰ πεντάρων εἰς πλὴν ἢ ὀκτὼ πολλαπλασιασμοῦ ὀκ περιόδους ἀφικνέονται. hoc sensu, Hi igitur circuitus in morbis acutissimis, per quatuor aucti, accessione facta ad vigesimum peruenient. Etsi postea lib. 3. εἰς πλὴν ἢ ὀκ περιόδους ἀφικνέονται simpliciter legit. Et verò Comm. ad aph. 24. lib. 2. αὖται μὲ ἢν διὰ πεντάρων ὀκ τῶν ἑξέων εἰς ἢ κ. ὀκ ἢ περιόδους πλευτῶσιν.

53 ἀριθμῶν ἢ ἀβρεκέας] Ex hoc loco ἀβρεκέας ἀκριβῶς sumi scribit Erot. vbi tamen αἴσσειν pro ὄλισθειν vitiosè scribi diximus in nostra OEcon. Hunc etiam locũ integrum explicat Gal. lib. 3. de dieb. dec.

54 μὴ ἢ ὧν πα] Sic legunt exemplaria omnia. Gal. autem lib. 2. de dieb. decret. μὴ ὧν πας legit, ἥνωσ ὡς κ. exponens.

55 ὁκ πῶ ὁ ἀνὴρ τοῦ κόσμου] Hic Erotianum secutus sum, qui κόσμον πάξεως hoc loco exponit, vt dierum criticorum seriem & ordinem intelligerem.

56 ἀφροφάσσοντες] Ex hoc loco ἀλλοφάσσοντες exponuntur Gal. in Exegesi ἀφεκπαίσσοντες, ἀφεφρονοῦντες. Erotiano verò ἀπορούμενοι & πεπορευμένοι, vt scripsimus in nostra OEconomia, quas omnes notiones etiam Galenus hîc comprehendit, in huius dictionis explicatione, & nos Galeni mentem maximè secuti sumus, etsi alteram interpretationem nonnulli sequuntur interpretes.

57 ὅ,τι πυρετὸς ἔχοι] Hæc verba quibusdam in exemplaribus desiderantur, neq; adscribuntur in Coac. Præn. vbi ista repetuntur, neq; leguntur à Gal. lib. 3. περὶ κρισ. vbi hunc totum locum fusissimè exponit. Vbi etiam pro ὑποσκέπεδζ παρεκεπισκέπεδζ scribitur.

58 ἐς αὖ ἢ & ὀδυών ἢν νεαρὰ πόνου σώπνεον ponit in Coac. Præn. quam hîc ὀδυών νεαρὰν vocat. Vtrunq; * Celsus cõsecutus videtur cùm propriè hunc locum expressit. Quicunque etiam dolorem ingentem circa tempora & frontem habebit, is alterutra ratione eum finiet, magisq; si iuuenis erit, per sanguinis profusionem; si senior, per suppurationem. Galen. quoq; in Com. νεαρὰν ὀδυώνη φορεῖν exponit, quemadmodum quoq; νεανικῶς, σφοδρῶς, ἰσχυρῶς, χθυναίως sæpè apud Hippocr. significat. * Cap. 7. lib. 2.

59 οἵ,τι ἢ πυρετοί] Hunc locum disertissimis verbis sic expressit * Celsus. Et ex eo casu iuniores interdum intra septimum diem moriuntur, seniores tardiùs quoniam neque æquè magnas febres experiuntur, neq; æquè insaniunt, ita sustinent dum is affectus in pus vertatur. Sic enim lego, cùm [intus versatur] legagatur. * Ibidem.

60 αἱ ἢ κωίαγχαι] Multis locis celebratur hic locus Gal. vt lib. 4. de loc. aff. & lib. 3. περὶ διαιτ. & Com. 2. in lib. 3. ep. Repetitur etiam longè aliis verbis in Coac. Præn. Vbi αὐθημέρους & ἡ. παίρος κτίνει legitur, quemadmodũ δευτεραῖον & τεταῖον tãtùm legit etiam Gal.

61 χρονιώτερα ἢ] Lib. 4. de loc. aff. legitur, χρονιώτερα ἢ ὁπόσον ἢ πρόσθεν, & desiderantur hæc verba, ὡῶ τὸ ἐρώτημα μέχρι γίνηται.

62 ὀκόσοισι ἢ ξυνεξερευθέη] ξυνεξαιρεῖ pro ξυνεξερευθέη habẽt quædam exẽplaria, qua lectione tumor in faucibus & ceruice comprehenditur. Cui suffragatur aph. 37. lib. 6. At tumorem & ruborem simul comprehendit aph. 49. lib. 7. Vtrunq; etiam Celsus * sic expressit. Itaq; rubore & tumore in præcordiis orto sci-40 re licet fauces liberari. In Coac. Prænot. vbi ista repetuntur, ὡῶ μὴ παλινδρομέῃ & ἐρώτημα legitur, quod hîc ἐρυσίπελας dicitur. Et testatur Galenus ἔρευθος aut ἐρυσίπελας in multis exemplaribus legi, cui lectioni suffragatur aph. 49. lib. 7. * Cap. 4. lib. 4.

63 ὡῶ τι μὴ ἐν ἡμέρῃσι] Expeditior est oratio & apertior lectio in Coac. Prænot. ὡῶ ἢ ἀφαιλίζηται, μὴτ' φύματος συφαφέντος ἔξω, μὴτε πύε ἀναχρεμπομένου φορέοις & ἀπόνοος, μὴτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὀλέθρια γένῃ.

64 ὡῶ ἢ ἐς τ' πνεύμονα ἧκε πεῖν] In quibusdam codicibus hæc verba desiderantur: neque horum fit mentio in Coac. Prænot. vbi ista repetuntur, etsi illic adscribitur, ἀράχνε ἔμπυοι γίνονται;

65 οἱ ἢ ἀραιαρεῶνες] Gal. lib. 6. compos. med. κατ' ἐπ. cap. 3. hunc locum exponit & his verbis legit, οἱ ἢ ἀραιαρεῶνες ὀπτιόνθωσι & κοπτόμενε θαι, καὶ ἀξιοκαίε θαι, καὶ κοπρώζε θαι, ἐὰν ἀν ἐρυθροὶ ὦσι & μελάνοι. & ἢ φλεγμονὴ ὀπτιόνθ' ὑῶς πύοπις & αἱμορραγία. At exemplaria Regia M. S. quædam κρίζε θαι & κοπεκαίε θαι legunt, pro κοπόμενε θαι & κοπρώζε θαι, quædam etiam κοπρίζε θαι.

66 ὀκόσοισι σὴ ἀν οἱ πυρετὶ] Istud multis locis repetitur apud Hipp. tanquam capitis in tota disciplina iudiciorũ celebertirmum, præcipuè tamen lib. περὶ κρισίων. καὶ [ὑποχροφαὶ λαμβάνουσι] ὅσοις ἀν οἱ πυρετὶ τῶ αὐῶντα, μὴτε σημείων γιγνομένων λυτικείων, μὴτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι. Et in Coac. Prænot. τ' πυρετ' οἱ μὴτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, μὴτε μετ' σημείων λυτικείων ἀφιέντες, ὑποδοκαίζωσι. Istum verò locum propriè mihi sic expressisse Cellus videtur. Febris autẽ quæ subitò sine ratione, sine bonis signis finita est, ferè reuertitur. * Cap. 7. lib. 2.

67 ὅστις σὴ ἀν ἢν πυρετὸν] Hunc totum locum adscribit & exponit Gal. lib. 3. περὶ κρίσεων, & repetitur in Coac. Prænot.

68 καὶ ἢ ὧν πα πυίεων] Lib. 3. de crit. legit Galen. & ὧν πα πυίεα πυίεων, ἢ φ. θινοπώρῳ πελάσῃ.

69 ὅσοι πεικόντα ἐτέων] Exemplaria quædam M. S. Regia ὅσοι παραεκόντα ἐτέων legunt. & in Coac. Præn. ὅσοιν ὑπὲρ & ἔτη κόντα γεγονόσιν scribitur. Gal. autem hîc & lib. 3. περὶ κρισ. ὅσοι πεικόντα ἐ πεσι legit.

70 ἢ & ὀρφνῶδες ᾖ] Hunc totum locum adscribit & exponit Gal. lib. 3. περὶ κρισ. & Com. 2. in lib. 1. epid. & lib. 1. de loc. aff. Ex hoc etiam loco ὀρφνῶδες σκοτῶν exponit Erot. apud Hip. ὀρφνη ἢ λέχε ἡ σκοτία. Exempl. quędam Regia M. S. habent, ἰῶ ἢ & ῥίγος ὀπιλάδιν quam lectionem sequitur Gal. libr. de crif. & ὀκιλάδιν legit Com. 2. in lib. 1. epid. Idem etiam ἐμήσι pro ἐμέτῳ habet.

71 πεπαρταῖοι πέζειν] πεπαρταῖοι πέζοι] μᾶλλον ἢ πεμπταῖοι legit Galen. Com. in lib. 1. epid. & lib. 3. de crif. Et exempl. quędam M. S. μᾶλλον & πεμπταῖοι. Corn. autem priorem lectionem secutus videtur.

72 ἐς ἢ πεπαρεσκαιδεκάτην] Sic legunt exempl. omnia. Gal. tamen Com. 2. in lib. 1. ep. legit, ἐς ἢ ἰσ ἀπδμήσασοι], & lib. de crif. ἐς πεπαρεσκαιδεκάτῳ, sine addito. Idem pro χμαίζοι] πέζοι] legit Com. 2. in lib. 1. epid.

73 ἢ μδρμαρυγαί] Ex hoc loco μδρμδρυγαί exponuntur Erot. λαμπηδόνες πυκναί, & ὦ ἀστραπαὶ πυκναί, αἰφνίδιοι, πυρώδεις. Quædam ante oculos tanquam imagines obuersari dixit * Celsus, & Prorrh. 2. vt scripsimus in nostra OEconomia, vbi & locum istum expressimus, & dictionem fusissimè exposuimus. * Cap. 7. lib. 2.

74 ὅσοι ἢ παιδίοισι] In Coac. Prænot. istud paulò obscurioribus verbis exprimitur. παιδίοισιν ὀξὺ πυρετὸς, & κοιλίης ἐπόστασις μὴ ἀχρυπνίης, & τὸ ὀκλακπίζειν, & τὸ χρῶμα μεταβάλλειν, & ἰχῶρ ἔξευθος, ἀπεκλῶδες. Vbi ea de re mẽtem nostram aperuimus. Huc verò propriè mihi referri videtur quod scribit * Celsus. Si in continua febre puero venter nihil reddit, mutaturq; ei color, nec somnus accedit, ploratq; is, assiduè metuenda neruorum distentio est. * c. 7. l. 2.

75 χρὴ ἢ τ' ἀβλοντα] Hunc totum locum explicat Gal. Comm. 4. in lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. vbi ὀκλωζόμενον legit.

76 χρὴ ἢ & τὰς φορὰς] Hîc secuti sumus vulgata exemplaria. Interpretes autem omnes Galeni lectionem, quæ est, & μὴ λαμβάνῃ τ' ἢ ὥρης καπάστασιν, quam etiam idem repetit Com. 1. in lib. 1. epid.

77 ἐπεὶ & ὀν Λιβύη] Operæpretiũ videtur apponere quod ad hunc locum his verbis adscribit Erotian. Λιβύη, Δήλω, Σκυθίη. νῦν Ἱπποκράτης ἠθέλησε & ῥία κλίματα τ' οἰκουμένης δηλῶσαι, Λυβίῃ μὲ αὐτικρὺ εἰπὼν, ἢ τ' Ἀσίαν ἀβὲ τ' Δήλου, τ' Εὐρώπῃ τ' ἀβὲ τ' Σκυθίας.

78 ἐξ ὧν χρὴ εἰδέναι] εὐ γνῶ χρὴ εἰδέναι legit Galenus, & quædam exemplaria, & μὲν ἐ & πολλαπάσια αὐ τ' ὀπτιχαίνῃ, habent, quam lectionem videtur proximè secutus vetus interpres.

IN LIBRVM DE HVMORIBVS.

Τὸ χρῶμα τ' χυμῶν] Hunc libellum περὶ χυμῶν indicatione apud omnes inscribi vt constans est fama, ita multis locis à Galeno Hippocrari attribui, qui tria etiam in eum conscripsit ὑπομνήματα, idem fatetur Comm. 3. in libr. 6. epidem. & initio quarti, quæ an ea sint quæ non ita pridem in lucem prodierunt, & hominum manibus nunc teruntur, non parua mentis speculatione indiget. Hunc verò libellum Erotianus inter σημειωτικὰ Hippocratis recenset, quem hac in re sequimur.

2 ὅκου μὴ ἄμπωτός ἐστι τ' χυμῶν] Hunc locum planè expressimus & exposuimus in nostra OEconomia, & ad eius intelligentiam alios Galeni locus qui plurimùm conferre videntur accommodauimus. Ex quibus locis apparet Galenum ὡς ἀφ' αὐτέων legisse in Commentariis verò qui hodie circumferuntur, ὥς ἀφ' αὐτέων legisse videtur, vt ad colorem in cute efflorescentem referatur, etsi αὐτέων quoque explicat. 3 ἀκπαὶ ἢ ἥπατι] Huc accommodatur aph. 21. lib. 4. eumq; adducit Galenus in Commentariis.

4 εὐλαβεῖν] Ante hæc verba apparet alia multa adscripta fuisse in veteribus exemplaribus ex Gal. Com. qui hodie circumferũtur.

5 ἄκη] Hunc locum in omnibus codicibus corruptum esse apparet. Nam in his Commentariis qui Galeni nomine circumferuntur, sic legitur, καθαρσις. κένωσις. ἄκη, purgatio, vacuatio, remedia. illicque multa de purgatione & vacuatione scribuntur, quæ duo sanè remediorum aut sanationum generibus corpori humano idoneis comprehenduntur, siue à natura, siue à Medico administrentur. ἄκη autem & ἰάματα, sanationes, medelas exponit Galenus in Exegesi, hoc fortè subindicato loco.

6 ἔκκλισις] Sic quidem legunt exempl. omnia. Cal. tamen ἔκλυσις legisse videtur. 7 παροξύνοισι] Hunc locum mihi subindicare ac explicare videtur Gal. lib. 4. Meth. med. vt etiã in nostra OEconomia subnotauimus. 8 ἢ ξυρῆνται] ξηρλῶται legendũ vt legunt Ald. etiam exempl. 9 μὴ & ἀκκεχυμένα] Hunc locum expressimus & indicauimus in nostra OEcon. ἀφοῦσι autem hîc intelligi videntur, ea spatia quæ vasa circundant, eæq; cutis partes in quas sanguis ex vasis effunditur & secedit, aut carnis laxitates (& ἢ ἀρκὰς, ἀφαιμάματα dicũtur) quas quidẽ modicè calefacere & exiccare cõuenit, vt sugillationes illę curẽtur. Aut certè per & ἀφοῦσι, ipsum in has partes secedentẽ & secretũ sanguinẽ intelligit.

10 ὅθεν

10 ὅθεν ἀθέλγεται] Hunc locum Galeno indicari scripsimus in nostra OEconomia, cùm ἀθέλγεται exponit in Exegesi, ἀπαθῆται, ἀπεκλύεται. Sic enim pro παρεῖται legendum illic esse monuimus, vbi & plures huius loci expositiones ex Erotiano & Hesychio adduximus, alteriúsque Galeni lectionis meminimus.

11 ἢ ἠπείου] Istum quoque locum ex Galeno in nostra OEconomia indicauimus & exposuimus.

12 ἐχεμόρροισι] Post ἐχεμόρροισι apparet Commentarios eos qui Galeni nomine circumferuntur ista addidisse, ἄσθμα, χάσμαν, φείκιν, quorum tamen in uostris codicibus nulla omninò fit mentio.

13 πυρέσσουσι ἐκμέτρῳ] Hunc quoque locum in OEconomia nostra expressimus & exposuimus.

14 φύσις] φύσις lego cum interpretibus omnibus, etsi φύσις legunt exemplaria omnia tum scripta, tum publicata, & Vaticana vt patet ex Caluo.

15 πλησμονῆς] Post πλησμονῆς, κενώσεις videtur legere Galenus, vt & post ὕπνων, ἀχρυπνίης aut ἐχεμόρροισι, quemadmodum etiam post πόνων ἀσπονίας additur, vt per contraria curatio indicetur, cuius rei etiam Commentarij Galeno adscripti mentionem hîc faciunt.

16 μνήμης] Post μνήμης λήθης videtur legere Caluus. At pro μνήμης γνώμης legunt exemplaria quædam manu scripta.

17 τῇ ὑστερικῇ καθαρσεῖ] Sic quidem legunt omnia quæ videre licuit exemplaria. Cornarius tamen τῆς ὑστέρης καθάρσιος legisse videtur & superioribus iunxisse.

18 οἷα κ' δὲ πάσιν] οἷα δὲ πᾶσιν, ἢ ἄ. legit Caluus.

19 οἷα & ὠσὶ ῥύπος] Codices Regij manu scripti, & ὁ ὠν ὠσὶ ῥύπος legunt. Est autem ista velut scoporum medicorũ recensio quędã.

20 ὀρχασμοὺς] ἐρασμοὺς vitiosè legunt exemplaria quædam manu scripta. Hanc autem dictionem exposuimus in nostra OEconomia, simulq; hunc locum indicauimus variamq; explicationem adhibuimus, siue emollitionem ac subactionem, aut veluti præparationem intelligas, siue irritationem, aut concitationem, aut irrumpendi impetum, à verbo ὀργᾶν, quod fecerunt omnes interpretes præter Caluum.

21 ἢ οἱ] Post hæc verba multa adscribuntur de alui egestionibus in Commentariis Galeno adscriptis, quæ tamen in veteribus exemplaribus non leguntur.

22 πῶ ὄρριψν] Hunc locum exposuimus & expressimus in nostra OEconomia. ὄρριψν hîc explicat Galenus lib. περὶ ὁδῶν & ῥίγος, τὸ μὴ καθαρὲς ἀνῶδες ζόνος ὁδόν, ἀλλὰ καὶ τῶν καθαρῶν νευρῶν & ἀ. ψυχρὸν σῶμα καταφέρεται. Sic enim scribit, πῶς ὁ τῶ περὶ χυμῶν ὄρριψν ἐκκαλεῖται, τὸ καταβεβλῆδζ δίκλω ἀψύχου σώματος, πωτὸς ἢ πῶτα πλείος ὀκκελυομένου π & ὀπολωλότος. Quæ ferè omnia hîc repetuntur in his Commentariis qui Galeni nomine circumferuntur.

23 & τ' αὐασμὸν] αὐασμὸν ξηρασμὸν ex hoc loco mihi videtur exponere Erotianus, vt & αὖον τὸ ξηρὸν, adducto Homeri testimonio, vt scripsimus in nostra OEconomia.

24 & τὸ ὀλερὸν πνεῦμα] Hanc dictionem ex hoc loco & Prorrhetico exposuimus in nostra OEconomia; vbi de hac dictione eadem ferè quæ in his Commentariis scribuntur, ex Com. 2. in Prorrh. adduximus.

25 τὰ ἐγλίς] Hunc mihi locum innuere videtur Galenus lib. 11. de vsu partium, cùm rationem reddit cur temporalium musculorum vulnera sint admodum noxia, ita scribens, εἰ καθ. οὕτω ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγε, πάντ' ἐγλίς, & τὰ κοινὰ, & τρεῖς μάλιστα κακῶ ται, ὅτι δ' ἐγλυπρὸν τ' κροταφιτῶν μυῶν, ὅτι δὲ πλεύσιμον νεῦρον ἐγκεφάλῳ μᾶλλον κεκοινώνηκεν ἕτερος μῦς. εὔλογον ἐπαίειν τ' κρὰ' αὐτὸς παθημάτων ὅλα πάλιστα τ' ἀρχεῖν.

Eundem quoq; istum mihi locum subindicare videtur Galenus Com. 3. in lib. de artic. his verbis, quæ vitiosissimè scribuntur nostris in codicibus, συμπάρῃ δ' τὰ ὁμοχρῶν & τὰ πλησίον, ἅπερ ἐπέλαπε & κὰν τῇ σωεγλίᾳ, & τὰ κοινὰ, & μάλιστα κακοῦται.

26 οἷα ὠφελέοισι] οἷα ὠφελέοισι lego cum interpretibus omnibus.

27 πῖσιν ὀν πῖσι πελιδόεσσι] Hæc repetuntur ex aph. lib. 1.

28 ἀρῶσι] Sic quidem legunt quotquot nobis videre licuit exemplaria. Commentarij tamen Galeno attributi, & Gal. Com. ad aph. 20. lib. 1. hîc ἀπαρῶ legunt, quam dictionem in nostra OEconomia exposuimus.

29 πέσσα φαρμακεύοι] Hæc repetuntur ex aph. 22. lib. 1. At verò ante hæc verba Commentarij Galeno attributi hanc sententiam adscribunt. τὰ κρίνοντα ὀδὶ τὸ βελτίων μὴ αὐτὰ ἐφιφαίνεται. Quam sententiam Galenus etiam ex hoc libro profert cap. 7. libr. 1. de Crisib. In codicibus tamen Græcis omnibus desideratur, & ab Hipp. scribitur lib. 2. Epid. sect. 1.

30 ἀδὶ ἀγκῶν] Hæc meliùs scribuntur aph. 21. lib. 1. Ideoq; scribendum videtur, ὅπη αὖ μάλιστα ῥέπῃ δεῖ τ' ξυμφερόντων χωρεῖν, ἔστω τῇ ἄγειν.

31 ὅκη δ' δὲ γνῶσι] γνῶσι & λυθυιῶσι legendum vt scripsimus in nostra OEconomia, etsi γνῶσι & γνῶσι vitiosè scribunt exemplaria omnia.

32 καὶ ἡ κοῦσσισις τοιαύτη ἐν τῷ παροξυσμῶν] τοιαύτη ὀν τῷ παροξυσμῶν legunt exemplaria quædam.

33 πῶτα δ' ἐγλίς ὅτω κρίσιος] ἐγλίς ὑ τῆς κρίσιος lego.

34 ὀν τῖσι πυρετῖσιν] Hæc ex aph. desumpta sunt 31. 32. 33. lib. 4.

35 δῆ & τῖσιν ὀν θείνδω] Constitutionis in Perintho tusticulosæ & pestilentis in fine sect. 7. lib. 6. Epid.

36 & ψυχῆς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, & Galeno adscripti Commentarij. ψύχοις autem pro ψυχῆς legere videntur Cornarius & Caluus. Cæterùm Vaticana exemplaria hunc locum sic legunt, κ' ἢ αὐτὸν λόγον συμβαίνει σώματος ὑπὸ χυμῶν σωτηρίς.

37 καὶ σώματα στρεοῖ] οἰδέα videtur legisse Cornarius & Galeno attributus Commentarius, vt tumor qui in naturali est corporis habitu, respondeat lienis tumori ex morbo. στρεοῖ tamen legitur in omnibus exemplaribus, idque exposuimus in nostra OEconomia.

38 ψυχῆς ἀκρασίν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ψύχοις ἀκρασίν legisse videtur Caluus.

39 αἱ μεταβολαὶ ἐξ οἴων] Hũc mihi locum subindicare videtur Galenus lib. 2. de Temp. cùm scribit, πῶτα αὖ ὁμδρπεύοισιν οἱ τὰ περὶ κράσεων ἡμῖν ὑπομνήματα καὶ παλαιοτῆτες, ὅτι ἢ τρεῖς τῆτες, ὅτι μὲν δὲ μέμνηνται τοῦ περὶ Ἱπποκράτες ὀρθῶς τὰ παρηνημένα, ἢ δὲν ὑπεσκέπεδζαι τὰς μεταβολὰς ἐξ οἵων εἰς οἷα γίνεται. Rursus Com. in aph. 11. lib. 3. his verbis, εἰρήκει οἱ αὐτὸς, ὅχ' ἁπλῶς χρὴ σκοπεῖδζ τὰς ἀνεστώσας καταστάσεις, ἀλλὰ & τὰ ἐξ οἵων εἰς οἷα εἰσὶν αἱ μεταβολαὶ περεσκοπεῖδζ. Similisque locus est sect. 8. lib. 6. Epid. aph. 18. & 21.

40 ἢ ζητέων] Pro ζητέων ζητησίων legunt exemplaria Regia manu scripta & Vaticana.

41 ὀφθαλμὸ τε κοῖλον παρόντα] Huius loci meminit Galenus Com. 1. in lib. 3. Epid. his verbis, λέλεκται γοῦν κἀν τῷ περὶ χυμῶν, καὶ ὀφθαλμὸν κρημνῶν παρόντα τὰ σπέλεα τρέμειν, ἀλλ' τὸν φόβον δηλονότι τοῦ καταλύσοντος τὴν ἀνάγκην. Vbi etiam eadem ferè de tremore scribuntur, quæ in Commentariis istis Galeno attributis. Libro quoque de motibus manifestis & obscuris Galeno attributo, cap. 8. hoc exemplum apponitur. Vbi certè pro ὀφθαλμὸ κοῖλον, ὀφθαλμὸ κρημνῶν etiam mihi interpres legisse videtur, cùm incedere super apicem pinnaculi, aut montis excelsi dixerit.

42 ὄρις ἐξαίφνης] Hoc exemplum etiam adscribitur libro de Motibus manifestis & obscuris Galeno attributo.

43 ὅπως ὑπακούει] ὅπως ὑπακύει aut ὅκως videtur legisse Galenus & Cornarius.

44 ὀν ἐλέοισι κοῖτη πτώσσεσι] πτώσσεσι ῥυπαροῖς ex hoc loco mihi exponere videtur Erotianus apud Hippocratem. κοίτῳ autem oui le aut ouium sordes intelligit.

45 καὶ τὸ ὀφθὲ βασιλεῖ λεγόμενον] Cuminum Æthiopicum Regium Hippocrati dictum testatur Dioscor. cap. 68. lib. 3. & Pl. cap. 15. lib. 20. videlicet quia efficacius in Ægypto iudicauit. Cuminum autem potum aut illitum colorẽ pallidum reddit, vnde pallens dicitur, vt pallentes curæ, quòd pallorem inferant.

46 ὅσα κεφαλῆς ἀνῶγα] ἐκ κεφαλῆς ἀνῶγα videntur legisse Galenus & Cornarius, cùm intelligantur ea quę pituitam euocant, eãque per nares ex capite educunt, aut lachrymas cient, capũque expurgant.

47 ὥς ἀφ' πῖσι Λεύδροισιν ἡ γῆ] Hunc locum profert & explicat Galenus lib. 6. de Plac. Hippocr. & Plat.

48 ὥς ἀφ' γῆ κοπρευομένη] Istum locum longè aliter mihi videtur legisse Caluus.

49 ὥς ἀφ' ὑδρίον] Hic locus mihi videtur à Galeno subindicari in Exegesi, cùm ὑδρίον, ἢ μικρὰ ὑδρία ὑποκιεστικῶς exponitur, vt scripsimus in nostra OEconomia.

50 & καθαρσίοις ἢ νόσοι] Sic quidẽ legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria, & etsi tolerari potest, vt ex morbi constitutione, circũscriptione, ac veluti quadã ex totius morbi temporibus cõpositione, forma quædã morbi dignoscatur, veluti peracutũs ne sit, an acutus, an diuturnus. Malim tamẽ ἢ καθαρσίοις ἢ δὲν legere, vt aëtis, nos ambientis temperiem ac condicionem obaudias, vt ex ambientis nos status natura tum vniuersali, tum singulari, morborum forma & præcõgnitio ducatur, quod etiam iudicauit Hippocrat. lib. 1. epid. sent. 3. Eamq; mihi lectionem secuti videntur ferè Galeni Commentarij & Cornarius.

51 αὐόμαλον ἡάλτος] Eadem ferè ſcribuntur aph.4.lib.3. Quod ſequitur, ⊗ ἐν τῇσιν ἀῇσιν ἄρησι καὶ λόγον, mihi rectiùs præcedentia ſpectare videtur.

52 πὰ μὲ ἀπὸ ὀδλέων βορβορωδέων] Sic quidem rectè legunt exemplaria omnia, etſi quędam Regia manu ſcripta βοῤῥωδέων habent.

53 ἄρης δ᾽] Nunc locum aliter mihi legiſſe videntur omnes interpretes.

54 ὅταν οὖν ⊗ ὁ ἀὴρ] ὁ ἠὴρ legunt quędam exemplaria Regia manu ſcripta, vt etiam Vaticana, ἐὴρ verò Aldina. Sed πὴρ aut πὴαρ lego cum Galeno & Cornario.

55 καὶ ὀπωδηχμεῶν] Hanc dictionem expoſuimus in noſtra OEconomia, ſimúlque hunc locum expreſſimus.

55 ⊗ φθινοπώρε] Sic quidem legunt omnia exemplaria, ſed φθινόπωρον lego cum omnibus interpretibus.

57 ἐὰν περεκρηνύουσι] Iſtum locum expreſſimus & fuſiſſimè ex Galeni mente expoſuimus in noſtra OEconomia.

58 νόσοι βαρυήκοοι] Vide aph.5.lib.3.

59 ἢν μᾶλλον πλευνάζῃ] Hîc quidem codicum pluralitatem ſecutus ſum, vt ad ſequentia referrem. etſi quædam exemplaria precedentibus adiungunt. Hæc autem verba idem ſignificare videntur, quod ſcribitur aph.7.lib.3. καὶ ἢν μὲ ὀδὶ πλέον ἢ τὸ ἔτος πιῶν τὸν ἐὸν, οἷόν τὼ καθεστῶν ἐπίσκοπον, ὡς ὀδὶ τὸ πολὺ, ⊗ τὰ νεσήματα πιαίνεται δεῖ περεσδέχεσθαι, quibuscumque etiam redundantibus in corpore excrementis, & quomodocumque affectis corporibus, aut ex alio anni tempore, aut illo ipſo temporis ſtatu, & quocumq; in corpore inualeſcente humore.

60 αἱ μεταβολαί] Eadem ferè ſcribuntur aph.1.lib.3.

61 καὶ τὰς ἀῇας καταστάσιας ἢ νόσων] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed τὰς ἀῇας μετατάσιας lego, deinde ἢ νόσων ἀῇας περὸς ἀῇας, vt ὥρας ſubintelligas, quò faciliùs aph.3.lib.3. reſpondeat. Quam lectionem etiam ſequuntur Galeni Commentarij, iidemq; τὰς καταστάσιας aëris ſtatum ac condicionem, & ambientis temperiem exponunt. Ex cuius varietate pro cuiusque natura morborum genera dependent.

62 καὶ περὸς καταστάσιας νόσων] Sic legunt omnia quæ vidimus exemplaria, iſtamq; vulgatam lectionem ſecuti ſumus. Hæc autem verba ſequentibus iungũt Commentarij Galeno attributi.

63 ὕδατα ⊗ αὐέμους] Hîc ὕσματα pro ὕδατα habent exemplaria quędam, vt etiam paulò pòſt, quam etiã lectionem ſequuntur Galeno attributi Commentarij.

64 ἢν μὲ ὀδὶ πλέον] Vide aph.7.lib.3.

65 ὅπ πιότε χαμαῖνος περεγιομένε] περεγιομένε legunt Aldina exemplaria, & πιότερ ἢρ ἕτε ἕρος ἔσται.

66 οἱ αἱμορῤῥοΐδες ἔχουτες] Hic locus repetitur aph.28.ſect.3.lib.6. Epid. vbi eum fuſiſſimè expoſuimus, vt & in noſtra OEconomia.

67 ἴσως δ᾽ ὀδὲ ἀῇφοῖσιν] ὀδὲ ἀῇσιν legiſſe Galenũ apparet ex Commentariis qui eius nomine circumferuntur, velut etiam lib.6. Epid.

68 συχνοῖσι τοῖσι πυκνοῖσιν] συχνοὶ legiſſe Galenum & Cornarium apparet, quam lectionem etiam ſecuti ſumus ex lib.6.Epid.

69 καὶ ὅσαι ἀῇαι ἀποτάσιες] Hunc eſſe nobis ſenſum diximus, id eſſe ſpectandum in reliquis abſceſſibus, quemadmodum in hæmorrhoidibus multos intempeſtiuè curatos, ex ſuppreſſa humorum redundantia, multis & perniciosis morbis corripi ſolere. Quod verò ἑτέρων ἄκος ſcribitur, etſi de reliquis abſceſſibus, qui humorum redundantiam ex toto corpore effundunt, intelligi poteſt, ad fiſtulas tamen proprio quodam modo referunt Galeno attributi Commentarij. ἀποτάσιες autem pro ἀποτάσιες legitur in Epid. & longè aliter.

70 ὅσα πέφυκεν] Hic mihi horum verborum ſenſus eſſe videtur, quæ in omnibus exemplaribus hoc modo leguntur, etſi longè aliter lib.6.Epid. ſcribũtur, & ab Hippocratis interpretibus variè ſcripta & agitata eſſe teſtatur Gal. Commentariis in lib.6.Epid. & hoc loco. περεγιομένα tamẽ legiſſe Galenum apparet, cùm περεγιόμενα habeant exemplaria omnia. Eadẽ tamen eſt notio, ſiue eadem accedant impedimenta, ſiue ea impedimenta ante fiant, cùm ea ſi priùs fiant, morbos præcaueant, eósq; fieri prohibeant. Veriorem tamen ſcripturam eſſe, lib.6.Epid. diximus. Quòd verò in fine ſcribitur, ἀῇσιν αἱ κοινωνίαι, etſi in codicibus omnibus ſcribitur & Galeno attributis Commentariis, ea tamen valde ſuſpecta ſunt, quod in Epidemiis & à Cornario omittantur, etſi poſſunt ad ſequentia referri, vt fecimus.

71 οἱ ὑπόπλοι τόποι] ἄλλοι τόποι ὑποδεξάμενοι videntur legiſſe Galeno attributi Cõmentarij & Cornarius, quę lectio ex lib.6.epid. deſumpta videtur. Cuius magnam eſſe in codicibus varietatem cùm indicent Galeno hîc attributi Commentarij, & Galenus Com.in lib.6.Epid.eadem tamen eſt vtrobiq; notio.

72 ἀῇσιν αἱ κοινωνίαι] Hîc vulgatam ſcripturam & exemplaria omnia ſecuti ſumus cum Caluo, & iſta ſequentibus adiunximus, cuius etiam lectionis meminit Galenus Com.in lib.6.Epid. & Commentariis in hunc locum. Manu verò ſcripta exemplaria quædam ἀλλ᾽ οἶσιν αἱ κοινωνίαι legunt, vt ſcripſimus noſtris in lib.6. Epid.annotat.

71 κάλυσις] Hîc ſecuti ſumus Galenum & interpretes, idq; ſequentibus adiunximus, etſi iſtius lectionis meminit Galenus Com.in lib.6.Epid.in fine ſect.3.vbi hæc ſententia repetitur.

74 πὰ ὠδεῖ πὸ ὅς] Hæc eadem ſententia paulò aliter legitur initio ſect.4.lib.6.Epid. & lib. ὠδὶ κρισίων. Vbi autem hîc legitur in omnibus codibus, ἢ ὑποτροφῆς κρινόμενα, ἢ ὑποτροφῆς ἡγουμένης legiſſe videtur Cornarius & Galenus ex lib.6.Epid.

75 ⊗ πάνυ] Hæc verba duplici notione intelligi poſſunt, vt multò magis abſceſſu liberentur, ſi larga & liberalis contingat è naribus ſanguinis profuſio. Aut ſi abundè & copiosè ſanguis ex naribus erumpat, longè certiorem fieri iudicationẽ, cùm alióqui futura non ſit morbi ſolutio, quomodo ſumpſit Galenus in Commentario. Legitur autem hæc ſent. lib.6. Epid. ſect.4. & libello ὠδὶ κρισίων paulò aliter. Cæterùm omnia exemplaria hîc legunt, ὅῃ πὸ ἢ Ἀριςῤῥόεος, ſed Ἀρχῤῥόεος legunt Galeni exemplaria, vt & lib.6.Epid. Caluus verò Ἀνῤῥόεος legit.

76 ὦ πὸ ὕπερον] Hæc ſent. etiam aliter legitur lib.6.Epid.ſect.4.

IN LIB. DE IVDICATIONIBVS.

Περὶ κρισίων] Huius libelli aliud fuiſſe principium Caluo ſatis conſtat, in quo quid Criſis ſit in morbis, & quantum Medico cõferat, oſtenditur. Videturq; libellus iſte parũ integer, ſed variè ex aphoriſmis, Prognoſtico, & aliis Hipp. locis conſarcinatus. Exemplaria verò quędã ἄκρ ὀγκῆς legunt, quędã etiã ὀγκῶ.

2 ἰδρῶτες δὲ ἄῃστοι εἰσὶν] Hæc ex Prognoſtico ſumpta ſunt, eóq; referenda.

3 παχυῤῥεῦς δ᾽ ἀχρὴ] Hæc quoq; ex Prognoſtico ſumpta ſunt.

4 ὑπνώδεστεροι δ᾽ ἀῇαπελῦσιν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed εὐπνόεστεροι legere malim, cũ paulò poſt iis δυςπνοήτους opponat.

5 οἱ δ᾽ πυρετοὶ κρίνοι] Iſta ex lib.3.Progn. deſumpta ſunt.

6 μείονα μὲ εὐνῶς] Caluus iſtud de vrinis ſumpſit, & μείονα μὲ ἔχει legiſſe videtur.

7 ἀῇᾳ ὑγιὴς γίνεται] ὑγιὲς legunt Aldina & Vaticana exemplaria.

8 ἢ θερμὲ ἀπόντος] ἢ θερμὲ ἐπαπόντος legunt Aldina exemplaria.

9 ἢ ἀῇᾳ ὑγείω ἰχωρίω] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria, ſed Vaticana ἀῇῤῥοίω ἰχωρίω legunt.

10 ἐ ἀ᾽ ἀῇη ἐφίσταται] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed ἀφίσταται lego cum interpretibus.

11 τεταῖος] Id de tertiana febre dici teſtatur aph.59.lib.4. quãquam Caluus aliter accipit, & τεταρταῖος legere videtur.

12 ὀκόσοις ἐν ἀφορήσις] Hæc ſententia ſumpta eſt ex aph. 63. & 64.lib.4.

13 πὰ ὀξέα νοσήματα] Aph.23.lib.2.& in Coac. Prænot. vbi hæc ſententia repetitur, non additur ὡς ὀδὶ τὸ πολύ.

14 ἰδρῶτες] Hæc ſententia ſcribitur aph.36.lib.4. ſed trigeſimũ primum diem hîc adſcribit Cornarius ex aphoriſmis, cùm τεσσεράκοντα ſcribant exemplaria omnia, vt τεσσεράκοντα Aldina, cùm in eam diem iudicationes cadant ex Hippocratis doctrina, etſi ſeptimus & vigeſimus dies & trigeſimus primus, & trigeſimus quartus rarò per ſudores iudicent, vt ſcribit Galenus.

15 ὠδρόδεσμα δύο] Caluus hoc cum negatione legiſſe videtur, contra omnium codicum fidem.

16 ἢν πὸ νόσημα παρεῤῥέῃ] ἢν lego cum cæteris omnibus exemplaribus, & ἐπὶ πάνεται.

17 ἐν πῖσιν ὑποχονδρίοισιν] Hæc ex Prognoſtico deſumpta ſunt.

18 μὴ καθαρὸν ἢ] Sic quidem legunt exemplaria omnia: iſtáque lectio retineri poteſt. Verùm cùm iſta ex Prognoſtico ſumpta ſint, nos cum Cornario negationem ſuſtulimus, & ad id quod ſcribitur in Prognoſtico retulimus. εἰ δ᾽ ἀῇαλέοιτο, ⊗ ποτὲ μὲ καθαρὸν ἠρέοιτο, πότε δ᾽ ὑφίσταιτο τὸ λευκὸν ⊗ λεῖον, χρονιωτέρε γίνεται ἡ νοῦσος, ⊗ ἧσσον ἀσφαλής. Quod etiam paulò poſt eadem notione repetitur. Nos tamen in reliquis vulgatam lectionem retinuimus, vt χρονιωτέρη ἡ κρίσις

ἡ κρίσις legimus. Aldina verò exemplaria pro κρίσις κίνησις vitiosè legunt.

19 ὀκόσ᾽ δ᾽ πόδαγρικά] Hoc deſumptum eſt ex aph.49.lib.6.

20 ἢ ἰδρώτων] Id etiam ex Prognoſtico ſumptum eſt.

21 ὅρον δ᾽ ἐὰν τὸ τε μὲ] Iſta ſine ordine repetita tumultuariam huius libelli confarcinationem arguunt, ſumpta tamen ſunt ex Prognoſtico. Aldina verò exemplaria πολὺ χρόνε, pro πολὺ χρόνον legunt.

22 ἐν τοῖσι πυρετοῖσι] Eadẽ ſcribuntur lib.4.de rat.vict.in morb. acut. vrinarum variam mutationem morbi diuturnitatem, indicare, quòd plures & varias ſubeſſe affectiones neceſſe ſit, vt illic ſcribit Galenus.

23 ψυχροὶ ἰδρῶτες] Hæc ex Prognoſtic. & aph.37.lib.4.deſumpta ſunt.

24 καὶ τυτθὸν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen aph.39.& 40.lib.4.ſecutus eſt.

25 κλῶ πυρέσσουσι] Aph.eſt 56.lib.4.

26 ὑγιαίνουσι] μὴ ὑγιαίνουσι legunt Aldina exemplaria. ἀκρήτως quoque ſuſpectum eſt, & ἀκρίτως malim.

27 ἐς τὸ αὐτὸ χωροῦσι] Apparet decerptum eſſe ex aph. 69. lib. 7. ideóque incertum eſt, an de alui egeſtionibus, an de vrinis accipi debeat. Et certè id mihi parum integrum videtur.

28 ὀκόσοις δ᾽ ἐν τῇ κάτω ὑποχωρήσει] Iſtud ſumptum eſſe ex aph.70. lib.7.apparet, etſi detruncatum videtur.

29 ἐὰν αἱ φλέβες σφύζωσι] Iſtud de febribus intelligendum, in quibus magna eſt temporum pulſatio, largáque ſanguinis ex naribus profuſio expectanda, ſatis indicant quæ ſcribuntur in Coac. Prænot. & lib.2.Epidem. ſect. 6. vbi hæc repetuntur, ibique expoſuimus, etſi vtrobique non ſimiliter ſcribuntur, vt etiam in calce huius libelli. Quod etiam hîc ὀδυνῶς ἰσχυρῆς ſcribitur, illic ὀδυνῶς ἰσχύν. Hîc etiam ſimpliciter venæ pulſare dicuntur, quod de arteriarum in temporibus pulſatione intelligitur in Coac. Prænot. etſi de vernarum in manibus pulſatione in huius libri fine & lib.2. Epid. accipitur, de quibus etiam παλμὸς ſequente ſententia ſcribitur.

30 ὅσοι ὑπὸ πτάνε] Aphoriſmus eſt 6.lib.5.

31 μήτε σημείων ἡγουμένων] ἡγουμένων lego, etſi ἡγουμένε legunt exemplaria omnia vitiosè.

32 αὖται δ᾽ ⊗ ὑποτροφαί] Vaticana exemplaria αὖται δ᾽ αἱ ⊗ ὑποτροφαί legunt.

33 καὶ ἢν ἡμέρας λάβῃ] Sic legunt exemplaria omnia publicata. Vaticana verò, ⊗ ἢν μέᾳ ἡμέρας λάβῃ legunt, quæ ſecutus eſt Caluus.

34 ἡ νοῦσος κρισίμῳ ἡμέρᾳ] ἡ νοῦσος κρίσιμος legunt exemplaria Aldina.

35 ὅταν δ᾽ ⊗ ὑποτρέφει] ὁπὲ δ᾽ lego cum Cornario.

36 τὰ παρ᾽ ἕκ.] Hæc ſumpta ſunt ex ſent.1. ſect. 4. lib. 6. Epid. & lib. ὠδὶ χυμῶν, vbi paulò aliter leguntur.

37 ἢν ἕρον παχὺ] ἢ ἕρον παχὺ legunt Aldina & Vaticana exemplaria, quæ ſecutus eſt Cornarius, vt id ad præcordia referatur, ex aph.74.lib.4.

38 ἢ τὰς τεταρταίοις] Siue id ad quartanas referas, vt faciunt Interpretes, ſiue ad iudicationem quæ quarto die contingit, certum eſt parum tutam & valdè ſuſpectam eſſe iudicationem, quæ per ſanguinis ex naribus eruptionem cõtingit, & τεταρταῖα αἱμορῤῥαγίαι Hippocratis reſcriptis multis locis damnantur, hícq; de infida iudicatione & recidiuam faciente agitur. Quod ſequitur, ⊗ τῆς πύα ἀποχωρέουσα ὑγιάζειν νόσους, valde ſuſpectum eſt, etſi in eo conſentiunt omnia exemplaria. Cornarius ⊗ τῆς δὲ ἀποχωρέουσα ὑγιάζειν νόσους legiſſe videtur, vt ſanguinis profluuia eos morbos qui per alui deiectiones ſanari ſolent, non ſoluant. Sed lego, ⊗ τοῖς πύα ἀποχωρέουσα ὑγιάζει νόσοις, hoc ſenſu, vt ſanguinis profluuia minimè eos morbos liberent, quibus pus prodiens ſanitatem confert.

39 τοῖς μελαγχολικοῖς] Aphoriſmus eſt 11.lib.6. ſed pro φρενῖτιδων νεφελῶκῶν lubentiùs legerem.

40 ὅσοι μαίνονται] ὅσοι μαίνονται κὼ πυμάτῳ ἀπαλλασσόμενοι, legiſſe videtur Cornarius, cùm tamen ἢ ὠὰ πυμάτου legant exemplaria omnia.

41 ὀκόσοι ἐν τῇ γλώσσῃ παφλάζουσι] Hunc locum mihi videtur ſubindicare Galenus in Exegeſi, παφλάζισιν exponens & φλάζοισιν, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, qui etiam repetitur lib. 2. Epid. vnde ſumptus videtur, vt in eorum altero φλάζοισιν legiſſe videatur.

42 ἢ ὀδυνῇ ἰσχυρῇ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ſed lectionem lib.2.Epid. ſecutus ſum cum Cornario.

41 ἢ μανίῃ] ἢ μανίῃ lego cum Cornario ex libr.2. Epid. etſi illic locus iſte parum eſt, integer, quem tamen illic abundè noſtris Commentariis expoſuiſſe videmus, atque etiam expreſſiſſe quinam morbus magnus dicatur ὃν ἔθει ἡγούμενος, vt & in noſtra OEconomia. Sunt autem hæc omnia iudicationum difficilium valdè obſcura exempla, ideoq; etiam parum integra.

44 ὅσοις ἐν τοῖσι καύσοισιν] Hæc ſolutionis febris ardentis exempla repetuntur lib.2.Epid.ſect.5. & morbi comitialis ſolutiones eſſe ſcribuntur, vt illic expoſuimus.

45 ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ] Aphoriſmus eſt 58. lib. 4. qui etiam repetitur in Coac. Prænot.

46 ὅσοις ἐν τοῖσι καύσοισι] Hæc repetuntur ex aphoriſ. 26.lib.6.& Coac. Prænot. vbi iſtam ſententiam abundè expoſuimus.

47 ὅσοις αὖ ἐν τοῖς πυρετοῖς] Hæc ex aph.60.lib.4.ſunt petita.

48 ὅσοισιν ὀδυῶδες γίνουσι ὀξαπίνης] Hæc ſententia mihi videtur ſubobſcura & parum integra, & ex Coac. Prænot. repetenda, vbi illius explicationem attulimus, & ἢ ὠδὲ σκέλεα ὀδυώδες, pro πεσκελέες ὀδυώδες legendum diximus, etſi ὠδεσκελέες ὀδυώδες dolores moleſtos & graues ſignificare poſſunt, quòd ὠδεσκελὲς, σκληρὸς, δυσχερὴς exponitur Heſychio. Quod ſequitur, ὑῤῥὸ λαμβάνει πυρετὸς, mihi ad ſolutionem exempla referri videtur, cùm dolor ad inferiora ſecedit, velut ad coxendices, & crura, aut tibias. Neque enim vehemens febris corripit, niſi prępipua viſcera attentẽtur.

49 ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ] Aphor. eſt 14.lib.6. qui etiam repetitur in Coac. Prænot. Illud verò κὰ φλέβας non alium mihi ſenſum habere videtur, quàm quod ſcribitur in aphoriſmis, πὸ κὰ πὰς φλέβας ἐς ἢ κοιλίῃ ὕδατος ῥυέντος, aut quod ſcribitur in Coacis, κὰ φλέβας ἐς κοιλίῃ ῥαγέντος ἢ ὕδατος. Siue igitur aquoſa proluuies in venis contineatur, ſiue in ſpatiis inanibus & corporis conceptaculis, ea ſi per venas in veſicam aut aliam effundatur, ſoluitur morbus, nec aliter depellitur (quod etiam rectè dixit Horatius) niſi cauſa morbi Fugerit venis & aquoſus albo Corpore languor.

50 ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος] Ex aph. 29. lib. 7. petita eſt ſententia, quæ etiam multoties repetitur apud Hippocratem in Coac. Prænot. & lib.1.de morb.

51 ὅσοι ὑπὸ διῤῥοίης] Codices Vaticani ante hanc ſententiam hæc opponunt, ὑπὸ διῤῥοίης ἐχομένῳ ἰχωρῆς, ἔμετος δὲ ἡγούμενος ἀπὸ ἢ αὐπμάτου λύσις. Quam lectionem ſequitur etiam Caluus. Eſt autem aph.15.lib.6.lib. 1. de Morb. repetitus. Reliqua ſubobſcura & parum integra videntur, vt & Aldina exemplaria, quæ πολλὼ χρόνε legunt.

52 εἰλεοῦ δὲ πτηγομένῳ] His locus ex lib.2.Epid. ſumptus videtur, ſect.6.vbi repetitur, & paulò aliter legitur, quem noſtris in illum locum Commentariis abundè expoſuimus.

53 κεφαλὴ ὠδεωδεωνωῦτα] Aphoriſmus eſt decimus lib.6.

54 ὀκόσοισιν ὑγιαίνοισιν] Aphoriſmus eſt 51.lib.6.lib.etiam 2.de Morb. repetitus.

55 ὀφθαλμιῶντα] Sumpta eſt hæc ſententia ex aphor.17.lib.6.in Coacis Prænotionibus etiam repetita.

56 ὑπὸ ἀπαυσμοῦ] Ex aphor. 57.lib.4. petita eſt hæc ſententia, multis aliis locis apud Hippocratem repetita, vt lib.1.de Morb. & Coac. Prænot.

57 ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ] Hæc ſententia ferè iisdem verbis repetitur in Coac. ſent. 157. vbi eam abundè expoſuimus, & ex lib. ὠδὶ πόνων ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον deſumptam eſſe meliúsque adſcriptam teſtati ſumus. Quod etiam ſatis indicant quæ ſequuntur, ὁπόσων ξυνῳδεόμενος πὰς χεῖρας καὶ πὰς πόδας μανίῃ ἐμπεσοῦσιν, quæ illic ſuo ordine adſcribuntur, hîc verò omnia interturbant nihilque cohærer, vt nec ea quæ ſequuntur de venarum in manibus pulſatione, quæ iam ſemel hoc libro repetita, vitium manifeſtè arguunt, vt ne addam vitioſam & parum conſtantem exemplarium lectionem. Quare ea omnia cum Cornario omittenda & reſecanda cenſemus. Et certè Vaticana exemplaria defecta eſſe videntur & aliquid deſiderari ſuſpectant, vt etiam ex Galeno patet.

IN LIB. DE DIEBVS IVDICATORIIS.

Μερεμόρος] Hic libellus ex variis Hippocratis ſcriptis ferè conſarcinatus, non longe meliore fortuna quàm ſuperior vlus eſt. Et vterque cùm ad σημείωσιν & prædicendi ratio-

nem pertinet, b Erotiano est præteritus. Exemplaria autem manu scripta Regia & Vaticana μόγις κέρδος legunt, sed in Vaticanis supra κέρδος adscriptum est, quam lectionem etiam secutus est Caluus. Hoc verò principium ex fine lib. 3. Epid. hic adscriptum est.

2 ὁ δ' γοιῦς] ὁ δ' νοιῦς legunt exemplaria Vaticana pro γοιῦς, sed vtramque lectionem apposuit Caluus.

3 ἑκαστὸ, πνύσημα ἀγαθὸν] ἐκάστου videtur legisse Cornarius faciliore sensu, & ad καθεστῶν retulisse, quemadmodum scribitur in fine lib. 3. Epid. vbi ista iisdem verbis repetuntur, & nos ad finem pest. status apposuimus. Potest & publicata lectio ferri, vt sigillatim quinam morbus bonus, quinam periculosus sit, aut in temporis constitutione, aut in morbo, nosse oporteat. Possumus etiam hîc sequi lectionem lib. 3. Epid. vt communem temporum cum morbis affectionem & habitudinem respiciamus. Quam lectionem etiam nostris in illum locum Commentariis ex melioribus codicibus integram reposuimus.

4 ἐὰν αὐτῇ τῇ ὥρῃ] Aldina exemplaria & Vaticana ἐὰν μὴ αὐτῇ τῇ ὥρῃ τῆς νεσήματος ξυμμαχήσῃ legunt, quam lectionem cum Interpretibus omnibus secuti sumus, etsi αὐτῇ τῇ ὥρῃ vitiosè legunt Alidini codices. Si verò anni tempus cum morbo ægrum oppugnat, & illi copias auxiliares adfert, sinistri augurij non superstitis futuri ægri signum est.

5 ἔπειτα δ' ἰῶν ἀεὶ τὸ πρόσωπον] Id videtur sumptum ex Coac. Prænot. sent. 15. vbi prædictionis ex facie notæ apponuntur, vbi istud etiam exposuimus.

6 καὶ τὸ πνεῦμα μανότερον Θ λεπτότερον] λειότερον videtur legisse Caluus cùm leniorem spiritum dixit, velut etiam legitur in Coacis Prænot.

7 καὶ ἐς τὸ πρόσω δικρουῦ] Sic legunt exemplaria omnia publicata vitiosè, & manu scripta Regia, οἱ τῷ πρόσω δικω non magis integrè. Lego autem Θ οἱ πρόσω τὸ δικρουῦ τῇ γλώσσῃ ὥσπερ σιάλω λευκῷ ἐπαλείφεται, velut nostris in Coac. Prænot. Annotat. scripsimus, vnde totus hîc locus sumptus est, eúmque abundè exposuimus. Caluus verò ἐπαλείπεται pro ἐπαλείφεται ex scriptis codicibus legisse videtur, quemadmodum etiam in Coac. Prænot. καθαλείπαις pro καθαλείφεται ex manu scriptis codicibus adscripsimus.

8 οἱ μὴ οὖν] οἱ μὲ οὖν σμικρὰ παῦσε ἐν lego cum Cornario, & Caluo.

9 ἰῶ δὲ ἐπ' παχύτερον] Sic vtrobique legunt exemplaria omnia, sed vltimo loco lego cum Cornario, ἰῶ δ' ἐπ' παχύτεον, aut ἰῶ δὲ ἐπ' παχύ τεον, ex codicibus scriptis, quod etiam fecit Caluus.

10 νῦν δ'] Hæc ex sent. 213. Coac. Prænot. desumpta videntur, vbi etiam à nobis explicantur.

11 τὰ δ' ὀξέα τῶν νουσημάτων] In codicibus Regiis manu scriptis, περὶ ὀξέων νουσημάτων adscribitur. Quæ verò hoc loco acutis morbis tribuuntur, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, περὶ παχέων scribuntur, etsi aliquantulum variant.

12 Θ προσφαίρεσθαι] προσφέρεσθαι lego aut προσφύεσθαι, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν.

13 Θ πιαῦτα λέγῃ οὐ ὀρέων] ὡς ὀρέων μάχας Θ πολέμους legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν.

14 Θ ἰῶν τὴν ἐρήμην ὁδὸν βαδίσῃ] Hunc locum aliter legit Cornarius, & lectionem libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν adhibuisse videtur.

15 ἰῶν μὲ δὴ τὴν τρώμαθα γίνηται] Hîc lectionem libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν adhibeo cum Cornario.

16 τὸ σῶμα αἰσίγαν ὑ δυώσεται] ὑ δυώσεται meliùs legitur ex lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν.

17 ὁ δ' πέπανος] Hîc mihi sequenda fuit lectio libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, quam hîc vitiatam esse apparet, & ex illa desumptam.

18 φύσει γὰρ ἅπαξ] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Corbnarius tamen pro φύσει, φλέγει legisse videtur. Hunc autem mihi sensum hæc verba habere videntur, vt febris ardens sua natura cùm semel inuaserit, totum corpus accendi necesse sit.

19 δίψα μὲ οὖν πολλὴ ἔχει] τὸν ἄνθρωπον lego, istaque desumpta videntur ex lib. 3. de Morb. in febre ardente, vbi iisdem ferè verbis repetuntur. Hi linguæ in febre ardente ad perniciem tendente gradus, abundè mihi explicati videntur sentent. 229. Coac. Prænot. vbi etiam istum locum adscripsimus.

20 ἰχράδες δὲ] Hæc repetuntur libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, vnde desumpta videntur.

21 ὑ μεθαιρέεται] Hîc interpretes omnes lectionem libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν vt puriorem secuti sunt, & ὅσον αὐ μέγιστον δύνῃ lego.

22 γένεται δὲ ἀπὸ χολῆς] καὶ φλέγματος addendum videtur, vt locus sit integer.

23 βληχώδες] Post hæc verba legunt exemplaria omnia, ἀλλὰ χρὴ ὧδε μελετᾶν, quæ reiecimus cum Cornario, quod translationem ex lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν arguant.

24 ἴκτερος δὲ ἔστιν] Hæc desumpta sunt ex libr. 3. de Morb. vbi paulò aliter leguntur.

25 ἢ δὲ περιπλευμονίη] Hæc quoque ex lib. 3. de Morb. repetuntur, & paulò aliter scribuntur.

26 τελευτῶσι δὲ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed τελευτῶσι lego vt lib. 3. de Morb.

A

ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΩΝ
HIPPOCRATIS,

Hoc est,

PRÆDICTORVM,
LIBRI DVO,

Quorum vnus post iustos Galeni Commentarios, noua interpretatione Latina, & breuibus Scholiis est illustratus, alter verò Latinitate etiam & Annotationibus, quæ vice Commentarij esse possint, nunc recens donatus,

ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico, &c.

B

IN LIBRVM PRAEDICTORVM
HIPPOCRATIS PRÆFATA.

Πρόρρησις eorum quæ mentis acie prouidentur aut præsentiuntur prædictio magnã habet in re Medica celebritatem & nominis auctoritatẽ, adeóq; prænotioni ancillatur, vt eius sensa in animi notione recondita, in lucem producat & explicet. Quarum inter se tam arcta est necessitas, vt ad tuendam quam sibi vendicant artis dignationem, mutuas ferant operas. Nam & prænotionis vis animi septis, velut tenebris immersa, non nisi prædictionis ope enitet, & prædictio, nisi quæ magna artis præceptione sunt comprehensa, aut diuturno vsu comprobata, aut deniq; contenta mentis agitatione longè ante prouisa, in medium proferat, futilis quædam & inanis loquentia potiùs quàm futura proloquens oratio esse videatur. Vnde existit

C *vt prænotioni ferè iuncta prædictio, illustres faciat aditus ad totam iudiciorum disciplinam, quæ & Medico admirabilitatem parit, & præcipuam arti conciliat existimationem. Nam & quod animo informaris aut præsenseris, in vulgus vt emanet, & in artis præcepta concludas, prædictione opus est. Eúmque in modum Medicinæ parens Hippocrates præsagium artificiosè instituens, προγινώσκειν καὶ προλέγειν Medicum iubet, & apud ægros præterita, præsentia, & futura ex arte enunciare. Et accuratius quoddammodo lib. 1. Epid. Medicum velut ad officium reuocans, λέγειν τὰ προγινόμενα, γινώσκειν τὰ παρέοντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα, eúmque in his exerceri vult. Quæ sanè totam præsentiendi artem ita concludunt, vt & ex firmissimis artis præceptionibus informata præcognitio, longè ante notatam euentorum consequentiam velut acutè animo cernens ad prædictionem viam muniat amplissimam. Quæ tandem erecta mentis acie, velut iisdem calcatis vestigiis, ad præsensionem contendens, artis mysteria tenebris abstrusa euulgat, enun-*

D *ciat, & in publicum educit, ac temporum vices moderando, tantam arti gratiam accumulat, vt in præsagiendi disciplina sola ferè prædictio primas teneat. Hinc prædictorum, prædicendi ac prædictionis exorta Latinis nomina, eadémque Medicis trita, πρόρρησις, προαγόρευσις aut προδιαγόρευσις, & προλέγειν. Vt cùm ad rectè præsagiendum & præsentiendum multum adiumenti aliundè suppetat, præcipuum tamen instrumentũ, velut & præconiũ, ex prædictione petatur. Quam certè ex arte & dignitate vt exerceas, cùm multa ad præcognoscendum & præsagitione rectè vtendum ab Hippocrate & Galeno scripta sint, demúmq; per totam iudicationis tractationẽ latissimè fusa, prædictionis tamen aperta professio ac explicatio his solis duobus prædictorum libellis insignitur. Etsi sanè quidem illius exacta cognitio ex limpidissimis fontibus & germanissimis parentis fœtibus, aut ex iis quæ per totam Hippocratis Ο Economiam ad prædictionem informandam sunt seposita, potius quàm ex turbulentis his riuulis haurienda est. Quam ad rem plurimùm*

E *conferet exactissima Galeni diligentia totam iudicationis disciplinam multis voluminibus comprehendens, ipsamq; præcognoscendi & præsagiendi rationẽ ex fidelissimis Hippocratis monimentis contestatam, velut*

in medicina adytis abſconditam ſuis plurimis commentariis in lucem proferens, & ad eam manu ducens. At A
certè ea tritiſſima via eſt quæ ad totius præſenſionis amplitudinem retinendam & confirmandam compendium adfert maximum. Eſt tamen in his duobus quiddam quamuis minimè idoneis prædictionis præconibus, quod ita probè artis exiſtimationem tuetur, vt germanitatis ſenſum præſeferat, & ex genuina ſtirpe decerpti ſurculi in Aſclepiadarum familiam rectè inſiti eſſe videantur. Quamuis enim antiquam illam originis celebritatem & Aſclepiadarum dignationem ſartam tectam non habent, ex eadem tamen familia, quæ totum orbem nominis fama compleuit, tanquam ex ſchola prodierunt. Siue namque ad Polybum,
ſiue ad Theſſalum, ſiue ad Euryphontem ortum referant, in Aſclepiadarum tamen familiam, quæ nume- B
roſiſſima fuit, velut retro repetitis cognationis ordinibus tranſeunt. Cuius rei ſententiam fert Hippocratici nominis vindex acerrimus Galenus libris de diffic. ſpirandi, qui reliquos Hippocratis libros Polybo aut Theſſalo adſcriptos, velut exauthoratos milites, militiæ ſacramento reſtituit, & in Hippocratis familiam ac diſciplinam cogit, eóque nomine in populo venditationem habere exiſtimat. Quod ſanè iudicium non temerè ſecuti ſunt antiqui, eos qui paſſim circumferuntur libros, tanquam vnum Medicinæ corpus, in Hippocratis nomen imponentes. Et certè, ſi his duobus mancipiis quæ nunc in libertatem aſſerimus ac velut
producimus, præconium facere noſtris ſcriptis fas eſt, eos ſatis locupletes exiſtimamus, qui & nobiliſſimæ C
arti grauiſſimum teſtimonium ferant, & ampliſſimæ dignitatis exiſtimationem tueantur. Ac vt de priore Prædictorum iſtorum libro ſileam, cuius vt enarrator ita laudator eſt optimus Galenus, ſatis conſtat ex eo integras ſententias tanquam ſumptiones aut lemmata quædam ab antiquis artis noſtræ magiſtris, Galeno præſertim & Aretæo, vſurpari. Et hic quoque verborum pondere, ſententiarum grauitate, ſtyli magnitudine, & breuitatis circumſcriptione tam facilè Hippocratis maieſtatem teſtatur, vt minimè abdicari debeat. Quinetiam doctrinæ genere, & dictionis nouitate, ac tractationis ſerie cum Coacis Præſagiis
tam apertè conſpirat, vt ex iisdem ducantur fontibus, & vtriusque idem auctor eſſe videatur, qui (vt in D
actionibus perſcribi ſolet) de re eadē ferè fecerit alio modo. Neq; verò ideò eius doctrina in totum reſpuenda eſt, quòd in eo nævi plurimi, & vt in tumultuario opere ac ad memoriæ ſubſidium proiecto, voragines quædam ac vaſtitates deprehendantur. Cuius quidem calamitatis infortunium ex Galeni monimentis ſolandum venit, cuius induſtria hiatus velut aggeſtione facta oppleti, æquatæ ſalebræ, & miſerabilis vaſtitatis ſpecies depulſa eſt. Quæ lamentatio à nobis aliàs id ipſum quiritantib. iam ſæpe expreſſa, hoc tempore ſupprimenda eſt, præſertim cùm extra cauſam ſit, & in vnius Galeni diligentia conquieſcat, qui horum Prædictorum librum primum ſuis Commentariis & laboribus ita complanauit, vt iam in omnium ora veniat. E
Quò faciliore operaideo defuncti ſumus, vt in eundem leues tantùm velitationes noſtras emiſerimus. In altero verſatur noſtra quæſtio, atque eò ſanè maior, quò & deterior illius eſt conditio, & profectò obſcurior cognitio. Ac primùm (vt iam ad id quod inſtat aggrediamur) in eo nobis magnum eſt propoſitum negotium explicandum, quòd cùm vterque in prædictionis & nomen & cauſam veniat, tam ſint inter ſe & toto tractationis genere, & ſerie, & ordine, ac dictionis ornatu diſſimiles, vt de germanitatis iure contendant. Deinde ea eſt ſtyli varietas, & ſcriptionis, totius habitus & formæ tanta diſſimilitudo, vt vtriusque non vnum aut eundem eſſe authorem res ipſa clamet. Certè ſcriptum iſtum librum ab eo apparet, qui F
prædictionis Medicæ dignitatem à maledicentium obtrectationibus tueretur, cùm vaticinationis aut diuinationis nomen incurreret, ac præſtigiarum potiùs quàm præſenſionis ſpeciem obtineret. Quod Medicorum quorundam ignauia, ne dicam ambitione, illis temporibus accidit, qui vt famam in populo quærerent, ad illiberalem quæſtum prædictionis nomine turpiter abutebantur, & ad quiduis potiùs quàm ad artis Medicæ dignationem obtruderent. Cuiusmodi ſanè plurima prædictionum genera hîc conuelluntur, ac tandem quòd longius aberrarint, ad artis ſaluberrimæ metas flectuntur, demùmque quanam prædictio- G
nis ſpecie Medicus velut caduceo ornatus per omnium ora hominum clarus obambulet, artique ſummam conciliet gratiam, præclarè oſtenditur. In eóque (quod ſatis apparet) verſatur totius quæſtionis cardo, vt prædictionis legibus optime conſtitutis, ad eorum modulum, quæ ſunt tam ad præcognoſcendum quàm ad rectè præſagiendum in arte facienda neceſſaria, appoſitiſſimè accommodentur. At verò vt in vtroque rectè omnia ad prædictionis leges examinantur, & quod palam profitentur re ipſa ſatis præſtant, tam diſſimilis tamen inter ſe eſt oris habitus, tam varia ſpecies, vt eſſe eiusdem parentis fœtus mihi in animum inducere nequeam. Cuius rei ſuſpicionem etiam auget Galenus paſſim in vocum obſcurarum explicatione, H
hunc librum Prorrheticum maius vocans, & quibusdam Prorrheticum ſecundum dici ſcribens. Quæ quidem nomenclatura etſi tolerari poteſt, eam tamen cùm in aliorum opinionem confert, minùs probabilem facit,

A *facit, atq; eò magis quò ſæpius vbi mentio huius libri incidit, eum ſemper Prorrheticum maius vocat. Neque verò illi longè æquior eſſe videtur Galenus in libello περὶ τοῦ προγνώσκειν, qui multorum Medicorum exiſtimatione hunc librum Hippocratis familia abdicat, quod etiam de vtroque palam fatetur Erotianus, librorum Hipp. locupletiſſimus & vetuſtiſſimus cenſor. Quæ profectò ſunt grauiſſima quibus hoc tempore premimur præiudicatæ authoritatis teſtimonia, quæque nos ab eo inſtituto, in quod iamdudum longa animi cogitatione incumbimus, reuocare facilè poſſint, niſi & publicæ vtilitatis ratio, & cauſæ in quam iam pridem ſumus ingreſſi æquitas, ad eum quem tenere cœpimus curſum perſequendum animos adderent. Imprimis verò nos in hanc cauſam impoſuit Cornelius Celſus, qui multis magnorum Medicorum decretis oppreſ-*
B *ſam huius Prorrhetici ſecundi dignitatem, ita ſuis vigiliis recreauit & ſubleuauit, vt ex eo multa in rem ſuam medicam tanquam in fundum transfunderet, & ex huius fontibus ſuos hortos irrigaret. Nam cùm cæterorum Hippocratis operum, tum verò huius libri tam eſt æmulator & mirator eximius, vt integras pene ſententias in ſuum vſum tranſtulerit, & (quod ſolet) liberius paulò Latinè reddiderit. Quorum omnium nihil à nobis eſſe neglectum, tam erit his noſtris Annotationibus manifeſtum, vt & cuiusque loci notata ac expreſſa veſtigia, & aptè loco poſita, & verò plurima ad regulam tanquam in lucem reuoca-*
C *ta eſſe videantur. Magna ſanè fateor habenda Celſo gratia pro reddita huic operi ſalute. At certè illi tam cumulatè beneficium reponitur, vt huius opera ex inſanitate & perturbatione quadam ad ſanitatem & tranquillitatem, ipſeq; ſibi quodammodo reſtitutus videatur. Hunc igitur nacti tam nobilem iſtius fabulæ actorem, non eſt cur ad verbis exaggerādas huius operis laudes, ambitioſè nimis cuiuſquam præconium requiramus. Eſt enim per ſe ſatis ampla & ferè popularis rerum ac verborum exornatio, doctrinæ verò cognitio ad eam quam præſefert prædictionis ſcientiam non minimùm accommodata. In qua tamen à Celſo*
D *plurima vbi breuitatis ſtudio contortius concluduntur, ea latius aliquantulo & diffuſius nobis dicenda fuere. Atq; iſta nobis ſit ad hos Prædictorum libros excurſio, velut præmonitio quædam.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΟΝ,

ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

HIPPOCRATIS PRAEDICTORVM

E

LIB. PRIMVS.

Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι νηνέμοι, μὴ κεφαλῆς, ὀσφύος, ὑποχονδρίου, βαχήλου ὀδύνης, ἀρρυπέοντες, ἢ ἐφ' ἑωυτῶν φρενιῶν εἰσιν; μυκτὴρ ὀν τούτοισιν ἀποσάζων ὀλέθριον, ἄλλως τε καὶ ἢν τέλαρταίοισιν ἀρρημόοισιν.

QVi inter initia ſopore detenti, capitis, lumborum, præcordiorum, ceruicis dolore ac inſomnia conflictantur, eos conſiderare oportet, num ſint phrenitici. In his narium ſtillatio perniciem oſtentat, idq; præcipuè ſi quarto inter initia die contingat.

F Galenus in libello περὶ κώματος cap. 6. & 7. hanc ſententiam explicat, eiúsque ſcriptionis quam ambiguam facit in Commentario, meminit. Hunc verò affectum ex Lethargo & Phrenitide mixtum, quem Typhomaniam dici quibusdam in Comment. eodem nomine etiam donari ſcribit libr. περὶ κώματος cap. 4. & imperitis medicis de illius nomine ambigi, cùm tamen in Pulſuum Iſagoge & lib. 4. de Cauſ. pulſ. eundem affectum proprio carere nomine fateatur. Hippoc. κῶμα ἄζυγον vocat eodem teſte cap. 4. lib. περὶ κώματος. Typhomaniam etiam vt hîc quoque & libris de pulſibus, in Exeg. μικτὸν ὀν φρενίτιδος & ληθαργου πάθημα exponit Gal. Meminit autem huius ſent. Gal. initio Comment. 2. in lib. 3. Epid. & in ægr. 11. vbi ſententiæ ſecundæ initium primæ extremo etiam annectitur. Quod ex quibusdam codicibus non rectè feciſſe Caluum etiam apparet. Vitioſa ſunt quoque exemplaria quæ κωματώδεος & ὀσφύος legunt.

Ἀκοιλίης περίπλεοσις ὀξέρυθρος, κακὸν μᾶλλον ἐν πᾶσι πῆσι νουσήμασι. ἢν χνοῖσα ὑπὸ τοῖς παρεφρημόοις.

Alui prærubra proluuies, cùm in omnibus quidem morbis, tum verò vel maximè in prædictis, malo eſt.

G Hoc præſagium cùm ad præcedens referatur, poteſt tamen diſtingui, quod etiam facit in Cois Præſagiis, vbi etiam περίπλευσις κοιλίης antiqua vox Hip. valdè vſitata, cùm aluus aluus liquidis & tenuibus diffluit, qua etiam vtitur Aretæus cap. 5. lib. 1. περὶ ὀξέων. Hæc autem ſignorum diuerſi generis concurſio, quæ horum Prædictorum authori valdè eſt familiaris, & ad prædictionis iuſtam commentationem non multum adfert adiumenti (vt ſcribit in Com. Gal.) affectionum inter ſe mixtiones facit. Sunt autem αἱ ὑπὸ πεπλεγμέναι ἀμφίλαις ὀξυθέσις, ἐν αἷς πλείω τὰ παθήματα, ex Gal. Com. 2. in lib. 3. Epid. Exemplaria porrò quædam manu ſcripta ἐν πᾶσι νουσήμασι legunt.

Αἱ δυσφωνίαι γλῶσσαι ἐν καθαρξέσι, φρενιῶν.

Lingua ex reſiccatione denſa & aſpera, phrenitidem portendit.

H Δασῶν γλῶσσαν, ex reſiccatione denſam & aſperam diximus, vt vtramque interpretationem includeremus. Nam δυσφωνίαν πρὸ καθαρσέων Galenus exponit. Poteſt etiam & ἡ πτωσικὴ intelligi, aut quæ σκληρὰ & παχεῖα in febre ardente dicitur lib. 3. de Morb. vt ſcripſimus in Cois Præſagiis. Dicuntur etiam quibusdam δυσφωνίαι γλῶσσαι, αἱ ὑπὸ ξηρότητος πάνυ δυσκατακωμάσαι, ὡς μὴ ὀξεῖαν ῥοῦν τὰ λεγόμενα. δασὺς γὰρ ὁ ἦχος καὶ φωνὴ δυσφωνία λέγεται, ἡ πεπαχυμένῃ τῇ κατὰ πνεύμονα φερομένῃ πνεύματι. Ex Scholio quodam.

In iis qui præter rationem perturbantur & vigiliis torquentur, vrinæ decolores, nigris sublimamentis interspersæ, cum tenuibus sudoribus circa caput obortis, phrenitidem prænunciant.

[1] Τὰ ὑπὸ παραχρώδεσιν ἀγρύπνοισιν, ἢν ἄχροα, μέλαινα, ὀναγωγύλματα ἐφ' ἱδρῶσι, φρενιτικά.

Varia hîc est lectio in ἐφ' ἱδρῶσι. Galenus ἐφ' ἱδρῶτι & ἐφιδρώσι legisse videtur. Quædam exemplaria ἐφιδρώσι habent, alia ἐφιδρωῶσι. Nos dictionis ἐφιδρώσις sensum amplexi, tenues circa caput sudores ex Galeno diximus. Quod in totum hîc malè mihi omitti videtur à Caluo. Vitiosa quoq; sunt, exemplaria quæ νεφελικὰ legunt. Quæ secutus Caluus, ἐφιδρωῶσι νεφελικὰ sequenti sententiæ adiunxit.

Quin & quæ in phreniticis manifesta apparent insomnia prouidenda sunt.

[2] Ἐνύπνιά τε ἐν φρενιτικοῖσιν ἐναργῆ.

Hoc præsagium alio quidem sensu effertur in Cois Prænotionibus, sent. 90.

Excreatio frequens & irrita, si quidem aliud quoddam signum affuerit, phrenitidem portendit.

[3] Ἀνάχρεμψις πυκνὴ, ἢν δή τι καὶ ἄλλο σημεῖον παρῃ, φρενιτικά.

Exemplaria quædam scripta αἰάχρεμψις πυκνὴ γε legunt. αἰάχρεμψις πυκνὴ dicitur in Cois Prænot. vbi etiam φρενιτικὸν pro φρενιτικὰ melius sonat.

Relicti in præcordiis æstus cum febre in qua totius corporis habitus perfrigeratur, malo sunt, idq; præsertim si cum sudoribus contingat.

[4] Τὰ εἰκαλαμπηνώματα καύματα ἐν ἱπποχονδρίῳ πυρετῷ παρεψυχόμενα, κακὸν, ἀλλως τε καὶ ἐφ' ἱδρῶσιν.

Huius Prorrhetici partem cum superiore malè iunxisse videtur Caluus, vt sensus satis indicat, & nulla id testentur exemplaria. Hoc verò prædictum quodammodo exprimitur sent. 69. Coacorum Præsagiorum, vt illic scripsimus.

Desipientiæ quæ iam admodum fractis & debilitatis viribus succedunt, pessimæ sunt, non secus ac Thrasynonti.

[5] Αἱ παρεξαδυνατησάντων παραφροσύναι, κάκισται, ὅτι καὶ Θρασωνίδῃ.

Membranæ Vaticanæ (vt audio) αἱ ἀπαυδησάντων παραφροσύναι legunt, & codices Regij manu scripti quidam παρεπαυδησάντων, quæ lectio ad veterem scriptionē propius accedit, & παρεπαυδησάντων legi debere testatur, quod & facit Erotianus vbi hanc dictionem exponit his verbis, παρεπαυδησάντων, παρεκαφωνησάντων, ἤγουν ἢ δηλότητι τὸ κεκαμμένον ἢ δυνάμεως. φησὶ γὰρ, παρεπαυδησάντων παραφροσύναι κάκιστα. Quibus verbis vt haud dubiè hic locus subnotatur, ita & παρεκαφωνησάντων vitiosè, pro παρεφωνησάντων apud Erot. legi existimo, quòd ἀπαυδῶμεν idem Erotianus antea ἢ ἄφωνον ἢ μόλις explicet, quod extremam viriū defatigationē significat, vt & ἀπαυδία in Epigrammatis fellim & defatigatum denotat, & ἀπαυδηκὼς confectus & viribus defectus dicitur. Galenus certè, etsi populatē & vulgatam lectionem est secutus, τὰς παρεξαδυνατήσαντας, παρεκεκμηκότας ἢ δυνάμει alibi explicat, viribus fractos & delassatos, καὶ τὰς μετ' ὀκλύσεως, ἢ ἀδυνασίας. Caluus haud dubiè longè aliter legisse videtur, velut αἰαυδησάντων, aut aliud quid tale, contra omnium exemplarium fidem & Galeni intelligentiam, quod item fecit in Thrasynonte, ita tamen vt quoddam germanæ lectionis vestigium ab eo expressum esse facilè intelligas. Quòd autem ad scriptionem attinet, in Erotiani verbis κάκισται pro κάκισται, & καλὸν pro κακὸν scriptū esse facilè quis suspicetur, nisi quis illud κάκισται sumat, quemadmodum lethargo phrenitidem succedere bonum esse dicimus, & probat Gal. Com. 6. in lib. 6. Epid. Solenne est autem Hippocrati per ἀφωνίαν neruorum principij offensam & sensus priuationem sumere.

Vehementes phrenitides in tremorem desinunt.

[6] Τὰ φρενιτικὰ νεανικῶς, τρομώδεα τελευτᾷ.

Vomitus virulenti & eruginosi, cum capitis dolore, surditate & insomnia, promptam insaniā significant.

[7] Τὰ ἐν νεφελωδεῖσι ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κεφάλου ἀγρυπνώδεα, ταχὺ ἐκμαίνει.

Huius præsagij initium cum præcedentis fine coniungit Caluus, velut & νεανικῶς τρομώδεα copulat contra Galeni intelligentiā & exemplarium fidem. Hæc quoq; prædicta in Cois Prænot. paulùm immutatis verbis reperita, eandem tamen habent notionem.

Vbi fauces in morbis acutis dolent, graciles sunt, paruæ & suffocantur, atque vbi os hiatit non promptè adduci ac claudi possit, mentis emotionem portendi oportet. Ex his phrenitis perniciosa est.

[8] Τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγα ὀδυνώδεα, ἰσχνὰ σμικρὰ, πνιγώδεα, ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως συμπίπτειν τε καὶ κλείειν τὸ στόμα, παραφρονικά, ἐκ τούτων φρενιτικοὶ καὶ ὀλέθριοι.

Caluus hoc Prorrheticum in tres sententias distraxit & valdè obscurauit. Quod ideo dico quia haud scio an hominis ingenio, an verò codicum vitio contigit: vtne quis exemplaria Italica, quæ ad hanc vsq; diem magnam de se opinionem commouerunt, & quibus liberaliter vsus esse ille creditur, in hoc negotio plurimùm habere ponderis existimet. Repetitur etiam in Cois præsagiis paulùm commutatis verbis. Vitiosa sunt autem exemplaria quæ αἰάγειν pro συμπίπτειν, & ὀκλείειν pro κλείειν habent.

In phreniticis initio moderatum esse, sedatum & facilem, crebrò verò permutari malum est. Quin & sputatio frequens mala est.

[9] Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇ μὲν ἥσυχα, πυκνὰ δὲ μεταπίπτειν κακὸν τοιοῦτον. καὶ πτυελισμὸς κακόν.

in δθηκεκὲς videtur legisse Caluus vitiato sensu. Idem quoque hanc sententiam sequenti annectit, cùm vbique separatæ sint. Repetitur etiam in Cois Prænotionibus hoc Prorrheticum cum sequente aliquantulum tamen diminutè.

Albicans deiectio in Phreniticis malo est, quod Archecrati accidit. Num & in his torpor fit? His si rigor contingat pessimum.

[10] Ἐν φρενιτικοῖσι λευκὴ διαχώρησις, κακὸν, ὡς καὶ Ἀρχεκράτει. ἢν δὲ καὶ ἐν τούτοισι καὶ νωθρότης γένηται, ῥίγος ἐπὶ τούτοισι κάκιστον.

In furiosa & vehementi mentis emotione succedentes tremores malignitatem denunciant.

[11] Τοῖσιν ἐξισταμένοισιν μελαγχολικῶς, οἷσι τρόμοι ἐπιγένοιντο, κακόηθες.

Quod hîc κακόηθες, in Cois Prænotionibus κακὸν dicitur.

In grauiter & acutè mente emotis, si febris iterum repetat cum sudore, phrenitici euadunt.

[12] Οἱ ἐκστάντες ὀξέως, ἐπὴν πυρέξαντες σὺν ἱδρῶτι, φρενιτικοὶ γίνονται.

In Cois Prænotionibus etiam paulò aliter repetitur hæc sententia.

Phrenitici parum bibunt, ex leuibus strepitibus facilè irritantur ac percelluntur, tremuli sunt.

[13] Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπότατα, ψόφῳ καταπλήττοιοι, τρομώδεες.

A βραχυπότατα dicuntur qui ratiùs & per multa interualla bibunt, vt explicat Gal. lib. 1. περὶ δυσπν. & Com. 3. in lib. 3. Epid. Quæ vox sæpe celebratur in phreniticis à Galeno & vsurpatur etiam Aretæo. Dicuntur quoque ψόφῳ καταπλήττοιοι, qui strepitum facilè sentiunt ac percipiunt ab eóque promptè irritantur, aut qui ad quemuis strepitum expauescunt, consternantur & percelluntur. Sic Gal. in Exeg. ψόφῳ καταπλήττοιοι, ψόφῳ ῥαδίως αἰσθανομένοις, ἢ μέντοι ἢ πτοιουμένοις, ὡστε ἢ φοβοῦσθαι explicat, qui strepitum facilè sentiunt, & animo consternantur, velut φοβοῦς, hoc est, ad quemuis strepitum expauescentes, formidolosos & meticulosos, hunc nimirum locum designans. Idem καταπλήττοιοι, σφοδρῶς αἰσθανομένοις, hoc est valdè sentientes interpretatur. Alia est lectio in Cois Prænot. quam illîc aperuimus. Celebratur multis in locis hunc in sensum hic locus à Gal. ac præcipuè lib. περὶ δυσπν. & lib. 5. de loc. aff. Quò magis miror Caluum satis per se aliò qui illustrem istam sententiam, tam breuiter cum superiore conclusisse, vbi etiam βραχύποτα ψόφῳ καταπλήττοιοι legisse videtur. Hunc porrò locum de Hydrophobia accipere videtur Cælius Aurel. lib. 3. acut. cap. 15. his verbis. Ipse quoque Hippocrates, etsi non principaliter de ipsa passione tractans, sensu tamen dictorum hanc passionem memorasse monstratur,

B in Prædictiuo libro dicens Phreniticos paruibibulos, sono quolibet pulsatos, tremore affici. Ita hîc βραχυπότατα dici existimat quòd modicum biberent ob liquoris timorem. Etsi sanè mutata quasi velificatione, id rectè phreniticis non hydrophobis attribui asserit. Quos rectè βραχυπότατα dici scribit, quòd fastidio possessi non solùm cibum verumetiam potum refugiunt, vel quòd imaginatione læsa accipiendum potum non existiment, vel suspicione ob delirationem affecti, admixta putent venena liquori. Idem etiam phreniticos tremore affici asserit ab neruorū debilitatem, facileq; ad omnē sonitum commoueri, scilicet alienationis proprietate.

[14] Τὰ ἐξ ἐμέτου ἀσώδεος, κλαγγώδης φωνὴ, ὄμματα ὀπίχνοιον ἔχοντα, μανικὰ, οἷς καὶ ἡ Ἑρμοζύγου ἐκμαψάσα ὀξέως ἄφωνος, ἀπέθανε.

Vbi post vomitum anxiosum vox stridula est, oculi squalidi & puluere obsiti, insania portenditur, non secus ac Hermagoræ coniugi accidit, quæ vehementi insania correpta, voce defecta interiit.

C ὀπίχνοιον, ὀπίπαχνον, χνοῶδη exponit Gal. in Exeg. concretum, lanuginosum, vt sint ὄμματα ὀπίχνοιον ἔχοντα, oculi concretam quandam lanuginem habentes, aut puluere & sorde obsiti, squalidi, quod ex nimia siccitate accidit, velut per æstum iter facientibus. Simile est quod in Cois Prænotionibus πτυῶδες ἀχνῶδες in oculis dicitur, concreta quædam tenuis lanugo ac sordes. Quod ex nimia siccitate & magna imbecillitate accidit. Idémque quod lib. 6. Epid. scribitur, τὸ ὀπίχραινόμενον οἷον ἄχνη. Scribitur ex scholio quodam quod tamen non satis probatam habet fidem. ὄμμα ὀπίχνοιον ὅτι δοκεῖ τὸ ὀξυκίνητον, ὡς ἔνιοι φασίν, ἀλλὰ τὸ σκαλῶδες δυσκίνητον ἢ καθεῖρον εἰρημένον, παρὰ τὸ χνοῶδες, ἢ δηλοῦν ἢ περὶ μώνυχα φλεγμονὴν ἢ ξηροφθαλμίαν. Quod videtur secutus Caluus, cùm obrigescere oculos dixit, dictionis Hippocraticæ vim non satis assecutus. Reperitur etiam hæc sent. in Cois Prænot. verbis paululum immutatis.

[15] Ἐν πυρετῷ καυσώδεϊ ἤχων παρεξηλλοιωμένων μετὰ ἀμβλυωπίας, καὶ μετὰ ῥίνας παρεπιπόνου βάρεος, ἐξίσταν) μελαγχολικῶς.

In febre ardente si tinnitus aurium cum visus hebetudine fiant, & ad nares accedat grauitatis sensus, furiosa mentis emotio indicatur.

D ἐξίσταν μελαγχολικῶς, vehementem ac furiosam mentis insaniam cum Galeno diximus, quòd ἐξίστασθαι, παραφρονεῖν σφοδρῶς eidem significet. Indicat autem vehemens delirium, ex quo in insaniam erumpunt, & atra bili perciti ἐκπάντες μελαγχολικῶς dici videntur, velut de vxore Plautus Amphytr. atra bili percita'st. Nulla res tam delirantes homines concinnat citò. Reperitur hoc præsagium in Cois Prænot. sed sanguinis profluuium velut signum criticum additur.

[16] Αἱ παρακρούσεις σὺν φωνῇ κλαγγώδεϊ, γλώσσης τασμοὶ τρομώδεες. καὶ αὖταν τρομώδεες γλῶσσαν, ἐξίστανται. σκληρυσμὸς τούτοισιν ὀλέθριον.

Desipientiæ cum voce stridula & linguæ conuulsione tremula, voces quoque ipsę tremulæ, mentis vehementem alienationem significant. In his durities aut asperitas perniciem minatur.

E Caluus hanc sententiam tribus membris distinxit, cùm tamen in omnibus exemplaribus coniunctè legatur, eodémque modo in Cois Prænot. repetatur. Idem quoque omisit, καὶ αὖταν τρομώδεες γλῶσσαν.

[17] Αἱ τρομώδεες γλῶσσαι σημεῖον οὐχ ἱδρυμένης γνώμης.

Linguæ tremulę instabilem mentem & à sede constantiæ deturbatam significant.

Repetitur etiam hæc sententia in Cois Prænot. iisdem verbis.

[18] Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι ἀκρήτοισι διαχωρήμασι, ὃ ἀφρῶδες ἐπαθύσμα κακόν. δηλοῖ τε καὶ ὀσφῦς παρεγκλίνει καὶ παρενεγδέλι.

In biliosis & sinceris deiectionibus spumosa efflorescentia malo est, iis præsertim quos antea lumborum dolor ac desipientia vexauit.

F Scribitur ex Scholio quodam, ἀφρῶδες ἐπαίθισμα τὸ ποικίλον, αὐτὸ δὲ ἢ αἴτησε χρώματα τὰ ποικίλα κακά. ἔνιοι δὲ τὰ πορφυρίζοντα ἢ οἷς δίαιμα ἠγοῦν. Vbi tamen vitium subesse videtur, & pro χρώματα διαχωρήματα legendum apparet. Codices manu scripti ἀκρήτοισι omittunt, vt & Caluus, & in Cois Præsagiis, vbi hæc sententia repetitur. παρενεγδέλι autem quidam sumunt de deiectionibus, quæ non eà modò quæ lumbis adhærent, sed reliqua quoq; intestina permaneant, ex Galeni etiam opinione. Nos desipientiæ vexato ægro attribui posse existimamus, quòd eo ferè sensu semper vsurpetur Hippocrati, tum quòd ista phrenitidem longè promptius præsagiunt. Quod etiam in totum omisit Caluus.

[19] Τὰ ἀραιὰ κατὰ πλεῦρον ἐν τούτοισιν ἀλγήματα, παραφροσύνῃ σημαίνει.

In his leues & per interualla lateris dolores delirium significant.

G τὰ ἀραιὰ ἀλγήματα dolores leues & per interualla dicimus, non continuos sed intermittentes. Sic nanq; Erotianus in dictione ἀραιοῦν, ἀραιὰ ἀλγήματα hîc significare scribit τὰ οὐ διαστήματος ἢ μὴ ὀλιγοχρόνια, dolores qui ex interuallis affligunt neq; continenter vrgent. Illîc enim procul omni dubio locum istum designare mihi videtur. Galenus quoque ὀδυνῶν διὰ χρόνου exponit & τῇ συνεχεῖ opponit. In Cois Prænotionibus. ἀεὶ δὲ τὸ πλεῦρον ἀλγήματος legitur, neq dubium quin ex hac sententia sit diminuta & vitiata lectio, vt illîc adscripsimus.

[20] Αἱ φωναὶ τῶν ἀφωνιῶν, κάκιστον.

Vocis defectiones cum singultu pessimæ.

[21] Αἱ μετὰ λυγγὸς ἀφωνίαι, κάκιστον.

Vocis defectiones cum virium exolutione pessimę.

[22] Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι, κάκιστον.

In vocis defectione respiratio, velut in iis qui suffocantur, cōspicuè elata & visui exposita, perniciosa est.

[23] Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα ὀξὺ τοῖσι πνιγομένοισι παρέχει, πονηρόν. ἀεὶ δὲ καὶ τὸ παρακρουστικὸν ὀξὺ ποιοῦσι.

Num verò etiam delirium prænunciet animaduertere oportet.

H Has duas sententias disiunximus, velut etiam in Cois Præsagiis longo interuallo separantur. παρέχει πονηρὸν Caluus iunxit, & Hippocraticæ dictionis vim mirificè Gal. celebratā & explicatā neglexit. Quod etiam vitiū ad Coacas Prænotiones pertinauit.

[24] Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασεῖαι παρακρούσεις θηριώδεες εἰσίν.

Quæ pauco tempore feroces fiunt mentis emotiones in ferinas euadunt.

Codices manu scripti tres Regij ἐπ' ὀλίγον θράσος legunt. In Cois etiam Prænotionibus conuulsionis quoque denunciatio additur. Hîc verò ἐπ' ὀλίγον eas quæ sensim procedunt mentis emotiones significat, neque solùm eas quæ paucis interiectis interuallis, vt satis patet ex Galeni Commentario. Ex quo vitiosa esse exemplaria constat quædam quæ huic sententiæ ista addunt, καὶ μόνε ἐαὶ ἐπ' ὀλίγον χρόνου θῴωνται. Nam præterquam quòd superuacanea, sunt etiam mendosa. ὑμόνον enim potiùs legendum esset: Caluus superioris sententiæ extremum huic prorrhetico annexuit. A

Corporis iactationes & incontinentiæ in febre cum perfrictione & superiorum partium tenui sudore, phrenitim denunciant (quod in Aristagora expertum est) atq; etiam perniciem.

[27] Αἱ μετ' καταψύξεως ὀξὺ ἀπυρέτῳ ἐφιδρώσιν τὰ ἄνω, δυσφορείας φρενιτικάς, ὡς καὶ Ἀρισταγόρῃ, καὶ μάλιστα καὶ ὀλέθριαι.

Meliùs effertur hæc sententia in Cois Prænotionibus & ad artis præceptiones magis accommodatè, αἱ μετ' καταψύξεως δυσφορείας κάκιστα. Incendium enim internum minantur. Codices manu scripti ἐφιδριώσιν pro ἐφιδρώσιν vitiosè legunt. B

Crebræ in phreniticis permutationes, conuulsiones denunciant.

[28] Τὰ ἐν φρενίτισι πυκνὰ μεταπίπτοντα, σπασμώδεα.

Repetitur quoque in Cois Prænotionibus hoc præsagium.

Si quibus vrinæ non recordantibus nec admonitis effluunt, pernicies portenditur. Animaduertendum etiam est, num & ab iis tales redduntur quales fiunt vbi subsidentiam conturbaueris.

[29] Τὰ οὐρήματα μὴ ἐπομνησάντων ὀλέθρια. ἆρά γε τουτέοισιν οὐρέεται οἷ εἰ τῶν ἐπόσα ἐν ἀναλαβόντες;

Huius præsagij luculentissimum proponitur exemplum ægro. 4. lib. 1. Epid, Eadem etiam sententia repetitur in Cois Prænot. C

Quos palpitationes in totum occupant, num plærumque voce defecti pereunt?

Iisdem ferè verbis repetitur hoc præsagium in Cois Prænotionibus.

Crebræ in phreniticis sputationes cũ perfrictione, non longè posteà nigrorũ vomitum affuturũ indicãt.

[30] Οἱ παλμώδεες δι' ὅλου, ἢ ἆρά γε ἀφώνως τελευτῶσιν.

Hîc πτυελίζειν frequentem sputationem aut crebram oris saliuationem significat, vt satis ex Galeno patet, & nos copiosissimè scripsimus in ægr. 12. libr. 1. Epid. quod est accommodatissimum huic præsagio exemplum. Repetitur etiam in Cois Præsagiis eadem omninò notione.

Surditas cum vrinis prærubris, non subsidentibus, & sublimamentis, mentis emotionem minantur. In his morbo regio corripi malum est. Quinetiam malo est ex morbo regio fatuitas aut stupiditas. Hos quidem vox deficere solet absq; sensuum læsione. Quin & aluus nonnunquam affatim prorumpit, quale quid Hermippo contigit, & mortuus est.

[31] Τὰ ἐν τοῖς φρενιτικοῖσι μετ' καταψύξεως πτυελίζοντα, μέλανα οὐρήματα. D

[32] Κώφωσις καὶ ἕδρα ἀκατάστατα, ὀξέρυθρα, ἀναωρήματα, θολερά. τοῖσι τουτέοισιν ἐκτεροῦσθαι κακόν. κακὴ δὲ καὶ ἡ ὅτι ἐκτέρῳ μόρωσις. τοῦτοι ἀφώνοις λύει, ἀφαυρομένους δὲ συμβαίνει γίνεσθαι. οἶμαι δὲ καὶ κοιλίαν καταῤῥηγνῦσι τουτέοισιν, οἷ ἐλθὼν Ἑρμίππῳ, καὶ ἀπέθανεν.

Ad istam signorum concursionem magnam dedisse occasionem videtur Hermocratis exemplum libr. 3. Epid. quod est huic scriptori solenne. Meminitq; huius sententiæ Gal. Com. 1. in lib. 3. Epid. eámque remerè ad delirij prædictionem à Lyco & cæteris interpretibus commemorari scribit. Vbi tamen mendosa est Galeni lectio, vt satis apparet ἀκαταστάτα autem ἕδρα ἀναωρεύμενα dicuntur quæ in Epidemiis μὴ καθαρμένα, & quod ab Hippocrate scribitur ἀναώρημα μετέωρον, καὶ ἱδρυῦν, ægr. 12. & 9. libr. 3. Epid. delirium que coindicare sæpiùs animaduertitur & Gal. significat in Com. ὀξέρυθρα etiam ἕδρα quæ hîc ponit, rectiùs in Cois Præsagiis ὑπέρυθρα dicuntur, quòd feruorem sanguinis serosi & exæstuationem significent, & ad delirij denunciationem potiùs conducant quàm ἐρυθρά, quæ renum laborantiũ indicia præseferunt. Codices manu scripti Regij κώφωσις legunt non μώρωσις. Quæ lectio etiam ad Italica exemplaria redundauit, vt satis ex Caluo patet. μώρωσιν autem fatuitatem aut stupiditatem diximus, quòd νωθρότητα Gal. explicat in Com. Exemplaria quoq; manu scripta pro οἶμαι δὲ, τοῖσι δὲ legunt. In Cois Præsagiis repetitur hæc sententia, sed diuulsè & disparatè, quam tamen ex hoc præsagio illîc restituimus. Istius etiam sententiæ pars adducitur à Gal. Com. ad aph. 51. lib. 6. E

In præcipitibus & turbulentis morbis obueniens surditas perniciem minatur.

[33] Κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι θολερὴ οὖσα, κακόν. F

Repetitur quoque in Cois præsagiis hæc prædictio.

Dementiæ in quibus tremuli fiunt ægri, obscurè aut vix quidem desipere videntur, aut aliquid inuestigantium more sensim contrectant & palpant, miro quodam modo phrenitim prænunciant, non secus ac Didymarcho in Coo contigit.

[34] Αἱ ἐκμώδεες, ἀσαφέες, ψηλαφώδεες θολεραὶ, ὡς καὶ τῷ Διδυμάρχῳ ἐν κῷ.

Repetitur quoque in Cois Prænot. hæc sententia, sed aliquantulum diminutè. Codices manu scripti Regij καὶ ψηλαφώδεες legunt & Διδυμάρχου, quod etiam fecit Caluus, qui tamen huius sententiæ germanum sensum non videtur assecutus.

Vbi rigori torpor succedit, mentis alienatio significatur.

[35] Αἱ ἐν ῥίγεσι νωθρότητες καὶ πόνοι παρ' αὐτοῖσιν. G

In Cois Prænotionibus νωθρώδεα ῥίγεα κακοήθεα dicuntur.

Dolores circa vmbilicum cum palpitatione, mentis quidem alienatæ significationem quandam præbent. Sub iudicationem verò his plurimus & creber flatus cum singulari contensione prodit. Quin & ad suram dolores in his mentis alienationem indicant.

[36] Οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες, ἤθεσι μέν τι καὶ γνώμης θολέφεσιν, περὶ κρίσιν δὲ τουτέοισι πνεῦμα ἅλις ξυὸν τόνῳ διέρχεται, καὶ οἱ κατὰ γαστροκνημίας πόνοι, ἐν τουτοισι γνώμης θολέφεσι.

In Cois Prænot. repetitur hæc sententia, & φύσημα ἅλις συχνὸν legitur, quam lectionem agnoscit Gal. in Com, Codices etiam manu scripti Regij, θολέφρονες pro θολέφεσιν legunt, quòs secutus videtur Caluus, qui etiam πνεῦμα ἅλις συχνὸν & ξυὸν πόνῳ legisse videtur vt scribitur quoque in Cois Præsagiis.

Femoris dolore euanescente, si quid sublime per vrinam innatet, mentis emotionẽ expectare oportet, taliaq; qualia circa aurium sonitus contingunt.

[37] Ἢν ἐναωρήσῃ τι παρ' ἰσχίον, ἢ κατὰ μηρὸν ἀλγήσας ἀφανισθεὶς, θολερὸς, καὶ οἷα περὶ ἠχοῦς πιπτόντα. H

A Caluus in extrema hac sententia, ἢ ὅσα περὶ ὦτα πιπτόντα, videtur legisse, atque ἐν πυρετῷ addidisse. Cuius lectionis vestigia agnoscit Gal. Cuius etiam in codicibus hæc adduntur, ἄλλως τε καὶ ἐν οὐρῳ ἐναωρηθῇ. καὶ ὅσα ἀλλὰ κατ' αὐτὸ γίγνεται, θολερὰ καὶ σημεῖα. quod est præsertimque si quid sublime in vrina innatarit, aut alia quæcumque in ipsa apparere solent mentis emotæ indicia. Verùm ista parum habent ponderis, neque in melioribus codicibus scripta extant, videntúrque superioris lectionis esse quædam interpretamenta.

[38] Ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, κεφαλαλγικῷ, διψώδεϊ, ἀγρύπνῳ, ἀσαφεῖ, ἀδυνάτῳ, οἷσι τὰ τοιαῦτα, ἐλπὶς ἐκφυγεῖν.

Vbi aluus humescit, æger lassitudine, capitis dolore, siti, vigiliis torquetur, obscurè loquitur, & admotum est impotens, in his casibus vehementem mentis emotionem expectare oportet.

B Bis repetitur in Cois Prænot. hoc præsagium, vtrobique tamen vitiosè, vt illîc ostendimus.

[39] Οἱ ἐφιδροῦντες καὶ μάλιστα κεφαλῇ ἐν ὀξέσιν ἐπόδυσφοροι, κακόν. ἄλλως τε καὶ ἐπ' οὔρεσι μέλασι, καὶ ὃ θολερὸν ὅτι τουτέοισι πνεῦμα, κακόν.

In grauibus malis tenues maximè circa caput sudores obiri, & corporis incõtinentia quadam iactari, malum indicat: tum verò præcipuè pernicies intenditur, si ista cum vrinis nigris contigerint, & spiritus magnus & concitatus adfuerit.

θολερὸν πνεῦμα, dictio est huic scriptori affectata & inter obscuras reposita, ac ab interpretibus exagitata. Nos Galenum secuti magnum & concitatum spiritum diximus, crassum, halituosum & flatuosum spiritum, qui in magna expiratione & concitata plurimus emittitur, & exæstuans incendium denotat, designantes, qualis turbulentus & turbidus spiritus ab interpretibus dicitur, ac vitalis & animalis facultatis extinctionem aut resolutionem indicat, cùm lucida & simplex spiritus natura perturbatur & quodammodo offuscatur. θολερὸν enim cœnosum & turbidum significat, & θολερὸς Hesychio βορβορώδης exponitur, Galenus in Exegesi vocum Hippocr. θολερὸν πνεῦμα, μάγα καὶ δεδιωγμένον exponit, et si illîc quidam θαλερὸν legunt. Repetitur autem iisdem verbis hæc sententia in Cois Præsagiis. C

[40] Αἱ τῷδε λόγῳ κενεαγγικὴν ἀδυναμίαν, μὴ ἐέσης κενεαγγείης κακόν.

Quæ præter vacuationem fiunt impotentiæ, neq; vacuatione existente, perniciem intentant.

In Cois Prænot. his verbis repetitur, οἱ τῷδε λόγῳ, κενεαγγείης μὴ ἐέσης ἀδυναμίαι, κακόν. Quæ est istius sententiæ veluti explicatio quædam. Hîc verò exemplaria quædam manu scripta κενεαγγικὴ legunt, quæ secutus videtur Caluus.

[41] Κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, σμικραὶ ἢ μέλανα περιεθώδεα τοῖς ἀνάγκῃσι χαλῶσι, μυκτὴρ ὅτι τουτέοισι ῥηγνύμενος, κακόν. D

Vbi aluus intercepta est & arctè conclusa, paruaq; & nigra caprarum stercoribus similia, nec nisi coacta emittit: Hoc casu sanguis è naribus erumpens periculo est.

Aliis verbis scribitur in Cois Prænot. hæc sententia, eadem tamen notione. Hîc autem ἀπολελαμμένας κοιλίας, ἀπειλημμένας καὶ ἐστηκυίας Erotiano exponuntur, Galeno verò Com. 2. in hunc lib. ἐπεχούσας.

[42] Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα ὅτι πολὺ, μετ' κάματος ἀπώδεος, ἐφιδροῦντες ὅτοι, κακόν. ἆρά γε τουτέοισι ἐκμώδεα γίγνεται; καὶ φωνὴ ὡς ἐν ῥίγει ἀδοκήτοι.

Si lumborum dolor diu detinet cum æstu implacido, tenui sudore circa caput & thoracem oborto, pernicies denunciatur. Num plærumque ij tremuli euadunt, & vox velut in rigore conspicuè tremula existit?

E Aliter quoque scribitur hoc pronunciatum in Cois præsagiis, sed vitiosè & diminutè, quod ibi scripsimus.

[43] Ἀ'χρεα ἐπ' ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτοντα, κακόν. καὶ δίψα τοιαύτη πονηρόν.

Celeres extremorum corporis ad vtraque extrema permutationes, perniciem denunciant. Quin & sitis huiusmodi (hoc est celeriter in contraria permutata) malo est.

Iisdem verbis repetitur in Cois Prænot. δίψα τοιαύτη dicitur Galeno ἡ ὅτι τοιαύτα μεταπίπτουσα ἐν ταχεῖ, celeriter ad contraria permutata. Quod non est assecutus Caluus.

[44] Ἐκ κοσμίου φασεὶ ἀπόκρισις, κακόν.

Ab homine moderato ferox & audax responsum, malum portendit.

F Celebratur hoc pronunciatum Galeno lib. 1. & 3. περὶ δυσπν. & Com. 3. in lib. 1. Epid. Scribitur etiam lib. 3. Epid. ægr. 16. post st. pest. insigne phrenitidis exemplum huic prædictioni valdè consentiens, quam in notionem etiam à Galeno adducitur lib. 3. περὶ δυσπν. Repetitur quoque in Cois Prædict. sed vitiosè vt illîc admonuimus. Hanc verò sententiam exprimit Celsus, cùm scribit, Insaniam timendam vbi subita loquacitas orta est, & hæc ipsa solito audacior. κόσμιος autem εὐτάκτοις exponit Erotianus, moderatos, modestos, & qui compositis sunt moribus.

[45] Φωνὴ ἐξαίφνης, ἐπιπόνδρια τουτέοισιν εἴσω εἰρύαται.

Quibus vox in morbis acuta redditur, iis præcordia intro trahuntur & tendunt.

εἰρύεται quidam codices legunt, quod Erotianus apud Hippoc. ἕλκεται exponit. εἰρύαται tamen agnoscit Galenus quod est plurale Ionici præt. perf. quo etiam vsus est Homerus Il. α. et si alia notione.

G [46] Ὄμμα ἀμαυρὸν, μῦον, φλαῦον, καὶ ὃ πεπηὸς καὶ ἀχλυῶδες κακόν.

Hebescentes oculi & obtusi improbandi sunt. Quin & fixi ac caligine obducti malum portendunt.

In Cois Prænot. τὸ πεπηὸς ἀχλῶδες legitur. Quam lectionem sequuntur exemplaria quædam manu scripta, eamque hîc amplectuntur quidam vt ex Caluo patet. ἀχλυῶδες autem cum Galeno legisse videtur Erotianus, quam dictionem exponens scribit, ἀχλὺς λέγεται ποιάς ἀμαύρωσις τῶν σκολιὰ περὶ τὰς ὀφθαλμούς. ἀχλὺν quoq; σκοτεινὴν τῶν ἀποφάσεων exponit Hesychius. Scribitur etiam lib. 6. Epid. τὸ ἀμαυρὸν κακόν, τῶν οἱ πεπηότες ὀφθαλμοί.

[47] Ὀξυφωνίη κλαγγώδης πονηρόν.

Vox acuta & stridula malo est.

In Cois Præsagiis ὀξυφωνίη κλαυθμώδης legitur. Quam etiam lectionem hîc Gal. agnoscit, & habent exemplaria manu scripta, tum regia tum Italica, vt satis ex Caluo patet.

H [48] Ὀδόντων πρίσις ὀλέθριον, οἷσι μὴ σκώληξ καὶ ὑγιαίνουσιν, πνιγμὸς ἐν τουτοισι πόνῳ κακόν.

Dentium stridor quibus per sanitatem minimè est consuetus, periculum denunciat, suffocatio in his valdè praua.

Aliis verbis repetitur in Cois Prænotionibus.

Benè colorata facies & valde tetrica ac superciliosa, perniciem intentat.

[49] Γεγοώπυ δ᾽ χροια, καὶ ὀφρυῶν πυκνοῦ θρωπὸν πονηρόν. A

Scribitur etiam in Cois Prænot. hoc præsagium aliis verbis. Caluus hîc aliquid de oculorum contractione addidit, contra omnium exemplarium fidem, velut quiddam de frontis contractione scribitur in Coacis.

Alui recrementa si in spumosa & syncera desinant, mali incrementum significant.

[50] Τὰ τελευτῶντα ἀποχωρήματα εἰς ἀφρώδεα, ἄκρητα, παρεξειλικά.

Repetitur hæc sententia in Cois Prænot. atque iterum hîc postea.

Vrinarum in præcipitibus malis ex perfrictione interceptiones, pessimæ.

[51] Αἱ ἐκ καταψύξιος ἐν ὀξέσι οὖρων ἀποληψίες, κάκισται.

In Cois Prænot. vniuersaliorem habet notionem hæc sententia. Caluus ἐκ καταψύξιος non legisse videtur. B

Quæ perniciem minantur, ea si absque vlla significatione alleuiant, mortis periculum denunciant.

[52] Τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσαντα, θανάτου σημήνη.

τὰ ἀσήμως ῥαστωνήσαντα] τὰ ἄλογως & παραλόγως ῥαστωνήσαντα alibi dicũtur, quomodo adducuntur Gal. Com. 3. in Progn. & ἀσήμως ῥαστωνήσαντα, lib. 1. de dieb. decret. eaq; exponit Gal. ὅσα μήτε μετ᾽ σημείων λυτικῶν μήτ᾽ ἐν κρισίμοις ἡμέραις ἔδοξε παῦσθαι, Com. 3. in Progn. Sic Prorrhetico 2. ῥαστῶναι γραφέντα dicuntur, μήτ᾽ ἐν ἡμέρησι κρισίμοισι, μήτε σημείων ἀγαθῶν δηπαφανέντων. τὰ παραλόγως ῥηξάντα dicuntur lib. 2. epid. & ἀσήμως ἀφανιζόμενα. Cuius generis multa ex Hippocrat adscripsimus nostris in lib. 2. Epid. Commentariis. Erotianus τὰ ἀσήμως ἐστωνησαντα, χωρὶς φανερᾶς ὀδηκνείας εἰς τὸ βέλτιον ἀποκλινάντα hîc exponit, quæ citra vllam manifestam opem in melius rendunt.

In grauibus malis & biliosis exactè candicantes, spumantes, & circumbiliosæ egestiones, malo sunt. Quin & huiusmodi vrinæ damnantur. In his animaduertendum est num iecur affectum sit.

[53] Τὰ ἐν ὀξέσι χολώδεσιν ἐκλευκα, ἀφρώδεα, περίχολα ἀποχωρήματα, κακόν. κακὸν δὲ καὶ ἥπατα ποιᾶτα, ἄρα τούτοισιν ἢ παρ᾽ ἐπωδυνίαν; C

In Cois Præsagiis bis repetitur hæc sententia, & aliis quidem verbis. At melius quidem τὰ ἐκλευκον disparatè legitur. Caluus χολώδεσιν omisisse videtur, ac ἐν ὀξέσι tantùm legisse, quomodo etiam in Cois Prænot. scribitur.

Vocis in febribus defectiones, quæ conuulsionis speciem præseferunt, in vehementem mentis emotionem cum silentio vertunt, & perniciem ostentant.

[54] Αἱ ἐν πυρετοῖσι ἀφωνίαι, σπασμώδεα τέ πον ὀξέα τάσσουσι σιγῇ, ὀλέθριον.

Melius & apertiùs scribitur in Cois Prænot. αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι σπασμώδεα πρόσπαν ὀκτάσσουσι σιγῇ ὀλέθριον. Quidam εἰ pro αἱ legunt, etsi exemplaria scripta istam lectionem retinent, eámq; scriptionis vetustate & interpretum auctoritate confirmatã fatetur Galenus. Hîc Caluus σιγῇ omisit, idq; haud scio an exemplaribus Italicis fretus, an quòd eius explicatio plurimùm negotij facessat. Quod etiam nõnullos fecisse interpretes fatetur Galenus. Hîc autem videntur intelligi quæ aliàs in Cois Prænot. ὀκτάσεις σιγῇ σαι dicuntur. D

Vocis ex dolore defectiones, tandem cum summo cruciatu mortem afferunt.

[55] Αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι, δυσθάνατοι.

Iisdem verbis repetitur in Cois Præsagiis.

Ex præcordiorũ doribus obortę febres malignę sunt.

[56] Οἱ ἐξ ἀποχονδρίων ἀλγημάτων πυρετοὶ, κακοήθεες.

Hanc quoq; sententiam velut circumscriptione vacuam & indefinitam fugillat Galenus initio Com. 2. in lib. 3. Epid. & Commentariis qui ei attribuuntur in lib. 2. de humor. ad sent. 10. Quæ etiam iisdem verbis repetitur in Cois Prænot.

In præcipitibus malis, si sitis temerè ac præter rationem cesset, malo est.

[57] Δίψα παραλόγως λυθεῖσα ἐν ὀξέσι, κακόν. E

Luculentum est huius pronunciati testimonium ac celebre exemplum in Hermocrate lib. 3. Epid. vbi & facultatum & caloris natiui extinctio indicari à Galeno significatur, si sitis nullo merito sedetur, aut si febris in maximis morbis præter rationẽ desinat. παραλόγως autem est ἄνευ λυτικῶν σημείων, aut χωρὶς σημείων, ἢ πεψεως, quod etiam vt hîc quoq;, exponit Gal. Com. ad aph. 27. lib. 2. ac longè apertiùs lib. 1. de dieb. decret. Repetitur autem hæc sententia in Cois Prænot.

Sudor in febrib. acutis multus & copiosus dãno est.

[58] Ἱδρὼς πολὺς ἅμα πυρετοῖσιν ὀξέσι γιγνόμενος, φλαῦρος.

Hoc præsagium cum aph. 56. lib. 4. magnam habet affinitatem & huic coniunctam ac planè conuenientem habet intelligentiam, & paulo aliter scribitur in Cois Prænot.

Quin & laboriosę vrinæ damnantur, atq; ab his detentæ rubræ quædam efflorescentiæ, & æruginosæ, paruæq; veluti quædam stillæ apparentes.

[59] Καὶ ἔτι δ᾽ ὅτι πονηρὰ, πονηρὸν, καὶ τὰ ἐρυθρὰ ἐν τούτεων ἐπιθυσιάματα κατεχόμενα, καὶ τὰ ἰώδεα πονηρά. καὶ ὅ μικρὰ ὅτι φαίνεσθαι, σταξίας. F

Exemplaria scripta ferè omnia πόνοι legunt. Quæ lectio etiam ex codicibus Vaticanis est contestata, vt ex Caluo suspicari licet. Quam suspicionem augent quæ in Cois Prænotionibus scribuntur, etsi aliis verbis efferuntur, ita tamen vt hunc locum vnde petita videntur satis apertè referant, quódque hoc loco signorum criticorum male decernentium quædam enumeratio facta videatur. Atque hæc certè à me afferuntur, non quo scriptorum exemplarium lectionem Galeni explicationi præferam, sed quòd nec temerè tantum exemplarium consensum damnandam existimem, vbi præsertim ad æquitatem cum ratione deflectit opinio. Cuius quidem sententiæ explicatio ex nostris in Coas Prænot. annotat. petenda est, quòd illîc aptiùs loco posita esse videatur. Quæ sequuntur etiam ferè repetuntur in Cois Præsagiis, etsi nobis in alium sensum sunt traducta.

Vomitiones quoque variæ malo sunt, præsertim si continenter & assiduè prodeant.

[60] Καὶ ἐμέσεις μὴ ποικιλίας κακόν, ἄλλως τε καὶ ἐξῆς ἀλλήλων ἰόντων. G

Summi totius corporis perfrictiones in diebus iudicatoriis, cum angore & corporis inquietudine, si sine sudore fiunt, damno sunt, præcipuè verò damnantur qui ex his superueniunt rigores.

[61] Ὁκόσα ἐν κρισίμοισιν ἀλυσμῷ ἀνιδρῶτι παρεμπύχεται, κακόν, καὶ τὰ ὑπόρριγώσαντα ἐν τουτέων κακά.

Alis verbis repetitur hæc sententia in Cois Prænot.

Vomitiones syncerę & cum angore aut incontinenti corporis iactatione, damnandæ sunt.

[62] Ἐμέσματα ἄκρητα, ἀσώδεα, πονηρά. H

Aliter etiam scribitur in Cois Prænot. hæc sententia, vbi & multis aliis rescriptis tum syncerę vomitiones, tum quæ cum angore contingunt damnantur.

[63] Τὸ καρῶδες ἐξάγει πάμπαν καὶ κακόν;

Animaduertendum est diligenter num profundus & altus sopor omninò damnari debeat. A

In Cois Præn. aliter effertur hæc sententia, καρῶδες autem καρηβαρίαν ἢ καρωτικὸν exponit Erotianus, hoc fortasse subindicato loco.

[64] Μετὰ ῥίγεος ἄγνοια κακόν. κακὸν δὲ καὶ λήθη.

In rigore familiares non agnoscere & eorum quæ gesta sunt obliuisci, malum indicat.

Iisdem etiam verbis repetitur initio Coarum Prænotionum. Vitiosa est autem lectio quorũdam scriptorum codicum & Asulani, qui ἄπνοια pro ἄγνοια habet, vt satis ex Gal. patet.

[65] Αἱ ἐκ ῥίγεος καταψύξιες, μὴ ἀναθερμαινόμεναι κακαί. B

Ex rigore perfrictiones quæ ad calorem non reuocantur, malæ sunt.

Galenus lib. περὶ τρόπου & παλμοῦ etiam rationem reddit cur ex rigore corpus calefiat & sudores oriantur: Deinde etiam cur extincto calore natiuo perfrictiones permaneant, vbi huius sententiæ meminit his verbis: ὅτι ῥίγη ψυχθέντα μηκέτι ἀναθερμαθῆναι, πονηρόν. At certè quòd hoc pronunciatum cum præcedẽte illîc significare videatur, manifestissimum vitium subesse apparet, cùm scribit, αἱ ἐκ ῥίγεος ἀφωνίαι μὴ ἀναθερμαινόμεναι, κακόν. Scribendum enim existimo, αἱ ἐκ ῥίγεος ἄγνοιαι & καταψύξεις μὴ ἀναθερμαινόμεναι, κακόν. Neque enim illis verbis vtpiam apud Hippocr. scribitur, & certè hæc præsagia subindicari videntur.

[66] Οἱ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεες ἀναθερμαινόμενοι κακὸν, ὅτι τοῖσι τοῖσι πλευρῆς καῦμα ὀδυνῶδες, καὶ ὁ πυρετὸς ἐπιγίνεται κακόν. C

Ex perfrictione exudãtes ad calorem reuocati periculum denunciant: præsertim verò si accedat lateris æstus cum dolore, & subinde rigeant, malum impendet.

Huius præsagij pars repetitur in Cois Præ. paulò aliter. Cal. vt præsagiũ distraxit, ita aliter legit, nec autoris mentẽ est assecutus.

[67] Τὰ καυματώδεα ῥίγεα ἀποῦ ὀλέθρια, καὶ ὁ φλεγῶδες ἐν προσώπῳ μεθ᾽ ἱδρῶτος ἐν τούτοισι κακὸν, ὅτι τοῖσι ἡ ψύξις τὴν ὄπισθεν ἀσασμὸν ὑπεκδέχεται.

Rigores cum æstu nonnihil periculi denunciant, & facies incensa cum sudore, in his malum significat. Insuper posteriorum partium frigus conuulsionem prouocat.

In Cois Prænotionibus repetitur hæc sententia, vbi καυματώδεα legitur, quam scriptionem etiam agnoscit Galen. & secutus est Caluus, qui etiam μεθ᾽ ἱδρῶτα legisse videtur.

[68] Οἱ ἐφιδρῶντες ἀγρυπνοι, ἀναθερμαινόμενοι κακόν. D

Ex sudoribus peruigiles & ad calorem reuocati, malè habere iudicantur.

Repetitur etiam iisdem verbis hæc sent. in Cois Prænot.

[69] Ἐξόσφυος ἀναδρομὴς ὀφθαλμοῦ ἴλλωσις, κακόν.

Ex recursatione dolorum in lumbis, oculi peuersio & distortio malo est.

Hanc sententiam fugillat Gal. Comm. 2. in lib. 3. epid. quæ etiam repetitur in Cois Prænot. vitiosè tamen vt ibi monemus. Vitiosa quoque sunt exemplaria quæ ὀφρύος pro ἰσφύος, & ἕλλωσις pro ἴλλωσις legunt. Caluus hoc præsagium malè sequenti annexuit.

[70] Ὀδυνὴ ἐς στῆθος ἱδρυθεῖσα σὺν νωθρότητι κακόν. ὅτι πυρετιώντες ἔτοι καυσικοὶ, ὀξέως ἀπιδνήσκουσιν.

Dolor in pectore fixus cum torpore malum denũciat. Hi si suborta febre exæstuent, celeriter mortem oppetunt.

Scribitur etiam hoc præsagium in Cois Prænot. paulò aliter. ὀξέως ἀπυδνήσκουσιν iunximus ex scriptis & publicatis exemplaribus, quæ est etiam lectio Coarum Prænotionum. E

[71] Οἱ ἐπαναμεμεόντες μέλαινα, ἀπόσιτοι, παραφορεῖς, καθ᾽ ἥλιον μικρὰ ὀδυνώδεες, ὄμμα δρασὺ, κεκλασμένον, τοῖσι μὴ φαρμακεύειν, ὀλέθριον γάρ. Μηδὲ τοὺς ἐποιδέοντας, σκοτώδεας, ἐν ταῖς πλαναῖσθαι ἐκλείποντας, ἀπόσιτους, ἀχρόους. μηδὲ τοὺς ἐν πυρετῷ, εἰ κωματώδεες, καταπεκλασμένους ὀλέθριον γάρ.

Qui nigra vomitione refundunt, cibos auersantur, desipiunt, ad pubem nonnihil dolent, cum aspectu feroci & clausis oculis, eos medicamentis purgare tutum non est. Neq; verò subtumidos, aut tenebricosa vertigine vexatos, aut eos qui vel leuiter moti animo deficiunt, aut cibos auersantur & decolores sunt, vt nec eos qui in febre exoluti aut fracti decumbunt, si sopore tententur, purgatione aggredi tutum est.

Scribuntur hæ sententiæ in quadam Hippocrat epistola ad Democritum de Veratri potione, vt ex hoc Prorrhetico adducuntur, vitiosè tamen, vt satis apparet. Vbi etiam quibusnam medicamentum purgans ex Hippocr. suspectum sit exponitur, vt & lib. 4. de rat. in morb. ac. Quæ omnia effecerunt vt has disparatas sententias, cum meliorum codicum assensu in vnum præsagium complecterer. Quòd verò ad scriptionem attinet Galen. εἰ κωματώδεες agnoscit, quæ lectio est publicatorum & M. S. exemplarium, etsi quædam καυματώδεες habent, vt etiam idem scribit, & testatur Caluus. καταπεκλασμένους etiam habent Galeni exemplaria, cùm omnia, tum publicata, tum scripta καταπεκλασμένους legãt. Nos vtranq; lectionem nostra interpretatione quoad potuimus comprehendimus. ὀλέθριον τὸ etiam optima habent exemplaria, Gal. ὀλέθριοι. F

[72] Καρδίης πόνος ἅμα ἀποχονδρίου σκοτόνω καὶ κεφαλαλγίη κακόηθες, καί τι ἀθματῶδες. Σφάγε ἐξαίφνης οὗτοι τελευτῶσιν; ὡς ἐν Δυσώδει, τούτῳ καὶ ἔτι ἐξυμωμένα, ἐγίνετο βιαίως ἐξέρυθρα. G

Oris ventriculi dolor cum præcordiorum contensione, atque etiam capitis dolor, malignum quidpiam & suspiriosam quandam affectionem indicat. In his certè animaduertendum est num de repente moriantur, velut in Dysode euenit, cui vrinæ valdè fermentatæ & prærubræ aderant.

Variant hîc exemplaria. Quædam enim ἅμα ἀποχονδρίου legunt, & καί τι ἀθματῶδες, quæ tamen vitium præseferunt. Codices manu scripti Regij ὡς ἐν ὀδυσσῷ legunt. Caluus, ὡς καὶ λυσίας ἐν ὀδυσσῷ legisse videtur. Galen. ὡς ἐν Δυσώδει agnoscit, & ἐξυμωμένα βιαίως.

[73] Τραχήλου πόνος, κακὸν μὲν ἐν πάντι πυρετῷ, κάκιστον δὲ οἷς ἐκμαιεῦσαι ἐλπίς. H

Ceruicis dolor in omni quidem febre malo est. In his verò pessimus in quibus vehementem insaniam metuimus.

Iisdem omninò verbis scribitur hoc pronunciatum in Cois Prænot.

[74] Κωματώδεες, κοπιώδεες, ἀχλυώδεες, ἀγρυπνοι, ἐφιδρῶντες πυρετοὶ κακοήθεες.

Febres quæ soporem lassitudinémve inducũt, aut in quibus caligant ægri, insomnia ac tenuibus sudoribus vexantur, malignæ sunt.

Repetitur etiam in Cois Prænotionibus hæc ſententia aliis quidem verbis, eadem tamen notione. A

Crebri ex dorſo horrores ſubinde locum commutantes, graues & difficiles, laborioſam vrinæ ſuppreſſionem minantur.

[71] Ἐκ νώτου φέιγει πυκνοὶ, ὀξέως μεταπίπτουσι, δυς-φορεῖ, οὖρον ἀπολήγειν ἐπώδυνον σημαίνουσιν.

Repetitur hæc ſententia initio Coarum Prænot. iiſdem ferè verbis & vna notione comprehenditur, etſi diſtingui poteſt, vt ex Galeno patet. Caluus tamen aliter quàm Galenus hoc præſagium ſeparauit, & οὖρον ἀπολήγειν ἐπώδυνον σημαίνει, legiſſe videtur, quomodo etiam aliàs legitur, in Cois Præn. Exemplaria etiam quædam Regia manu ſcripta vitiosè οὖρεις ἀπολήγειν habent.

Quin & corporis æſtuatione & iactatione conflictati, citra vomitum ingraueſcentes, malè habent.

[76] Καὶ οἱ ἀυτώδεες, ἀνεμέτους παροξυνόμενοι, κακοί.

Scribitur etiam in Cois Prænot. hæc ſententia iiſdem verbis. B

Corporis perfrictio cum rigiditate, perniciem denunciat.

[77] Κατάψυξις μετ' σκληρυσμοῦ, σημεῖον ὀλέθριον.

Initio Coacarum Prænotionum iiſdem verbis ſcribitur hoc pronunciatum.

Tenues ex aluo abſq; mordacitatis ſenſu prodeuntes deiectiones, ei qui ſibi benè conſtat, malum portendunt, velut nonnunquam iocinoroſo contingit.

[78] Ἀπὸ κοιλίης λεπτὰ μὴ ἀιδαινομένῳ διέναι, ἐόντι παρ' ἑωυτῷ κακὸν, οἷ τῷ ἡπατικῷ.

Illud μὴ ἀιδαινομένῳ de deiectionibus mordacitatis ſenſu carentibus exponimus Galenum ſecuti, non ſecus ac in hepatico, quòd iocinoroſis id nonnunquam vſu venire ſoleat.

Vomitiones exiguæ, bilioſæ, malo ſunt, tum verò potiſſimùm ſi petuigilio conflictentur ægri. In quibus ſtillans naſus perniciem minatur. C

[79] Τὰ σμικρὰ ἐμέσματα χολώδεα κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπαγρυπνήσωσιν. μυκτὴρ δὲ ἢν ῥυτέοισιν ἀποσάζων ὀλέθριον.

In Cois Prænotionibus ſcribitur hæc ſententia, diminutè tamen, vt illic monuimus.

Quibus ex partu purgamenta alba ſubſiſtunt cum febre, & ſurditatem ac acutum lateris dolorem afferunt, cæ in vehementem & perniciosam mentis emotionem incidunt.

[80] Αἷς ἐκ τόκου γελβηκὰ, ὀπιςάντα δ' ἅμα πυρετῷ, κώφωσις, καὶ εἰς πλευρὸν ὀδυνὴν ὀξεῖαν, ἐξίσαντα ὀλεθρίως.

Hoc quoque præſagium repetitur in Cois Prænot. iiſdem penè verbis. Caluus pro ὀπιςάντα ἀποσάζοντα legiſſe videtur, & contrarium ſenſum affinxiſſe. Conſtat nanque præſagium intelligi de partus purgamentis & iis quæ à partu effluunt remerè ſuppreſſis. Quare meliotibus verbis codices ſcripti Regij ὀπιςαίνων legunt, vt & in Cois Prænotionibus. D

In febribus ardentibus cum aliqua ſummi corporis perfrictione, ac egeſtionib⁹ aquæ ſimilibus & crebris, oculorum peruertio & diſtortio malum ſignificat, tum verò præcipuè, ſi alto quodam ſtupore (quem catochon vocant) deprehenſi detineantur.

[81] Ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν ἀποτεταμμένοισι ῥιγεσι ῥιγωρήμασιν, ὑδατοχόλοις, συχνοῖσιν, ὀφθαλμοῦ ἴλλωσις, σημεῖον κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν κάτοχοι γένωνται.

Scribitur quoque hæc ſententia in Cois Prænotionibus, ſed (vt apparet) diminutiuè, ſed adducitur à Gal. Comm. in ægr. 11. lib. 3. epid. Vbi tamen vitiosè legitur. E

Syderationes quæ repentè contingunt, ſi inſuper febris mediocris accedat, quæ diu trahat, perniciem minantur, quale quid Numenij filio contigit.

[82] Τὰ ἀξαίφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένως, ὀπιπυρετήσαντι χρονίως ὀλέθρια, οἷ τῷ ἐπεπόνθει ὁ Νουμηνίου υἱός.

Iiſdem penè verbis repetitur in Cois Præſagiis. λελυμένως autem ὀπιπυρετήσαντι & χρονίως iunximus Galenum ſecuti, mediocrem & moderatam febrem quæque diutiùs trahat intelligentes. Galenus βληχρὸν & χρόνιον vocat, & ἀξαὶ & θερμαὶ opponit. Omnia tamen exemplaria ἀποπληκτικὰ λελυμένως ſcribunt, vt & de apoplexia intelligatur quæ debilis ſit neq; omninò deſperata, ſed veluti ſolubilis ac ſanabilis. Quædam etiam οἷ ὁ Νυμηνίου υἱὸς ſimpliciter legunt, alia quoque οἷον ἢ ἐπεπόνθει ὁ Νυμηνίου υἱός.

Ex lumborum dolore ad os ventriculi recurſationes, cum febre, horrore, multorum tenuium & aquoſorum vomitu, delirio, vocis defectione, cæ in nigrorum vomitionem deſinunt. F

[83] Ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀνάδρομαὶ εἰς καρδίην, πυρετώδεες, φεικώδεες, ἀνεμοῦσαι ὑδατώδεα, λεπτὰ, πλέονα, παρενεχθεῖσαι, ἄφωνοι, ἐμέσασαι μέλανα, τελευτῶσιν.

Repetitur in Cois Prænotionibus longè meliùs, vt ex Galeno patet. Etenim illic κακοῦχηλία vitatur, quam non animaduertens Caluus iſtud præſagium fœminis attribuit, vt ne addam quòd illud παρενεχθεῖσαι minimè aſſecutus eſt, aut aliud quiddam legiſſe videtur.

In præcipitibus malis oculi obſeratio aut perfractio, malo eſt.

[84] Ὄμματος καπάκλασις ἐν ὀξέσι κακόν.

Nos Galenum ſecuti vtranque lectionem noſtra interpretatione comprehendimus. Caluus καπάκλισιν legiſſe videtur. Antea verò prorrh. 71. ἔμμα καπακεκλεισμένον & καπακλασμένας ægros perniciosè habere ſignificauit. Quædam etiã exemplaria ἐν ὀξέα pro ἐν ὀξέσι legunt. G

Conſiderandum eſt in æſtuabundis & corporis iactatione citra vomitum & lumborum dolore conflictatis ægris, ſi audacter deſipuerint, num nigra per ſeceſſum proditura ſint.

[85] Ἀεὶ γὰρ τοῖς ἀσώδεσιν ἀνεμέτοισιν, ὀσφυαλγέσιν, ἢν θρασέως παραφρόνωσιν, ἐλπὶς μέλανα διελθεῖν.

Repetitur hæc ſententia in Cois Prænotionibus iiſdem penè verbis. Quod efficit vt vitioſa exemplaria exiſtimanda ſint, quæ iſtud præſagium præcedenti coniungunt. Cæterùm exempl. quædam manu ſcripta, ἢν ὀλίγον θρασέως παραφρόνωσιν legunt, vt & in Cois Prænot. quod etiam fecit Caluus. H

Dolentes fauces abſq; tumore, cum labore & moleſtia ac ſuffocatione, præceps exitium minantur.

[86] Φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνὴ μετ' δυσφοείης, πνιγώδης, ὀλεθρίη ὀξέως.

Scribi-

A Scribitur quoque hoc præſagium in Cois Prænot. paulùm diminutè.

Qui ſpiritum trahunt cum voce ſtrangulabunda, ſi ceruicis vertebra intrò ſublidět, iis ad exitum, velut ex conuulſione, reſpiratio ducitur.

[87] Οἷς πνεῦμα ἀνέλκεται, φωνὴ δὲ πνιγώδης, ὁ αὐχὴν δυλος ἐγκάθηται, ἐυτέοισιν ἐπὶ τῷ τελευτῷ, ὡς συ-σπῶντος νευρου τὸ πνεῦμα ἕλκει.

Iiſdem quoque verbis repetitur in Cois Prænot. hæc ſententia.

Ex capite dolentes, & alto ſtupore (catochum vocant) detenti ac delirantes cum alui interceptione & ferocienre intuitu floridi, in ſcapulas rigeſcunt ac poſteriorum partium diſtenſione tentantur.

[88] Οἱ κεφαλαλγικοὶ, κατόχως ἐνδακρύοντες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, ὄμματα θρασύνοντες, δυσθεοὶ, ὀπισθοτονώδεες γίνονται.

Repetitur etiam iiſdem verbis in Cois Prænotionibus. Mirum autem ſubit hic Caluum κοιλίῃ ἀπολελαμμένῃ ventrem ſolutum diſixiſſe, repugnante communi dictionis notione & locutionis proprietate ac Galeni explicatione, ideoque aliam lectionem mihi ſecutus videtur. Quædam exemplaria manu ſcripta ὄμματα θρασυνόντα legunt.

Febribus & laſſitudinis ſenſu detento, cum oculorum peruerſione, rigor perniciem minatur. Atque in huiuſmodi caſibus ſoporati, malum denunciant.

[89] Ἐφ' ὁμμῷ θραφρόφῃ, πυρετώδεϊ, κοπιώδεϊ, ῥίγος ὀλέθριον. καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τούτοισι, κακόν.

Huius præſagij partem adſcribit Gal. lib. de Rigore, & iiſdem omninò verbis repetitur in Cois Prænot. Caluus autem huius ſententiæ prius membrum per ſe legit, velut adducitur à Gal. lib. de Rigore, alterum huic ſententiæ coniungit ſicque legit, οἷον ἐν πυρετῷ κοπιώδει πνεῦμα ἕλκει, φωνὴ δὲ ἀσφῆς, ῥίγος ὀλέθριον. & οἱ κωματώδεες ἐν τούτοισι πονηρόν. Cuius quidem lectionis ne vllum quidem noſtris in exemplaribus extat veſtigium. C

Præcordiorum dolores in febribus cum loquendi impotentia, ſi ſudore non ſoluantur maligni ſunt. In his dolores ad coxendices cum ardente febre, atque aluus affatim prorumpens, perniciem oſtentant.

[90] Αἱ ἐν πυρετοῖσι τοῖς ἀποχόνδριον ὀδυνᾶι, ἀιδώδες, ἱδρῶτι λυόμεναι, κακοήθες. τούτοισι ἐς ἰγκὰ ἀλγήματα ἅμα καυσώδεϊ πυρετῷ, καὶ ἢν κοιλίη καπαρραγῇ, ὀλέθριον.

Hæc ſententia bis repetitur in Cois Prænotionibus, vbi αἰδιδρῶνη & αἰδιδρῶν legitur, & nos αἰδιδρωνὶ legendum duximus, vt ſit ἄνευ ἱδρῶτος, quod & hîc quoque vſurpari poteſt, ſed tum κακόηθες impropriam habebit notionem, & in malignorum ſignorum ac infidorum genere ponetur, vt & poſtea. Sed nos cum interpretibus Galeni expoſitionem ſequi maluimus. Caluus huius præſagij extremum per ſe legit, vt & aliàs in Cois Prænot. legitur, ἐν καύσῳ κοιλίη καπαρραγέοντα θανάσιμον. D

Quibus cum febribus voces poſt iudicationẽ deficiunt, ij tremore & ſopore correpti intereunt.

[91] Οἷσι φωναὶ ἅμα πυρετοῖσιν ἐκλείπουσαι μετὰ κρίσιν, θερμώδεες, καὶ κωματώδεες τελευτῶσιν.

Paulò aliter ſcribitur hoc præſagium in Cois Prænot.

Quibus ardore conflictatis, fatuitate & alto ſtupore (quem catochum dicunt) detentis, præcordia variant, & in cõtrarias ſubinde affectiones tranſmutantur, ac venter in tumorem præter naturam ſublatus eſt cum ciborum interceptione, & tenui circa caput & thoracem oborto ſudore: in his animaduertendum eſt, num, ſi concitatus & magnus ſpiritus, aut genituræ ſimilis excretio accidat, ſingulrum prænunciet, aut etiam ex aluo ſpumantia & bilioſa proditura ſint? Eos ſplendeſcens quiddam aut coruſcans per vrinam redditum iuuat, aluus verò in his etiam commouetur.

[92] Οἷσι καυσικὰ, μεμωρωμένα, κάτοχα, ποικίλλοντα ἀποχόνδρια, καὶ κοιλίῃ ἐπιρρυέοι, σίτων ἀπολελαμμένων, ἐφ' ἱδρῶσι. ἢν δὲ τούτοις ὀδολεὸν πνεῦμα, καὶ ὀ ζονοειδὲς ἐπελθὸν, λύγγα δυσπνοίηνδ, καὶ κοιλίη δὲ ἐπα-φεσ χολώδεα προσδιέρχεται; ὀ λαμπρὸς ἐν τούτοι-σι ὠφελέει ὑρηθέν, κοιλίη δ' τούτοισιν ὅπι παροίσεται. E

Caluus in hac ſententia αἰώδεα & βορβορόεντα ὑποχόνδρια etiam legiſſe videtur. Repetitur quoque in Coacis Prænot. vbi diſparatè & corruptè legitur. Hîc autem τὰ μεμωρωμένα exponit Gal. & μώρωσιν ἐμπνοιῶπα τῇ ὀμμνοίᾳ. In Exegeſi verò & αἰαιθηπὶ, vt & antea Comm. 1. in hunc lib. μώρωσιν νωθρότητα. Porrò pro σίτων ἀπολελαμμένων, σίτων ἀπολελαμμένοι quidam legunt, vt ſatis apparet ex Gal. Comm. alij ἀπολελαμμένοι ſimpliciter, velut in Coacis Prænot. ſicq; legiſſe videtur Erotianus, qui ex Bacchio πάνυ πρὸς ὄντας exponit, aut ex Epicle θρῆς γένωνται, ἢ καθηρημένοις, aut etiam ἀπεικημένοις, quam poſteriorem expoſitionem approbare videtur. Gal. etiam in Com. vtranque explicationem includit, cùm σίτων ἀπολελαμμένης αἰωρέκτως, ὡς εἰ & ἀπολελαμμένης ἀπὸ τῶν σιτίων προσφορᾶς, ἢ ἐπερχομένοις ἢ κατέχα exponit. Hunc quoque locum diſertè mihi ſubindicare videtur Erotianus, cùm ζονοειδὲς exponit τὸ ὅμοιον ζόνῳ ζωνίσι κείμενα, & ζονοειδὲς ὕρου, τὸ λευκὸν & παχύ. Vbi ζυοειδὲς quibuſdam legi innuit, quod exponit, τὸ πνεῦμα τὸ μετὰ πόνου καὶ ζυνος σιωπνίας ἀκαπνέμενον, vt & Galen. antea Comm. 1. in hunc librum. ξυὼ πόνῳ, μετὰ πόνου δυτέεται μετὰ προθυμίας ἰσχυρᾶς exponit. λαμπρὸς autem hoc loco Erotianum legiſſe apparet, & Bacchium λαμπῶδες, quod ſignificat ex Erotiani mente vrinam ſpumam craſſiorem innatãtem habentem, quòd λάμπειν ſit craſſior ſpuma in aceto ex vino adulterato innatans. F

In ſopore affectis ægris, ſpumantibus prodeuntibus deiectionibus, febris acuta ingraueſcit.

[93] Οἷς κῶμα γίνεται ἐν ἀφρῶν προσελθόντων, πυρετὸς πιεζεύεται ὀξύς. G

Sic legunt exemplaria omnia publicata cum Galeno, & repetitur ea ſententia in Cois Prænot. his penè verbis, vitiosè tamen ſcripta, vt ſatis apparet. Codices manu ſcripti omnes has ſententias ita legũt & diſtinguunt, οἷς κῶμα γίνεται ἐν ὀμμῷ θραφρόφῃ ὀλέθριον ὀξέως. οἷσι πνεῦμα ἀνέλκει), φωνὴ δὲ ἀσαφὴς, ἐπάφρων προσελθόντων πυρετὸς παροξύνεται. Quæ lectio ad Vaticanas membranas pertuaſit, vt ex Caluo apparet. Minutùm verò eſt quòd hîc ἐπάφρων habent exemplaria quædam, alia ἐν ἀφρῶν.

In febre cum ſudoribus, vocis ex capitis dolore defectiones, ſi per ſe reſoluuntur ægri ac præter voluntatem excrementa demittunt, malumque remitti videatur, diuturniorem morbum metuere oportet. In his nouus ſubortus rigor damnandus non eſt.

[94] Αἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἀφωνίαι ἅμα ἱδρῶτι πυρετώδεες χαλῶνται ἐφ' ἑωυτοῦ, ἐπιμένοντα χρονιώτερον, ἐπιρρηγνύναι τούτοισιν ὀπωρόν. H

Repetitur hæc ſententia in Cois Prænot. paulùm immutatis verbis. Interpretes ἐπαινοῦντα legunt, nos ἐπιμένοντα ex codicibus ſcriptis cum Galeno retinuimus. Caluus vtrunque legit & ſententiam iſtam pertur bauit, & λύγγας pro χαλῶνται legiſſe videtur. Codices manu ſcripti & αἱ κεφαλαλγίαι legunt, & ἐπὸ σφᾶς pro ἐφ' ἑωυτοῦ.

Quibus manus ſunt tremulæ, cum capitis & ceruicis dolore, leui aliqua ſurditate affecti, nigricãtes reddunt vrinas & dẽſas. In his caſibus nigrorum progreſſum expectare & ſuſpectum habere oportet.

[95] Χῆρες τρεμώδεες, κεφαλαλγέες, βαχήλου ὀδυνώδεες, ὑποκωφοι, ὑρέοντες μέλανα δεδασυμθύα, οἷσιν τῶν πα ἢ, μέλανα προς δέχεσθαι ἤξην ὀλέθριον.

A

Caluus ὑπόκουφοι pro ὑποκωφοι legit, & τῶν πα προς δέχεσθαι, neque μέλανα addit. Repetitur autem hæc ſententia in Cois Prænot. Vbi nigrorum vomitus definitur, quod hîc ambiguè ponitur.

Vocis defectiones cum viriũ exolutione, alto ſtupore (catochon vocant) detentis, perniciem minãtur.

[96] Αἱ μετ' ὀκλύσεως κατόχως ἀφωνίαι, ὀλέθριαι.

Repetitur iiſdem ferè verbis hæc ſententia in Cois Prænot.

Lateris dolor cum biliofis ſputis temerè ac præter rationem euaneſcens, ægros in vehementem & furioſam mentis emotionem agit.

[97] Πλευρὸς ἄλγημα ὀπὸ πτύσεσι χολώδεσιν ἀλόγως ἀφανιθὲν, ἐξίστανται.

B

Scribitur etiam in Cois Præſagiis hoc prognoſticum, vitioſè tamen, vt illîc oſtendimus.

Ex ceruicis dolore cum ſopore & ſudore inflata aluus, ſi quidem ex Medici induſtria liquida demittat cum aliqua proluuie, deinde quæ bilioſa non ſunt reſtituent, huiuſmodi aſſeruata diuturniorem morbum efficient. In his animaduertẽdum eſt, num proluuies alui non bilioſæ benigniores ſint, ac flatuoſo tumori conducant?

[98] Ἐπὶ βαχήλου ἀλγήματι κωματώδες, ἱδρώδες χειλίη φυσηθέσα, εἰ δὲ τι προς ἀνάκλιν ὑγρὰ χαλῶσα, ὑποπαρεμπλυθέσα, ὀκ τουτέων ἄχρια ἐξίστανται, τὰ τοιαῦτα βέλτιστα μακροτέρης βέλτιστα. πρᾶγε εἰσὶν ἄχολοι πρεμπλύσιες δυνατέρραι, καὶ ὃ φυσῶδες οὐκ ωφελέοι;

C

Nos Galeni mentem ſecuti ἐξίστανται pro ἐξίστανται legimus.

Aluus circumtenſa, ex Medici induſtria liquida demittens, celeriter intumeſcent, conuulſionis ſignificationem quandam præſefert, quod Aſpaſij filio cõtigit. In his nouus ſubortus rigor perniciem facit. Ex his caſibus conuulſione tentato aç inflato, vbi diutiùs morbũ traxerit, ex ore putrida & virulenta prodeunt.

[99] Κοιλίης πρεῖπασις προς ἀνάκλιν ὑγρὰ χαλῶσα, καὶ ὀδυνώδης, ἔχει τι παρασμῶδες, οἷς καὶ τῷ Ἀσπασίου υἱεῖ, ὃ ὀπτρίγεται τοῖς ὀλέθριον. ὀκ τουτέων παρασμώδης γενηθεὶς, καὶ ἐμφυσηθεὶς, μακρότερον βέβηκοσήσας, σόματι σῆψις χλωρὴ ἐπεγένετο.

D

Huius ſententiæ initium aliter legitur in Cois Prænot. & cæteris connexum magnam parit obſcuritatem vitiumq; præſefert.

Lumborum dolores diuturni qui ſenſim fiunt, circum præcordia inuoluti, cum febre & ciborum faſtidio, ſi intenſum capitis dolorem aduehunt, non ſine conuulſionis ſpecie celeriter interficiunt.

[100] Τὰ κατ' ὀσφῦν χρὸν λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα προς ὑποχόνδριον χειφόμενα ἀποστικὰ ἄμα πυρετῷ, τοῦτοισιν εἰς κεφαλὴν ἄλγημα σφοδρὸν ἐλθὸν κτείνει ὀξέως βέπῳ παρασμῶδες.

Aliis verbis repetitur hęc ſententia in Cois Prænot. χειφόμενα autem ἀλγήματα ὀνειλούμενα exponit Gal. inuolutos dolores & circum præcordia implicatos & irreitos, ac ſeſe reuoluentes, ἐπανειλούμενα dicit Gal. in Exeg. Alij eos intelligũt dolores, qui ſenſim & quibuſdam interuallis ad pręcordia adducuntur, contrahuntur, & quaſi conuelluntur. Alij eos qui præcordia contingunt, τὰ συνεχίζοντα τὰ συνῆθοντα exponunt, vt Bacchius, quem Scholium quoddam reprehẽdit, quòd προς ὑποχόνδριον χειφόμενα ἀλγήματα, non ſimpliciter ad præcordia pertingentes dolores ſignificent, ſed eos qui quibuſdam inuolucris, aut obſcuris quibuſdam ductibus ac ſinuoſis circumflexibus, aut implicatis conuolutionibus præcordia petunt. Sic enim ſcribitur ex Scholio quodam manu ſcripto, Βακχεῖος ὀν φησιν συνεχίζοντα τὰ συνῆθοντα, ἤνοῦσας. ἔστι δὲ ψιλῶς συνάπτοντα, ἀλλὰ μετὰ σκολιότητός τινος. χείφον δὲ οἱ παλαιοὶ τὰ αἰνιγματῶδες τὰ σκολιὰν λύγισιν. χείφον τὸν τὸ ἀλιευτικὸν δίκτυον, κατὰ τὸ κατ' ἀπολεκὼ σκολιόστοιχον. εἰκὸς οὖν τὰ Ἱπποκράτους τὸ σύμπαθες ἀφῆ νεύρων, τὰ δὲ συνεκόμενον παρασμῶδες εἰπεῖν. Quam etiam explicationem mihi videtur ſignificare Heſychius, cùm χειπούμενα (χειπόμενα malim) συνελκόμενα τὰ παρασμῶδες συμπαθοῦντα exponit, οἱ δὲ ἐγγίζοντα. Idem quoque χειφόμενα ἐπανειλούμενα exponit & γραφόμενα. Quod etiam videtur eam notionem reſpicere quam Gal. in Com. ad χειφομένοις ὑμένας refert. Hanc autem retis piſcatorij tranſlationem ſequitur Galen. in explicatione vocum Hippocrat. quam tamen hîc conuellere videtur, etſi notum eſt χείφον ſagenam & rete piſcatorium ſignificare. Qua de re plura ſcripſimus in noſtra OEconomia. Cæterùm membranæ manu ſcriptæ, τὰ πρὸς ὑποχόνδριον χειφόμενα legunt, quam lectionem etiam ſequitur Caluus.

Qui ſubinde rigore prehenduntur, & ſub noctem aliquantò grauiùs habent; peruigiles, in ſomnis nugantes aut delirantes, interdum ſeſe lotio perfundentes, ij in conuulſiones cum ſopore tendunt.

[101] Τὰ ὀπτρίγεται καὶ ἐς νύκτα μᾶλλον τὰ παροξυνόμενα, ἄγρυπνα, φλεβοδονώδεα οἷα ἐν τοῖς ὕπνοις, ἔστιν ὅτε βέβρεχε ὑφ' ἑαυτοῦ χαλῶντα, ἐς πασμοὺς ἀποτελοῦντα κωματώδεας.

φλεβονώδεα cum Galeno legimus, qui φλεγμονῶντα explicat. Sic quoque in expoſitione vocum obſcurarum Hippocr. φλεβονώδεα legit, & φλύαρον exponit. φλεβόνες γὰρ φλυαρίαι. Repetitur verò hæc ſententia initio Coacarum Prænotionum, ſed admodum corruptè, quomodo & hæc dictio vbique vitioſè legitur. Caluus φλεγματώδεα vt in Cois Prænot. legiſſe videtur, vbi huius prognoſtici ſenſum abundè aperuimus & lectionis ac exemplarium varietatem ſubindicauimus, & vulgatæ lectionis notionem expoſuimus. Ac ſanè mirum ſubit quonam Erotiani expoſitio referatur, qui etiam φλεγοδώδη legit, cuius tamen lectionis ne meminit quidem Galenus, aliôqui varias huius dictionis ſcriptiones ſedulò adſcribens. Quæ enim φλεγοδώδη μὴ πνευματώδεις ἢ σαρκῶν ὀκκρινόμενα ſignificari vult, neque loco huic neque Cois Prænot. ſatis congruunt. Quin & φλεβονώδη (quam in lectionem tamen inclinat Erotianus, niſi ſi φλεβοδονώδη potiùs legendum ſit) huic loco parum quadrare videtur, cùm ea dictio eadem quæ φλεβοπνώδεα ferè indicet, & de venarum aut arteriarum agitatione, pulſu ac concuſſione dicantur. Et certè iſtum Erotiani locum mendoſum exiſtimo, & pro φλεγοδώδη φλεβονώδη vbique ſcribendum ſpondeo, vt abundè docuimus in noſtra OEconomia, vbi de huius vocis obſcuritate & varietate plurima adſcripſimus.

Quibus circa initia tenues ſuboriuntur ſudores, & vrinæ concoctæ emituntur cum magna totius corporis æſtuatione, ſi præter rationem perfrigeſcant, & rurſus celeriter perurãtur, & torpore, ſopore, aut conuulſione tententur, ij perniciosè affecti ſunt.

[102] Οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐφιδροῶντες, ὑγιεῖς πέπονι καυστικοὶ, ἀκρίτως πρεψύχοντες ἀφ' βαρέος πρεψυκέες, νωθεγοὶ, κωματώδεες, πασμώδεες ὀλέθριοι.

H

Aliter

A Aliter paulò ſcribitur in Cois Præn. nihil tamen immutata notione. Hîc autem ἀκρίτως πρεψυχόντες & ἀσήμως indicare videtur vt in Cois Præſagiis. Galenus autem ἐξ βαχέων legiſſe videtur, vt in Cois Præſagiis.

Vterum gerentibus capitis dolores cum ſopore & grauitate, malo ſunt. Quin & huiuſmodi naturæ conuulſionibus quibuſdam fortè ſunt obnoxiæ.

[103] Τῆσιν ὀπτφόεσιν κεφαλαλγικαὶ, καρώδεα μὴ βαρέος γινόμενα, φλαῦρα, ἴσως δὲ τούτῃσι καὶ παρασμῶδες λὶ παθὴν ὀφείλει.

Bis ſcribitur hæc ſententia in Cois Prænot. vtrobique tamen vitioſè, vt ſatis apparet. Mirum eſt autem Caluum præter Galeni opinionem ὀπτφόροις lippitudini & epiphoris attribuiſſe, cùm ſatis ſit tritum ex Cois Prænot. hanc dictionem huic authori de vterum geſtantibus dici. Vitioſa ſunt autem exemplaria ſcripta quæ ὠφελέει aut ὠφείλει, pro ὀφείλει habent.

B Faucium gracilium dolores ſuffocantes cõuulſionẽ minantur, tum verò præcipuè ſi ex capite originem ducũt, quale quid Thraſynontis conſobrinæ contigit.

[104] Τὰ ἐν φαρυγγίοισι ἀλγήματα πνιγώδεα ἔχει λὶ παρασμῶδες, ἄλλως τε καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ὁρμῶντα, οἷς καὶ τῇ Θρασυνόντος ἀνεψιῇ.

In Cois Prænot. iiſdem propè verbis repetitur hæc ſententia.

Tremoribus quæ conuulſiones accedunt cum ſudoribus, recidiuas minantur. In his iudicationem facit nouus obortus rigor, qui priùs ardore circa vẽtrem oborto prouocatur.

[105] Τὰ τρεμώδεα παρασμώδεα ῥιγώδεα ἐφ' ἱδρῶσι φιλυπόγροφα, τούτοις ἡ κρίσις ὀπτρίγασιν. οὗτοι ὀπτρίγεσι πρὸς κοιλίῃ καύματι προσκληθέντες.

Iiſdem etiam verbis repetitur in Cois Prænot.

Lumborum & capitis ac oris ventriculi dolor, cum forti excreatione, conuulſionem ſuſpectam facit.

C

[106] Ὀσφύος πόνος, καὶ κεφαλαλγικὸς καὶ καρδιαλγικὸς μὴ ἀναχρέμψιος βιαίως, ἔχει τι παρασμῶδες.

Caluus καφαλαλγικῷ & καρδιαλγικῷ legit, vt habent exemplaria quædam manu ſcripta, & legitur in Cois Prænot. vbi iiſdem verbis repetitur hoc præſagium, ſed deeſt capitis dolor. Idem Caluus ἀναχωρήσιος pro ἀναχρέμψιος legiſſe videtur.

Quinetiam nonnihil metuendus eſt cum iudicatione rigor.

[107] Τὸ ὑπάφωνον ἅμα κρίσει ῥίγος.

Hoc præſagium ex codicibus manu ſcriptis & Galeno in contextum tranſtulimus. Exemplaria omnia manu ſcripta ὑπάφωνον ἅμα κρίσει ῥίγος legunt, quam lectionem in Cois Præn. retinuimus, vt ſubabſurdum cum iudicatione rigorem intelligamus. Quam D etiam notionem habet Galeni lectio, quæ pro ὑπάφωνον ὑπόφωνον habet, quam hîc ſecuti ſumus, ideoq; diſparatum præſagium fecimus, etſi membranæ omnes ſcriptæ ſuperiori ſententiæ coniungũt. Caluus quoq; παρασμῶδες ὑπάφωνον legit, quam ſcriptionem etiam ex vetuſtis exemplaribus agnoſcit Galenus. Mirum certè eſt exemplaria publicata nullam huiuſce lectionis habere notam.

Ex ventre quæ prodeunt ſubliueſcentia & turbulenta, vrinæ etiam tenues aç dilutæ ſuſpectæ ſunt.

[108] Ἀπὸ κοιλίης ὑποπέλια, βαρεχώδεα, καὶ ὕδρα λεπτὰ, καὶ ὑδατώδεα, ὕποπτα.

Caluus etiam vrinas turbulentas legit, & πταρεχμένα ex codicibus addidiſſe videtur.

Fauces leuiter exaſperatæ, & aluus ad inanes & irritas exurrectiones obmurmurans, frontis dolores, in ægris palpitantibus, & more inueſtigantium ſenſim contrectãtibus, delaſſatis, & ex ſtragulis aut veſtimentis dolentibus, & ſi quæ ex his increſcunt, moleſtiam exhibẽt. Somnus in his multus çonuulſionẽ minatur, & frontis dolores graues, ac mictio moleſta eſt.

[109] Φαρυγξ βηχωθέσα ἐπ' ὀλίγον, καὶ κοιλίη δυσβορβορυζέουσα κενεῶς ἐξαναστάσεσι, καὶ μετώπου ἀλγήματα, ψηλαφώδεες, κροτιώδεες, ὀν τρόμασι καὶ ἱματίοισιν ὀδυνώδεες, τὰ ὀκ τούτων αὐξανόμενα δύσκολα. ὕπνος πολὺς ὀν τοῖσι παρασμώδησι, καὶ τὰ εἰς μέτωπον ἀλγήματα βαρέα, καὶ ὄρησις δυσκολαίνουσα.

E

Prima huius præſagij pars iiſdem penè verbis repetitur in Cois Prænot. Extrema verò pars ibidem etiam aliàs ſcribitur. Caluus eam ſequenti ſententiæ iunxit, & hoc præſagium variè diſtraxit.

In iis quibus rigores imminent vrina reſtitat, & in conuulſoriis affectionibus, velut huic mulieri contigit, quæ vbi inhorruit ſudore correpta eſt.

[110] Οὔρου ὀπόστασις καὶ οἷσι ῥίγεα ὀπὶ τοῦτοισι παρασμώδεσι, οἷς καὶ αὐτὴ φείξασα ἐφίδρωσεν.

F

Duplex elicitur huius præſagij notio, reſtitantes vrinas & rigorem imminentem, & conuulſionem ſuſpectare, quem in ſenſum poſtea ſcribitur Prorrh. 154. & repetitur in Cois Prænot. τὰ μὴ ῥίγεα ὀπορρέοντα ἢ σὺν πυνεᾷ καὶ παρασμώδεα. Quò etiam inclinat Galeni lectio, quæ ὀπὶ τοῦτοισι παρασμώδεα habet. Altera eſt notio in rigore imminente & conuulſoriis affectibus vrinas detineri. Rigoris autem impendentis indicium eſſe vrinam reſtitantem ſatis indicat aph. 9. ſect. 1. lib. 6. epid. quem huc profert Gal. & quæ ſcribitur in Cois Prænot. ex hoc præſagio traducta ſententia, οἷσι ῥίγος ὕρου ὀπόστασις. Conuulſionis etiam ſolutio quæ fit per confertam vrinarum copiam, earum detentionem præſefert. Qua ratione ſcribitur in Cois Prænotion. παρασμοὶ λυπκὸν ὕρου στέξοδος ὑαλοειδὴς πολλή. Rurſuſque de conuulſione agens ibidem, λύεται ἢ ὕρησιν ἐξαπίνης ἐλθοῦσιν πολλοῖσιν ἀθρόοισιν. Atque ad hanc notionem calculum adfert Galeni explicatio, & quæ eiuſdem indicio melior eſt lectio, ὕρου ὀπόστασις οἷσι ῥίγεα, & ὀπὶ τοῖς παρασμώδεσι. Iſtam enim lectionem ab eo intellectam & probatam indicio eſt quæ huc profertur explicatio, & quod ſcribitur in ſententiam ſequentem. Caluus hanc ſententiam adeò perturbauit, vt nullus inde ſenſus erui poſſit.

G

Quæ in ſynceras tendunt vacuationes, omnibus quidem ingraueſcentis mali ſignificationem præbẽt, his verò (ſupradictis) vel maximè. Atque in huiuſmodi caſibus ad aures tubercula exoriri ſolent.

[111] Αἱ ἄκριτοι τελοῦσαι κοθάρσιες, ὀν πᾶσι παροξυνικαὶ. τοῦτοισι ἢ καὶ πολὺ ὀκ τούτων καὶ τὰ παρ' οὖς αὐίξαι).

Repetitur in Cois Prænot. hæc ſententia, & antea quoque (prorrh. 50.) ferè ſimile quiddam effertur. Quod effecit vt hîc quoque eas quæ in ſynceras tendunt vacuationes intelligerem, etſi aliter illud πλευτῶσαι capi poteſt, de iis quæ ſynceræ eſſe deſinunt, quòd hîc de ſynceris tantùm agatur, cùm ſupra & in Cois præſagiis ſpumantes ſynceris adiungantur: ſpumantes autem deiectiones ingraueſcentis mali ſemper ſignificationem præbeant, vt ſcripſit Gal. antea Comm. in hunc librum. Illud autem τοῦτοισι quòd de conuulſoriis affectibus intelligatur de quibus agitur ſuperiore ſententia, ſatis ex Galeno eſt conſpicuum & Cois Præſagiis, in quibus iſtud hoc modo ſcribitur, οἷσι ἢ παρασμώδεσι & πάνυ. Quòd ad ſcriptionem attinet, & παρ' οὖς αὐίσκεται legendum eſt, vt habent H meliora exemp. tũ ſcripta, tũ publicata, & legitur in Cois Præn.

Turbulentæ & valdè confidentes è ſomno exurrectiones conuulſiones minãtur, præſertim verò ſi cum ſudore contingant.

[112] Αἱ βαρεχώδεες θρασύταται ἐπεγέρσιες παρασμώδεες, ἄλλως τε καὶ μετ' ἱδρῶτος.

Ceruicis & dorsi perfrictiones, & quæ totum corpus videntur pertingere, insuper & spumantes mictiones, cum animi deliquio, ac oculorum hebetatio, cõuulsionem in proximo esse significant.

[113] Καὶ αἱ βαχήλου καὶ αἱ μεταφρένου καταψύξιες δοκέουσαι, καὶ ὅλου δὲ τοῦ σώματος, ἐν τούτοισι καὶ ἀφρώδεες ἐρήσιες ἅμα ἀψυχίῃ, καὶ ὀμμάτων ἀμαύρωσις, ἀσασμὸν ἐσῆλυς σημαίνει. A

Variè distractum est hoc præsagium & diuersa scriptione exagitatum. Mihi omninò probanda videtur lectio Coarum Prænotionum, qua hæc sententia repetitur, & quia conuulsio vtrinque denunciatur hoc præsagium conuulsionis præsensione cum sequente connectitur. Quæ etiam est Gal. notio in Commentario. Exemplaria scripta cum publicatis θρασύπαιν legunt, alia θρασύνωνης. Caluus delirij meminit, vt in Cois Prænot. In reliquis etiam post μεταφρένου μετώπου addidit, & frontis perfrictiones ponit. δοκέουσι in Cois Prænot. pro δοκέουσαι vitiosè scribitur, vt illic monuimus, & Galeni est lectio δοκέουσαι δὲ ὅλου τοῦ σώματος. Caluus ἀφρώδεες & πυώδεες ἐρήσιες, simul posuit. Nos ἀφρώδεες hîc retinuimus Galeni mentem cum interpretibus & exemplarium consensum secuti: Etsi ὑμενώδεες, vt in Cois Prænotionibus, huc non inuiti obtrudimus, quanuis etiam aliàs, vbi etiam hęc sententia adumbratur, κριμνώδεες ἐρήσιες ponãtur. Cuius rei indicium fecimus nostris in Coac. Prænot. annotationibus. Quod sequitur ἅμα ἀψυχίῃ sequentibus iungendum contra publicatorum omnium codicum fidem, & per se distinguendum est, velut his verbis scribitur in Cois Prænot. ὀμμάτων ἀμαύρωσις ἅμα ἀψυχίῃ, ἀσασμώδες σωτήρης. Quæ est Galen. assensio quam secutus est Caluus, qui etiam (etsi extra rem & causam) Galeni verba ex Commentario in contextum abripuit. B

Cubiti ceruicisque dolores conuulsionem minantur. Ex facie autem prodeunt ista, fauciúmque sonitus crebri cũ saliuatione. Iis sudores in somnis bono sunt. Nempe & ex sudore leuari plurimos consentaneum est. Quibus si dolores inferiores partes occupent, toleratu faciles euadunt.

[114] Πήχεος ἀλγήματα μετὰ βαχήλου, ἀσασμώδεα. ἀπὸ προσώπου δὲ βῶτα καὶ καὶ φάρυγγα, ἦχοι συχνοὶ σιελίζοντες. ἐν τούτοισι ἐν ὕπνοις ἱδρῶτες, ἀγαθοί. ἢν δὲ καὶ ἱδρῶτι κουφίζεται τῆς πλείστοις οὐ πονηρόν; οἱ εἰς τὰ κάτω μέρη πόνοι, τούτοισιν ὄφελος. C

Variè distractum est hoc præsagium & perturbatum in Cois Prænot. vbi etiam repetitur. Caluus pro ἦχοι συχνοὶ, ὀχνοὶ, ἰσχνοὶ legisse videtur, quæ est Coarum Prænotionum lectio & Capitonis authoritate Galen. contestata. Idem σιαλίζοντες pro σιελίζοντες legit, etsi vtriusque apud Galenum est altum silentium. Quod sequitur huic præsagio annexuimus, tum scriptorum, tum publicatorum codicum fidem secuti, veluti etiam legitur in Cois Prænotionibus. Mirum tamen est Caluum ista distraxisse.

In febribus tenuiter exudantes, cum capitis dolore & aluo intercepta, ad conuulsiones proni sunt.

[115] Οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδροῦντες κεφαλαλγέες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, ἀσασμώδες. D

Iisdem omninò verbis repetitur in Cois Prænot. hoc præsagium.

Quæ inter se non cohærent, sed facilè dissoluuntur, & aliquantulum friabilia sunt alui recrementa, liquida, cum summi totius corporis perfrictione, non sine febre, improbanda sunt. Ac præter hæc, si rigores vesicam & ventrem cum dolore inuadãt. Proinde in his ex sopore aliquod conuulsionis periculum impendere, nemini mirum videri debet.

[116] Τὰ ὑποψάθυρα ὑγρὰ ἀβαχωρήματα τοῦ ἰξύος ἀπύρως φλαῦρα. τὰ ὅτι τούτοισι ῥίγεα, κοῦφα καὶ κοιλίῃ ὅτι λαμβάνοντα, ὀδυνώδεα. ἢν δὲ κωματώδες τούτοισι ἔχῃ τὰ ἀσασμώδες; οὐκ ἀθαυμάσαιμι.

Aliter paulò scribitur in Cois Præsagiis, vbi ὑποψάφαρον pro ὑποψάθυρον legitur. Sunt autem τὰ ὑποψάφαρα βαχύπρα Galen. in Exegesi vocum Hipp. Caluus aliud quid legisse videtur, vbi subalbida vertit, & pro ἀπύρως ἀκάρως. E

In grauibus & præcipitibus malis distorqueri velut qui vomitione conflictantur, malum est, quin & albæ alui egestiones molestæ sunt. Quæ ex his prodeũt non viscosa, in vehementem mẽtis emotionem cum multo ardore agunt, videndúmq; est, num postea soporati ac torpescentes euadant. Qui ex his cõflictantur, diutiùs laborant. In his animaduertendũ est, num imminẽte iudicatione arescẽtes difficultate spirandi teneantur.

[117] Τὰ ἐν ὀξέσι αἱματώδεως ἐλκούμενα ἐλκήματα φλαῦρα, καὶ αἱ λευκαὶ βαχωρήσιες δύσκολοι. ἀγλίχρα ἐκ τούτων διεξελθόντα ὀξίσαι) καύματι πολλῷ. οἱ ἐκ τούτων κωματώδεες νωθροὶ, ἀπογίνονται. τὰ ἐκ τούτων μακροτέρως ὀθονοσέ. ἆρα τοῦ κρίσιν οὗτοι ξηρώδεες δύσπνοοι; F

Caluus τὰ ἐν ὀξέσι αἱματώδεως ἐλκούμενα legisse videtur contra omnium exemplarium fidem. Sunt autem τὰ ἐμετωδέως ἐλκόμενα, qui in Cois Prænotionibus οἱ ἀσαρκοτόμενοι ἀνημέτως dicuntur, & inani vomitionis auiditate distorquentur aut vellicantur. ξηρώδεες etiam rabidi & resiccati dicuntur, vt in Cois Præsagiis, οἱ διέπνοοι ξηρώδες. Sed pro ξηρώδεες βηχώδεες aut χολώδεες legisse videtur Caluus.

Quæ ex lumbis in ceruicem & caput redundant, & leuis syderationis more resolutionis sensum inducunt, conuulsionem ac mentis emotionem minãtur. Videndumque est, num talia conuulsione soluantur. Qui huiusmodi conflictantur, variè morbum trahũt, atque eadem diutiùs perseuerant.

[118] Τὰ ὀξόσφυος εἰς βάχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα καὶ παραλύσαντα, παραπληκτικὸν τρόπον ἀσασμώδεα παρακρουστικά. ἢν δὲ καὶ λύσιν τὰ τοιαῦτα ἀσασμῷ; οὐκ ἀθαυμάσαιμι τῶν τοιούτων ποικίλως βαρυνοσέοισι καὶ βαρὺ τῶν αὐτῶν ἰόντες. G

Παραλύσαντα παραπληκτικὸν τρόπον quæ leuis syderationis modo resolutionis sensum inferunt diximus; quòd παραπληξία sit partis alicuius resolutio, aut leuis quædam syderatio, qualis est ἀποπληξία totius corporis (Sic enim in Galeni Commentario legendum existimo, etsi non animaduertit interpres) vt postea hoc in Com. iisdem verbis repetit Gal. quanquàm vitiosè scribitur. Passim autem apud Hippoc. & Galen. παραπληξία & παραπληγία idem denotant, & partium resolutionem ex apoplexia aut epilepsia succedentem significat, vt scribit Gal. com. 2. in lib. 1. epid. & comm. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. Vbi etiam qua ratione huiusmodi affectibus conferat conuulsio eleganter explicatur. Cæterùm repetitur quoq; hoc præsagium in Cois Prænotionibus, vbi huius extremum paulò aliter legitur.

Mulieres quæ ab vtero promptè strangulantur, idque sine febre, in conuulsiones propensæ sunt, quod etiam Dorcadi contigit.

[119] Οἱ ἐν ὑστερικῇσιν ἀπύρως ἀσασμοὶ ἀγχόμενοι, οἷσι καὶ Δορκάδι. H

Hoc præsagium bis repetitur in Cois prænot. etsi paulò aliter legitur.

Vesica intercepta, præsertim cum capitis dolore,

[120] Κύστις ἀποληφθεῖσα, ἀνῶς τε καὶ κεφαλαλγίης, ἔχῃ

A ἔχῃ τὰ ἀσασμώδες. τὰ παρακωδέως ἐν τούτοισιν ἐκλυόμενα διέκολα, οὐ μὰν ὀλέθρια. ἆρ' ἄγε καὶ τὸ βαχρουστικὸν ὀθόνιον;

conuulsionem minatur. Quæ in his cum torporis sensu exoluuntur, molestiam exhibent, non tamen perniciem afferunt. Videndúmque est num tale quid etiam mentem excutiat.

Scribitur quoque hoc præsagium in Cois Prænot. etsi paulùm vitiosè.

[121] Ἄρ' ἄγε καὶ τοῦ κρόταφον ὀστέων ἀβεκτηταὶ ἀσασμὸν ὀθονιῶδες καλέουσαι; ἢ ὀ, μεθύοντα πληγῶν; ἢ ὀ, ῥυῆναι πολὺ ἐν ἀρχῇσι, εἰ τοῦτο ποιῇ ἀσασμώδεα;

Quinetiam considerandum est num ossiũ ad tempora præcisiones conuulsionem prouocent, an verò madido vulnus inflictum, aut circa initia sanguis magna copia effluens, conuulsionem accersit?

B In Cois Prænotionibus aliter his verbis scribitur huius præsagij initium. ἦ ἄρα ὁ κρόταφον ὀστέων ἀβεβρήγαι ἀσασμώδες; Quinetiam aliàs in Cois Præsagiis temporum sectiones cõuulsiones prouocare scribitur, vbi temporum vulnera quàm grauia & periculi plena sint, quamq; promptè conuulsiones accersant ex Hip. proposuimus. Caluus autem hanc totam sententiam mirum in modum perturbauit.

[122] Ἐν ἱδρῶτι πτύελα τραχρέοντα πυρετώδεϊ ἐόντι, ἀνήθεα, ἆρ' ἄγε τούτοισιν ὅτι ἴνας ἡμέρας χιλίας καθυγραίνοντα; οἶμαι. ἆρ' ἄγε τούτοισιν εἰς ἄρθρον ἀπόστημα ἔσεσθαι;

Febricitanti cum sudore sputa defluẽtia leuia sunt & minimè maligna. In quibus videndum est num ad aliquot dies alui madescant, quod equidem reor. Animaduertendum quoque est, num his ad articulos aliquid abscessurum speres.

C Εὐήθεα pro ἀνήθεα legimus contra omnium exemplarium fidem, Galeni authoritatem secuti, qui εὐήθη εὔξυστα exponit, etsi vitiosè in omnibus codicibus ἀνήθη legitur. Quod rectè viderunt interpretes. In Cois Prænotionibus etiam repetitur hæc sententia, etsi tamen vitiosè, vbi εὐήθεα rectè scribitur.

[123] Τὰ ἐπ' ὀλίγον φρασέως τραχρόοντα, μελαγχολικά. ἢ ὑπὸ γυναικείων ἢ, θηλώδεα. ὅτι πλείω δὲ τοῦτα συμπίπτῃ, ἆρ' ἄγε καὶ ἀσασμώδεες αὐτῶν; ἆρ' ἄγε καὶ αἱ μετ' κόρου ἀφωνίαι, ἀσασμώδεες αὐτῶν; οἷς τῇ δ' Σκυτέως θυγατεῖ, ἤρξατο γυναικείων παρεόντων. D

Quæ sensim feroces fiunt mentis emotiones, in vehementes & melancholicas euadunt. Quòd si ex muliebrium suppressione accidat, in ferinas tẽdunt, qualia sæpiùs contingunt. Videndum igitur num fœminæ huiusmodi conuulsionibus sint obnoxiæ. Animaduertendum quinetiam est, num vocis defectiones cum alto sopore conuulsionem quoq; minentur, qualiter cerdonis filiæ comparentibus muliebribus purgationibus contingere cœpit.

Huius præsagij caput antea quoque (prorrh. 26.) quod etiam scribit Galenus repetitum, & in Cois Prænotionib. bis scriptum. Cuius sensum omninò inuertit Caluus. Exemplaria autem scripta Regia ἤρξατο γυναικείων παρεόντων πυρέξαι legunt, vt & Caluus.

[124] Οἷσιν ἐν ἀσασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ ἐκλεμπτοῖσιν ἀτενέως, οὔτε παρ' ἑωυτοῖσιν εἰσίν, βλεφαροσέοισί τε μακροτέρως.

Quibus dũ conuellũtur oculi fixi & immoti splendent, iis mens è sede constantiæ deturbatur, & diutiùs morbum trahunt.

E Scribitur etiam in Cois Prænot. hæc sententia iisdem verbis, vitiosè tamen vt illîc monuimus.

[125] Τὰ ἀνάπαλιν αἱμορραγέοντα κακὸν, οἷ ὅτι πολὺ μεγάλῳ ἐκ δεξιοῦ ῥέῃ, καὶ τὰ κατ' ὑποχόνδριον ὡσαύτως, ἐφιδρῶντι κακόν.

Quæ ex parte aduersa & præposterè fiunt sanguinis eruptiones, malo sunt, velut in lienis tumore, si ex nare dextra effluat. Quod & circa præcordia eodem modo se habere expectandum est. Maius autem malum denunciatur, si cum tenui circa frontem & thoracem sudore istud contingat.

Celeberrimum est hoc præsagium & Hippocratis Œconomia dignissimum, ad hæmorrhagiæ æstimationem & quanam ex parte fieri debeat accommodatissimum. Cuius passim in iudicationis disciplina & pro dignitate meminit Galenus, vt Comment. 1. in Progn. τὸ κατ' ἴξιν τῇ ἀνάπαλιν opponit, & his verbis explicat: αἱμορραγίας τι ὃ ἐπ' αὐτῇ γενέσθαι φησὶν ἐκ ῥινῶν, ὠφελεῖσθαί τε πάνυ πρὸς αὐτῆς, ὅσῳ ὅτι τὸ κατ' ἴξιν ἢ παρὰ τὸ ἀνάπαλιν φλεγμονῶν συμβαίνει μάλιστα, πρὸς ὃν ἀλλαχοῦ φησι κατ' ἴξιν αἱμορραγεῖν ἐπαινεῖ καὶ τὸ ἀνάπαλιν δὲ μέμφεται, διδάσκων αὐτὸς, τί δή ποτε λέγει τὸ ἀνάπαλιν, οἷ τὸ ὅτι πολὺ μεγάλῳ αἷμα ἐκ δεξιοῦ μυκτῆρος ῥέῃ. Huius quoque præsagij meminit Comment. ad aph. 21. lib. 1. vbi etiam ὡ ἀνάπαλιν, τὸ κατ' ἴξιν ὅ σφῶν ὅτι κατ' εὐθὺ τῶν πεπονθότες μορίου opponit. Et lib. 3. πρὸς κρίσιν his verbis: εἰ δὲ τὸ μὲ ἀνάπαλιν αἱμορραγεῖν ἐκ ἀγαθόν ὅτιν, τὸ δὲ κατ' ἴξιν ἀγαθόν, ὡς Ἱπποκράτης λέγει, ὃ ἡ πεῖρα διδάσκει, ῥᾷστον ἤδη σοι καὶ τὸν αἱμορραγήσαντα προσεπεῖν μυκτῆρα, ἀφορμὴν τῆς αἱμορραγίας ἐξευρόντα. Sunt igitur τὰ ἀνάπαλιν αἱμορραγέοντα, quæ sanguinem non è directo, sed ex aduersa parte, & opposito quodam ductu profundunt, non κατ' ἴξιν aut κατ' εὐθυωρίαν, vt voluit Hippocrates qui lib. 6. epidem. omnem naturæ motum in directum tendentem, quod κατ' ἴξιν dicitur, probat. Et quod circa præcordia eodem modo spectari debere dicit, id in laterum doloribus ac præcordiorum contensionibus & tumoribus diligenter animaduertendum monet libr. 6. epid. sect. 2. aphoris. 10. & lib. 2. epid. sect. 1. Vbi in naturæ motionibus & excretionibus quæ solutionem adferunt naturæ ductum & ordinem rectè spectandum admonet. Hoc porrò prognosticum repetitur in Cois Prænot. ferè iisdem verbis. F

Vbi sanguis ex naribus effluit cum tenuibus sudoribus & corporis totius perfrictione, morbi malignitas & pernicies denunciatur.

G [126] Ἐκ ῥινῶν μικροῖς ἱδρῶσιν ἐπεψυχόμενα, κακόηθα, μοχθηρά.

Iisdem omninò verbis bis repetitur hæc sententia in Cois Præsagiis.

[127] Μετ' αἱμορραγίαν μελάνων διόδος, κακόν. πονηρὸν ἢ ἢ τὰ ἔξερυθρα, εἰ δὲ ἆρ' ἄγε τεταρταίοισι τῶτα αἱμορραγέῃ, κωμωτώδεες; ἐκ τούτων ἀσασμῷ τελευτῶσιν. ἆρα μελαίων προσδιελθόντων καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης; H

A sanguinis eruptione nigrarum deiectionum pertrãsitus malo est. Quin & pręrubra damno sunt, pręcipuè verò si sanguinis ista eruptio quarto die contingat, quod animaduertendum est. Quibus ista contingũt, ij tandem sopore & conuulsione conflictati moriuntur, ac fortè prægressis nigris deiectionibus & ventre in tumorem sublato.

Repetitur etiam in Cois Prænotionibus bis hoc præsagium iisdem verbis. Galenus autem legisse videtur, vt satis apparet, ἀφ' ἁ γε

παραταίοισι ἕωθα αἱμορῤῥαγέες, κωματώδεες ὀκ ἔνιστων ἀπασμῷ τελευτῶσιν. Quem ſecuti ſumus cõtra omnium codicum fidem. Quædam etiam exemplaria ἀπασμῷ vitiosè legunt. A

Qui ex vulnere cum tenui ſudore ſanguinem fundunt, ij malignè habent, & inter loquẽdum de repente moriuntur.

128 Τὰ αἱμορῤῥαγέοντα ἐφιδροῶντα ῥώματα, κακοήθεα. οὗτοι δεινὸν ἐμέοντες λαθραίως τελευτῶσιν.

Scribitur quoq; in Cois Prænot. hoc præſagium, ſed pro ἐφιδροῶντα, ὑπορρόωντα ſcribitur.

In præcipitibus malis, quæ poſt paucam ſanguinis eruptionem, aut nigrorum per aluum refuſionẽ ſurditas obuenit, malum denunciat. In his ſanguinis egeſtio perniciem affert, ſurditatem tamen diſcutit.

129 Ἡ μεθ' αἱμορῤῥαγίαν βαρυηκοΐαν καὶ μελάνων διαχώρησιν ἐν ὀξέσι κώφωσις, κακόν. αἵματος διαχώρησις ἐν τούτοισι ὀλέθριον, κώφωσιν δὲ λύει. B

Alio ſenſu ſcribitur hoc præſagium in Cois Prænot.

Lumbis dolentibus ſi oris ventriculi dolor acceſſerit, futuræ per hæmorrhoidas vacuationis ſignum eſt, ac fortè etiam eam præceſſiſſe ſignificat.

130 Ὀσφύϊ ἐπωδυνίῃ καρδιαλγικὴ παρεγένετο σημεῖα αἱμορῤῥαγώδεα. οἶμαι δὲ καὶ παρεγεγενημένον σημεῖον.

Eodem ſenſu repetitur hæc ſententia in Cois Prænot. etſi paulò aliter legitur.

Qui ſtatis temporibus ſanguinem fundunt, ſi ſiticuloſi ſint, moleſtiam ac virium exolutionem ſentiãt, nec ſanguinem effuderint, in morbum comitialem tranſeunt.

131 Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισι αἱμορῤῥαγέοντα, διψώδεα, δεύκηλα, σκοτόμενα, μὴ αἱμορραγήσαντα, ἐπιληπτικὰ τελευτᾷ. C

Repetitur quoque eodem pene ſenſu hoc præſagium in Cois Prænot. Exemplaria verò quædam manu ſcripta δεύκηλα omittunt, quod fecit Caluus, neque legiſſe videtur Galenus, vt nec ſcribitur in Cois Prænot.

Qui ſtatim ſine ratione perturbantur, peruigiles ſunt, ſanguinem è naribus ſtillant, ſexto die alleuantur, noctu laborant, ac poſtridie tenui ſudore correpti & in ſomnum delati delirant, iis largam ſanguinis è naribus fluxionem affore ſpes eſt. Ac fortè etiam tale quid diluta vrina ſignificat.

132 Τὰ αὐτὸ παραχρῆμα, ἀγρυπνα, ἀποστάζαντα, ἑκτᾶμα κουφισθέντα, νύκτα ποιήσαντα, εἰς τὴν αὔριον ἐφιδρώσαντα, κατενεχθέντα, παραφρόνησαντα αἱμορῤῥαγήσαι λαύρως. φράζει δ' ὑδατώδες οὖρον διῆτόν τι σημαίνει; D

Hæc ſententia integra repetitur in Cois Prænot. & aliàs diminutè. In quibuſdam autem codicibus manu ſcriptis huius ſententiæ extremum, ſequenti præſagio adſcribitur. Quibus exemplaria Italica conſentire videntur, (vt ſatis ex Caluo patet) & Coarum Prænot. lectio, idque ſequenti præſagio adſcribere videtur Gal. Exemplaria etiam quædam εὐθὺς pro εὐθὺ legunt, tuncque modeſti & compoſiti ægri indicantur, qui ſtatim nec-opinantes perturbantur. Caluus quoque καταπνεχθέντα omiſit.

Quibus ſanguinis fluxus diu perſeuerauit, in his temporis proceſſu aluus malè habet, niſi vrinæ concoctionem præferant.

133 Οἷσιν αἱμορῤῥαγίαι πλείοσι, παρεγενηλυθότος χρόνου κοιλίαι πονηρεύονται, ἢν μὴ τὰ οὖρα πεπανθῇ.

Iiſdem omninò verbis ſcribitur hoc præſagium in Cois Prænot.

Sanguinis eruptiones vehementes cum totius corporis perfrictionibus iudicatoriis, peſſimæ ſunt.

134 Εν κρισίμοις παρεψύξεσι τῶν αἱμορῤῥαγιῶν αἱ νεανικαὶ κακίσταί. E

Scribitur quoque paulò aliter hæc ſententia in Cois Præſagiis, eamque lectionem ſecutus hîc videtur Caluus.

Qui capite grauati, ad ſynciput dolorem ſentiunt, peruigilio torquentur, iis ſanguinis eruptionem fore ſpes eſt, tum verò præſertim ſi aliquis tenſionis ſenſus in ceruice apparet.

135 Οἱ καρηβαρικοὶ, κατὰ βρέγμα ὀδυνώδεες, ἄγρυπνοι, αἱμορῤῥαγικοὶ, ἄλλως τε καὶ ἢν τι ἐν βαχήλῳ ἐντείνῃ.

In Cois Prænot. repetitur etiam hoc præſagium iiſdem penè verbis.

Qui inſomnia vexantur cum ſubita corporis iactatione & inquietudine, iis ſanguinem erupturum ſperare oportet, idque præſertim ſi non antea quid profluxerit. Animaduertendum verò num id poſt horroris ſenſum contingat.

136 Τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαίφνης ἀλυσμῷ αἱμορῤῥαγῆ, ἄλλως τε καὶ ἢν μή τι παρεῤῥύῃ, φράζει φείξαντα; F

Bis repetitur hoc præſagium in Cois Prænot. pauloque aliter.

Ceruicis dolor, oculi prærubri, ſanguinis eruptionem prænunciant.

137 Τραχήλου ὀδυνώδεα, ὄμματα ἐξέρυθρα, αἱμορῤῥαγικά.

Galenus lib. 3. περὶ κρίσεων in propriis hæmorrhagiæ ſignis, oculorum fluxus lachrymationes & rubores, cum genarum & naſi rubore adſcribit. Ceruicis verò dolor & tenſio, ac capitis grauitates annotantur libr. 1. epid. ad finem ſect. 2. Quinetiam oculos prærubros ſanguinis ex naribus profluuium denunciare ſcribitur in Cois Prænot. his verbis, ὄμμα ἐξέρυθρον αἱμορροεῖ, quod ex hoc loco traductum videtur. G

Qui ſuppreſſa aluo ſanguinem ex naribus fundũt, aut nouo ſubinde oborto rigore corripiuntur, iis fortaſſe aluus inteſtinorum læuitate laborat & obdureſcit, aut tenues lumbrici (aſcarides dicti) infeſtant, aut vtrunque.

138 Οἷσι κοιλίης ὀπτάσης αἱμορῤῥαγέα, καὶ ὀπτεριγέα, φράζει κοιλίη λαευτεριώδης, καὶ ὀπτάσκληρος, ἢ ἀσκαρίδες, ἢ ἀμφότερα;

Scribitur in Cois Prænot. hoc præſagium paulò aliter. Exemplaria quædam manu ſcripta legunt, αἷς τὰ αἱμορροεῖν ὀπτισι κοιλίαι λειευτεριώδεα ποιεῖ ὀπτάσκληρον, καὶ ἀσκαρίδας, ἢ ἀμφότερα; Quæ lectio ad exemplaria Italica permanauit, & in Cois Prænotionibus (etſi paulùm vitiosè) retinetur. Cuius ſcriptionis etiam veſtigia retinet Dioſcoridis lectio Galeno atteſtata, φράζει καὶ τοὺς τὸ αἱμορῤῥαγεῖν ὀπτῶν. H

139 Οἷσιν

A 139 Οἷσιν ἐξ ὀσφύος ἀνάδρομη ἐς κεφαλὴν καὶ χεῖρας, ναρκώδεες, καρδιαλγικοὶ, ἰχωρώδεες, αἱμορῤῥαγέουσι λάβρως, καὶ κοιλίη δὲ καταῤῥήγνυται τούτοισι παραχρῆμα.

Quibus lumborum dolor in caput & manus recurſat, & torpore affecti oris ventriculi dolorem ſentiunt, tenuibus ac ſeroſis humoribus abundãt, ij liberaliter ſanguinem profundunt. At verò his cum mentis perturbatione aluus effunditur.

In Cois Prænotionibus ſcribitur hoc præſagium paulò aliis verbis & melioribus, eodem tamen ſenſu, ad ſanguinis ex naribus profluentis prædictionem. Caluus hanc ſententiam temerè diſtraxit, & Galeni lectionem ex codicibus ſcriptis ſecutus videtur, cùm pro ἰχωρώδεες χολώδεες legit.

B 140 Οἷς ἐφ' αἱμορῤῥαγίῃ λαύρως πυκνῇ, μελάνων, συχνῶν διαχώρησις, ὀπτάσεις αἱμορῤῥαγοῦσιν, οὗτοι, κοιλίης ὀδυνώδεες, ἅμα δὲ ἔνι ῥύσις ἀδίφοροι. ἀξιοῦσι δὲ οὗτοι ψυχροῖς ἐφιδρῶσι πολλοῖς; ὃ δυνατὸν παραχρῆμα ἐν τούτοισιν ἔσον οὐ ποιεῖ, οὐδὲ ὃ ὑφιστάμενον γονοφόες. ὀπίσω δὲ οὗτοι ὑδατώδεα οὐρέουσιν.

Quibus ex frequenti & larga ſanguinis eruptione, nigrorum recrementorum copioſa fit deiectio, cum alui contenſione, aut ſuppreſſione & dolore ij ſanguinem profundunt, cum aliqua verò fluxione benè habent. Ac fortè hi frigidos, crebros, tenues ſudores emittunt. In his turbida vrina mala non eſt, neque quod in ea ſubſidet genitali ſemini ſimile. Crebrò autem dilutas vrinas reddunt.

Repetitur quoque in Cois Præſagiis hæc ſententia iiſdem ferè verbis. Caluus ex codicibus manu ſcriptis, ἅμα δὲ τῆσι φύσησιν εὔφοροι legiſſe videtur, quæ eſt Coarum Prænotionum lectio. ὀπτάσεις κοιλίης ferè plæraque habent exemplaria, etſi quædam ὀπτήσεις. C Nos vtranque lectionem noſtra interpretatione comprehendimus. Quædam etiam ἐφιστάμενον, ſed meliora & plæraque ὑφιστάμενον habent.

Quibus pauca ſanguinis è naribus ſtillatio cũ ſurditate & torpore obueniens, moleſtiam quandam exhibet, iis vomitio & alui perturbatio confert.

141 Οἷς δὶς ἀπὸ ῥινῶν ὀπτικώφωσις, καὶ νωθρίη μικρὴ ἢ ἀπόσταξις, ἔχει δεύκηλον, ἔμετος τούτοις συμφέρει καὶ κοιλίης παραχή.

Bis repetitur in Cois Prænotion. hoc præſagium, & meliore ſcriptura, & facili ſenſu. Sic enim hîc legi videtur. οἷς δὶς ἀπὸ ῥινῶν ὀπτὴ κωφώσει ἢ νωθρίη, μικρὰ ἢ ἀπόσταξις ἔχει τι δεύκολον, repugnante tamen omnium exemplarium fide. Alia eſt in quibuſdam lectio, οἷς δὶς ἀπὸ ῥινῶν ὀπτὴ κωφώσει ἢ νωθρίη, μικρὰ ἢ ἀπόσταξις, ἔχει τι δεύκολον.

D 142 Οἷσιν ἐκ ῥίγεος πυρετοὶ κοπιώδεες γυναικεῖα καταβέχει, βάχηλος δὴ ἐν τούτοις ὀδυνώδης, αἱμορῤῥαγικόν.

Quibus ex rigore febres adſunt, cum laſſitudinis ſenſu, in iis muliebrium profluuium expectare oportet. Quòd ſi ceruicis dolor prehenderit, ſanguinis ex naribus eruptionem fore ſpes eſt.

Melius in Cois Prænot. ἢν ſcribitur, vbi & iiſdem verbis repetitur hoc præſagium, ſed tunc quoq; ἐώσησιν leg.

Quinetiam ſanguinis ex naribus eruptionem ſperare oportet in his quæ caput concutiunt, & aurium ſonitus excitant, aut muliebria deturbatum iri ſpes eſt, idque præſertim ſi ad ſpinam ardor ſentiatur. Fortaſſis autem & inteſtinorũ difficultas expectanda eſt.

143 Καὶ διὰ ῥινῶν αἱμορῤῥαγήσαι ἐλπὶς ἢν κατείοντα κεφαλὴν, καὶ τὰ ἠχώδεα αἱμορῤῥαγέει ἢν γυναικεῖα καταβιβάζῃ, ἄλλως τε καὶ ἢν κατὰ ῥάχιν καῦμα παραλαθήσῃ. ἴσως δὲ καὶ δυσεντερικόν. E

Iiſdem etiam ferè verbis ac melioribus repetitur hoc præſagium in Cois Prænot. vitioſa ſunt autem exemplaria quæ αἱμορῤῥαγήσαιν pro αἱμορῤῥαγήσαι habent, & αἱμορῤῥαγέει ἢ γυναικεῖα καταβιβάζει, aut αἱμορῤῥαγέν ἢ γυναικεῖα καταβιβάζειν legendum, & ad ἐλπίζειν referendum. Idem quoque vitium eſt vbi δυσεντερικῶν pro δυσεντερικόν legitur, aut παρὰ δυσεντερικῶν legendum, vt habent quædam exemplaria, quæ lectio ferri poteſt.

Quin & quæ contingunt circa ventrem palpitationes, cum præcordiorum contenſione oblonga & intumeſcẽte, ſanguinis ex naribus profluuium denunciant, idque quandoque cum horroris ſenſu.

144 Καὶ οἱ κατὰ κοιλίαν παλμοὶ, ὑποχονδρίου ἐντάσει ὑπομάκρῳ, ὀγκώδεϊ, αἱμορῤῥαγικοὶ, φρικώδεες ἔτοι. F

Leuiter adumbratur hæc ſententia in Cois Prænot. & aliis verbis ſcribitur. Lib. quoque 1. epid. inter hæmorrhagiæ ſigna. ὑποχονδρίου ξύντασις annumeratur, qua de re illic plura ſcripſimus.

Larga, vehemens & multa ſanguinis è naribus eruptio interdum ad conuulſiones deducit, ex quo venæ ſectio liberat.

145 Εκ ῥινῶν λαῦρα βίαια πολλὰ ῥυέντα, ἕτοιμον εἰς σπασμοὺς παρεγάγετο, φλεβοτομία λύει.

Pro ἕτοιμον, δοκεῖ τοῦ legi Galenus, & in Cois Prænot. ἔστιν ὅτε legitur, vbi hæc ſententia paulò alia notione repetitur, quam hîc quoque ſecutus videtur Galenus.

Frequentes deſidendi labores, paucа aliquãtulum flaua, glutinoſa excernentes, cum paucis alui recrementis, præcordiorum & lateris dolore, morbum regium prænunciant. Animaduertendum verò num ex iſtorum ſuppreſſione ij exoluantur, aut fortaſſe ſanguinem profundant. In his lumborum tenſio & dolores ſanguinis erupturi fidem faciunt.

146 Αἱ πυκνὰ καὶ κατὰ μικρὰ ἐπιθυμασάσεες ὑποξανθοὶ, γλίχραι, ἔχουσαι μικρὰ κοπρώδεα μετ' ὑποχονδρίου ἀλγήματος, καὶ πλευροῦ, ἰκτεριώδεες. φράζει δ' ὀπισάντων αὐτῶν ἔτι ἐκλύονται; οἶμαι τε καὶ αἱμορῤῥαγές, τούτοις ἅμα ὀφθαλμοὶ, ἀλγήματα ἐν τούτοισιν αἱμορῤῥαγικά. G

Repetitur in Cois Prænot. hæc ſententia, vbi pro ἐκλύονται, ἐκχυνδυνται legitur, quod aliàs ſæpiùs occurrit, & τὸ ἐκχυνδυνᾶν ἐκλύειν explicat Galenus, vt ſcripſimus noſtris in libr. 2. epidem. Commentariis, quod hîc non eſt aſſecutus Caluus Exemplaria quædam ἅμα τι pro οἶμαί τι legunt.

Præcordiorum contenſio cum capitis grauitate & ſurditate, adhæc quæ oculorum aciem perturbant, ſanguinis eruptionem ex naribus prænunciant.

H 147 Υποχονδρίου τάσις μετὰ καρηβαρίης καὶ κωφώσεως, καὶ τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα, αἱμορῤῥαγικά.

Repetitur in Cois Prænot. hoc præsagium longè meliore scriptione. Ex eo enim loco hîc τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα scribendum esse spondemus, contra tamen omnium exemplarium & interpretum fidem. Sunt autem τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα, quæ τὰ σκοτόδεα τῶν πυῶν in hæmorrhagiæ significatione, lib. 1. epid. ab Hippocrate dicuntur, & tenebricosas visus caligines, aut offusas oculis tenebras significant, ac visus hebetudinem & caliginem, quæ oculis obuersatur, in sanguinis profusionis suspicione. Qui locus hîc à Galeno indicatur. Exemplaria manu scripta Regia, ὑποχονδρίου ἔνταυσις legunt. A

Sanguinis è naribus stillationes quæ vndecimo die contingunt, molestiam exhibent, tum verò præcipuè si denuo nares stillare cœperint.

[148] Ἑνδεκαταίοισι στάξιες διὰ κόλαι, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπίστάξις.

Exemplaria manu scripta Regia αἱ ἑνδεκαταῖαι legunt, & ἢν ἢν ὀπτάξῃ, cætera omnia ἢν ὀπτάξις. Caluus ἢν δὶς ὀπτάξῃ legisse videtur, Galenus ἢν ὀπτάξῃ quæ melior est lectio. In Cois Prænotionibus, vbi hoc præsagium iisdem verbis repetitur, vtraque lectio apponitur. B

Quibus vbi inhorruerint iudicatorij sudores simul contingunt, postridie verò si horror repetierit & timeri è peruigilent, iis fortè sanguinem è naribus eruptum sperare oportet.

[149] Τὰ ἐν φέικησιν ἅμα ἱδρώσαντα κρίσιμα, εἰς δὲ τὴν αὔριον φείξαντα, τῷ δὲ λόγῳ ἀγρυπνέοντα, αἱμορραγήσειν οἴομαι.

Repetitur in Cois Prænot. hoc præsagium, etsi valdè corruptè, vt illîc monuimus. Exemplaria omnia tum scripta, tum publicata, τὰ πεπαυμένα αἱμορραγήσειν οἴομαι legunt. Quæ fortè lectio naturæ vires iam procurata concoctione ad iudicatorium sanguinis profluuium contendentes probat. Cùm tamen nulla in Galeni codicibus istius concoctionis mentio fiat, illud cum reliquis interpretibus omisimus. C

Liberalium ab initio sanguinis eruptionum cursum rigor sistit.

[150] Οἷσιν δὲ ἀρχῆς αἱμορραγίαι λαῦραι, ῥίγος ἵστησι ῥύσιν.

Similis est ferè sententia quam paulò ante proposuit & explicauit Gal. αἱ τῶν ἐψιξίων τῶν νεανικῶν αἱμορραγιῶν κράσεται. οὐ γὰρ ἡμέρα μανικῆς αἱμορραγίας τῶν ἐψιξίων ὀπτῶνται, πᾶς αἱμορραγίας ἰσῶσιν.

Rigores vbi sanguinis eruptioni succedunt, diuturni fiunt.

[151] Ἐξ αἱμορραγίας ῥίγεα μακρά.

Exemplaria manu scripta Regia πονηρὰ non μακρὰ legũt. Quæ scriptio etiam est Italicorum codicum, vt patet ex Caluo. Galen. tamen μακρὰ agnoscit.

Quibus capitis ac ceruicis dolor, & totius corporis impotentia cum tremore adest, ab iis sanguinis eruptio liberat. Quinetiam ista tempore dissoluuntur. D

[152] Οἷσι κεφαλαλγίαι καὶ βαχήλου πόνοι, καὶ ὅλου δὲ ἧς ἀκρατέφα τοῦ σώματος τρομώδης, αἱμορραγίαι λύουσιν. ἀπαὶρ καὶ χρόνῳ ὕστερον λύονται.

Scribitur in Cois Prænot. hoc præsagium iisdem ferè verbis, nisi quòd quædam de vesicæ interceptione adscribuntur. Exemplaria quædam manu scripta πόνοι cum publicatis habent, alia πόνος legunt, vt in Cois Prænot.

In his quæ ad aures abscedunt, vrinæ quæ celeriter & paruo tempore concoquuntur, damno sunt. Quin & perfrigerari itidem malum est. E

[153] Οὐρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαγόμενα, φλαῦρα. καὶ ὁ καταψύχεσθαι ὧδε πονηρόν.

Iisdem etiam omninò verbis hoc præsagium bis repetitur in Cois Prænot.

In his qui quodã sopore aut morbo regio detinentur, nec admodum sentiũt, & quibus singultus adest, aluus affatim prorumpit, fortassis etiã supprimitur, atque ij exoluuntur. Videndum num abscessus ad aures in his expectare oporteat.

[154] Τὰ ὑποκαρώδεα ἰκτερώδεα ἢ πολύ αἰωδανόμενα, οἷσι λύγξες, κοιλίη καταῤῥήγνυται, ἴσως καὶ ὀπίσασις, ἢ τοι ἀκλύουσι. ἦρα τούτοισι καὶ τὰ τοῦδε τὰ ὦτα;

Paulò aliter scribitur in Cois Prænot. hoc præsagium, vbi fusè est à nobis explicatum. Exemplaria manu scripta Regia, ἢ πάνυ ἄπα legunt, quam lectionem ex codicibus Vaticanis secutus videtur Caluus, & non magnopere culpãda aut noxia significat, cùm tamen antea (prorrh. 32.) ἢ ὀδὴν ἰκτέρῳ μάρωσις damnetur, vbi & horum casuum coitio quædam adumbratur. Codices porrò omnes tum scripti, tum publicati, οἷσι λύγξες κοιλίη καταῤῥήγνυται habent, quæ lectio etiam in Cois Prænot. adscribitur, eam tamen Galeni exemplaria tacent. Pro ἀκλύουσι etiam in Cois Præsagiis ἀκχλοιοῦσι legitur, quod hîc in auriginosis melius quadrat, nisi vocis affinitate sæpiùs hocin scriptore, ἀκλύειν pro ἀκχλοιοῦν poneretur, vt aliàs scripsimus. Quod autem de tuberculis ad aures temerè hîc adscribitur, in Cois Præsagiis rectè subticetur. Caluus hanc sententiam omninò perturbauit. F

Vrinæ quæ cum rigore restitant, damno sunt, idque præsertim si altus sopor prægressus sit. Animaduertendum est, num in his abscessus ad aures sperare oporteat.

[155] Τὰ ἐπεχηλυμα μετὰ ῥίγεος ἔσεα πονηρὰ, ἄλλως τε καὶ τοῦ κάρω ἔντα τὰ παρ' οἷς. ἦρα ὀπὶ τούτοισιν ἐλπίς;

Scribitur etiam in Cois Prænot. hoc præsagium iisdem ferè verbis, nisi quòd conuulsionis etiam mentio iniicitur. Caluus ob prauam sententiæ distinctionem, quæ in omnibus ferè exemplaribus obtinuit, alium sensum affinxit. G

In alui recrementis quæ cum torminibus deiiciuntur, sedimentum limosum, subliuidum, malo est. Ac fortasse quidem ad præcordia dextra dolor adest, & in his vires exoluuntur. Videndum num abscessus ad aures paulò pòst cum dolore excitentur. In his omnibus aluus affatim prorumpens periculum intentat.

[156] Ἐκ τροφώδοις ὑποστάσις ἰλυώδης, ὑποπέλιος, κακή. ἦρά γε ἐκ τῆς ὑποχονδρίου ὀδυνᾶται, δοκέω δὲ δέξιον; ἀκλύουσι. ἦρα τὰ παρ' ὦτα τοιούτοισιν ὀδυνώδεα ἐπ' ὀλίγῳ; κοιλίη καταῤῥαγεῖσα τούτοισιν ἐν ἅπασιν ὀλέθριον.

In Cois Præn. etiam repetitur hæc sententia, sed illîc τροφώδεις pro τροφώδεα legitur, & quæ hîc τροφώδεα ἔσεα ex Dioscoride explicat Gal. ea τροφώδεα ἐν τῇ γλώσσῃ iisdem verbis esse asserit. Quod nostris in Coac. Prænot. annotationibus attigimus. Vt non mirum sit ista à Capitone & Dioscoride vrinis attribui, de quibus etiam in Cois Præsagiis enuntiantur. Quòd si quis alui deiectionibus torminosis, quæ depositam materiam limosam & subliuidam habent attribuat (quæ videtur esse Gal. & cæterorum interpretum opinio) is hepatica alui recrementa intelliget, qualia iecinorósis ex naturalis facultatis imbecillitate adesse solent. Quinetiam lienosis ex torminibus intestinorum læuor malo est, ex aphor. 43. libr. 6. & 78. libr. 7. Exemplaria autem M.S. ἐν τροφώδεσι legunt, H

Erotia-

A Erotianus verò ἐν τροφωδέων, & ἀποδεικνῦν explicat. τροφὰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ λέγεται. Et certè Erotiano Coorum Præsagiorũ lectio suffragatur, & Galenus τροφώδεα perinde ac τροφώδεα hîc exponit, incertumque est an ista ad vrinas, an ad deiectiones retulerit Erotianus. Nisi quis malit istam Erotiani explicationem ad Coa Præsagia referre. Caluus verò ἐν ὑποχονδρίῳ legisse videtur, & lectionem ominò immutasse. Deinde pro ἀκλύουσι alium videtur secutus sensum, & πυρῶν ἔντα legisse. Cuius lectionis ne vllum quidem in codicibus scriptis extat vestigium. Alia exemplaria ἀκλύουσι pro ἀκλύουσι legunt. Galenus ἐπ' ὀλίγον, reliqui omnes codices ἐπ' ὀλίγῳ habent, quod ὀπὶ βραχὺ in Cois Præsagiis scribitur. Neque mirum est ex imbecillitate hepatis, exoluta retentrice aluum affatim postea prorumpere & exitio esse.

[157] Ἐνίοισιν ἀστώδεσιν ἀγρυπνίῃσι τὰ παρ' οἷς μάλιστα.

In peruigiliis quibusdam quæ cum angore & anxietate fiunt, ad aures abscessus maximè obueniunt.

B Scribitur quoque hoc præsagium in Cois Prænotionibus iisdem penè verbis.

[158] Ἐπὶ εἰλεοῖσι διὰ κόδεσι πυρετῷ ὀξέϊ, ὑποχονδρίῳ μετεώρῳ χρονιωτέρῳ, τὰ παρ' οἷς ἐπαρθέντα κτείνει.

In tenuioris intestini morbis graueolentibus, cum febre acuta, & ex longo interuallo tumescẽtibus præcordiis, qui ad aures oboriuntur abscessus, mortem adferunt.

Repetitur in Cois Prænotionibus hæc sententia, ac meliore quidem quàm hîc sensu, atque etiam aliàs aliis verbis scribitur. Vitiosa sunt autem exemplaria, quæ ὑποχόνδρια μετέωρα χρονιώτερα, pro ὑποχονδρίῳ μετεώρῳ χρονιωτέρῳ legunt.

Ex surditate abscessus ad aures contingere consentaneum est, præsertim verò si implaciditas quædam aut inquies corporis iactatio succedat. Ac inter hos, in iis qui sopore detinentur, ista magis sperare oportet. C

[159] Ἐκ κωφώσιος ὀπτῇ κῶς τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε καὶ εὐ ἀσῶδες τὴ ὀπτῇ ὑπνῷ, καὶ εἶσι κωματώδεσιν, ὀπὶ τούτοισι μᾶλλον.

Scribuntur eadem in Cois Prænotionibus & iisdem verbis.

Ex leuiter syderatis abscessus qui ad aures contingunt, malo sunt.

[160] Τὰ παρ' ὦτα φλαῦρα τοῖσι τοῦδε πληγικοῖς.

Repetitur hoc præsagium in Cois Prænot. iisdem verbis, nisi quòd τοῦδε πληκτικοῖς pro τοῦδε πληγικοῖς legitur. Caluus has sententias mirum in modum perturbauit.

Quæ conuulsionis in morem affligunt, cum alto stupore quem catochon vocant, abscessus ad aures excitant. D

[161] Τὰ σπασμῶδη τὸ ἔκπον παροξυνόμενα κατόχως, τὰ παρ' οἷς ἀνίσησιν.

Iisdem quoque ferè verbis repetitur hoc præsagium in Cois Prænotionibus. licet aliàs paulò aliter ibidem scribatur.

Conuulsio cum tremore, corporis iactatione & implaciditate, ac alto stupore, quem catochon vocant, paruulorum circa aures obortorum abscessuum spem facit.

[162] Τὸ σπασμῶδες, τρομῶδες, ἀστῶδες, κατόχως, μικρὰ παρ' οἷς ὀπὶ παροξυνόμενα.

Aliter ac melioribus verbis scribitur hoc præsagium in Cois Prænot. Apparet tamen ex Galeno suppositiam esse sententiam, ac ferè cum superiore conuenire. Vitiosa autem sunt exemplaria scripta, quæ πρὸς οὓς pro παρ' οἷς legunt.

Considerandum in quibus speramus abscessus circa aures futuros, num ex capite doleant, aut superiorum partium tenues sudores oboriãtur, aut nouus insuper rigor, ac deinde num aluus affatim prorumpat, aut aliquo sopore detineantur. Videndum quoque num vrinæ diluræ, cum sublimibus quibusdam innatantibus albidis, & quæ variè exalbescunt & graueolent, abscessus ad aures excitent? Ac fortè quidem qui- E

[163] Ἀρά γε εἰσὶ τὰ παρ' ὦτα κεφαλαλγικοί; ἦρά γε καὶ ἐφιδρῶσι τὰ ἄνω, εἶτα καὶ κοιλίη καταῤῥήγνυται, καὶ ἢ κωμαστῶδες; ἦρά γε καὶ ὑδατώδεα, οὖρα σαμφορυθμὰ λευκῆς, καὶ πυκνίλως ἐκλευκα, διὰ κόδεα ποιέει τὰ παρ' οἷς; ἦρά γε εἰσὶ τὰ τοιαῦτα ἔσεα, στάξιες πυκναί; ἦρά γε καὶ γλῶσσα τούτοις λεία;

bus huiusmodi vrinæ adsunt, iis crebra è naribus stillatio contingit. An & his quidem lingua læuis est (ac minimè aspera)? F

Aliter etiam paulò repetitur hæc sententia in Cois Prænotionibus. ac variè distracta est in exemplaribus. Quædam enim legunt, ἦρά γε οἷσι τὰ παρ' ὦτα κεφαλαλγικοὶ οὖτοι; & post tenues partium superiorum sudores, ἦρά γε τὰ ὀπτῥῥηγνύμενα addunt, quod etiam videtur legisse Galenus & Caluus ex scriptis exemplaribus. Quæ est etiam Coarum Prænotionum lectio, repugnantibus omnibus publicatis exemplaribus.

[164] Οἷσι πνεύματα τυφοῦσιν ἐοῦσιν ἰκτεροῖ, καὶ πυρετὸ ὀξέες μεθ' ὑποχονδρίων σκληρῶν κατεψύχθαι, εἰ τὰ παρ' ὦτα μεγάλα ἴσαται.

In spirituosis & anhelatoribus morbo regio laborantibus & febre acuta, cum præcordiorum duritie & tumore, si corporis summa perfrigerentur, magnorum circa aures abscessuum exortum fortassis expectare oportet. G

Scribitur hæc sententia etiam in Cois Prænot. melioribus verbis etsi admodum disparatim, vt ibidem admonuimus. Sunt autem hîc πνευματούμενοι, qui πνευματίαι Hippocrati dicuntur, quos Gal. extremo lib. 3. περὶ διαιτ. τοὺς ἀσθματώδεις ἢ τοὺς ἐμπνευματουμένους explicat, quosq; etiam πνευματώδεις dici scribit.

Qui sopore detinentur cum corporis incontinentia iactatione, præcordiorum dolore, & pauca vomitione, in iis tuberculorum ad aures exortum sperare oportet. Sed & antea quæ circa faciem contingere solent in considerationem adhibere conuenit.

[165] Τὰ κωματώδεα, ἀστῶδεα, ὑποχόνδρια ὀδυνώδεα, ἐμετώδεα μικρὰ, ἐν τούτοισι τὰ παρ' οἷς ἐπεγίγνεται, πρόσθεν δὲ καὶ τὰ περὶ πρόσωπον. H

Repetitur in Cois Prænotionibus hoc prognosticum eodem sensu, sed in fine πρόσθεν δὲ καὶ τὸ πρόσωπον ἐνταῦθα legitur, quod faciei tumorem præter naturam spectat, quod etiam explicat Gal. in Commentario. Vitiosa sunt autem exemplaria manu scripta quæ ὑποχονδρίου & αἱματώδεα legunt.

Aluo ſtercora nigra demittente, ſi ſopor appareat, tubercula ad aures excitat.

166 Κοιλίης μέλαινα χοροειδέα διείσης, κῶμα ὀπτ- A
φανὲν, ὀ παρ' οὖς ἀνίησιν.

In quibuſdam exemplaribus μελαχὼ pro μέλαινα ſcribitur, & manu ſcripti codices Regij χολώδεα habent, quidam etiam κροκώδεα. Quæ ſcriptio ad exemplaria Italica permanauit, vt pater ex Caluo, qui etiam ἀχώδεα legiſſe videtur, quod vitium agnoſcit quoque Galenus in exemplaribus peruetuſtis. Repetitur autem hæc ſententia in Cois Prænot. etſi paulùm vitiosè.

Tuſſes cum crebra oris ſaliuatione, abſceſſum circa aures emolliunt.

167 Βήχεα μετ' πτυελισμοῦ ὀνίνα, ὀ παρ' οὖς ἀπαλ- λάσσει.

In Cois Prænot. vbi hæc ſententia repetitur λαπάσσει pro ἀπαλλάσσει ponitur, quod hanc dictionem explicat. Quod effecit vt emollire pro liberare ac vacuare dixerimus. Sic etiam λαπάσσεσθαι de abſceſſibus circa aures dicitur initio ſect. 4. lib. 6. ep. Vnde ſatis B
apparet mendoſum eſſe Galeni locum in Comm. & typographorum incuria deprauatum, vbi legitur εὔλογον μὴ ἑπόρας φαίνεσθαι τοὺς παρωτίδας. legendum enim μελαινωτέρας aut κενωτέρας φαίνεσθαι audacter ſpondeo, vt ſcribimus in noſtra Hipp. O Economia. Quod certè non aduertiſſe interpretem conſtat, ideoq; aliam lectionem affinxiſſe. Quædam exemplaria ſcripta βηχία λεπτὰ habẽt. Caluus hanc ſententiam malè ſuperiori annexuit. Codex Aſulanus μετ' πτυελισμοῦ etiam vitiosè habet.

In capitis dolore ſopor & ſurditas aliquem ad aures abſceſſum effundunt.

168 Εν κεφαλαλγίῃ κῶμα καὶ κώφωσις παρ' οὖς ἐξε- ρεύγεται.

Codices Regij manu ſcripti ſic legunt, ὃν κεφαλαλγίης κῶμα, κώφωσις, καὶ φωνῆς ἀμαύρωσις προσκολλήσεται, παρ' οὖς τὰ ἐξερεύγεται. Que videtur etiam Italicorum exemplarium lectio, vt ex Caluo patet, etſi quædam exemplaria corruptè μώρωσις pro ἀμαύρωσις habent. Cuius lectionis tamen altum eſt apud Galenum ſilentium. Et vocis tarditas & obſcuritas aliud quid potiùs, vt conuulſionem & epi- C
lepſiam, quàm parotidas denunciat.

Præcordiorum contenſio cum ſopore, corporis incontinenti iactatione, & capitis dolore, tubercula ad aures attollit.

169 Υποχονδρίου συνάσεις μετ' κώματος ἀσώδεις καὶ κεφαλαλγίης, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.

Repetitur iiſdem ferè verbis in Cois Prænot. hoc præſagium. Vitioſa ſunt autem exemplaria quæ σύνασις & κώματος, & πρὸς οὖς legunt. Quæ etiam ſecutus videtur Caluus.

Graues aurium abſceſſus qui citra iudicationem ſenſim conquieſcunt & diſſipantur, damno ſunt.

170 Τὰ ἐπώδυνα παρ' οὖς ἀκρίτως καταμαλακθέντα, φλαῦρα.

Τὰ καταμαλακθέντα, τὰ κατ' βραχὺ λυόμενα, τὰ κατ' βραχὺ ἀποπιμπραμενόμενα καὶ ἀφανιζόμενα significant, & de tumoribus ſecundum aures di- D
cuntur, quæ ſenſim diſparent & euaneſcunt, & ſine vlla ſignorum ſignificatione ſubſident, neque ad ſuppurationem perueniunt. Sic enim vſurpauit Hippocrates lib. 2. epid. de parotidibus ſcribens, ὧν τὰ καταμαλακθὴ καὶ ἰκ ἀποπύησιν. Cuius dictionis notionem pluribus illic expreſſimus, & noſtris in lib. 1. epid. annotat. Hic verò Galenus vniuerſale præſagium facit, nec ad parotidum dolores accommodat, ſed doloribus in vniuerſum qui præter rationem & ſine vlla alleuationis ſignificatione conquieſcunt aut diſſipantur attribuit, & τὰ ἐπώδυνα ſimpliciter legiſſe videtur, eſtque dignum certè artis complexione præſagium. Reliqua omnia exemplaria, tum ſcripta, tum publicata, τὰ ἐπώδυνα παρ' οὖς legunt.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΟΝ E
ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

HIPPOCRATIS PRÆDICTORVM
LIBER SECVNDVS.

PRÆDICTIONES Medicorum referuntur permultæ, tum præclaræ, tũ admiratione dignæ, quales neque equidem prædixi, neq; quenquam qui prædiceret audiui. Ex quibus quædam ſunt huiuſmodi. Hominem qui Medico eius curam habenti, & cæteris periclitari videretur, ingreſſum verò alium Medicum de eo pronunciaſſe, hunc non periturum, verùm oculis captum fore: Et ad alium qui prorſus malè affectus exiſtimabatur, ingreſſum prædixiſſe, eum quidem ex morbo releuaturum, verùm mancum futurum. Et in alio qui ne ſupereſſe quidem poſſe exiſtimabatur, pronunciaſſe ipſum quidem ſanum fore, at pedum digitos denigratos putrilaginem cõtracturos. Atque talia multa id genus prædicta narrantur. Aliud quoque prædictionis genus ad eos qui in auctione & negociatione verſantur ſpectat, cùm partim quidem mortem, partim verò inſaniam, quibuſdam etiam varios morbos prædicunt, ad hæc omnia quæ inſtant, & retro actis temporibus euenerunt vaticinantur & vera efferũt. Alia præterea prædictionum forma eſſe dicitur, quæ circa athletas eóſque qui propter morbos

ΤΩΝ ἰητρῶν προρρήσιες ἀπαγγέλλονται συχναί τε καὶ F
καλαὶ καὶ θαυμασταί. οἷας ἐγὼ μήτ' αὐτὸς προφήτην, οὔτ' ἄλλου τινὸς ἀκούσας προλέγοντος, εἰσὶ δ' αὐτῶν, αἱ μὲν τοιαῖδε. ἀνθρώπου δοκέοντος ὀλέθριον εἶναι, καὶ τοῦ ἰητροῦ τοῦ μελεδαίνοντι αὐτέου, καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν. ἐπεισιόντα δὲ ἰητροῦ ἕτερον εἰπεῖν, ὅτι ὁ μὲν ἀνθρώπος οὐκ ἀποθανεῖται, ὀφθαλμοῦ δὲ τυφλὸς ἔσται. καὶ παρ' ἕτερον δοκέοντα παγκάκως ἔχειν, εἰσελθόντα προφῆναι, τὸν μὲν ἀνθρωπον G
ἀναστήσεσθαι, χρόνον δὲ χωλὸν ἔσεσθαι, καὶ ἀνιῶν τῶν δοκέοντι οὐ πείσεσθαι, εἰπεῖν, αὐτὸν μὲν ὑγιέα ἔσεσθαι, τοῦ δὲ ποδῶν τοὺς δακτύλους μελανθέντας, ἀποσαπήσεσθαι. καὶ ἄλλα διαπόλλα προρρήματα λέγει οὐ διαιτέων τῷ εἴδει. ἕτερος δὲ τόπος προρρήσεως ὠνεομένοισί τε καὶ ἐξεμπορευομένοισι προφήσιν. τοῖσι μὲν θανάτους. τοῖσι δὲ μανίας. τοῖσι δὲ ἄλλας νόσους. ὅσοι πᾶσι τούτοισί τε καὶ τοῖσι προτέροισι χρόνοισι, προφήσιν, καὶ πολύτα ἀληθέα. ἀλλὸ δὲ γένος προρρήσεων τοὺς δὲ λέγεται. τοὺς ἀθλητὰς γινώσκειν καὶ τοὺς τῶν νόσων εἵνεκα

γυμνάζο-

A γυμναζομένους τε καὶ παλαιπωρέοντας, εἰ τί τι τοῦ σιτίου ἀπολίπωσιν, ἢ ἑτεροῖόν τι φάγωσιν, ἢ ποτῷ πλέονι χρέωνται, ἢ τοῦ περιπάτου ἀπολίπωσιν, ἢ ἀφροδισίων τι πρήξωσι. τούτων πολλῶν οὐδὲν λανθάνει, εἰ δὴ εἰ σμικρόν τι εἰν ἀπεσθέσας ὦν, θεσπέσιος, ἢ πῶς ἐξηκριβῶται. ἔστι πολλοὶ οἱ φοιτῶντες τῶν πρηνσίων. ἐγὼ δὲ τοιαῦτα μὲν B
οὐ μαντεύσομαι. σημεῖα δὲ γράφω, οἷσι χρὴ τεκμαίρεσθαι τοὺς τε ὑγιέας ἐσομένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀποθανουμένους. τοὺς τε ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἢ ἐν πολλῷ ὑγιέας ἐσομένους, ἢ ἀπολουμένους. γίγνεσθαι δέ μοι καὶ περὶ ἀποστάσιον, ὡς χρὴ ὀπτισκέπτεσθαι ἑκάστας. δοκέω δὲ καὶ τοὺς προφήτας περί τε τῶν χωλοῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν πιστεύειν ἤδη ἀποφαινομένου τοῦ νοσήματος προφήσιν, καὶ δήλου ἐόντος ὅτι οὐ παλινδρομήσει ἡ ἀπόστασις, εἰ μὴ C
νόον εἶχον πολὺ μᾶλλον, ἢ πρὶν ἄρχεσθαι τὴν ἀπόστασιν γινομένην. ἐλπίζω δὲ καὶ τ' ἄλλα προρρηθῆναι θανάτους τε καὶ νοσήματα καὶ μανίας. ταῦτα δέ μοι δοκεῖ τοιαῦτα γίνεσθαι, καὶ οὐδὲν τι δοκεῖ χαλεπὰ εἶναι προφήσιν τῶν βουλομένων τὰ τοιάδε ἀφανίζεσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς ἐφύδρους τε καὶ φιλοώδεας τίς οὐκ οἶν γνοίη; ἔπειτα τοὺς ἀδιαφορήσαντας ὅστι μὴ πολὺ λανθάνει, εἴ τις εἰδείη οἷσι τὸ νόσημα τοῦτο ἢ ξυγγενές ἐστιν, ἢ προσάδειν ποτ' ἐμαίνης. εἰ γὰρ ὅτοι οἱ ἀνθρωποι οἰνοφλυγες εἶεν, ἢ κρεπφαγοῖεν, ἢ ἀγρυπνοῖεν, ἢ τῇ ψυχῇ ἢ τῇ γαστρὶ ἀλογίστως ὁμιλοῖεν, πολλαὶ ἐλπίδες οὐκ τούτεων τῶν διαγτημάτων, ἀδιαφορήσαι ἀνθρωποι. τοὺς τε αἱμορροΐδας ἔχοντας, εἴ τις ὁρῶν τοῦ χειμῶνος πολυποτέοντάς τε καὶ ὀλιγόσιτοι D
ἐόντας, ἔστι προφήσιν ἀμφὶ τούτων. ἐς γὰρ τὸ ἔαρ κατάρραγῶσι τὸ αἷμα πολλαὶ ἐλπίδες, ὥστε ἀγρόνους τε καὶ ὑδαλέους ἐόντας τῶν θερείων τούτοις εἶναι. ἀλλὰ χρὴ προλέγειν καὶ παραινέοντα πολύτα ταῦτα, ὅστις τῶν πιστεύων ὀπιθυμεῖ ἀγωνισμάτων. ἔστι γὰρ οὐκ τῶν γεγραμμένων προφήσιν, καὶ θάνατον, καὶ μανίαν, καὶ ὀξίτιν. εἴ τοι μὴ αὖ καὶ ἄλλα πάμπολλα τοιαῦτα, ἀλλὰ τὰ ὀγνωστότατα E
ἔδοξέ μοι γράψαι. συμβουλεύω δὲ ὡς σωφρονεστάτοις εἶναι, καὶ οὐ τῇ ἄλλῃ τέχνῃ, καὶ οὐ τοῖσι τοιούτοισι προρρήμασι. γινώσκειν ὅτι ὀπιτυχὼν μὲν αὖ τις τοῦ προρρήματος, θαυμαστὸν ἀπὸ τοῦ ξυνιόντος ἀλγεινοῦ. ἀμφὶ τῶν δ' αὖ τις, πρὸς τῷ μισεῖσθαι, τάχ' αὖ καὶ μεμψιμοιρίαν δόξειν. ὧν δ' ἕνεκα κελεύω, σωφρόνως τὰ προρρήματα ποιέεσθαι, καὶ τ' ἄλλα πολύτα τὰ ταῦτα. καίτοι γε ἀκούω καὶ ὁρᾶν G
τε κρίνοντας ὀρθῶς τοὺς ἀνθρώπους τὰ λεγόμενά τε καὶ ποιούμενα σὺν τῇ τέχνῃ, τ' ἀπαγγέλλοντας.

se exercent & laboribus fatigant verſatur, & dignoſcit ſi quid in cibo ſit ab his prætermiſſum aut mutatum, aut potu pleniore vtantur, aut deambulationem intermittant, aut quid circa res venereas agitent. Quorum omnium nihil eos fugit, ne vel ſi puſillum quidem quis Medico non paruerit, cuius exactam cognitionem non habeant. Atque hæc omnia narrantur prædictionum genera. Ego autem huiusmodi vates eſſe nolo, ſigna verò deſcribam ex quibus quis ſanos fore aut morituros homines coniectura cognoſcat, eóſque qui tum breui, tum longiore temporis interuallo ſani ſunt futuri aut morituri. Scriptum eſt autem à nobis de his quæ abſcedunt, & quomodo eorum quidque exiſtimare oporteat. Ac eos quidem exiſtimo qui claudicationes & cætera id genus prædicunt, ſi modo quid mentis habuerunt, firmato iam morbo eàs prædictiones feciſſe, & cùm manifeſtum foret id quod abſcedere natum eſt, intro recurrere non poſſe, idque longè potiùs quàm ante abſceſſus initia. In ſpem autem adducor & alia prædicta eſſe, mortéſq; & morbos & inſanias, eáque mihi videntur ita accidiſſe, nihilque eorum non facilè prædici poſſe videtur, ſi quis modò ad ea mentis acie velit contendere. Imprimis nanque quotus quisque eſt qui aqua intercute aut tabe laborantes non nouerit? Denique deliraturi ne longè quidem latere poſſunt eos qui norint quibus aut innata eſt ac congenita ad hunc morbum propenſio, aut qui iam antea inſaniuerunt. Si nanque huiusmodi temulenti fuerint, aut carnibus veſcantur, aut peruigilatione, aut frigore, aut calore inconſultè vtantur, ex eo vitæ genere magna ſpes eſt ipſos deliraturos. Ac eos qui per ora venarum ſanguinem fundere ſunt ſoliti, ſi quis per hyemem liberaliore potu vſos aut bene coloratos conſpiciat, hic facilè prædixerit, ipſo vere erupturi ſanguinis magnam ſpem affore, adeò vt ſub æſtatẽ decolores & aquoſi euadant. Nempe ſic decet eum qui hæc omnia addidicerit prædicere, ſi huiusmodi contentionum præmium reportare deſiderat. Ex his nanque quæ ſcripta ſunt & mortem, & inſaniam, & bonum corporis habitum prædicere licet. Quin & alia id genus multa referre poſſem, niſi in animo eſſet, quæ ſunt cognitu facillima ſcribere. Quòd ſi quis me audiat, is quàm prudentiſſimè & cõſultiſſimè tum in cætera arte, tum in prædictis huiusmodi ſe geret, probè intelligens, qui prædictionis ſucceſſum conſecutus ſit, apud prudentem ægrum admirationi fore, qui verò deerrauerit, præter quàm quòd odio grauabitur, eum ne inſanię quidem ſuſpicionem effugere poſſe. Quapropter præcipio prædicta tum hæc tum alia omnia prudenter fieri, etſi ſentio & video quę in arte dicuntur aut fiunt perperam ab hominibus æſtimari & referri.

ANNOTATIONES.

D ἰσχυρῶς ὃ ἢν ἐκ τῶν ἄλλων νοσημάτων μακρῶν. ἐς τὸν ὧραν τοῦτον τελευτῶσιν οἱ πλέοι. τῶν δ' ἄλλων ἥκιστα πρεσβύτεροι γένωνται, οὔτε παρθένοι καὶ αἱ γυναῖκες, ἢσιν ἀπολήγῃ ὀπτμιλυίων ἢ φύσις ἤδη). εἰ ὃ μέλλοι τὶς πρεσβύτερος τῶν παρθένων, ἢ τῶν γυναικῶν, τῶν τε ἄλλων σημείων τῶν τε ἀγαθῶν δῆ πολλὰ ὀπιγένεσθαι, καὶ τὰ ὀπτμιλύια λαμπρῶς τε καὶ

E καθαρῶς ὀπιφαίνεσθαι, ἢ σόδεμία ἐλπίς. οἱ δὲ ἐκ τῶν αἱμάτων τῆς ἀναρρήξιος ἔμπυοι γινόμενοι τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν, καὶ τῶν παρθένων, πρεσβύτερα μὲν ἢ χῆσον. τὰ ὃ σημεῖα χρὴ πρῶτα ἀναλογισάμενον τά τε πρὸς τῶν ἐμπύων καὶ τῶν φθινόντων προσλέγειν, τόν τε πρεσβύτερόν τε, καὶ τὸν ἀπολλύμενον. μάλιστα ὃ πρεσβύτερα γένωνται, ἐκ τῶν αἵματος ἀναρρήξεων, οἷσιν αὖ διήγημα ὑπαρ-

F χήμελαγχολικὰ, ἔν τε τῷ νότῳ καὶ ἐν τῷ φθινοπώρῳ. καὶ μὴ τὸν ἀναρρήξιν ἀνωδυνώτερον ἢ πόνων). βῆχες τε ἀρὰ καρτερὰ ὀπτήνοιν), καὶ πυρετοὶ οἱ πλέοι ἐξ τελέοιον ἐόντες, δίψαν ἀπεπτέως φέροντες. ὑποχωρήσεις ὃ τὸν ἀναρρήξιος μάλιστα γένοιν) τοιοῦτον, εἰ μὴ ἀποστάσεις ὀπτήνοιν). κρίσεις ὃ τῶν ἀποστάσιον, αἱ αἱματηρότατα. ὀκόσοι ὃ ἐν τοῖσι σήθεσιν διήγημα ἔνεστι, καὶ ἀφεῖ χρόνῳ λεπτύνονταί τε καὶ βήσσουσι, καὶ δύσπνοιαι γένοιν), ἅτε πορευτῶν ὀπιλαμβανόντων, τοῦτο ἐπιμύρεσθαι, ὀκόταν ὀπιγνόμενον, τοῦτο ἐπιμύρεσθαι,

G τε καὶ δύσπνοοι ἐῶσι, καὶ ξυνεστραμμένον τι καὶ μικρὸν ὀδμὴν ἔχον, ἐκβήσσουσι.

ἀπὸ τῶν ἐμπύων] Videtur Coacas Prænotiones intelligere, in quibus multa de purulentis ac tabescentibus scribuntur, atque hæc eadem ex Prognostico sumpta repetuntur. Libro quoq; de Morbis primo & secundo, & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν multa de huiusmodi generis suppuratis scribuntur, vt non temerè περὶ τῶν ἐμπύων inscribantur.

χρὴ δὲ τὸ πύελον] Hæc in Coacis Prænot. ex Prognostico repetuntur, & reliquæ adduntur salutis purulentorum notæ. Cornelius verò Celsus hunc totum locum eleganter sic expressit cap.8.lib.2. At in tabe eius qui saluus futurus est, sputum esse debet album, æquale totum, eiusdémq; coloris, sine pituita, eiq; etiam simile esse oportet si quid in nares à capite distillat. ἀφλέγματον autem cum Celso, sine pituita diximus, & pituita vacuum significat, quòd fit in Prognostico φλέγματος ἀπηλλαγμένον. Quod etiam in Coacis retinuimus & probauimus. Laudabiles etiam puris in suppuratis notas istas prædicat Aretæus, his verbis cap.9.lib.1. περὶ σημείων χρονίων παθῶν, ἀδρόν τε καὶ πύον ἐρῆνδες, ὀκόσον μὲ λευκὸν, πέπονα, ἄνοσμα, λεῖα, σροφύλακα, ἀναδεῆ τε καὶ ἀνόφερῆ, πρεσβυτικά. In summa autem de

H pure dictũ fit, quæcũq; alba ferũtur cõcocta, inodora, læuia, rotunda, & promptè extussiuntur, aut per aluũ deturbãtur, ea sunt salutaria. τὸ δὲ ἀπὸ τῆ κεφαλῆς καταρρέον] Celsus simile esse vult sputo quod in nares distillat, breuitatis studiosus. Sed certè, etsi hoc valde est optabile, aliud quid tamẽ hæc verba sonãt. Nam cùm maximè periculosæ sint tabes, quæ ex capitis distillatione oriuntur (vt scribitur in Coac. Præsagiis & lib.1.de Morb.) ad id omni consilio contendere oportet, vt quod ad thoracem confluit, ad nares deriuetur. Quamobrem lib.2.de Morb. medicamenta naribus admoueri iubet, quæ pituitã eiusmodi euocent, his verbis, ὃ ἐπὶ τῶν

At de sputo & tussi eorum quos tabes malè habet eadem mihi dicenda sunt quæ de purulentis scripsi. Eum nanque qui probè leuari volet, conuenit sputum facilè tussi reiicere, esseq; album & æquale, vnius coloris, & sine pituita. Quòd à capite defluit ad nares vertatur, neq; febris prehendat, vt nec cibos impediat, neque sitim faciat. Aluus autem quotidie deiiciat, & quod secedit durum esto, & iis quæ assumuntur conueniens. Hominem quàm minimè tenuem esse conuenit. Pectus verò laudandum quadratum, & hispidũ, cuiusq; cartilago exigua & admodum carnosa est. In quo nanque hæc omnia inerunt, is maximè superstes futurus est. At qui nihil horum habuerit, exitio maximè est affinis. Iuuenes verò qui in pectore pus colligunt ex humorum decubitu, aut fistula, aut alio quopiam id genus, aut ex abscessus reuersione, ij, nisi multa admodũ bona signa assecuti sint, minimè euadunt. Moriuntur verò eiusmodi homines sub autumnum, valdeq; & ex aliis morbis longis plæriq; sub hoc tempus pereunt. Ex reliquis autem minimè euadunt, tum virgines, tum mulieres, quibus ex menstruorum suppressione tabes contingit. Quòd si ex his aliqua superesse volet, cùm multa laudabilia signa accedere, tum verò menses luculenter & manifestè comparere oportet, aliôqui nihil spei relictum est. At qui ex sanguinis eruptione pectore pus colligunt, tum viri, tum mulieres, ac virgines, ij certè haud minùs supersunt. Cæterùm omnia signa tam suppuratorum quàm tabescentium, animo reputantem, tum superfuturum, tum etiam perituru prædicere oportet. Ex sanguinis autem eruptione maximè supersunt, quibus in dorso & pectore dolores adsunt melancholici, & ex sanguinis eruptione dolore quodammodo leuantur. Neq; enim tusses admodum, neq; febres succedunt, ac plæriq; sitim ad extremum vsq; facilè tolerant. Sed recurrunt ferè sanguinis eruptiones, nisi abscessus succedãt, ex quibus, ij sunt optimi, qui maximè cruẽti. Qui verò in pectore dolores sentiunt, & temporis tractu extenuantur, tussi & difficultate spirandi conflictantur, si neque febres prehendant, neque suppurationes succedant, ex iis percontari oportet, si quando tussiunt & difficulter spirant, num etiam concretum quiddam & modicè olens per tussim reiiciant.

ἐς τὸ σῶμα τὴν νυκτὸς ἀυτμὴ φοῖτα δύμεν, περὶ τὰς ῥῖνας ἀυτμὴ περιτίθη μὴ φάρμακα πυκνότερα. ἰσῶ δὲ μὴ ῥέει, περιτίθη μὴ δὲ πολλὰ νόσος ἐς χόνν. Cumq; noctu ad os A
salſuginoſus humor concedit, ad nares ei crebriora medicamenta apponito: At ſi non confluit, apponito quidem, verùm ex longiore interuallo. Rurſusq;, & ἰσῶ μὲ τὸ σιαλοῦν ἐς τὸ σῶμα ἴη πολὺ & δύμωρον, περὶς τὰς ῥῖνας περιθεῖναι ὀλίγα, ἢ χολὴ μὴ ἀλῇ. ἰσῶ δὲ μὴ ἴη τὸ ῥεῦμα ἐς τὸ σῶμα, μὴ περιτίθεναι περὶς τὴν κεφαλήν. Ac ſi ſaliua quidem multa & ſalſuginoſa ad os procedat, ad nares apponito quòd bilem minimè educat. Si verò fluxio in os non feratur, capiti ne apponito. Sic quoq; lib. περὶ παθῶν, in tabe naribus admoueri medicamenta quæ caput vacuent conſulit. ἢ δὲ κεφαλὴν ἀυτὴ περὶ ὅδεν καθαίρειν, περὶς τὰς ῥῖνας περιτιθεὶς φάρμακον.

πυρετὸν δὲ μὴ λαμβάνῃ] In Coacis præſagiis & prædictionibus in ſuppuratorum ſalute febrem abeſſe vult, ἀπουσίαν & δίψαν. Celſus, longè optimum eſt febrem omninò non eſſe: ſecundum eſt, tantulam eſſe, vt neque cibum impediat, neq; crebram ſitim faciat. Idem quoq;, At in tabe ſputum mixtum purulentum, febris aſſidua, quæ & cibi tempora eripit, & ſiti affligit, in corpore tenui periculum ſubeſſe teſtatur. δεῖπνον autem cibum diximus, Celſum ſecuti, eamq; in rem ſæpius accipitur. Exemplaria quædam manu ſcripta ὕπνον pro δεῖπνον legunt, quod etiam ſignificauit Caluus.

καὶ τὸ ὑποχωρέον] Alui profluuia in tabidis exitium minantur, vt ſcribimus in Coacis Præſagiis. Hunc locum ita Celſus exponit, B
Aluus in hac valetudine ea tuta eſt, quæ quotidie coacta, eaq; conuenientia his quæ aſſumuntur reddit.

τὸν δὲ ἄνθρωπον] Sic Celſus hunc locum vertit. Corpus id quod minimè tenue, maximeq; lati pectoris atq; ſeroſi eſt, cuiusq; cartilago exigua & carnoſa eſt. Corpus certè minimè extenuatum & tenue, ſed carnoſum eſſe oportet & optimè quadratum, ſi quis exitium effugere volet, cùm in dies extenuatur & à morbo contabeſcat, vt ſcribitur lib. 2. de Morb. & lib. περὶ ἱερῆς νούσου. Et in corpore tenui & longo cauendam eſſe tabem teſtatur Celſus. Sic libr. περὶ ἱερῆς νούσου, περὶς τὴν τοιαύτην νόσον, ὃ ξυμφέρει λεπτὸν εἶναι. Quò magis mirandum eſt Caluum contra omnium codicum quos adhuc videre licuit fidem, pectoris muſculos non carnoſos probare.

ὅστις δὲ αὖ ἴμπυοι] Hunc locum etſi alio ſenſu ſic expreſſit Celſus. Solent etiam in adoleſcentibus ex eo morbo vomicæ fiſtulæque oriri, quæ non facilè ſaneſcunt, niſi ſi multa ſigna bonæ valetudinis ſubſecuta ſunt.

ἐς τὸ φθινόπωρον] Autumnum tabeſcentibus noxium eſſe ſcribitur placito 11. libr. 3. & ferè plærosq; ad autumnum perire ſcribit C
Hipp. lib. 1. epid. & lib. 3. Ideoq; φθινόπωρον φθινῶδες dicitur lib. 6. epid. Ibidemq; aph. 13. ſect. 7. τῶν φθινόντων τὸ φθινόπωρον κακὸν ſcribitur. Sic autumno grauiſſimos & maximè extiales morbos circumferri ſcribit Hipp. lib. 2. Epid. & aph. 9. lib. 3. Eaq; notione φθινόπωρον μελαγχολῶδες nuncupatur Hippocrati lib. 2. & 6. Epid. Celſus autumnũ longè periculoſiſſimum; quiq; multos opprimat dixit cap. 1. lib. 2. Horatius graue tempus autumni vocat, & Iuuenalis lethiferum. Hunc porrò locum Celſus tabidorum exitium indicans ſic expreſſit, Vtiq; ſi tempus autumni eſt, quo ferè qui cætera parte anni traxerunt, reſoluuntur.

ἢν δὲ ἀγῶν ἤκῃσι] Celſus hunc locum etſi alia longè notione ſic expreſſit, Ex reliquis verò minimè facilè ſanantur virgines, aut hæ mulieres, quibus ſuper tabem menſtrua ſuppreſſa ſunt. Porrò ex menſium ſuppreſſione exitioſiſſimam tabem ſuboriri, & ex qua ſupereſſe nefas ſit, ſcribit Hipp. lib. 1. περὶ γυναικείων.

μάλιστα δὲ περιγίνονται] Sic Celſus hunc totum locum exprimere videtur. Super tabem ſi mulieri quoq; ſuppreſſa menſtrua fuerint, & circa pectus atq; ſcapulas dolor manſit, ſubitóq; ſanguis erupit, leuari morbus ſolet. Nam & tuſſis minuitur, & ſitis atq; D
febriculæ deſinunt. Sed iisdem ferè, niſi redit ſanguis, vomica erumpit, quæ quò cruentior, eò melior eſt. Verùm Celſus longè alio ſenſu quæ hîc ſanguinis eruptioni in vniuerſum tribuantur, mulieribus ex menſium mora tabe conflictaris concedit. Dolores verò melancholici hîc innui videntur diutiùs permanentes & pertinaces, nimirum ex humoribus craſſis & crudis ſuborti, quemadmodum apoplexia & conuulſio morborum melancholicorum nomine accenſentur aph. 56. lib. 6. & 40. lib. 7. Quod etiam ſignificare per (dolorem manentem) Celſus videtur, & quòd tandem hi humores tractu temporis in abſceſſus vertuntur. Aut certè eos dolores intelligit, qui ex tumoribus denigratis & liuidis oriuntur, quales in eas partes translato & impacto craſſiore ſanguine fieri ſolent, vnde tandem abſceſſus conſequuntur. ἀποστάσεις autem hîc ſunt, quæ ὀκπύημαῖα aut ὀκπυήσεις in Prognoſtico dicuntur, vomicas vocat Celſus.

καὶ πυρετοί] Iſtud ſuperioribus iunximus, meliora exemplaria & Celſum ſecuti, reliquum membrum per ſe diſtinximus.

αἱ & ξωνεφραμμένου τι] ξωνεφραμμένου τι quiddam concretum, contortum, compactum aut conglobatum intelligit veluti concretam quandam pituitam, & grandini ſimile quiddam & induratum: velut συρρέφεσθαι concreſcere & colligi, ac coacerua ti denſariq; E
ſignificat Hippocrati aph. 40. lib. 5. quod alibi συλλέγεσθαι dicitur. Lib. 2. de Morb. in Phrhoë ſcribitur, αἱ δὲ ἐκπύησιν ἐποιέοντο τὸν πυον & χάλαζα, καὶ ὅδε περιεβόμενον ἐν τῇσι δακτύλοισι σκληρὸν & κάκοδμον γίνετο. Pus veluti grando tuſſi reiicitur, & digitis attritum durum & graueolens exiſtit. Ex ſputi autem graueolentia quàm exitialis rabis ſigna cenſentur, vt ſatis pater ex aphoriſmis, Coacis Præſagiis & libr. 2. de Morb. Vnde effectum eſt vt Caluus pro ἐπιπόρεσθαι ἐπιρρήσσειν legiſſe videatur. Etſi enim ea indicia proximam perniciem indicant, exemplarium tamen conſenſum ſequi malim.

At de his qui podagra tentantur iſta nobis dicenda videntur. Qui in ſenectute tofos aut callos in articulis induratos habent, aut laborioſè vitam tolerant, cum aluo ſicca, ij ſanè omnes (vt ſentio) humana arte ſanari nequeunt. His certè ſuccedentes inteſtinorum difficultates optimè medentur, quin & quæcunq; aliæ colluctationes infernæ, eos valde iuuant. Iuuenes verò cui necdũ circum articulos calli induruerunt, cuiq; victus ratio curæ eſt, ad laborem eſt impiger, aluumq; habet vitæ inſtituto probè cedentem is ſanè prudentem nactus medicum, ſanus euadet.

Περὶ δὲ ποδαγρικῶν τῶν τάδε. ὅσοι μὲν ἢ γέροντες, ἢ περὶ τοῖσι ἄρθροισιν ὀπτιπωράματα ἔχουσιν, ἢ ἐν ὅσῳ παλαίπωρον ζῶσι καὶ λιχνίας ξηρὰς ἔχοντες, ὅτοι μὲν πολῖται ἀδυνάτοι ὑγιέες γίνεται δυνάμει ἀφικνέεται τέχνη, ὅσον ἐγὼ οἶδα. ἰῶν δὲ τούτους, ἄριστα μὲν δυσεντερίας, ἢν ὀπτιγένωνται, ἀταρ καὶ ἀνῆται ὀκτήριες ὠφελέουσι κάρτα, αἱ ἐς τὰ κάτω χωρία ῥέπουσι. ὅστις δὲ νέος ἐστὶ, καὶ ἀμφὶ τοῖσιν ἄρθρεσιν ὄπτω ὀπτιπωράματα ἔχει τ' ἐν ὅσῳ ἐστὶν ὀπτιμελὴς τε καὶ φιλόπονος, καὶ λιχνίας ἀγαθὰς ἔχων, ἐπὶ ἀκόρεν πρὸς τὰ ὀπτιποθήματα, ἔτος δὲ ἐν ἐνεστῶτι μῆνα ἔχοντος ὀπτιτυχὼν, ὑγιὴς αὖ γένοιτο. G

ὅσοι μὲν ἢ γέρουτες] Hunc locum ſic expreſſit Celſus. Articuli verò qui ſic dolent, vt ſuper eos ex callo tubercula quædam innata ſint, nunquam liberantur: Quæq; eorum vitia vel in ſenectute cœperunt, vel in ſenectutem ab adoleſcentia peruenerunt, vt aliquando leniri poſſunt, ſic nunquam ex toto finiuntur. ὀπτιπωράματα autem vocat, quos alij πώρους dicunt, lapidoſas in articulis duri ties, & tofos aut callos induratos qui vbi ſemel increuerint, priſtinæ ſanitatis in articulo ſpem tollunt, vt ſcribit Gal. lib. 10. Comp. med. κατὰ πόδ. Hos verò Aurelianus inſolenter admodum tranſitus vocat, πόρους, cùm πώρους dicendi ſint. Vitioſus porrò eſt codex Aſtilanus, qui pro ἀδυνάτοι ἀδυνάτου legit.

ἰῶνται δὲ τούτους] Sic Celſus expreſſit & ſequentibus iunxit. Articulorum verò vitia, vt podagræ chiragræque, ſi iuuenes tentarunt, neque callum induxerunt, ſolui poſſunt, maximéque torminibus leniuntur, & ex quocumque modo venter fluit. Vbi ὀκπήξιες αἱ ἐς τὰ κατὰ χωρία ῥέπουσι, humorum ſeceſſus & eliquationes per alium effuſæ, ac humorum profluuia, quæ corpus eluunt, exinaniunt & exoluunt intelliguntur. Sic πόκεν apud Theonem gymnaſten pro λύειν ἢ κενοῦν accipi ſcribit Galenus lib. 2. Salub. Alui autem ductiones & infernæ purgationes in articulorum vitiis plurimùm habent momenti, eásque conſulit Hippocrates libr. περὶ παθῶν. Quas tamen Eraſiſtratus in podagricis expulit, ne in inferiores partes factus curſus pedes repleret, cùm tamen euidens ſit omni purgatione,

A purgatione, non ſuperiora tantummodo, ſed etiam inferiora exinaniri. Hunc autem locum innuere videtur Aurelianus cap. 1. lib. 5. Chronion ſcribens, Vtilem inquit Hippocrates iſchiadicis dyſenteriam. Habet enim imitationis quiddam recorporationis faciundæ, quanquam plurima vexatione corpus afficere videatur. Vitioſum autem eſt quod in quibusdam exemplaribus ὀκπήσιες pro ὀκπήξιες legitur.

καὶ τὸν πρόσπον ὀξὺν δημελῆ] Attentum ac maximè ſolicitum & diligentem in victus ratione, gnauúmque & ad labores impigrum requirit eum qui articulorum vitiis curandis prouidere vult. Celſus quoque, quibus articulorum dolor certis temporibus reuertitur hos antè & curioſo victu cauere vult, ne inutilis materia corpori ſuperſit.

καὶ κοιλίας ἀγαθὰς ἔχων] Aluum pro inſtituto vitæ genere benè reſpondentem, ac vitæ ſtudiis & moribus audientem requirit, hoc eſt liberam & medicamentis facilè parentem, quod magnum eſt in articulorum vitiis præſidium. Idq; reſpondet ærumnoſæ vitæ
B quam ſupra poſuit cum aluo ſicca.

Ex morbo ſacro, quem comitialem dicunt, ægerrimè emergunt, quibuſcum vnà à puero increſcit morbus, & in virilem ætatem ſimul adoleſcit, deinde quibus ætate florente ortus eſt, nempe poſt annum quintum & vigeſimum, ad quadrageſimum quintum vsque. Quos deinceps conſequuntur quibus morbus accidit, neque antè in corporis partibus aliquis venientis mali ſenſus eſt. Quibus nanque ex capite initium ducere videtur, aut latere, aut manu, aut pede, ij faciliùs ſanantur. Hæc tamen etiam inter ſe differunt. Ex his nanque moleſtiſſimi ſunt qui à capite originem trahunt, deinde ex latere, qui verò à manibus ac pedibus, præcipuè ſanitatem recuperant. His autem manum admouere medicum oportet, qui rectè curationis rationem tenuerit, vbi iuuenes fuerint, & laboribus dediti, niſi ſi cui mens malè ſit affecta, aut quis attonitus fuerit. Eiusmodi nanque vehementes mentis emotiones nihil conducunt. Reliquę verò omnes naturæ emotiones, quæ ad inferna tendunt, probantur, longéq; optimæ hoc loco cenſendæ ſunt, quæ maximè cruentæ. At ſenes qui corripi cœperunt præcipuè moriuntur, ac ſi pereant, celerrimè ſua ſponte ſeruantur, minimumq; à medicis iuuantur.

C

D

E

F

G

H

Τῶν δὲ ὑπὸ τῆς ἱερῆς νόσου λαμβανομένων, χαλεπώτατα μὲν ἐξίσταται, ὀχόσοισι δ' αὖ ἀπὸ παιδὸς ξυμβήσεται καὶ συναυξηθῇ ὁ νόσημα. ἐπιφέρει δὲ ὅσοισιν αὖ ἡλίκια ἐν ἀκμάζουσι τοῦ σώματος τῆς ἡλικίης. εἰ δὲ αὖ ἀπὸ εἴκοσι, καὶ πέντε ἐτέων, ἐς πέντε καὶ τεσσεράκοντα ἔτεα. μετὰ δὲ τούτους, ὅσοισι αὖ ἤρξηται ὁ νούσημα μηδὲν παρεσημήνον, ὀχόθεν ἀρξάμενα τοῦ σώματος. οἷσι δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς δοκέει ἀρξεσθαι, ἢ ἀπὸ τοῦ πλευροῦ, ἢ ἀπὸ τῆς χειρὸς, ἢ ποδὸς, οὐ πετέεσθαι ἰᾶσθαι. ἀμφιφέρει γὰρ καὶ ἄνω τε καὶ κάτω. τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, τούτων χαλεπώτατα. ἐπιφέρει τὰ ἀπὸ τοῦ πλευροῦ. τὰ δὲ ἀπὸ τῶν χειρῶν τε καὶ τῶν ποδῶν μάλιστα οἷά τε ὀξυγαίνεσθαι. ὅστις χρέων ἐστὶ τουτέοισι τὸν ἰητρὸν, εἰδότα τὸν ἐόντα ἰητρὸν, καὶ ἐόντα τὸν φύσιν ἀνθρώπου τοῖσι νέοισι τε καὶ φιλόπονοι. πολλὰ ὅσσα αἱ φρένες τὶ κακὸν ἔχουσιν. ἢ εἴτις ἀπόπληκτος γένηται, αἱ μὲν γὰρ μελαγχολικαὶ αὖται ἀκρατέστεραι, καὶ λυσιτελέες. αἱ δὲ ἄλλαι, αἱ εἰς τὰ κάτω ῥεπόμεναι, πᾶσαι ἀγαθαί. ἀρίστη δὲ καὶ ἀνέωνται πολλαὶ, αἱ αἱματηραί. ὁπόσοι δὲ γέγονται, ἢ ἤρξαντο λαμβάνεσθαι, ἀποθνήσκουσί τε μάλιστα, καὶ ἢν μὴ ἀπόλωνται, πάντα ἀπαλλάσσονται ὑπὸ τῷ αὐτομάτου. ὑπὸ δὲ τῶν ἰητρῶν ἥκιστα ὠφελέονται.

Comitialis morbus Græcis ἱερὰ νόσος dicitur, aut ob magnitudinem, vnde etiam magnus vocatur morbus Hippocrati lib. 6. Epid. aliis Herculeus, vt ſcribit Galenus Comment. 6. in lib. 6. Epid. aut quòd ſacer ſit & à dis immiſſus, (vnde diuinus Apuleio & Aureliano appellatur, quæ tamen opinio exploditur libello de morbo ſacro. Quod etiam teſtatur Gal. Com. in lib. 6. Epid.) aut quod ſacram mentis arcem, hoc eſt cerebrum, aut ſacram animam occuper, vt vult Aurelianus & Alexander Trallianus. Eius etiam nomenclaturæ cauſas plurimas affert.* Aretæus his verbis, ἀλλὰ καὶ ἄδοξος ἢ ξυμφορὴ, δοκέει δὲ τοῖσι ἐς τοῦ σελήνου ἀνιεῖσι ἀφικνεῖσθαι ἢ νοῦσος. τοιοῦδε καὶ, ἱερὴν κικλήσκουσι τοῦ πάθεος. ἀταρ καὶ δι' ἄλλας παρφράσιας, ἢ μέγεθος τοῦ κακοῦ, ἱερὸν τὸ μέγα. ἢ ἥσσος ἐστὶ ἀνθρώπινος, ἀλλὰ θείης. ἢ δαίμονος ὀξὺς ἐς τὸν ἄνθρωπον ἐπόδου, ἢ ξυμπεπτωκὼς ὁμοῦ, τοιοῦδε ὀνείκησκον ἱερόν. Quin & præter opinionem hominum euenit hæc calamitas. Nam & quidam exiſtimant flagitioſis hominibus à Luna immitti, cuius rei cauſa ſacrum hunc morbum nominant. Verùm & aliàs ob cauſas iſtud nomen fuit impoſitum, aut ob mali magnitudinem (quòd enim magnum ſacrum dicitur) aut quòd humana ope minimè tollatur, ſed diuina, aut quòd dæmone correptus homo videatur, aut ob hæc omnia ſimul, ſacrum appellarunt.

* Cap. 4. lib. 1. περὶ σημείων χρόνου. παθ.

ὀλίσθησι δὲ αὖ ἀπὸ παιδὸς] Morbus comitialis ante pubertatem ortus, ætatis mutatione profligatur (ex aphor. 45. lib. 2. & 7. lib. 5. & aph. 4. ſect. 1. lib. 6. Epid.) & ante pubertatem ortus, non ægrè finitur, vt ſcribit Celſus. Vbi verò pubertatis tempus exegerit, & ad virilem ætatem adoleuerit, diuturnus eſſe ſolet, velut cæteri morbi, qui neque pubertate, neque primis coitibus, neque in fœmina primis menſtruis finiti ſunt, ex aphoriſ. 28. libr. 3. Quem expreſſit Celſus cap. 1. libr. 2. & Plin. cap. 4. libr. 28. his verbis, Multa genera morborum primo coitu ſoluuntur, primóque fœminarum menſe. Aut ſi non id contingat, longinqua fiunt, maximéque comitiales. Quod etiam innuit Hippocrates lib. 6. Epid. ſect. 5. his verbis, παῖς ἐπαυξέα νόσοις μίξις. Morbos qui ſucceſſu temporis augentur, coitus lædit. Hanc etiam morbi comitialis ſolutionem ex ætatis immutatione eleganter circumſcribit Iſagoges author Hippocratem exprimens, his verbis, ἔστι δὲ πάθος ὅθεν μὲν ἢν περὶ ἥβης παιδῶν ἡ φύσις ὀκλαμψάσα πρὸς ἥλιον, & κρίσιν τῶν νοσημάτων ἐργασαμένη τῷ ἐμφύτῳ θερμῷ αὐξηθεῖσα τὸ αἷμα. Affectum autem ſanat in pueris impuberibus natura circa pubertatem elucens, & calore innato exiccatis cauſis morbum iudicatione terminans. Sic Aretæus in morbi comitialis curatione, pubertatis profectum per hæc verba intelligit † ἐπεὶ δὲ ἡ τῆς φύσιος ἐς ἀῤῥῶστα μεταβολὴ ἀγαθὸν ἢ ἀφίησι. Quandoquidem naturalis in virilitatem mutatio aliquid boni efficit. Rurſusque cap. 4. libr. 1. de ſig. diutur. morb. ἐξηλάθη δὲ κοπ ὑπ' εὐπαρίης, δι' ἄλλης ἡλικίης μείζονος εὖτε τοῦ κάλλεος ἀπωίξεισι τῆς ὥρης. Interdum fecunda fortuna per ſuccedentem prouectiorem ætatem abigitur, quando ſimul eum ætatis flore euaneſcit.

† Cap. 4. lib. 1. Cur. diutur. morb.

ἔπειτα δὲ ὅσοισιν] Hunc totum locum ſic expreſſit Celſus cap. 8. lib. 2. Morbus quoque comitialis poſt annum quintum & vigeſimum ortus ægrè curatur, multóque ægriùs is qui poſt quadrageſimum annum cœpit, adeò vt in ea ætate aliquid in natura ſpei, vix quicquam in medicina ſit. Hippocrat. quoque aph. 7. lib. 5. morbum comitialem poſt annum quintum & vigeſimum ortum ferè ad mortem comitari ſcribit. Et Aretæus, ἐπὶ ἐπαρβάλλῃ τοῦ ἀκμοῦ τῆς ἡλικίης, ξυγγνέῃ τι & ξωναποθνήσκει. Si ætatis vigorem excedit, conſenelcit cum ægro commoritúrq;. Hic autem iuuentus ſiue ipſe ætatis flos intelligitur, & ab anno quinto & vigeſimo ad trigeſimũ quintum circumſcribitur, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 30. lib. 3. & 9. lib. 5. Et iuuenibus morbos comitiales familiares facit Hippocrat. aph. 20. lib. 3. Virilis quoque ætas quæ iuuentutem ſequitur, & conſtans ætas, ac ἀκμὴ Galeno dicta lib. 6. Salub. hîc comprehenditur, quæ à quinto ſeptenario ad ſeptimum & annum 49. extenditur, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 30. lib. 3.

* Cap. 5. lib. 1. Cur. ac.

μᾶλλον γένοιτο) Sic Celsus, In eodem morbo si simul totum corpus afficitur, neque ante in partibus aliquis venientis mali sensus est, sed homo ex improuiso concidit, cuiuscumque is ætatis est, vix sanescit. Attingit autem tertium morbi comitialis genus rarum vt scribit Galenus libr. 3. de loc. affect. nostris tamen temporibus satis frequens, in quo ab vna corporis parte venientis accessionis sensus incipit, & auræ cuiusdam venenatæ, aut frigoris notionem in parte quadam sentiunt, qua deinde cerebrum attentari videtur, vnde casus & totius corporis concussio accidit. Quod in iuuene ex pedis tarso Trallianus annotauit, multi ex tibia suscitari animaduerterunt. Quibusdam è pedis pollice aut manus digito quodam mali venientis significatio editur, vnde membri tremor aut torpor, deinde conuulsio & capitis concussio. Quæ omnia variè animaduertuntur in opere medico. A

οἷσι δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς] Comitiales ex parte aliqua obortos sine totius corporis concussione, sed ex solius partis affectu intelligit, in quibus epilepticæ quædam videntur in parte affecta conuulsiones, & veluti quædam per interualla palpitationes, citra perpetuam conuulsionem, vt loquitur Galenus. Atque id mihi indicare visus est Celsus, cùm totum corpus simul affici dixit, & hominem ex improuiso concidere. In capite autem solo, citra vllam subiectarum partium concussionem epilepsiam fieri, solo capite concusso, etsi rarum est, à quibusdam tamen est annotatum. Celsus quoque hunc locum elegantissimè his verbis expressit. Item morbus comitialis ante pubertatem ortus, non ægrè finitur, & in quo ab vna parte corporis venientis accessionis sensus incipit. Optimum est à manibus pedibúsve initium fieri, deinde à lateribus, pessimum inter hæc à capite. B

πλεῖστον αἱ φρένες] Celsus etiam hunc locum his verbis adumbrat. Si verò aut mens læsa est, aut neruorum facta resolutio, medicinæ locus non est. Aut igitur malè affectam mentem simpliciter intelligit, quòd in morbo comitiali interdum ea tentetur, vt scribit Aretæus, * ἀποτείνεται δέ κοτε καὶ πλεῖστον διάνοιαν ἡ νοῦσος, ὡς τὰ πολλὰ μαραίνων. Aut humorem ventriculorum cerebri obstructionis commitentem, in cerebri substantiam sese immisisse, & eius temperamentum commutando ei nocere, quod δηλοῖ πλεῖστον διάνοιαν ῥίπτων dicit Hippocrates †, vt scribit Galenus. Ex quo efficitur vt epilepsia sæpe in melancholiam aut furorem transeat. ἔστρεψε δέ κοτε καὶ γνώμην ἐς μανίην, vt scribit Aretæus, interdum etiam mentem in furorem adegit. Quæ de re permulta scripsimus nostris in lib. 2. Epid. Commentariis. Apoplexia autem morbo comitiali valde affinis est, quòd eodem humore & loco affecto consentiant, vt scribit Galenus Comment. ad aphor. 45. lib. 2. C

*Cap. 4. lib. 1. de sign. diutur. aff. †Lib. 3. de loc. aff. cap. 6.

αἱ μὲν δὴ μελαγχολικαί] ἔκστασις μελαγχολική, vehemens & furiosa mentis emotio Hippocrati crebrò dicitur Prorrhetico primo. Hîc igitur vehementes mentis excessus intelliguntur, cùm in melancholiam aut furorem morbus comitialis conuertitur, quæ tantum non conducibiles existimandæ sunt, vt etiam morbum deteriorem faciant. Etsi ἔκστασις pro vehementi mentis emotione, quæ magnæ cuiusdam perturbatione & naturæ impetu obstructiones ventriculorum cerebri leuat, sumi potest, aut quæ lentum humorem ex cerebri meatibus in eius substantiam & mentem propellit: Qua ratione morbi comitialis impropria quædam solutio furor aut insania dicitur libr. 2 Epid. & libello περὶ κρισίων. Eóque intellectu ἔκστασις vehementem naturæ conatum, excessum & perturbationem molientem ad solutionem morbi futuram, aut commutationem ac dimotionem quandam significare videtur, velut aphoris. 5. lib. 7. ἔκστασιν πολὺ κίνησιν καὶ παρεκλῦσαι μάλιστα κρίνεσθαι, interpretatur Philotheus. Sic αἱ κάτω τρεπόμεναι ὀκρίσεις hic dicuntur vehementes naturæ motiones & commutationes, quæ per alui excretiones fiunt, & veluti quadam solutione morbi materiam ad infernas partes transponunt. Quod satis indicat Celsus qui hunc locum disertis verbis exprimens, hunc humorẽ depositum per deiectiones excerni scribit, his verbis, Atq; in his quoque ea maximè prosunt, quæ per deiectiones excernuntur. Quòd autem ὀκράσιος μελαγχολικῆς nomen apoplexiæ tribuatur, id aut ob morbi vehementiam, aut humoris naturam, pertinaciam & crassitudinem contingere posse viderur, vt patet ex aph. 56. lib. 6. & 40. lib. 7. D

τρεπόμεναι πᾶσαι] pro πᾶσαι ἀποστάσεις legit Cornarius. Cuius tamen lectionis in codicibus scriptis quos quidem videre licuit, nusquam extat vestigiũ. Verùm illum id in eam causam impulit, quòd hîc idem quod supra abscessibus est attributum. Deinde quòd eiusmodi naturæ emotiones & commutationes ὀκρίσεις designant, quæ ἀποστάσεων κατ' ἔκκρισιν genere censentur. Et Aretæus in Epilepsiæ curatione alui deiectiones plurimùm probat cùm scribit, κοιλίης ἔκκρισις ὀλίγη πῖσι ὑπνοισι ἄριστον, μάλιστα πνεύματων καὶ φλεγμάτων. Verùm hîc maximè cruentæ excretiones intelliguntur, cùm αἱματηρὰ δυσεντερία totum corpus veluti per abscessum eluit ac expurgat. E

Cap. 4. lib. 1. de cur. diutur. aff.

ὀλίγοι δὲ γέρονες] Celsus. Multóque ægriùs curatur is morbus comitialis qui post quadragesimum annum cœpit, adeò vt in ea ætate aliquid in natura spei, vix quicquam in medicina sit. Aëtius quoque cap. 24. lib. 6. senum curationem edocet, & quinam senes ab eo morbo vindicentur.

Pueri verò quibus oculi de repente peruertuntur, aut peius affecti sunt, aut tubercula sub ceruicem enascuntur, aut aliquantulum lingua hæsitant, aut tusses siccæ trahentes permanent, aut vbi adoleuerint, ad ventrem dolor contendit, neque conturbatur, aut iis latera distorquentur, aut venæ crassæ circa ventrem in varices conuertuntur, aut omentum descendit, aut testis intumuit, aut manus extenuatur & impotens redditur, aut pes & tibia tota citra aliam occasionem claudicat. In his omnibus animaduertendum est, morbum ista omnia præcessisse. Id quod plærique eorum qui pueros educant interrogati fatebuntur, quidam etiam, quòd eos lateat, tale quid accidisse se scire negant.

Οἷσι δὲ τῶν παιδίων ἐξαπίνης οἱ ὀφθαλμοὶ διεστράφησαν, ἢ μεῖζόν τι καὶ ἐν ἔπαθον, ἢ φύματα ἐκ τοῦ τραχήλου ἐφύη, ἢ ἰσχνοφωνότεροι ἐγένοντο, ἢ βῆχες ξηραὶ χρόνιοι παρεστήκοισι, ἢ ἐς τὴν γαστέρα μεῖζοσι ἠλοιήθησαν ὀδύνῃσι φορεῖται, καὶ οὐκ ἐταράσσετο.) ἢ ἐν τοῖσι πλευροῖσι διεστρέμματα ἐγένετο ἢ κιρσώδεα. ἢ ὀπίσω πλοῦν καταβαίνει. ἢ ὄρχις μέγας γένοιτο, ἢ χεὶρ λεπτὴ καὶ ἀκρατής. ἢ πούς. ἢ κνήμη ξύμπασα ἐκωλώθη, ἄτερ παραφάσιος ἄλλης, τούτοισι πᾶσιν εἰδέναι ὅτι ἡ νοῦσος παρεσκεύαζε πρὸ τούτων ἀπαλλάσσων. καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τῶν γονέων τὰ παιδία, ἐρωτῶν εἰ μοι ὁμολογήσουσι, τοῦτο καὶ λανθάνει. καὶ οὐ φασὶν εἰδέναι τοιοῦτον οὐδὲν γεγενημένον. G

οἷσι δὲ τῶν παιδίων] Hîc attingere videtur morbi comitialis depulsiones & solutiones, quæ in aliqua corporis parte labem cum quadam impotentia firmant, vt non leuiore quàm partis cuiusdam interitrimento, portentosi illius morbi liberatio contingat. Has morbi huius veluti successiones exprimit Hippocrat. lib. 2. Epid. his verbis, τὰ νοσήματα τῶν μεγάλα ἐν πόσῃ ἠρμένη λύσις, ἡράων ὀδύνων, ὀφθαλμῶν διεστροφαί, πύφλωσις, ὀξέων ὀδύνεις, μαζῶν ἄρσις. Magni morbi quem comitialem dicimus vehementiam soluit coxendicum dolor, oculorum peruersiones, occœcatio, testium tumor, & mammarum eleuatio. Et nos fusioribus verbis ac exemplis probauimus nostris eum in locum Cõmentariis, vbi & huius loci autoritatem interposuimus. Libro quoq; de Morbo sacro hæ morbi comitialis reliquiæ, veluti nota quadam ac vestigio ex labe partibus quibusdam impresso celebrantur. Eámque notam partibus intustam eleganter δόσημα ἐνθλῶσαι, aut δόσημα γίνεσθαι dicit, quemadmodum eos qui in totum sine partis cuiusdam vitio liberantur, ἀσύμπτωτοι παντελέως ἔσεσθαι. Qui locus mirificè hîc quadrat & huius authoris sensum optimè aperit. καὶ ὁκόσα τε παιδία σμικρὰ καθαλιπόντα γίνεται τὴν νοῦσον ταύτην, τὰ πολλὰ ἀποδυσπίσκει διὰ πολὺ τὸ ῥεῦμα δοκεῖν ἔνι. τὰ γὰρ φλέβια λεπτὰ ἐόντα καὶ δυνάμενα καταδεδεγμένα τὸ φλέγμα ἐκ τοῦ πάχους καὶ πλήθους, ἀλλὰ ἀποψύχεται καὶ πήγνυται τὸ αἷμα, καὶ ὅπως ἀποδυσπίσκει. διὸ καὶ ὀλίγον εὖν ἐς αἱμορραγέας τοῖς φλέβας τὴν καθαίρουσι τὴν σπίσκεται. ἢ ἐς τὰς ἐνδὸν θάτερα, παρεγίνεται δόσημα ἐόντα. ἢ γὰρ σῶμα καταπάσσεται, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ αὐχὴν, ἢ χεὶρ, ὁκόθεν αὖ τὸ φλέβιον πληρωθὲν καὶ φλέγματος κρατηθὲν καὶ πήγνυται τοῦτο ἢν τῷ φλεβίῳ

A τῷ φλεβίῳ αὐξάνεται ἀσθενέστερον τῷ. καὶ ἐνδεέστερον πάσῃ τῷ σώματος τὸ βλαβέν. ἐς ὃ δὲ πλείονα χρόνον ὠφελεῖ ὡς δόσις πολλὴ, ὑγιὲς δὲ ἢν δόσις ἥδιον γένεται, διὰ δὲ πολλὴ δόσις σημαίνει. διὰ τόδε τοῦ δ' αἰδοῖος τούτης αἱ φλέβες αἱ λοιπαὶ κακοῦνται, καὶ μέρος τι σωιοχρώνεται, ὡς τὰ μὴ ἔχειν δέχεσθαι, τὰ δὲ φλέγματος καταῤῥοον, μανίαι ὁμοίως τοῖς ἀῤῥόῤῥοιν. ἀδενέστερα μὲν τι ὁμοίως καὶ μέλαια εἰκὸς τῷ. τὰ φλεῶν κακωθεισῶν. Pueri quidem parui hoc morbo correpti, vt plurimùm moriuntur, si nulla fluxio contingat eaque humida existat. Venæ enim tenues cùm sint, pituitam propter crassitudinem ac copiam suscipere nequeunt, verùm sanguis refrigeratur ac congelatur, sicque moriuntur. Quòd si modica existens in vtraque venas defluat, aut in alteram partem, supersunt, nota tamen ex morbo inusta. Aut enim os conuellitur, aut oculus, aut ceruix, aut manus, quacunq; quidem parte venula pituita referta extenuata fuerit & euicta. Hanc itaq; venam necesse est infirmiorem esse, & hanc corporis partem affectam defectuosiorem. Vt plurimùm verò id in longum tempus prodest. Neque enim amplius hoc morbo corripitur, si semel nota inusta fuerit. Eamq; ob causam ex necessitate reliquæ venæ affliguntur, ac ex parte simul extenuantur, vt aërem quidem capiant, pituitæ autem fluxio non amplius eo modo allabatur. Venis tamen affectis membra æquè imbecillia esse æquum est. B

ἢ ἰσχνοφωνότεροι ἐγένοντο] ἰσχνοφωνοῖς hîc lingua hæsitantes & qui inter loquendum hærent intelligit, ex impotentia quadam musculorum gutturis, & neruorum ad eos perreptantium stupore, ab humore frigidiore in illas partes transfuso, balbutientemque quandam linguæ impotentiam efficiente, non secus ac in naturalis conformationis imbecillitate & frigidiore temperie ἰσχόφωνοι accensentur & in balborum genere numerantur, vt fusioribus verbis indicauimus nostris in lib. 2. epid. Commentariis, vt & huius loci mentio iniecta est. ἐν τοῖσι πλευροῖσι διεστρέμματα] διεστρέμματα sunt laterum obliquationes cùm latera distorquentur & peruertuntur, quod fit aut mole quadam incumbente, aut malo cum quarundam partium conuulsionibus aut peruersionibus erũpente. Possunt hîc intelligi tumores quidam in latera decumbentes, quos per μαζῶν ἄρσιν innuere videtur Hippocr. lib. 2. ep. vt aliàs diximus. ἢ φλέβας παχέας] Varices magnorum malorum sæpè tutissima præbent effugia. Varicum in imo ventre meminit Celsus cap. 17. lib. 7. & Paulus lib. 6. cap. 82.

C ἢ ὀπίσω πλοῦν καταβαίνει] Rupto aut laxato peritonæo omentum in scrotum deuoluitur, vnde herniæ nomen indecorum ὀπισθοκήλη nascitur. De omenti procidentia agit Celsus cap. 18. lib. 7. & Paulus cap. 63. lib. 6. Est alius omenti prolapsus vulnerato aut rupto peritonæo cuius meminit Hipp. aph. 58. lib. 4. & Gal. 6. Meth. & Celsus cap. 21. lib. 7. & Paulus cap. 52. lib. 6.

ἢ ὄρχις μέγας γένοιτο] ὄρχιος οἰδήσιος meminit lib. 2. epid. in morbi comitialis depulsione, aut testium tumor ille ad protrahentem tussim siccam & diuturnam refertur ex lib. 2. epid. sect. 1.

χεὶρ λεπτὴ καὶ ἀκρατής] Aretæus cap. 4. lib. 1. de signis diutur. morb. in morbi comitialis reliquiis χειρὸς ἀκρασίλιν ponit, ἢ παραστοῦν διεστροφλῶ, ἢ πάρασιν ἕνος αἰσθήσιος. Huius autem extenuationis aut exolutionis membrorum causa adscribitur lib. περὶ ἱερῆς νούσου.

Τοὺς γὰρ περὶ τῶν ἑλκέων μέλλοντα γνώσεσθαι, ὅκως ἕκαστα τελευτήσει, πρῶτον μὲν χρὴ τὰ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων ἐξετάσασθαι, τά τε ἀμείνω πρὸς τὰ ἕλκεα καὶ τὰ κακίω. ἔπειτα τὰς ἡλικίας εἰδέναι, ὅποι ἥσιν ἕκαστα τῶν ἑλκέων, διαπάλλακται γὰρ. τά τε χωρία ὅπισθεν τῶν τοῖσι σώμασιν, ὅσον διαφέρει θάτερα θατέρων. τά τε ἐνέα ὁκοῖα τὰ ἐφ' ἑκάστοισιν ὅπη γῆ ἀγαθά τε καὶ κακὰ εἰδέναι. εἰδὼς μὲν γὰρ αὐτὸς τούτων πολλὰ εἰδῆ αὐτὸς καὶ ὅκως ἕκαστα ἀποβήσεται. μὴ εἰδὼς δὲ τούτων, οὐκ αὐτὸς εἰδῆ, ὅπως αἱ τελευταὶ ἔσονται ἀμφὶ τῶν ἑλκέων. εἰδέα μὲν γὰρ ἀγαθὰ ἐστι τὰ διάδεα. ἐλαφρὰ. καὶ ξύμμετρα. καὶ διάπαλτα. καὶ μήτε σφριγώδεα ἰσχυρῶς, μήτε σκληρά. χρῶμα ἔστω λευκὸν. ἢ μέλαν. ἢ ἐρυθρόν. ταῦτα γὰρ πάντα ἀγαθά, ἀκρητα ἐόντα εἰ δ' εἴη μιξόχλωρον, ἢ χλωρὸν, ἢ πελίδνον τὸ χρῶμα, κάκιον τῷ. τάδε εἴδεα ὅσα αὐτοῖσι πεγενεγραμμένοισι τῶν ἀντία πεφύκη, εἰδέναι χρὴ κακίω ἐόντα. E

At vlcera qui nosse volet qualem quæque exitum habitura sint, is imprimis quidem hominum naturas animaduertere debet, quęnam ad vlcera meliùs, quęnam etiã deteriùs affectæ sunt. Deinde ætates in quibus sua cuiusque generis vlcera non facilè profligantur. Locos etiam corporis in considerationem adhibere, quantum alij aliis præstent. Aç præcipuè quænam horum cuique bona malàve accedunt, nosse debet. His siquidem omnibus cognitis, quænam cuiusq; euenta futura sint facilè assequetur. Neque existimãdum est eum qui hæc non cognouerit, quinam futuri sint vlcerum exitus perspicere posse. Corporis autem naturæ probandæ sunt leues, moderatæ, firmis visceribus præditæ, neque admodum carnosæ, neque duræ, tum quæ colore sunt albo, aut nigro, aut rubro. Hæ etenim omnes probantur si puræ sunt. Deterius est, si ex pallido mixtum colorem, aut pallidum, aut liuidum habeant. Quæ verò naturæ suprà positis aduersantur, eas deteriores esse constat.

F τῶν περὶ τῶν ἑλκέων] Vlcus hîc pro vnitatis solutione in carnosa parte sumitur, quemadmodum apud veteres, vt patet ex Gal. 3. & 6. Meth. Præclarè autem vlcerum prædictio instituitur & grauiter. Nam qui probè euenta cognoscere volet, is hominum naturas, ætates, tum vniuersalem corporis temperiem, tum particularem partis affectæ naturam, ac vlcerum symptomata & differentias in considerationem adhibere debet, vt ex Gal. curandorum vlcerum methodo satis patet lib. 3. Meth. med.

εἴδεα τῶν ἀνθρώπων] Naturas diximus, hominum formas, species, ac cuiusq; propriam temperiem aut habitum, quibus inter se præstant homines, intelligentes. Nam ad vlceris curationem corporis natura æstimanda est, mollisne an laxa sit aut humida, an dura, sicca & compacta, vt scribit Gal. 3. Meth. Præterea corporis quædam habitudines ad vlcera meliùs, quædam deteriùs habent ac peius offenduntur, pro innata cuiusq; ac proba qualitatum inter se temperie. Hîc igitur hominum naturæ spectandæ docentur tam quæ à prima conformatione suscipiuntur, & innatam cuiusq; temperiem designant, q̃ quæ adscititiæ sunt, & corporum habitudines faciunt, ὀξέσις vocat Gal. ex Hipp. lib. 3. de cauf. pulf. Atq; eum in modum Hipp. lib. de artic. in articulorum luxationibus, tum hominum naturas, tum etiam corporum habitus spectari iubet. G

ἔπειτα τὰς ἡλικίας] Etsi ad vlcerum curationem, tum ætatum, tum anni temporum & aëris temperiem in consideratione adhibere oportet, hîc tamen sua quæq; ætatibus vlcera conuenientia indicare videtur. Atq; hos vniuersales scopos eleganter his verbis in curationis iudicium adhibet Cels. cap. 26. lib. 5. Quin etiã confert aliquid & ætas, & corpus, & vitæ propositum, & anni tempus, quia faciliùs sanescit puer vel adolescens, quàm senior, valens quàm infirmus, neq; nimis tenuis neq; nimis plenus, quàm si alterum ex his est: integri habitus quàm corrupti, exercitatus quàm iners, sobrius & temperãs, quàm vino veneriq; deditus. Opportunissimũ curationi tempus vernum est, aut certè neq; feruens, neq; frigidum. Siquidem vulnera & nimius calor, & nimium frigus infestant, maximè tamen horum varietas, ideoq; perniciosissimus autumnus est. τὰ πλεῖστα ὁκοῖά τε] Locorum corporis natura inter se comparanda est, vt de vulnerum differentia iudicium fiat, tum symptomatum complexus cum vulnere coniunctorum aut superueniendum habenda ratio, vt de vulneris malignitate & toto curationis euentu æstimetur. Quæ igitur singulis corporis locis bona malave contingunt, ad symptomatum complexum & partis cuiusque naturam referentur, ex quibus maximè existunt inter se vulnerum differentiæ. Potest id quoque referri inter eas corporis partes quæ sunt eiusdem generis, ad occultam quandam partis cuiusque temperiem aut ἰδιοσυγκρασίαν, vnde totius curationis exitus pendet, vt de pollice pedis in articulorum genere scribit postea. Hunc autem locum ita perturbauit Calnus vt inde germana intelligentia eruì non possit. H

ἕδρα δ' δ] Corporum naturæ ad vlcera benè habent neque nimis tenues, neque nimis plenæ (vt loquitur Celsus) sed moderatæ ac temperatæ, neque admodum carnosæ neque valenter extenuatæ aut duræ, densæ & asperæ, sed molli mediocritate ac viscerum firmitate prædítæ. A

εἰ μὴ ἐν μελίχλωρον] Ex cutis colore corporis integritas aut impuritas æstimatur. Qui viscerum aut humorum corruptela prauum habitum contraxerunt, eumque vultu & colore produnt, ad vlcera malè habent, quales qui ex virore pallescunt, ac luteo ac luridо colore bilis redundantiam succorumque prauitatem indicant. Quibus pituita aut sanguis abundat, ij promptiùs sanantur.

Quòd ad ætates autem attinet, tubercula quidem suppurantur, atque eadem strumosa magna ex parte pueros exercent, faciléque ex his leuantur. At iisdem, vbi paulùm ætate processerint atque adoleuerint, nascuntur quidem minùs ac difficiliùs tolluntur. Viris autem id genus tubercula non admodum fiunt, verùm faui formidabiles & caneri abditi, demersi, & ex pustulis noctu inquietantibus (quas ὀθονυκτίδας vocant) vlcera serpentia, quos herpetes nominant, donec annos sexaginta lõgè superarint. Senibus verò ex huiuscemodi tuberculis nullum accidit, at cancri latentes quiq; summa corporis infestant, fiunt, & ad mortem comitantur. Ex locis difficiliùs sanantur alæ, ac laterum cauitates & femora. In his nanq; humores subsident & recidiuæ fiunt.

Περὶ δὲ ἡλικιῶν, φύματα μὲν ἔμπυα γίνεται καὶ τὰ χειρώδεα ἐν τοῖσι πλείστοισι τῶν παιδίων ἐγίνετο. καὶ ῥᾷστα δὴ ἐξ αὐτέων ἀπαλλάσσει. τοῖσι δὲ γεραιτέροισί τε τῶν παιδίων, καὶ νεηνίσκοισιν, φύεται μὲν, ἐλάσσω. χαλεπώτερον δὲ, ἐξ αὐτέων ἀπαλλάσσουσι. τοῖσι δὲ ἀνδράσι, τὰ μὲν ἰσχία τοῖσι φύματα, καὶ κάρτα ὀλίγα. τὰ δὲ κηλέα, δεινά. καὶ οἱ χρυπτοὶ καρκῖνοι οἱ ὑποδρύχιοι. καὶ οἱ ἐκ τῶν ὀθονυκτίδων ἕρπητες ἐς ἔτη ἀνὰ ἑξήκοντα ἔτεα συνεχὲς ἐπιφέρουσι. τοῖσι δὲ γέρουσι τῶν μὲν ἰσχιοτέρων φυμάτων, οὐδὲν ὀλίγα. οἱ δὲ καρκῖνοι οἱ κρυπτοὶ καὶ οἱ ἀκρόπαθοι γίνονται, καὶ ξυναποδυήσκουσι. τῶν δὲ χωρίων, μαράλαι δυσιητότεραι. καὶ κενεῶνες τε καὶ μηροί. ὑποστάσιές τε γὰρ ἐν αὐτοῖσι γίνονται, καὶ ἐπιφορεῦ.

φύματα] φύματα in vniuersum tumores omnes in qualibet corporis parte erumpentes significant, qui statim accendunturb & ad suppurationem tendunt, quorum plurima est in alis & inguinibus propter glandulas generatio, vt scribit Gal. Comm. ad aph. 26. lib. 2. Ideoque propriè φῦμα est Galeno glandularum inflammatio ad suppurationem spectans, libr. 2. ad Glauc. & Paulo libr. 4. cap. 22. Quam in notionem hîc sumi videtur, quòd his strumas adiungat, quæ sunt glandulæ induratæ Paulo cap. 33. libr. 4. & vitiosi succi soboles in curem irrumpẽtis, pueris admodum familiares. Hunc quoq; locum sic meo iudicio videtur adumbrasse Celsus cap. 28. lib. 5. de phymare scribens. Id autem in pueris & sæpiùs nascitur, & faciliùs tollitur, in iuuenibus rariùs oritur, & difficilius curatur. Vbi ætas induruit ne nascitur quidem. B C D

κηλέα] κηλεὸν Græcis dicitur vlceris genus cutem frequentibus foraminibus perrodens, ex quibus humor melli similis effluit, vnde nomen sumpsit & fauus Latinis vocatur. Plinius cap. 2. lib. 20. ceria vlcera in modum faui concreta vocat, Theodorus Priscianus Ceriones. Interdum musculosas corporis partes afficit, plærunque verò capitis cutim, vt patet ex lib. 1. κατ' ἰητρεῖον & Paulo cap. 3. lib. 6. & Aëtio lib. 6. cap. 68. vbi & Meliceris dicitur. Gal. lib. de tumor. præter naturam ἔστι δὲ ὁ ἀχὼρ ἕλκος μικρὸν ἐν τῇ δέρματι τῇ κεφαλῆς. εἰκάσειε δ' αὐτὸ φλέγματος ἀληθινοῦ. καὶ γὰρ ἐκ τούτου ἔκκριν ἐπιφέρει. ἐκροῇ γοῦν αὐτοῦ ὑγρὸς ἰχώρ, οὐθ' ὑδατώδης ἁπλῶς, οὔτ' ἤδη παχὺς ὡς καθ' τὸ μέλι, καθάπερ ἐν τοῖς κηρίοις ὀνομαζομένοις. ἔστι δὲ ἐπὶ τῶν ἐπιφανῶν καὶ καταφθίσεσι πλείοσι γίγνεται μελιτώδοις ἐκρέοντες ὑγρόν. μικρὸς δὲ ἐπὶ τούτων ὁ ὄγκος, ἀλλ' ἐπὶ εἰς τοσοῦτον εἰς ὅσον ἀχώρος. Achor est vleus paruum in cute capitis, idq; coniicias pituitæ salsæ & nitrosæ esse sobolem. Ex eo igitur sanies quędam effluit, neque simpliciter aquosa, neque iam crassa vt mel, velut in iis quæ κηλέα, hoc est faui, nominantur. Hæc enim cum tumore quodam & pluribus foraminibus fiunt, mellito effluente humore. Paruus autem horum est tumor, neque tamen tantum quantum qui Achoris est. Sic quoque Isagoges ac Medici author inter capitis affectus κηλέον & μελικηρίδα annumerat. Author verò Medic. Definit κηλέον in vniuersum sic describit, κηλέον δὲ ἕλκος σπονδυλῶν ἔχον καταπρήσεις, ἐξ ὧν μελιτώδες ὑγρὸν ἐκκρίνεται. Ac fauum intelligit qui toto corpore redundat, quemadmodum Paulus de fauo propriè agens cap. 35. lib. 4. & Celsus cap. 28. lib. 5. sub μελικηλέα comprehendit, si modò vera est lectio, pro qua tamen μελικηλὶς melius audit, & quidam ex codicibus manu scriptis cerium legũt. μελικηλὶς tamen alia notione in abscessuum corporis numero recensetur, vt satis patet ex Gal. libello de tumor. præter naturam. Atque hoc loco meliùs ista audiuntur, quàm quòd apud Erotianum ex hoc loco κηλέα pro latis vermibus accipiuntur. E

οἱ κρυπτοὶ καρκῖνοι] Abditi cancri & occulti dicuntur Galeno qui sine vlceratione sunt, aut absconditi nec apparentes, sed in corporis profundo demersi sunt, quos hîc ὑποδρυχίους eleganter vocat, altè demersos & corporis penetralia exercentes, quibus ἰσχία κρυπτοὶ ἀκρόπαθοι postea opponit, eos qui extrema corporis occupant ac conspicui sunt, ἰσχία ὀθόνιαι. κρυπτοὶ igitur καρκῖνοι οἱ ὑποδρύχιοι hîc dicentur cancri, qui sine vlceratione in profundo corporis sæuiunt, velut in vtero, intestinis, sede ac palato: Quanquam peculiariter κρυπτὰς vocabant antiqui (velut Philoxenus) eos qui in vtero ac intestinis essent, & Paulus vteri cancris Hippocratis aphorismum accommodat cap. 67. lib. 3. Postea verò κρυπτοὶ καρκῖνοι & οἱ ἀκρόπαθοι vocantur οἱ ὀθόνιοι & χαλεὶς ἑλκώσωσι, vt loquitur Galenus. Ac fortè hoc loco non malè & οἱ ὑποδρύχιοι legatur, vt postea καὶ οἱ ἀκρόπαθοι. F

ἐκ τῶν ὀθονυκτίδων] Epinyctidas pustulas liuidas noctibus inquietantes vocat * Plin. notationem secutus. Inde enim Græcis nomen habent quòd noctu oriantur vt ait Celsus, aut quòd noctu quàm interdiu grauiùs infestent, vt vult Paulus cap. 9. libr. 4. & Aëtius cap. 61. lib. 16. In genere vlcerum aut pustularum cutim infestantium reponuntur, & à Galen. tumoribus præter naturam ad cutim protuberantibus accensentur. Quare non video cur hîc pustulas oculorum manantes vocarit Caluus, etsi secutus Plin. videtur. Sed pustulæ intelligi videntur subliuidæ vel subnigræ, vt vult Celsus, aut vlcuscula sponte erumpentia [vt alij], pustulosa, subrubra, cutim infestantia, pessima, vehementer inflammantia, & graues dolores inferentia, ex bilioso & feruente sanguine sub cutem effuso orta. Ideoque hîc herpetibus adiungit, quòd ex bilioso & efferuescente sanguine vtraque ortum habeant, & vitiosi succi sint soboles. ἕρπητες autem φλυκταινώδεις hîc intelligi videntur. Celsus verò herpetas velut cancros maximè in senibus fieri scribit, vel his quorum corpora mali sunt habitus, quos hîc etiam ad sexagesimum annum producit. G

* Cap. 6. lib. 20.

ἀκρόπαθοι] Sic videntur dici qui extremas partes, aut qui etiam corporis summa tentant. Id enim vitium (vt scribit Celsus) fit maximè in superioribus partibus, circa faciem, nares, aures, labra, mammas fœminarum.

ὑποστάσιες] ὑποστάσιες hîc intelliguntur cùm humores intrò sistuntur, subsistunt ac subsident, velut humorum quos vacuari oporteret status ac concretiones, cùm intus manent ac remorantur. Cornarius ideò non ineleganter moras vertit, si vim dictionis expressisset. In his igitur locis velut reconditis ac profundis, humorum crassitiem altè subsidentem & fundum petentem, intróque subsistentem, qui nec facilè digeri aut educi possit intelligit, atque ideò recidiuas faciat. Atque in eundem sensum ὑποστάσις sumit Hippocr. lib. περὶ ἀρθρων in auris fractura: ἐὰν δὲ ὁ χόνδρος ἀρξηται ψιλοῦσθαι, & ὑποστάσιας ἔχῃ πυώδεας ἢ μυξώδεας, ὀχληρόν. Vbi enim cartilago nudari incipit, in eaq; purulenta aut mucosa subsident, id molestum est. Sic enim legit Gal. contra omniũ exemplarium fidem, H

A fidem, idemque ὑποστάσιες exponit πᾶν ἔνδον μενὲν τῶν ὑγρῶν ἀποστήκειν ἀκρίνεσθαι. Atq; inde fortè manauit vt ὑποστάσις καὶ λίθος pro alui suppressione crebrò vsurpetur apud Hipp. in Coac. Prænot. Caluus autem hîc ὑποστάσιες legit, & crebros abscessus fieri voluit. Quod etsi experientiæ suffragatur, & humorum crassitudo ac mora, abscessus aut recidiuas in iis locis creat: neq; tamen ideò tam temerè ex quibusdam codicibus vulgata & germana lectio labefactari debuit. Hunc porrò locũ his verbis adumbrasse Celsus videtur, Præter hæc malum vulnus est quodcunque in alis vel fœminibus, vel inanibus locis, vel in articulis, vel inter digitos est.

Τῶν δὲ περὶ ἄρθρα ὀδυνηρότατοι οἱ μεγάλοι δάκτυλοι, καὶ μᾶλλον οἱ τῶν ποδῶν. οἷσι δὲ τῆς γλώττης ἐν ᾧ πλαγίῳ ἕλκος γένοιτο, καταμαθὲν τῶν ὀδόντων, ὡς ἐξῆς τῶν κατ' αὐτό. B

In his quæ circum articulos contingunt, in maximum discrimen præcipitant pollices, ac præcipuè pedũ. Quibus verò ad linguæ latus vlcus fit diuturnum, animaduertendum ex dentibus qui iuxta sunt num aliquis acutus sit.

οἱ μεγάλοι δακτύλοι] Pollicis vulnera, ac præcipuè pedum, valdè suspecta esse indicat Critonis exemplum lib. 1. epid. quem ex pollicis dolore insania & mors postridie sustulit. Harpali quoque filius lib. 5. & 7. epidemiõn. ex pollicis laxatione opistothono periit. Q. Æmilius Lepidus iam egrediens incusso pollice limini cubiculi exanimatus est. C. Aufidius egressus cùm in Senatum iret, offenso pede in comitio, (vt testatur Plin. cap. 53. lib. 7.) Ac vt in totum dicam, maximos cruciatus exhibent ac conuulsionis periculum minantur, pollicis tum manus, tum pedum, fereque extremarum partium vulnera, vt summorum digitorum, sedis, pudendorum, calcanei, oculorum plurimùm molestiæ faciunt, chirurgisq; suspecta sunt, vt scripsimus nostris in libr. 1. epid. annotat. in ægr. 9.

οἷσι δὲ τῆς γλώττης] Hunc locum haud dubiè æmulatus est Celsus cap. 12. lib. 6. Sed quæ in latere linguæ vlcera nascuntur, diutissimè durant. Videndumq; est, num contra dens aliquis acutior sit, qui sanescere sæpè vlcus eo loco non sinit, ideoque limandus est. C

C Asulanus verò codex hîc vt paulò antea asterisсum apponit, nullo tamen (vt opinor) merito.

Τὰ δὲ φύματα θανατωδέστερα μὲν, τὰ ἐς τὰς φλέβας τὰς παχείας τὰς ἐν τῷ φαχήλῳ τε καὶ βοῖς βυβῶσιν. ἔπειτα ἐς τὴν ἐγκέφαλον, καὶ ἐς τὸ ἧπαρ. ἔπειτα τὰ ἐς ἐντέρων καὶ ἐς κύστιν. ἐς δὲ τὰ ἰσχία πεφύματα ὀλέθρια ἐόντα ἰαχυρῶς, οὐκ ἔστιν ἄφυκτα ὡς δοκεῖ. τάτε γὰρ χωρία ὀνόματα ἔχοντα τὰ ἰσχία, μέγα ὄγκον φέρει. καὶ οἱ αὐτοὶ τοιοῦτοι. πολὺ δὲ ὄγκον φέρει, τὸ αὐτὸ δὲ θεῖον τοῦ σώματος ἡ τῶν ἀσκοῦν. ἐστὶ μὲν γὰρ ὅτε ὑπὸ πυρετοῦ, οὔτε φλεγμαίνει φανεῖς. ἐστὶ δ' ὅτε καὶ αὐτὸ τοιοῦτόν ἐπυρέτωνεν αὖ, καὶ φλεγμαθεῖν τι τῷ σώματος πεφύτωσ. ἀλλ' ἐὰν ὅτε ἕλκος ἔχων τὸ ἀκρόφρονέν, ἐὰν πετέως τε φέρῃ τὸ σῶμα, ἐὰν γὰρ ἐν τῷ σώματι ὡς ἀποβησομένῳ κατὰ λόγον τὴν ἰνδείης τε, καὶ τὴν ὀπτηνομένων. D

ἀποδυήσκουσι μὲν γὰρ οἱ αὐθέφοι ὑπὸ τῷ σώματι πεφυτοίων. πολλαὶ μὲν τὰ φλέβες εἰσὶ, καὶ λεπταὶ καὶ παχεῖαι. αἱ ἕνες αἱμορραγοῦσαι ἀποκτείνουσιν, ἐὰν αὐτὰ τύχωσιν ὀργῶσαι. αἱ δὲ ἑτέρω καιρῷ ἀγαθοὶ πονέες, ὠφελέουσι τὰ σώματα. πολλὰ δὲ τῷ σώματι, ἐν χωρίοισί τε εἰ δὲ ὑπηθέσι, καὶ τοῦτον ἢ δεινὰ φαινόμενα, οὕτως ὠδύνησεν ἡ πληγὴ, ὥστε μὴ δύνασθαι ἀναπνεῦσαι. ἀλλοὶ δὲ ὑπὸ τὸ ὀδυνῶν τὸ σώματος, τοῦτον δὴ τὰ ἀδυνοῦ ἐόντος, ὃ μὲν πνεῦμα ἀνέωγκαν. παρεφρόνησε δὲ καὶ πυρετώντες ἀπέθανον. ὅσοι γὰρ αὖ ἡ τὸ σῶμα πυρετῶδες ἔχουσιν, ἡ τὰ γνώμας θορυβώδεας, τὰ ἰσχία πεφυτοῦν. ἀλλὰ χρὴ μήτε τῷ σώματι θαυμάζειν, μήτε ὀρρωδεῖν, κάνα εἰδότα, ὅτι αἱ ψυχαί τε καὶ τὰ σώματα πλεῖστον ἀγαθὸν φέρουσιν αὐτὸ αὐθέφοιν, καὶ δυνάμιν ἔχουσι μεγίστην. ὅσα μὲν ἐν τῷ σώματι κατεγνῶ ἔτυχεν, ἡ σώματος τε καὶ γνώμης ἰσότητος, ἡ ὀργῶντος ὅτω τὸ σώματος, ἡ μέγεθος τοσοῦτον ἦν, ὥστε μὴ δύνασθαι καταπνεῖν τὸ αὐθέφοιν εἰς τὸν ἵππον καταφερόντα. ὅσοι μὲν ἐξίστασθαι χρὴ ὁποῖα δὴ ἦν, πλὴν τῶν ἐφημέρων λιποθυμιῶν. ὅσοι δ' ἄλλοισι πᾶσιν ὀπτηχρέον, νεοφώτοισι ἐόσιν, ὡς αὐτὰς τὰς τε πυρετὰς ἀφαφίζωσιν οἱ αὐθέφοι, καὶ τὰς αἱμορραγίας τε καὶ τὰς νομὰς, τὰ δεκέκατα δὲ καὶ ὀλίγα πλεῖστον χέόνον τὰς φυλακὰς ἀεὶ τῶν δεινοπαθεόντων ποιέεσθαι. καὶ γὰρ δίκαιον οὕτως. E H

Τὰ δὲ φύματα] Vulnerum cognitio maximè ad prædictionẽ medicã facit. In his enim ante omnia scire medicus debet, quæ insanabilia sint, quæ difficilẽ curationem habeant, quę promptiorem. Est enim prudentis hominis, primùm eũ qui seruari non potest, non attingere, nec subire speciẽ eius, vt occisi, quem sors ipsius peremit. Deinde vbi grauis metus, sine certa tamen desperatione

est, indicare necessariis periclitantis in difficili rem esse, ne si victa ars malo fuerit, vel ignorasse, vel fefellisse videatur. Atque hui- A
iusmodi prædictiones medicis sunt splendidæ ac gloriosæ, vt scribit Hippocr. lib. de art. Καὶ τὰ προρρήματα λαμπροὶ καὶ ἀφροντιστικὰ ὅσα τε δέ-
νουσκαν, ὅσα τε ἕκαστον, καὶ οἵως, καὶ ὁκόσα τε πλευτήσει, καὶ τινὰ εἰς τὸ ἄκεστον, καὶ ὁκόσα τινὰ, καὶ τινὰ εἰς τὸ αὐτίκεστον. Hîc verò vulnera lethalia recensentur ex partis di-
gnitate & actionis præstantia, velut in Coacis Præsagiis & aph. 18. lib. 6. de quibus Celsus fusissimè lib. 5.

ἐς τὰς φλέβας καὶ τὰς παχείας] Celsus. Periculosa etiam vulnera sunt vbicunq; venæ maiores sunt, quoniam exhaurire hominem profusione sanguinis possunt. Idque euenit non in alis tantùm atque poplitibus, sed etiam in his venis quæ ad anum testiculosq; peruenìunt. Idem. Seruari non potest, cui circa fauces grandes venæ vel arteriæ præcisæ sunt.

καὶ ἐς ἔντερον] Tertius est vulnerum gradus eorum quæ ventrem attingunt, & intestina. Inter quę tenuius intestinum aut ieiunum vulneratum spem tollunt. Vixq; ad sanitatem perueniunt (vt scribit Celsus) quibus vlla parte vllum intestinum vulneratum est. Aut καὶ ἐς ἔντερον intelliguntur quæ corporis penetralia subeunt vulnera, quòd hîc καρδίην καὶ φρένας omiserit, quæ tamen alibi (in Coac. & aphor.) recenset, & meritò sub secundo ordine latent. B

τρόποι] Hîc τρόποι partis cuiusque naturam aut essentiam significant, quæ in proba cuiusque primorum corporum temperie consistit, quamq; ad vulnerum curationem in consideratione adhiberi conuenit, vt scribit Galen. cap. 3. lib. 3. Meth. med. Sic τρόπος rei cuiusque propositæ ἰδέαν aut οὐσίαν, naturam, formam, aut differentiam antiquis indicare scribit Gal. Comm. 3. in lib. 1. epid. Partium igitur inter se dignitatem & præstantiam spectari hîc iubet ex nominum differentia, deinde etiam singularem partium naturam & formam. Possunt & hîc τρόποι vulnerum modos, figuras & genera, ac naturam significare. Aliquid enim in vulneris genere figuraq; est, vt loquitur Celsus. Nam peius est quod etiam collisum, quàm quod tantùm discissum est, adeò vt acuto quoque quàm retuso telo vulnerati commodius sint. Peius etiam vulnus est, ex quo aliquid excisum est, ex quóve caro alia parte abscissa, alia dependet. Pessima plaga in orbem est, tutissima quæ lineæ modo recta est. Quò deinde propius huic illive figuræ vulnus est, eò vel deterius, vel tolerabilius est.

παραφρονέει] Delirium cum febre inter pessima numeratur vulnerum adiuncta vt postea sequitur. Quare in contemnendo vul- C
nere, quodq. facilem successum sit habiturum, delirium non temerè coniungitur. Vt existimem pro παραφρονέει, παραφρονέει legi posse, quod καταφρονῶν hoc est paruipendere & despicere significat. In leuium autem vulnerum curatione etiam cautionem medico adhibet, vt de his non temerè, nec nisi inter artis opera eorum quæ succedunt ratione adhibita, prædictionem exerceat. Exemplaria quædam manu scripta leg. ἄλλος ὅπερ ἕλκος ἔχων, quæ sequitur Asulanus codex.

ἀναπνεῦσαι] De ægris spiritum trahentibus & ducentibus, vt paulò post, intelligitur, aut de his qui dolore respirare ac recreari nequirent, veluti respirare à metu ac morbo dicitur. Similisque ferè est locutio apud M. Tullium lib. 1. de finib. bonorum & mal. Itaque non ob ea solùm incommoda quæ eueniunt improbis fugiendam improbitatem putamus, sed multò etiam magis, quòd cuius in animo versatur, nunquam sinit eum respirare, nunquam acquiescere. Quem in sensum ἀναπαῦσαι legi potest ex codice vno manu scripto, quod de doloris cessatione & quiete dicitur, vt aph. 48. lib. 2. & 13. lib. 4. Quam enim lectionem videtur agnoscere Caluus. D

πνεῦμα ἀπολωλέκασι] πνεῦμα ἀναφέρειν est spiritum ducere & trahere, de iisque dicitur, qui spiratione intercepta ad eam redeunt eámque recipiunt, velut qui viribus defecti eas recipiunt ac resumunt. ἀναφέρειν πνεῦμα quoq; de subsultante ac velut intercepta interruptaq; respiratione intelligitur, velut ἀναφέρειν τὸ ὑποπολύζειν καὶ ἀναπνέοντα exponit Gal. in Exeg. vocum Hipp. vt singultientem spiritum aut offensantem respirationem indicet. Aut ἀναφέρειν πνεῦμα de magna expiratione dicitur, quæ vehemens internum incendium & æstum indicat, neq; leue etiam periculum minatur, velut exposuimus in nostra OEconomia Hippocr.

ὅσοι τὸ καῦ] Febris & delirium pessima sunt vulnerum symptomata. Celsus. Protinusq; si mens homini consistit, si nulla febris accessit, scire licet maturè vulnus sanum fore.

ψυχῇ] Solenne est Hippocrati (vt & antiquis Philosophis) cùm de toto homine agit ψυχὴν & σῶμα ponere. Et ψυχὴ facultatum ac naturalium functionum essentiam, & natiuam cuiusq; ex primis corporibus temperiem indicat, σῶμα verò corporis habitum. Hîc igitur inter se plurimùm differre vult cuiusq; ex primis corporibus ortam temperiem, aut corporum habitus, maximamq; in E
homine aut seruando aut perdendo vim præstare. Videturq; quos priùs τρόπους dixit hîc innuere, qui ad animi functiones referuntur. Atq; ad hanc causam referri vult quòd quidam ex leuissimis ac contemnẽdis vulneribus interierunt, alij ex grauissimis & maximè lethalibus seruati sunt. Quorum exempla ex lib. epid. Hippocr. ac præcipuè septimo peti possunt.

καιροῦ ἔτυχον] Incommodam temporis occasionem intelligit & ἀτυχέω de qua lib. 1. de morbis.

ὀργῶντες] Exemplaria vulgata & manu scripta ferè omnia σώματος legunt. Vnum vetustate eximium αἵματος habet. Quam lectionem secutus est Corn. Glisccntem autem aut ita concitatum sanguinem intelligit, vt ad exitum feratur & hæmorrhagiam excitet: Impetum ruentis sanguinis vocat Celsus. Aut ὀργῶν σῶμα plenum & turgidum, aut plenitudine laborans intelligitur. Cæterùm hic mihi videtur esse locus quem in Exegesi vocum Hippocrat. Galen. indicat, vbi καταφρονέοντα, τὰ αὐτόθεν αἰωρούμενον, hoc est, eum qui sensuum integritate non fruitur aut solutè ac remissè sentientem explicat, & ex hoc Prædictorum lib. adducit. Quem locum etiam Varinus adducit, corruptè tamen. Quonam enim aptiùs referri possit non video. Quod in causa fuit vt eum sensum versio- F
ne nostra exprimerem, eo intellectu, vt curatione ipsa sensuum integritas restitui non possit, aut quòd tanta essent vulnera, vt curatione ipsa reuocari aut constitui integritas sensuum nequiret. Vulnus enim quodcunque sensu caret, quod non naturaliter sentit, purum non est, vt scribit Cels. cap. 26. lib. 5. Etsi mihi non parum suspecta est Gal. lectio, vt scripsimus in nostra OEconomia.

πλεῖω τῶν ἐπιμέρων] Diarias animi defectiones, leues, momentaneas & contemnendas vocat. Aliôqui deficere animum vel ipsa curatione, vel postea, pessimum omnium est, vt scribit Celsus cap. 3. lib. 7. Caluus certè alium sensum secutus est.

Nomæ verò maximæ sunt lethales, quæ putredines altissimè descendentes habent, suntq; nigerrimæ & siccissimæ. Vitiosæ quoque & in periculum præcipitant, quæ saniem nigram reddunt. At albæ & mucosæ putredines, mortem quidem afferunt minùs, sed potiùs recidiuas faciunt, & diutiùs perseuerant. Herpetes autem ex his quæ depascendo serpũt, minimum habent periculi, at secundum abditos cancros difficiliùs tolluntur. Ac his omnibus febrem vno die succedere confert, & pus quàm maximè candidum & crassum. Prodest quoque in altè conditis & nigris putredinibus, nerui syderatio, aut ossis, aut amborũ. Pus enim multum in syderationibus effluit & putredines liberat.

Αἱ δὲ νομαὶ θανατωδέστατα μὲν, ὧν αἱ σηπεδόνες βαθύτατα, καὶ μελάνταται, καὶ ξηρότατα. πονηραὶ δὲ καὶ ὅσαι κίνδυνοι, ὅσαι μέλανα ἰχῶρα ἀναδιδοῦσιν. αἱ δὲ λευκαὶ καὶ G
μυξώδεες τῆς σηπεδόνος, ἧσσον τείνουσι μὲν ἧσσον· ὑποτρέφουσι δὲ μᾶλλον. καὶ χρονιώτερα γίνονται. οἱ δὲ ἕρπητες ἀκινδυνότατοι πάντων ἑλκέων ὄντες· νέμεται. δεύτερα πάλλακοι δὲ μάλιστα, κατάγει τοὺς κρυπτοὺς καρκίνους. ὅτι πᾶσι δὲ τοῖσι τοιούτοισι, πυρετόν τε ὅτι γίνεσθαι ξυμφέρει μίαν ἡμέρην, καὶ πῦον ὡς λευκότατον, καὶ παχύτατον. λεῖστε τε δὲ καὶ σφακελισμὸς νεύρου, ἢ καὶ ὀστέου, ἢ καὶ ἀμφοῖν, ὅτι τε τῆσι βαθείησι σηπεδόσι καὶ μελαίνῃσι. πῦον γὰρ ἐν τοῖσι σφακελισμοῖσι ῥεῖ πολὺ, καὶ λύει τὰς σηπεδόνας.

αἱ νομαὶ] Nomas passim vocat Plinius. Sunt autem vlcera putredinosa & proserpendo depascentia, quæ vicinas partes erodunt ac putrefaciunt. Eas sub erysipelate aut vlcere nigro videtur comprehendere Celsus, quæ sunt cancri apud eum genera. Curatio autem per medicamenta valentissimè deficcantia, erodentia & vstionem instituitur, vt patet ex Aëtio libr. 14. cap. 49. & Paulo lib. 4. cap. 44.

οἱ ἕρπητες] Hic locus apertissimè testatur Corn. Celsum herpetem exedentem aut depascentem, ἐσθιόμενον Græci dicunt, sub ignis sacri altera specie comprehendere. Sic enim locum istum expressisse videtur cap. 28. lib. 5. Omnis autem sacer ignis, vt minimum periculum habet ex his quæ serpunt, sic propè difficillimè tollitur. Medicamentum eius fortuitum est, vnò die febris quæ humorem noxium absumat. Pus quò crassius & albidius est, eò periculi minus est. Sic enim postrema ista sententia legenda est, & ex hoc loco commodissimè, vt videtur, restituenda. Nam quòd exemplaria omnia pro [pus] (cuius) legunt, non video quemnam idoneum sensum ex illis verbis elicias. Præterea idem Corn. Celsus cap. 26. lib. 5. vbi puris notas exponit. Pus (inquit) crassis- B
simum albissimumque glutinosius & sanguine & sanie. Ibidem quoque, Melius est quò minùs est, quò crassius, quò albidius.

καπαγε κρυπτοὺς καρκίνους] O occultos cancros in senibus difficulter tolli posse iisq; commori, antea dixit. Hîc verò significat post cancros abditos, herpetas difficillimè submoueri. κρύπτειν enim idem quod secundum aut post innuere videtur. Quomodo dixit M. Tullius Acad. quæst. 2. quibus ille secundùm fratrem plurimùm tribuebat. Interpretes verò quemadmodum verterunt, eadem ferè notione. Celsus quoque corpus senile aut mali habitus herpete huiusmodi tentari scribit, vt de cancro prius dixerat. Atque hoc quoque malo ferè corpora seniora tentantur, aut quæ mali habitus sunt, sed in cruribus maximè. Et propriè magis de herpete exedente. Vt runque sicut omnis cancer, fit maximè in senibus, vel his quorum corporum mali habitus sunt.

λειπαλεῦ] Id de vlcere nigro quod cancri speciem facit, & putrescendo intenditur carnemq; corruptam habet, exprimere videtur Celsus his verbis, Interdum etiam nerui ac membranæ resoluuntur, specillumque demissum descendit, aut in latus, aut deorsum, eoque vitio nonnumquam os quoque afficitur. Idem quoque enixè magis in secunda ignis sacri specie, Prodest etiam infra C
os vlcerum cædi, quò plus puris exeat, & id quod ibi corruptum corpus est, extrahat. Sic enim legendum censeo.

Τῶν δὲ κὴν κεφαλῇ τρωμάτων, θανατωδέστατα μὲν, καὶ ἐς τὸν ἐγκέφαλον ὡς κὴ παρεγγράπται. δεινὰ δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα. ὀστέον φιλὸν μέγα. ὀστέον ἐμπεπλασμένον. ὀστέον κατερρωγός. εἰ δὲ καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἕλκεος σμικρὸν εἴη, ἢ δὲ ῥωγμὴ τοῦ ὀστέου ὅτι πολὺ παραμείνοι, ὅτι κινδυνώ- D
τερον ἔστι. ταῦτα δὲ πάντα δεινότερα ἐστὶ, καὶ κατὰ ῥαφὴν τεόντα. καὶ τῶν χωρείων αἰεὶ, τὰ ἐν τοῖσι αὐλῶνι τῶν κεφαλῆς. πανταχόθεν δὲ χρὴ ὅτι πᾶσι τοῖσιν αὐξίοις λόγου τρώμασιν, καὶ ἔτι νεόρρωτοι αἱ πληγαὶ ἔασιν, ἢ βλήματα εἴη, ἢ κατέπεσεν ὠνὴ θραῦσις, ἢ εἰ σύκκαρω θῇ. καὶ ὅτι τρόπῳ τῶν ἢ γεγονὸς, φυλακῆς πλείονος δεῖται, ὡς τοῦ ἐγκεφάλου ἐσαχεύσαντος τοῦ τρώματος. εἰ δὲ μὴ νεόρρωτος εἴη, E
ἐς τ' ἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι καὶ βουλεύεσθαι. πρῶτον μὲν οὖν μήτε πυρετῶσα, τὸν δὲ ἕλκος ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ, μήθ' αἷμα ἐπαναῤῥαγῶσα αὐτῷ, μὴ δὲ φλεγμονῶ, μήθ' ἅμα μηδεμίαν ὀδυνῶν ὅτι πυθέσθαι. εἰ δέ τι τούτων ὅτι φαίνοιτο, ἐν ἀρχῇσι τε γίνεσθαι ἀσφαλέστατον, καὶ ὀλίγον χρόνον τοῦ θαμινοῦ. ξυμφέρει δὲ ἐν τῇσιν ὀδυνῶσιν καὶ τὰς φλεγμονὰς τὰς ὅτι τοῖσιν ἕλκεσιν ὅτι γί- F
νεσθαι. τῆσι δὲ αἱμορραγίῃσι, πῦον ὅτι τῆσι φλεγμαίνεσθαι. τοῖσι δὲ πυρετοῖσιν ἃ ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν ἔγραψα, ξυμφέρει ὅτι τούτοισι θεῖναι τὰ τοιαῦτα. καὶ ἐν τῷ δὲ λέγω ἀγαθὰ εἶ). τὰ δὲ ἐναντία, κακά. ἄρξασθαι δὲ πυρετὸν ὅτι κεφαλῆς τρώσει τεταρταίῳ, ἢ ἑβδομαίῳ, ἢ ἑνδεκαταίῳ, θανατώδες μάλα. κρίνεται δὲ τοῖσι πλείστοισιν. ἐν μὲν τεταρταίῳ ἐόντος τοῦ ἕλκεος πυρετὸς ἄρξηται, ἐς G
τὸν ἑνδεκάτιον. ἐν δὲ ἑβδομαίῳ ἐὼν πυρετῶν, ἐς τὸν τεσσαρεσκαιδεκάτιον ἢ ἑπτακαιδεκάτιον. ἐν δὲ τῇ ἑνδεκάτῃ ἄρξηται πυρεταίνειν, ἐς τὸ εἰκοστὸν, ὡς ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἐξαγγεγράπται, τοῖς ἄνευ παρεφάσεων ἐμφανέων γινομένοισι. τῆσι δὲ ἐν ἀρχῇσι τοῦ πυρετοῦ, ἐν τε τῷ θαφεσσιόν ὅτι γένηται, ἐν τε ἀπόπληξις τῶν μελέων τινὸς, εἰδέναι τὸν ἀνθρωπον ἀπολλύμενον, ἐν μὴ H
πολυπάσσῃ ἢ τοῦ κωμάτων τι σημεῖον ὅτι γένηται, ἢ σώματος ἀρετὴ ἀποκείται, ἀλλ' ἀποσκεπέσθω τὸν τόπον. τοῦ ἀνθρώπου ἔτι γὰρ αὐτῇ ἐλπὶς τοῦ σωτηρίας. χρὴ δὲ γνέσθαι ὃ ἀρξάμενον ἐς ὃ ἀπεκείλεν, αἰσχρὸν ὅστιν, ἐν ἀρξάμενον καὶ ἀποκείται ὁ ἄνθρωπος.

Quòd ad vulnera capitis attinet, præcipuè mortem afferunt (vt antea scripsimus) quæ cerebrum attingũt. Quin & huiusmodi omnia terrent, os insigne denudatum, os medium desidens, os diffissum. At si vlceris osculum exiguum fuerit, ossis verò fissura longè pertingat, maius periculum subest. Quæ omnia magis terrent, vbi iuxta futuram contingãt, & in summa capitis parte existunt. Percontari autem conuenit in omnibus effatu dignis capitis vulneribus, vbi adhuc recentes plagæ sunt aut ictus, num qui læsus fuit conciderit, aut profundo sopore correptus fuerit. Hoc enim in casu maiore cura opus est, nimirum quòd vulnus cerebrum senserit. Quòd si recens plaga non fuerit, alia signa in consideratione ac consilium adhibere oportet. Præstat igitur eum qui capitis vlcere laborat, neque febricitare, neq; insuper sanguinis profusionem, aut inflammationem, aut simul dolorem aliquem accedere: Aut si eorum quippiam appareat, circa initia tutissimum est fieri, paucoq; tempore perseuerare. Confert quoq; in doloribus, etiam inflammationes, quæ in vlceribus fieri assolent, superuenire. In sanguinis autem profusionibus pus in venis conspici. Quæ etiam in morbis acutis febribus conferre scripsi, ea in his conducere, bonaq; hîc esse, vt contraria mala, existimanda sunt. At febris in capitis vulnere die quarto, aut septimo, aut vndecimo exorta, valdè exitialis est. Quamplurimis autem iudicationem subit, si quarto quidem vlceris die cœperit, vndecimo. Si verò die septimo febricitarit, decimo quarto aut decimo septimo. Quòd si vndecimo febris cœperit, vigesimo, velut scriptum est in febribus, quæ ex non euidentibus causis originẽ trahunt. At si febrium initiis delirium succedat, aut aliquod membrum syderetur, de hominis morte existimatio facienda est, nisi aut prorsus optimum aliquod signum superuenit, aut corporis virtus subsit. Verùm quanam id ratione contingat animaduertẽdum est. Nam & homini spes salutis adhuc restat, at claudum fieri articulũ in quem malum decubuit necesse est, si modò æger superstes futurus est.

Τῶν δ' ὀνκεφαλῆ] De vulneribus capitis quæ lethalia sunt abundè scriptum est in Coacis Præsagiis & aph.18. lib. 6. enixè verò ac propriè libro de vulneribus capitis ad extremum. In quo inter ossium offensiones, ὀστέον ψιλὸν aut ψιλωθὲν ἢ σαρκὸς ponitur, quomodo etiam loquitur lib de artic. Videndum etiam iubet an os à telo nudatum sit, & in nudato osse, an fissum sit, collisum, aut medium desidat, quæ per ῥήγνυσθαι, φλᾶσις & ἐσφλᾶσις, aut ἔσω ἐσφλᾶσις exprimit Hippocr. Atque hæ sunt præcipuè ossium iniuriæ. Ex quo sanè efficitur vt hîc ὀστέον ἐμπεφλασμένον legendum existimem, vt idem significet quod ἔσω πεφλασμένον, aut ἐσφλώμενον ἔσω, quomodo loquitur lib. de vuln. cap. & medium desidens (vt loquitur Celsus) & depressum & intro cedens indicat. Intro reclinatum dixit Caluus. Quidam codices εἱκκλασμένον habent, minùs tamen (vt apparet) accommodatè, etsi hoc videtur secutus Cornarius.

εἰ δ' τὸ ὀστέον τῶ ἕλκεος] Os fractum nisi succursum est, grauibus inflammationibus afficit, difficiliusque postea tractatur, ideoque si nondum satis cutis patefacta est, latiùs aperienda, donec quicquid læsum in conspectu sit. At quia latentes sæpè rimæ sunt, ex ægri sermonibus primùm noxam explorare iubet Hippocrates, deinde ratione & operâ citra specillum, denique etiam specilli iudicium adhibet. Igitur vbi fissura longiùs permeat quàm vt oculis deprehendi possit, sectione opus est. Quod enim hîc ῥωγμὴν ἐπιπολὺ τεταμένην longiùs permeantem ac pertingentem rimam dicit, ἐκας ἐοῦσ' τῶ ἐρρωγότος ὀστέου lib. de vuln. cap. posuit: Etsi hîc subaudiri potest quæ diutiùs perdurat & curantem latet. At hæ noxæ grauiores sunt quò propiùs suturas & summam capitis partem ad sinciput attingunt. Nam & ea capitis parte tenuissimum & debilissimum os est, & paucissima carne contegitur, & plurimùm cerebri subest, vt scribit Hippocr. Ad suturas quoque impactum vulnus magis terret, quòd sutura ad resistendum & ictui & telo infirmissima est, idque vel maximè si plaga in sinciput inflicta sit, quâ parte caput est infirmissimum, vt his verbis testatur Hippocr. lib. de vuln. cap. ῥαφὴ δ' ὁ ἕλκει φανεῖσ' ὀστέου ψιλωθέντος, παντὶ χρὸ ἢ κεφαλῆς τῶ ἕλκεος ῥηγνυμένης, ἀσθενέστατον γίνεται τῆ ῥάσει τ' καὶ βέλει αὐτῆς, εἰ τύχοι τὸ βέλος ἐς αὐτὴ ἢ ῥαφὴν πεπεχθὲν. πάντων δ' μάλιστα ὧν τὸ βέλος ἐν τῆ βρίσκεται ῥηγνυμένου κ' τὸ ἀσθενέστατον ἢ κεφαλῆς, καὶ αἱ ῥαφαὶ εἰ τύχοιεν ὖσαι πᾶσαι τὸ ἕλκος, καὶ τὸ βέλος αὐτῶν τύχοι τῆ ῥαφῶν. At vbi nudato osse sutura in vulnere conspicitur, quacunque capitis parte vulnus extiterit, minimè omnium vulneri ac telo resistit, si fortè telum in ipsam suturam incubuerit, tumque vel maximè si telum sincipite, quâ parte caput debilissimum est, exceptum fuerit, suturæq; in vulnus incurrant, & telum suturas ipsas attigerit. Quàm sint autem cognitu difficilimæ quæ ad suturas sunt capitis fracturæ, abundè nobis dictum est in Coacis Præsagiis, citato Hipp. & Celsi testimonio.

πωδιάνεδ' δ' χρὴ] Hippocrates quoque lib. de cap. vuln. præter oculorum iudicium, ex ægri quoque sermonibus grauioris aut leuioris plagæ augurias sumit, & oculorum caliginem & vertiginem addit. ἀλλὰ χρὴ πρὸς τῇ ὄψῃ τῇ ἑωυτοῦ, ὅ, τι ἂν σοι φαίνηται ὑπ' τῆ ὀσέω, καὶ ἐρώτησιν ποιέεσθ' πάντων τούτων. τὸ δ' μέγιστον τε καὶ ἥκιστον βρωδύνη τῶν τοῦ σήμεια. καὶ ὧν ὀφθαλμοὶ κατηφὴς, καὶ σκότος πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ δῖνος, ἢ καὶ πόνος. Cæterùm præter id quod oculis tuis subiicitur, quicquid in osse tibi apparere videbitur, etiam ex ægro requirendum. Etenim magis aut minùs vulnerati hæc sunt indicia, tum si æger alto sopore detentus fuerit, aut tenebræ oculis offusæ, aut si vertigo prehêderit, aut ipse conciderit. Celsus verò cap.4.lib.8. de caluariæ curatione agens omnia signa simul complexus est. Igitur vbi ea pertusa, protinus requirēdum est, num bilem is homo vomuerit, num oculi eius occæcati sint, num obmutuerit, num per nares aurésve sanguis ei effluxerit, num conciderit, num sine sensu quasi dormiens iacuerit. Hæc enim non nisi fracto osse eueniūt. Atque vbi inciderunt, scire licet necessariam, sed difficilem curationem esse. Si verò etiam torpor accesserit, si mens non constat, si neruorum vel resolutio, vel distentio secuta est, verisimile est etiam cerebri membranam esse violatam, eoque in angusto magis spes est. Reliqua etiam signa ex quibus graues cerebri offensæ explorantur in Coac. Prænot. dicta sunt.

ἐς τ' ἄλλα σημεῖα] Alia sunt signa quibus ossis offensiones significentur, si sub prima curatione febris intenditur, breueq; somni & iidem per somnia tumultuosi sunt, vlcus madet, neque alitur, & in ceruicibus glandulæ oriuntur, magni dolores sunt, cibique super hæc fastidium increscit, & quæ in Coacis præsagiis scripta sunt. Verùm ea videtur in consilium adhibere signa, ex quibus in capitis insignibus vulneribus ægrum intereundum iudices, vt rectè prædictionem instituas. Ea verò describit Hippocr. lib. de cap. vulner. ad extremum.

μηθ' ἅμα. μηδ' μίλιν ὀδυνῶν] Sic legunt emendatiores codices. Nam quòd illud μηθ' ἅμα superiori τ' τὸ ἕλκος ἔχοντα iungunt exemplaria quædam, id vitiosum esse apparet.

εἰ δὲ ἐν τούτοισι ὅπη φαίνοιτο] Initiis quidem vulnerum vbi humorū fluxus mouetur, ista adesse præstat & vulneris ratione. Sic ingentibus doloribus inflammationes superueniunt, aliòqui humores in præcipua viscera ferri necesse est, & maius creare periculum, vt scribit Gal. Com. ad aph. 66. lib. 5. De febre autem sic statuit Celsus. Ac ne febris quidē terrere deber, si in magno vulnere, dum inflammatio est, permanet. Illa perniciosa est, quæ vel leui vulneri superuenit, vel vltra tempus inflāmationis durat, vel delirium mouet, vel si neruorum rigor, aut distentio, quæ ex vulnere orta est, eam non finit. Sanguinis autem in vulnere profusionem ex puris acrimonia adesse præstat potiùs quàm ex corporis, aut humorum, aut symptomatum occasione.

ἃ ἂν πῶς ὀξέα] Quænam hîc conducere intelligat & febribus cōferre scripserit, valdè est incertum, quod multis locis pollicitam morborum acutorum amplissimam tractationem, velut signa & curationem libris de rat. vict. in morb. acut. aut non præstiterit Hippocr. aut iniuria temporum intercederit. Etsi certè referri possunt ad eas febrium solutiones de quibus agitur in nothis lib. de rat vict. in morb. ac. adiunctis. Id enim potissimùm hoc loco spectare videtur. Aut multa febrium adiuncta, tum bona, tum mala, quę illic febribus attribuuntur, respicere. Illorum enim librorum & horum prædictorum idem ferè author existimandus est.

ἀξέα δ' ἢ πυρετὸν] Lib. de vuln. cap. febris æstate maturiùs, hyeme tardiùs prehendens, vulneris periculum intendit, aliaque describuntur quædam signa ex quibus vulnerati perniciem præsentias. Multa autem scribuntur in Prog. de dierum iudicatoriorum circuitu, & lib. 1. ep. & lib. περὶ κρισίων. At verò hîc perperam interdum quaternarij omittuntur, qui in tota iudicatione maximam habent vim. Febres porrò intelligit, quæ nullam externam euidentem causam habent, & eas quæ primam habēt ortus sui causam & morbi sunt, neque ad alia consequuntur. Quòd ad scripturam attinet, pro δαυε πῶδες μάλα, μᾶλλον habent exemplaria quædam manu scripta. Hunc autem locum mirè perturbat Caluus.

ἰῶν τε κόπος πλῆξις] Hi casus quoque grauia capitis vulnera consequuntur vt patet ex lib. de vulner. cap. vbi attonitos fieri ex vulnere quosdam & delirio corripi, breuiq; interire scribit. In cerebri quoq; grauibus offensis, partis alicuius stuporem in Coac. Præsagiis adscripsimus, ex aph. 50. lib. 6. & lib. de morb. * Celsus quoque eò magis in angusto spem esse dicit, si torpor accessit, si mens non cōstat, si neruorū vel resolutio, vel distentio secuta est. Et aph. 14 & 24. lib. 7. in capitis graui offensione ἔκπληξις & παραφροσύνη malum denunciant. *Cap. 4. lib. 8.

ἢ σώματος ἀρετὴ] Sunt etiam quidam qui inuicta animi constantia & firmitate, ac indefesso naturæ ac corporis virium robore vel grauissima vulnera perferunt. Sunt qui vel à minimis grauiter offenduntur. Robustæ enim vires (vt scribit Gal. lib. 10. Meth.) omnia contemnunt ac tolerant, vt infirmæ abs quouis offendūtur. Et quod scripsit Hipp. lib. de fract. μέγα διαφέρουσιν & φύσεις φύσιος τῆ σαρκὸς εἰς εὐφορείλιν.

ἀλλ' ὑποσκεπέοντα] Quædam exemplaria ἀλλ' ὑποσκελέοντα τῆ τόπον τῆ ἀνθρώπου legunt & distinguunt. Hunc autem locum sic mihi expressisse videtur Celsus cap. 4. lib. 2. Iteṁq; in prima febre protinus mētem esse turbatam, membrúmve aliquod esse resolutum. Ex quo casu quamuis vita redditur, tamen id ferè membrum debilitatur.

Magna autem vulnera quæ in articulis fiunt, si penitus abscissi nerui sunt qui continebant, absq; dubio claudos reddēt. Sin dubiū est quomodo nerui affecti

Τὰ δ' τρώματα τὰ ἐν τοῖσιν ἀρθρέοισι, μεγάλα μὲν ὄντα καὶ τελέως ἀποκόψαντα τὰ νεῦρα τὰ σκυτέλια, εὔδηλον ὅτι χωλὺς ἀποδείξει. εἰ δ' ἀνδάσιον εἴη ἀμφὶ τὴν νεῦρον, ὅπως

ὅπως ἔχοι, ὀξέος μὲν ἐόντος τοῦ βέλεος τοῦ ποιήσαντος, ὀρθὸν δ' τρῶμα εἴη, ἄμεινον ὑπακροάσθαι. εἰ δ' εἴη βαρὺ τε καὶ ἀμβλὺ δ' τρῶμα, οὐδὲν διαφέρει. ἀλλ' ἔσται βάθος τε τῆς πληγῆς σκεπτέεσθαι, καὶ τὴν ἀνίαν σημεῖα. ἔστι δὲ τάδε. πῦον μὲν ὅτι ῥήγνυται ὅτι δ' ἀρθρέων, σκληρότερον αὐάσκει ῥηγνύειν. μὲν δὲ καὶ οἰδήματα συμπεσόντα μείνῃ, σκληρὸν αὐάσκει πυλὼν χρόνιον τοῦ τόπου χρόνιον γίνεσθαι. καὶ δ' οἴδημα ὑγιέος ἐόντος τοῦ ἕλκεος πεσόντα μένῃ αὐάσκει, συγκαμπτέεσθαί τε καὶ συλλείνειν ὀκόταν αὖ τοῦ ἀρθρέου καμπτοῦ ἐόντος ἀναπτύσσωσι. οἷσι δ' αὖ καὶ νοῦσον δοκέῃ σκπεσεῖσθαι, ἀσφαλεστέρως τὰ πεῖν τὰ χολώσιος ἢ πρὸς λέχθ, διψῶν τε καὶ μὴ τῆ κάτωθεν νόμων ἢ δ' σκυλούμενον. γνώσῃ δὲ τοῖσι νοῦσον μέλλον σκπεῖσθαι. πῦον λευκὸν λεπτὸν καὶ παχὺ, καὶ πουλὺ χρόνον σαπρόν. ὀδυνᾶται τε καὶ φλεγμοναὶ γίνονται πεῖ δ' ἀρθρέων ἐν ἀρχῆσι. τὰ δ' αὐτὰ τοῦτα ἢ, καὶ ὀστέον μέλλοντος σκπεσεῖσθαι.

Τὰ δ' τρώματα] Celsus *hunc locum sic disertè vertit. Propriè quædam in articulis visenda sunt, in quibus si præcisi nerui sunt qui continebant, debilitas eius partis sequitur. Si id dubium est, & ex acuto telo plaga est, ea transuersa commodiòr est: si retuso & graui est, nullum in figura discrimen est. Hîc autem νεῦρα τὰ σκυτέλια ligamenta & tendines dicuntur, velut in Coacis Prænot. νεῦρα παχέα vocantur. νεῦρα ὅσα παχέα ὑπερώσκεται ὡς ὅπ πολὺ χωλοῦται, & λόξα ὑβρωσκόμενα. Nerui quicunque crassi vulnus accipiunt, vt plurimùm claudos reddunt, præcipueq; si obliquum vulnus fuerit. Neruorum verò transuersa vulnera maiorem conuulsionis metum iniiciunt, recta verò & quæ per longitudinem & in directū fiunt, minori periculo patent, ex Gal. cap. 3. libr. 6. Meth. medendi. Sic in Coacis, σκήσκοισι δὲ & ἐς & ὀπὸς νεῦρα, ὧν τέ ἢ ἢ λεπῶν ὑβρωθῶσιν, ὧν τε ἢ παχέων, ὧν ὅπ κάρσιος ἢ πληγὴ γίνηται & μεγάλη. εἰ δ' μικρὴ καὶ εὐθεῖα, πρόκριν ἔχει. Intereunt verò quibus nerui interiores, siue tenuis aliquis, siue crassus, vulnus acceperint, si plaga transuersa fuerit & magna. Quòd si parua & recta, nonnulli periculo eximuntur. Caluus pro οὐδὲν διαφέρει, contrarium sensum affinxit, non videns nullum inesse ex telo graui aut retuso in vulneris figura discrimen. Vitiosa sunt autem exemplaria quædam manu scripta, quæ pro ὅπακροῦ ὑπακροάσθαι legunt.

*Cap. 26. lib. 5.

ἀλλ' ἔσται] Pro ἔσται ἐς τ legunt exemplaria quædam manu scripta.

πῦον ὧν ὅπ ῥήγνυται] Vbi neruus nullus præcisus est, sed vulnus telo retuso & graui inflictum est, videndum ad prædictionem ritè instituendam, num pus in articulum altè sit reconditum, aut tumor durus diu perseueret. Vlcus enim tum fore diuturnum, ac tumorem in multum tempus, sano quoque etiam vlcere, perseueraturum sperandum est. Atque ideò etsi claudicationis nullus metus est, ægrè tamen flecti aut extendi membrum posse prædicere poteris. Isque huius loci subobscuri sensus esse existimandus est, quem sic expressit Celsus. Quamuis autem non abscissus neruus est, tamen si circa tumor durus diu permanet, necesse est & diuturnum vlcus esse, & sano quoque eo tumorem permanere, futurumque est, vt tardè membrum id extendatur vel contrahatur. Maior tamen in extendendo mora est, vbi recuruato articulo curatio adhibita est, quàm in recuruando eo quod rectum conuuerimus.

γνώσῃ δ' οἷσι] Celsus hunc locum sic adumbrat, At visendum est pus supra articulum, an infra nascatur. Si sub eo nascitur, albumque & crassum diu fertur, neruum præcisum esse credibile est. Magis quoque, maiores dolores inflammationesque quò maturiùs excitatæ sunt.

τὰ δ' αὐτὰ τοῦτα] Lib. de fract. Hippocr. ossis discessum significari scribit, si pus multum effluat, & pars vlcerata turgeat, & ad excretionem contendat, quod deprehenditur ex labris vlceris inter se nequaquam coalescentibus, sed dissidentibus & obuersis, & si æger obtusum quendam motus sensum in fundo partis laborantis se percipere fateatur, vt scribit Gal. Comm. 3. in libr. de fract. verba Hipp. funt, σημεῖον δ' τόδε, ὧν μέλλοι ὀστέων ἀπόσασις ἔσεσθαι ἐν τῆ τρόπῳ τούτῳ τῆς ἰατρείης. πῦον δὲ συχνὸν ῥεῖ ἐκ τῆ ἕλκεος, & ὀργᾶν φαίνεται. Signum autem hoc erit, si in hoc curationis modo ossium discessio futura est, pus copiosum ex vlcere effluit, & turgere videtur.

Τὰ δ' ἐν τοῖσι ἀγκῶσι δεδεκόμματα ἐν φλεγμονῇ μάλιστα ἐόντα, ἐς διεπύησιν ἀφικνέεται, καὶ θολερὰ τε καὶ κακώσιας. ὁ δὲ νωτιαῖος μυελὸς ὧν νοσέει, ὧν τε ἐκ τῆ σώματος, ὧν τε ἐξ ἄλλης ἕνος τρεφάσιος, ὧν τε ἀπὸ αὐτομάτου, τῆ τε σκελέων ἀκρατὴς γίγνεται ὁ ἀνθρωπος, ὥστε μηδὲ διηλαύνουσι ἐπαίειν καὶ τῆς γαστρὸς καὶ τῆς κύστιος. ὥστε τὰς μὲν τρόφας χρόνους, μήτε κόπρον, μήτε οὖρον διαχωρέειν, ὧν μὴ πρὸς ἀνάγκαι. ὅτοισι καὶ παλαιότερον γίνεται ὁ νέσημα ἐκ ὀλιγοστοῦ τῆ ἀνθρώπου, ἢ τε κόπρος διαχωρέει, καὶ ὁ οὖρον. ἀποθνήσκει δὲ μὲν τούτοι, οὐ πολλῷ ὕστερον χρόνῳ. ὧν δὲ ἐμπίπλαται αἵματος ἡ φάρυγξ, πολλάκις τῆς ἡμέρης τε καὶ τῆς νυκτὸς ἐκείης, οὔτε κεφαλὴν πρεσβυτέρῳ, οὔτε βηχὸς ἐχούσης, οὔτε ἐμεόντι οὔτε πυρετοῦ λαμβάνοντος, οὔτε ὀδύνης ἐχούσης, οὔτε τοῦ στήθεος, οὔτε τοῦ μεταφρένου, τόπου καταδεῖν ἐς τὰς ῥῖνας καὶ τὴν φάρυγγα,

Quæ in cubitis discissa sunt, præcipuè cum inflammatione, ad suppurationem sectionemq; & vstionem perueniunt. At verò si spinalis medulla, aut ex casu, aut aliqua quapiam externa causa, aut sua sponte laborarit, & crurum impotentiam facit, vt ne tactum quidem percipiat æger & ventris & vesicæ, adeò vt ne primis quidem diebus stercus aut vrina nisi coactè reddatur. Quòd si morbus inueterauerit, & stercus & vrina ægro inscio prodit, tandemque non longo pòst interuallo perit. Quibus fauces sanguine frequenter & noctu & interdiu replentur, dum neque capitis dolor prægrestus fuerit, neque tussis, neque vomitus, neque febris prehenderit, neque pectoris aut dorsi dolor tenuerit, in his nares & fauces inspiciendæ,

num quod vlcus eo in loco, aut hirudo compareat. ἢν ἕλκος ἢ ἕλκεα φαίνηται ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ, ἢ βδέλλαν. A

Τὰ δὲ τοῖσι αἱμώσι] διακόμματα dissectiones ac præcisiones Hippocrati significant, idemque quod διακοπή, cùm vulnus magnum & altè discissum fuerit. Sunt enim διακεκομμένα εἰς τὸ βάθος ἔχοντα διὰ κενοῦσιν τῶν διαλείψεων, vt scribit Galenus Comment. ad aphoris. 19. lib. 6. Sectiones autem atque vstiones suppurationes istæ postulant, tum vt puri via fiat, tum vt pars ipsa confirmetur, desiccetur & constringatur. Sed à ligamentis & neruis abstinere & inflammationi supersedere oportet, vt præcipit Hippocrates libro de fracturis.

ὀξύνωτος μυελὸς] Obliquata spina, aut peruersa, aut gibba facta, spinalis medulla contorquetur, inflectitur, ac premitur. πολλοὶς δὲ καὶ κατοπελαμμένος ὀνωτάτος, πολλῶν αὖ τῶν μεγάλων τῶν ὀπίσω κάμνειν κατοκωχὴν ποιήσειν, vt scribit Hippocr. libro de artic. Sunt autem B spinæ affectus quibus consentire spinalem medullam par est, κύφωσις, λόρδωσις, σκολίωσις, & οἴσεις, vt ex libro de articul. colligi potest. Sed & sinuata & introò luxata & obliquata spina, crurum imbecillitatem ac motionis impotentiam, vrinæque & stercoris suppressionem consequi, affectis consortij lege neruis qui ex spinali medulla partibus sensum & motum præstant, vero est simile, & scribit Hippocrates libr. de art. Et verò qualiter his casibus vrinam & stercus inuitis profluere contingat, docet Galenus libro sexto, de loc. affect. capite quarto. Quod etiam adnotauit Hippocrates libro de art. his verbis: καὶ ἢν ἀποκλίνωνται δὲ, ῥυόσδεες τὰ οὖρα μᾶλλον οὖσι, καὶ ἢν σκελέων ἀκρατέστεροι καὶ ἀναρκοδέστεροι. Quòd si euadant, his magis vrina profluit, & crurum impotentia ac stupore torquentur. Celsus quoque eadem in spinæ luxatione apponit capite 14. libro octauo. Si sub septo vertebræ exciderunt, femina resoluuntur, vrina supprimitur, interdum etiam sine voluntate prorumpit. Idem libro quinto. Medulla verò quæ in spina est, discussa, nerui resoluuntur aut distenduntur, sensus intercidit, interposito tempore aliquo sine voluntate inferiores partes vel semen, vel vrinam, vel etiam stercus excernunt. Paulus etiam eadem adscribit in spinalis medullæ compressione & spinæ peruersione libr. 6. capite 117. Hic autem vt prædictio meliùs instituatur, causas quas procatarcticas vocant oculis subiicit, quas etiam inspiciendas monet Galenus. In quibus casus, aut rei cuiusdam grauis illapsus aut pondus ab Hippocrate enumerantur, & à Galeno inflicta plaga accensetur. Internis autem & latentibus causis annumerari possunt tubercula magna, dura & diuturna ad spinam adnata, quæ eam interdum sinuant & propellunt, vt scribitur initio lib. 3. de artic. Atque ea sponte fieri dicuntur, quòd nullam ortus sui euidentem occasionem indicent.

ἐκ ὀδύνων τοῦ ἀνθρώπου] ἐκ ἐπιθύμων lego, ex duabus membranis scriptis, vt sit ægro inscio nec percipiente, quod est sine voluntate. Etsi ὀδύνων vt habent reliqua omnia exemplaria, stare potest, quod est non cogente, adnitente, aut instante ægro & vrgente. Calnus hunc locum miserè peruertit ac perturbauit, nec authoris mentem assecutus est, cùm hoc loco deambulantem ægrum intellexit.

ἀποθνήσκει δὲ] Iis celerrimè mors superuenit, quorum in spina vertebræ exciderunt, vt scribit Celsus. Id enim fieri non potest, D nisi ex medulla, quæ per medium, & duabus membranulis, quæ per duos à lateribus processus feruntur, & neruis qui continent, ruptis. Ex eiusmodi luxationibus, vt tardiùs quàm ex capitis, sic tamen intra triduum homo moritur. Paulus quoque celeriter ægros mori scribit, præsertim si superiores & ceruicis vertebræ affectum fuerint expertæ.

οὗ δὲ ἐμπίπλαται] Faucium cruentarum causas, vt rectè prædictio procedat, exequitur. Quem locum haud dubiè expressit Celsus capite septimo libri secundi. Cui fauces sanguine & interdiu & noctu replentur, sic vt neque capitis dolores, neque præcordiorum, neque tussis, neque vomitus, neque febricula præcesserit, huius aut in naribus, aut in faucibus vlcus reperietur. In quibus etsi Celsus hirudinis nihil meminit, Galenus tamen libro quarto de loc. affect. capite sexto expuitionis sanguinis causas perquirens, si ab hirudine contingat, his in diciis prodi scribit: ἐὰν δὲ ὦσι αἱ ἀκρόμυκτοι καὶ ἀπομυκτοί τε καὶ ἀπόμαλα πλείοσιν ἐφεξῆς ἡμέραις, μήτε κεφαλῆς ὀδύνης, ἢ βάρους, ἢ τι συμπαρόντος, ἢ τραυματισθέντος, μήτε πληγῆς αὐτῆδε γεγενημένης, ὅπου τε τῆς ῥινὸς πέρυσι ἀκριβῶς ὅλου, ὁκοῖόν τι τὸ σῶμα τὸν τόπον, ὕθεν σωτικώτερον τοῦ τῆς ῥινὸς. γένεται γὰρ ποτε τοιοῦτο σύμπτωμα, βδέλλης ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ τοῦ προσφυείσης, ἣν αὔξεται καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, εἴ γε καὶ τῶν τοῦ τρόπου ἡμέρας ἐλαθάνεν δι' σμικρότητα, μὴ τρεῖς γε ἢ τέσσαρας ἐπίμους ὁρῶσα. E Quòd si pluribus deinceps diebus aliquis cruorem & screauerit & emunxerit, idque citra capitis vel dolorem vel grauitatem, siue præsentem, siue præteritam, neque plaga eo loco existente, huius & rotum per nares meatum, atque eam oris partem qua ad nares perforatur, exactè considerare oportet. Istud enim aliquando contingere potest, hirudine huic loco adhærescente, quæ quidem in dies augeri solet: quamuis enim primis diebus, quòd sit exigua, latere potest, tertio tamen quartóve die, haud obscurè conspicitur. Quæ etiam repetit Aëtius capite 59. lib. 8. Est & historia iuuenis, cui ad narium foramen in eo meatu vbi nasus ad oris regionem perforatur, hirudinem latentem conspexit Galenus, quæ huic loco plurimùm addit lucis. Huius porrò loci & autoritatem & vtilitatem prædicat his verbis Galenus in Exegesi vocum Hippocratis. βδέλλαν δὲ τοῦ μείζονι τοῦ ῥοῦ καὶ δευτέρου τοῦ ἰνῶν ὑπηρεφομένῳ, τὸν κροτάφου φλέβα φασὶν ἔνιοι ὀνομάζειν Διοσκουρίδης. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ κυρίως εἰρῆσθαι τοιοῦτο κατ' αὐτὸ τὸ ῥῶν, καὶ τὸν παρέντερον ποτὲ τοῦτο τὸ βιβλίον ὀνομάζειν λεγομένου, καὶ ἀπορουμένων πολλῶν δοξῶν τῶν γινομένων, τοιόνδε μόνος ὁ τοῦ γράμματος ὁρμηθεὶς τ' ἀληθές. βδέλλαν, quod est hirudinem, in maiore Prorrhetico, à quibusdam secundo inscripto, varicosam venam sic nominatam esse Dioscorides ait. At mihi propriè hæc vox de animali ipso dici videtur. Etenim fortè aliquando incidi cùm illud eo in libro legeretur, & multis hac de re ambigentibus, solus ipsa scriptione impulsus verum prædixi. Quibus certè verbis historiam illam quam attingit lib. de loc. aff. innuere mihi videtur Galenus. Verùm locus ille vitiosè in omnibus nostris exemplaribus legitur, vt docuimus in nostra OEconomia, vbi & huius loci mentionem iniecimus. βδελλίων meminit Herodotus in Euterpe de Crocodilo verba faciens & de Trochilo aue, qui crocodili ad Zephirum hiantis os ingressus, affixas ibi hirudines deuorat & illæsus exilit. Quam etiam historiam Aristot. paulò aliter recenset lib. 9. de hist. anim. cap. 6. Ad epotam autem sanguisugam remedia habes apud Dioscoridem lib. 6. Celsum lib. 5. Paulum libr. 5. cap. 37. Nicandrum in Alexipharmacis, & in facile parabilibus remediis apud Gal. lib. 3.

G

Oculi gramiosi optimum habent successum, si simul lachryma & gramia & tumor cœperint. Aut si lachryma gramiæ permixta, neque vehementer calida fuerit, gramia verò alba & mollis, & tumor leuis ac solutus. His etenim sic se habentibus noctu oculus conglutinabitur, vt dolorem non sentiat: isque casus minimè periculosus, minimèque diuturnus fuerit. At si lachryma multa & calida, cum paucissima gramia & exiguo tumore,

Ὀφθαλμοὶ δὲ λημῶντες ἧσσα ἐπαλλάσσουσιν. ἢν τό, τε δάκρυον, καὶ ἡ λήμη, καὶ ὁ οἴδημα ἧσσηται ὁμοῦ ἠρέμα. ἢν δὲ ὁ μὲν δάκρυον τῇ λήμῃ μεμιγμένον ᾖ, καὶ μὴ θερμὸν ἰχῶρῶς. ἡ δὲ λήμη λευκή τε ἦ καὶ μαλθακὴ, τό, τε οἴδημα ἔλασσον τε καὶ λεῖον. εἰ γὰρ οὕτω ταῦτ' ἔχει, ξυμπλάσσοιτ' ἂν ὀφθαλμὸς ἐς τὰς νύκτας ὥστε ἀνώδυνος εἶ), καὶ ἀκινδυνότατον ἔσται ἢν εἴη, καὶ ὀλιγοχρονιώτατον. εἰ δὲ ὁ δάκρυον χωρὲς πολὺ καὶ θερμὸν ξὺν ὀλίγῃ λήμῃ, καὶ σμικρῷ οἰδήματι, εἰ μὲν

H

A εἰ μὲν ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ ὀφθαλμοῦ, χρόνιον μὲν κάρτα γίνεται, ἀκίνδυνον δὲ. καὶ ἀνώδυνος οὗτος ὁ τρόπος. ἐν τοῖσι μάλιστα τόδε κρίνειν ἐπισκέπτεσθαι. τὸν μὲν πρώτιστον, ἐς τὰς εἴκοσιν ἡμέρας. ἢν δὲ ὑπερβάλλῃ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐς τὰς τεσσαρακοντα προσδέχεσθαι. ἢν δὲ μὴ δὲ ἐν τούτοισι παύσηται, ἐν τῇσι ἑξήκοντα κρίνεται. τοῦδε πρόσθε δὲ τὸν χρόνον τοῦτον, ἐν-

B θυμεῖσθαι τὸν λήμιον, ἢν ἐν τῷ δακτύλῳ τὲ μίσγηται, καὶ λευκή τε καὶ μαλθακὴ γίνεται. μάλιστα δὲ ὑπὸ τοῦς χρόνους τοῦς κρισίμους. ἢν γὰρ μέλλῃ παύεσθαι, ταῦτα ποιήσει. εἰ δὲ οἱ ὀφθαλμοὶ ἀμφότεροι ταῦτα πάθοιεν, ὀπισινδυνότεροι γίνονται ἑλκωθέντες. ἡ δὲ κρίσις ἐλάσσονος χρόνου ἔσται. λῆμμα δὲ ξηρὰ, ἐπώδυνοι κάρτα. κρίνονται δὲ ταχέως, ἢν μὴ ῥῶμα λάβῃ ὁ ὀφθαλ-

C μός. εἴδημα δὲ ἢν μέγα ᾖ, ἀνώδυνόν τε καὶ ξηρὸν ἀκίνδυνον. εἰ δὲ εἴη ἐξὼ ὀδυνῶν, κακὸν μὲν ξηρὸν ἐὸν καὶ ὀπισινδυνον ἑλκῶσαν τὲ τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ ξυμφύσαν. δεινὸν δὲ καὶ ἐξὼ δακρύω τὲ ὂν καὶ ὀδυνῶν. εἰ γὰρ δάκρυον χωρὲς, θερμὸν καὶ ἁλμυρὸν. κίνδυνος τῇτε κόρῃ ἑλκωθῆναι, καὶ τοῖσι βλεφάρεσιν. εἰ δὲ ὁ μὲν οἴδημα κατασαίη, δάκρυον δὲ πολὺ ὀπιχέεται πολὺ χρόνον, καὶ λῆμμα ἔωσι, τοῖσι μὲν ὀδράσι βλεφάρων ἐκ βραχὺ τὸ περὶ λέγω.

D τῇσι δὲ γυναιξὶ, καὶ τοῖσι παιδίοισιν, ἑλκωσιν, καὶ τῶν βλεφάρων ἐκ βραχύ. ἢν δὲ λῆμμα χλωρὰ καὶ πελιδνὰ ἔωσι, καὶ δάκρυον πουλὺ καὶ θερμὸν, καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ κάῦμα ᾖ, καὶ ἀφὸ τοῦ κροτάφου ὀδυνᾶται ἐς τὸν ὀφθαλμὸν καταστείξωσι. καὶ ἀγρυπνίη τοιούτοισιν ὀπιγίνεται, ἕλκος ἀνάκη γενέσθαι ἐν τῷ ὀφθαλμῷ. ἐλπὶς δὲ καὶ

E ῥαγῆναι ὃ τοιοῦτον. ὠφελεῖ δὲ καὶ πυρετὸς ὀπιγιόμενος ἢ ὀδυνῶν, ἐς τὴν ὀσφῦν ἐπείξαι. παρελέγω δὲ δὴ τοῦτοισι τὰ ἐσόμενα, ἐς τε τὸν χρόνον σκεπτόμενον, ἐς τε τὰ ἐν τοῦ ὀφθαλμοῦ ῥέοντα, ἐς τὰς παρειωδυνίας τε καὶ ἀγρυπνίας. ἐπὶ δὲ καὶ τὸν ὀφθαλμὸν οἷόν τε ἢ καταδεῖν. ἢν μὲν δύρεῃ ἐρρωγὼς τε καὶ ἀφὸ τῆς ῥωγμῆς ὑπερέχουσα ἡ ὄψις, πονηρὸν καὶ χαλεπὸν καθιδρύσαι. εἰ δὲ καὶ σπεδὼν ὑπὸ τῇ τοιούτῳ, τελέως ἀχρηστος ὁ ὀφθαλμὸς τοῦ. τοῦς δὲ ἄλλοις τρόποις τῶν ἑλκέων ἐς τὰ χωρία σκεπτόμενοι παρελέγω, καὶ τὰς τε σπεδόνας καὶ βαθυτῆτας, ἀναγκαῖον κατὰ τὶ ἰσμὶ τῶν ἑλκέων τὰ οὐλὰς γίνεσθαι. οἷσι μὲν οὖν ῥήγνυται οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ μὴ ὑπαρίσχουσιν ὥστε ἔξω τὴν ὄψιν τῆς χώρης εἶ), ἀδύνατοι ὠφε-

G λέεσθαι καὶ χρόνῳ καὶ τέχνῃ εἰς ὃ βλέπειν. τὰ δὲ σμικρὰ μετακινήματα τῶν ὀφρύων οἷά τε καθιδρύεσθαι, ἢν μήτε κακὸν ὀπιγένῃ μηδὲν, ὅ, τε ἀνθρωπος νέος ἦ. αἱ δὲ ἐκ τῶν ἑλκέων ὑλαὶ, οἷσιν αὐ μὴ κακόν τι ἀνῷο παρεσῇ, πᾶσαι οἴεσθαι ὠφελέεσθαι καὶ ὑπὸ τῶν χρόνων καὶ ὑπὸ τῶν φλέγματος. μάλιστα δὲ αἱ νεωστάταί τε καὶ ἐν τοῖσι νεωστάτοισι τῶν σωμάτων. τὰ δὲ χωρία, μάλιστα μὲν αἱ ὄψιες βλέπουσι ἑλκόμενοι. ἔπειτα δὲ ὑπαράνω τῶν ὀφρύων. ἔπειτα δὲ καὶ ὅ, τι αὐ ἄλλο χρῆσιν ἢ τόπων τῶν τόπων. αἱ δὲ χῶραι πλαωκοῦμεναι, ἢ ἀργυεοειδέες γινόμεναι, ἢ κυανέαι, οὐδὲν χρηστόν. τοῦτέων δὲ ὀλίγαι ἀμείνους. ὁκόσαι δὲ σμικρότεραι φαίνονται. ἢ βρυτεραι. ἢ γανίας ἔχουσαι, εἶτ' ἐκ παρεφασίων τοιαῦται γενοίατο, εἶτ' αὐτόμαται, ἀχλύες, καὶ νεφέλαι, καὶ αἰγίλιδες ἐκλεαίνονταί τε καὶ ἀφανίζονται. ἢν μὴ ῥῶμα τὶ ὀπιγένῃται ἐν τοῦτῳ τῷ χωρίῳ.

idq; ex altero oculo profluat, valde diuturnum id quidem, sed sine periculo fit, idq; lippitudinis genus doloris expers est. Et in his præcipuè iudicatio considerandaest, quæ prima quidem fit circa vigesimũ diem. Quod tempus si superat, quadragesimus dies expectandus est, aut si neq; in his desinit, in sexaginta diebus soluitur. At toto tempore ad gramiam attẽtum esse oportet, num in digito misceatur, & alba ac mollis fiat, idq; præcipuè sub iudicationis tempus, tum nanque vbi finitur, id euenire solet. Quòd si hæc vtrunq; oculum inuaserũt, maius est vlcerum periculum, sed breui soluẽtur. Gramiæ autem siccæ vehementes dolores afferunt, breui tamen soluuntur, nisi oculus vulnus acceperit. Tumor verò magnus, doloris expers & siccus, sine periculo est. Quòd si cum dolore est, siccus quidem malus, metuq; est ne oculum exulceret ac palpebræ coeant. Formidabilis quoq; est, vbi cum lachryma coniũctum dolorem habet. Nam si lachryma calida & salsa profluit, in pupilla & palpebris exulcerationis periculũ est. At si tumor quidem constiterit, lachryma verò multa diutiùs effunditur, & gramię tenent, viris quidem palpebrarum euersionem rectè prædixeris, at mulieribus & pueris exulcerationem & palpebrarum euersionem. Si verò gramiæ pallidæ aut liuidæ fuerint, lachrymãque multa & calida, caput ardor occupet, ex temporibus ad oculum dolor tendat, insomniaq; his accesserit, vlcus in oculo factum esse necesse est, ac vt rumpatur metus est. Iuuat autem succedens febris, aut dolor in lumbos firmatus. His verò futurorum prædictionem rectè institues, si & temporis & eorum quæ ex oculo fluũt rationem inieris, tum etiam grauissimorum dolorum, tum vigiliarum. Sed vbi oculum introspicere licet, si quidem ruptum inueneris, & per rimam pupilla extiterit, malum significat, nec facilè restituitur. Quòd si etiam putredo subsit, nulli ampliùs est vsui. Reliqua verò vlcerum genera prædicere licet, & locorum putredines & altitudines intuenti. Provlcerum magnitudine cicatrices fieri necesse est. Quibus igitur rumpuntur oculi, posteaque adeò extant vt pupilla loco mota esse videatur, iis nec vllo tempore, neque arte, vt videant, opem ferre licet. At paruæ pupillarum dimotiones restitui possunt, dum ne quid mali accesserit & iuuenis sit æger. Vlcerum verò cicatrices, si non aliud malum subsit, omnes & à tempore & ab arte iuuari posse existimandæ sunt, ac præcipuè quæ recentissimè & in iuuenum corporibus contractæ sunt. Ex locis autem insignem facit noxiam pupillæ acies si exulceretur, secundum eam id quod est supra supercilia, deinde verò quicquid his locis fuerit proximum. Pupillæ quoque cæsium, aut argenteum, aut cæruleum colorem nactæ, improbandæ sunt. His aliquantùm meliores existimandæ sunt, quæ aut minores, aut ampliores apparent, aut angulos habent, siue id ex manifesta causa, siue sponte contingat. Caligines & nubeculæ, ac subalbicantes cicatrices ægides dictæ, exteruntur ac euanescunt, nisi eo in loco vulnus aliquod subortum sit,

aut illic antea cicatricem aut vnguem esse contigerit. Quòd si in oculi nigro resplendens cicatrix orta sit, nigri aliquid dealbat, ita vt si diutiùs perseueret & aspera & crassa, etiã vestigiũ aliquod postea relinquat. Iudicationes verò non secus ac in febribus scripsi, ita & hic se habent. Sed & obseruatis signis, pro genere quidem lippitudinum, prædictionem instituas licet. Nempe diuturnas lippitudines fore, vbi pessima signa affuerint, velut in singulis descriptum est. Breues verò, vbi optima signa comparuerint, eásque septimo die aut proximis diebus finiendas prædicere, ac alioqui in tuto esse existimare oportet. Quibus autem lenamentum adfuerit, si id neque iudicatoriis diebus, neque cum bonis signis contingat, in iis recidiuæ metuendę sunt. Imprimis verò in oculorum affectibus vrinæ status in cosiderationem adhibendus est. Occasio nanque præceps est & lubrica.

ἢ πρόσθεν τύχῃ οὐλὴ ἔχων ἐν παχέϊ τούτῳ, ἢ πρε- A
ρύγιον. ἢν δὲ πρόληψις ἴδωσι ἀπολευκαίνῃ τὸ μέλα-
νος μειόνων, εἰ πουλὺ χρόνον πρόσθεν, καὶ ῥηγεῖν τὲ
καὶ παχεῖν, καὶ μυκτιῶν ὑποκαταλιπεῖν. αἱ δὲ κρί-
σιες ὡς ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἔγραψα, οὕτω καὶ ἐνθάδε ἔ-
χουσιν. ἀλλὰ χρὴ τὰ σημεῖα σκοπεῦντα προλέγειν. τὰς
μὲν ἀμφοτέρας τῶν ὀφθαλμῶν, ὅταν τὰ κάκιστα τῶν
σημείων ὑπάρχῃσι, τὰς δὲ πολυχρονίους τῶν ὀφθαλμῶν, B
ὡς ἀμφοτέρας ἐφ' ἑκάτερα. τὰς δὲ ὀλιγοχρονίους, ὅ-
ταν τὰ σημεῖα προφαίνεται τὰ ἄριστα, τότε προλέγειν
ἑβδομάδας παύσασθαι, ἢ ἐλάσσους τούτων, καὶ ἄλλως ἀσφα-
λῶς νομίζειν ἔχειν. τὰς δὲ ὑποστροφὰς προσδέχεσθαι, οἷ-
σιν αὖ ῥαστῶναι ἤδωνται, μήτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι, μή-
τε σημείων ἀγαθῶν ὑπαρχόντων. πρὸ πάντων δὲ χρὴ μάλιστα C
τὴν κατάστασιν τοῦ οὔρου, ἐν οἷσι δεῖ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐνθυμεῖσθαι. οἱ γὰρ κυρεῖ ὀξέες.

Ὀφθαλμοὶ δὲ λημῶντες] Lippientium oculorum prædictionem instituit, ex tumoris, lachrymarum, ac pituitæ quæ in ipsa lippitudine videntur, tum qualitate, tum quantitate. Idque eò fit, quòd cum ingentibus & variis casibus oculi nostri pateant, iidemque magnam partem ad vitæ simul & vsum & dulcedinem conferant, summa cura tuendi sunt. Hunc autem locum disertè Celsus totum expressit ac in vsum suum transtulit cap. 6. lib. 6. Protinus autem orta lippitudine, quædam notæ sunt, ex quibus quid euenturum sit colligere possimus. Nam simul ac lachryma, & tumor, & crassa pituita cœperint, si ea pituita lachrymæ mixta est, & ea lachryma calida est, pituita verò alba & mollis, tumor non durus, longæ valetudinis metus non est. Vbi aduertere licet mendosè in omnibus Celsi codicibus legi (& ea lachryma calida est) pro, (neque ea lachryma calida est) vt ex Græco contextu & sequentibus ex aduerso his respondentibus manifestò patet. Denique λήμων, quæ sordes est lippientium oculorum & pituita concrescens, Celsus pituitam vertit, nos gramiam dicimus, quòd sint gramiæ Nonio oculorum pituitæ, vnde gramiosi oculi dicantur. Plinius cap. 13. lib. 25. Cretheus agrios gramias tollit oculorum impositus. Caluus hîc pro ἐπημάθοισιν ἀπαλλάθοισιν aut ἀπαλλάθοντας, legisse videtur, sed ἐπαλλάθειν hîc successum & quid euenturum sit ostendit.

ἢν δὲ δάκρυον] Celsus. At si lachryma multa & calida, pituitæ paulum, tumor modicus, idque in vno oculo est, longum id sed sine periculo futurum est. Idque lippitudinis genus minimè cum dolore est, sed vix ante vigesimum diem tollitur, nonnunquam per duos menses durat, sed quandoque finitur.

πρόσθεν παύσασθαι ἢ ἐλάσσονα] Celsus breuissimè hoc totum complexus est. Si pituita alba & mollis esse incipit, lachrymæque miscetur aut si simul hæ oculum vtrunque inuaserunt, potest esse breuior, sed periculum vlcerum est. Ex quibus cuiuis patet Celsum ἢν πρὸ δακρύων τι μίσγῃ τοῦ, legisse, aut ἢν σπὼ τῷ δακρύῳ, pro δακτύλῳ. Atque ea mihi germana esse lectio videtur, contra tamen omnium quæ adhuc videre licuit exemplarium fidem. Etsi publicata lectio quodammodo stare potest, vt ad digiti contactum pituita hæreat ac misceatur lachrymæ, quo exploret, an mollis sit & maturari cœperit. Vitiosus est autem Afulanus codex, qui ὑπαιμοτέρου pro ἐπικινδυνώτερος legit. Oculos enim indicat vlcerum periculo promptè esse expositos. E

λῦμαι δὲ ξηραὶ] Sic Celsus. Pituita autem sicca & arida dolorem quidem mouet, sed maturiùs desinit, nisi quid exulcerauit. Tumor magnus si sine dolore est & siccus, sine vllo periculo est. Si siccus quidem, sed cum dolore est, ferè exulcerat, & nonnunquam ex eo casu fit, vt palpebra cum oculo conglutinetur. Eiusdem exulcerationis timor in palpebris pupillisve est, vbi super magnum dolorem lachrymæ salsæ calidæque eunt, aut etiamsi tumore finito diu lachryma cum pituita profluat. Sic enim legendum censeo, non vt vulgata exemplaria habent (tumore infinito) Hîc enim καθίστησι οἴδημα tumorem subsidentem & finitum vocat Celsus. Fit autem palpebrarum euersio lachrymis calidis, salsis, acribus diutiùs euntibus, pituitaque sicca & arida cum tumore & dolore vrgente, & iugi exulceratione prægressa, supercrescente carne. Idque vitij genus ἐκτρόπιον Medicis dicitur. De quo agit Paulus lib. 3. & 6. & Aëtius lib. 7. cap. 71. ac Celsus lib. 6. cap. 7. F

ἢν δὲ λῦμαι χλωραὶ] Celsus sic expressit, Peius etiamnum est, vbi pituita calida aut liuida est, lachryma calida aut multa profluit, caput calet, à temporibus ad oculos dolor peruenit, nocturna vigilia vrget. Siquidem sub his oculus plærunque rumpitur, vorumque est, vt tantùm exulceretur. Ex quibus manifestum vitium apparet, & in omnibus obtinuit exemplatibus. Nam pro calida pituita, haud dubiè pallida legenda est. Horum autem prædictionem adornant quæ scribuntur in Coacis Præsagiis, οἷσιν ὀφθαλμοῖσι καφαλαλγίη προσγίνεται, ἢ πρόσκοπος ἐθεῖ χρόνον πολὺ, κίνδυνος τυφλοῦσθαι. Quibus cum lippitudine capitis dolor accedit diuque perseuerat, cæcitatis metus impendet.

ὠφελέει δὲ] Celsus. Intus ruptum oculum febricula iuuat. In Coacis etiam, ὀφθαλμῶν τι αὐδρὶ, πυρετὸ ὑπηνθυμένῳ λύσις. Lippitudine affecto suborta febris solutionem affert. Qua de re illic scripsimus. Firmatus autem in lumbos dolor, transpositi humoris ratione prodesse potest, sicque per aluum secedere, quomodo in Coacis dixit, αἱ περὶ ὀφθαλμοῦ ἐπαναστάσιες ἐν τῇσιν αἱ κοιλίαι, κοιλίῃ καταῤῥηγνυσιν. Erumpentes circa oculos eminentiæ, dum ægri ex morbo recreantur, proruptura alui spem faciunt. Vitiosa sunt autem exemplaria quæ ὀφρῦν pro ὀσφῦν legunt. Quædam etiam manu scripta σκέλεσι legunt. G

πόψις] ὄψις id quo cernimus indicat & pupillæ foramen quod videndi aciem effundit, & per quod spiritus visorius viam facit, & acies ac videndi facultas proficiscitur, indeque pro pupilla sumitur Tullio lib. 2. de Natura Deorum. Sic Rufo ὄψις κόρη dicitur, & quod in oculo medium cernimus. Idem quoque aliàs scribit, κόρας καὶ ὄψις dici, vel vt aliis placet, ὄψιν ἣν βλέπομεν.

αὐτοκρίνον μὴ] Interpretes τὸ legisse videntur, quod optimè quadrat, contra tamen omnium exemplarium fidem.

εἶσι μὲν οὖν ῥήγνυται] Celsus. Si foras iam ruptus procedit, sine auxilio est.

πόσον οἴεσθαι] οἷαί τι legunt exemplaria duo Regia manu scripta.

αἱ ὄψιες] Hîc pupillæ aciem dixi, pupillæ foramen vnde cernendi potentia & spiritus visorius effunditur, intelligens, speciem non ineptè Caluus vertit, esseq; videtur quam γλαῦκα Rufus vocat. Exulceratus autem locus ille insignem ac præcipuam noxam facit, cùm omnem videndi potentiam effundat. Exemplaria autem quædam ἑλκόμενοι pro ἑλκούμεναι legunt. H

A Εὐπτων τῶν πόπων] Vitiosa sunt exemplaria manu scripta quæ πρόσπον legunt.

αἱ δὲ κόραι γλαυκούμεναι] Hoc loco natiua oculorum temperies non instituitur, sed de offensionibus oculorum & iniuriis externis agitur, à quibus offensæ pupillæ glauescunt, aut argenteum colorem, hoc est lucidum & albidum assumunt, condẽsato & resicato humore crystallino, aut eo humoris aquei impuritate & copia obtenebrato, cæruleæ fiunt. Glaucedo igitur est humoris crystallini in glaucum transmutatio, quæ aut illius contractione & densatione fit, aut humorum affluxu eius albedine & splendore obsepto & offuscato. Sic enim recentiores apud Paulum hæc crystallini humoris vitia ab humiditate proficisci statuunt. Quæ certè etiam huic loco in quo maxima est fluxionis humorum in oculos actio, competere videntur. De glaucis verò oculis & eorum attributionibus & causis, multa à nobis ex Galeno & Arist. dicta sunt Com. in lib. 2. epid. Hic autem pupillæ vitium γλαύκωσιν aut γλαύκωμα intelligit. Est autem γλαύκωσις τῶν κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ εἰς λευκὸν ὑδατώδη χροιὰν μεταβολή, δι' ὧν τὸ βλέπειν κωλύεται, Authori definit. Medicarum, hoc est, humoris crystallini in album & aqueum colorem mutatio, à qua visus impeditur. De ea etiam agit Gal. B lib. 10. de vsu partium. De glaucomate verò Paulus lib. 3. & Aëtius lib. 7. & Gal. Comm. ad aphor. 31. libr. 3. & nos fusissimè in nostra Œconomia.

Ἐυπτέων ὀλίγου ἀμένους] ὀλίγας pro ὀλίγον legunt exemplaria publicata. Hoc verò vitium σύγχυσις ὀφθαλμοῦ Græcis dicitur, & insignia vulnera aut vuea tunicæ inflammationem sequitur, vt scribit Aëtius lib. 7.

ἀχλύες] Ἀχλὺς autori Isagoges est vitium in nigro oculi & cicatricula à superficiaria exulceratione contracta. Sic enim definitur, ἀχλὺς ὅτι πρὸς ὅλον τὸ μέλαν ἀπὸ ἑλκώσεως ὑπόπολαιὸς ἐστι λεπτοτάτη αἰεὶ ἀχλυώδεις φαντασία. Aëtio autem ἀχλὺς ὑπόπλαιος δέ ἐν ἕλκωσιν ὅτι τὸ μέλανος γιγνομένη, φαντασία ἀχλυώδεις αἰεὶ τῷ χρώματι κυκεῶδ, πολλοῦ τι περὶ ἐπέχουσα τὸ μέλανος. ὅταν δὲ ὅτι τὴ κόρης ἤθηται, ῥᾴδιος ὁρᾶσι. ἀχλὺς est superficiaria vlceratio in oculi nigro orta, aëri caligini oso affinis, colore cæruleo, magnam nigri partem occupãs. Cùm verò in pupilla extiterit, non facilè videt.

νεφέλαι] νεφέλιον δὲ ἕλκος ὑπόπολαιον Ο μικρῷ μᾶλλον αἰρέμου Ο λευκὸν Authori Isagoges, hoc est, vlcus superficiale & argemo paulo maius C ac album. Aëtio verò νεφέλιον καλεῖται τὸ ὅτι τὸ μέλανος βραχύτερον τὴ ἀχλύος ἕλκος Ο μικρότερον, τῇ δὲ χρόᾳ λευκότερον. Nubecula vocatur vlcus in nigro caligine profundius ac minus, & colore albius. Paulo autem lib. 3. νεφέλιον vt hîc quoque inter summas & superficiarias oculorum cicatrices accensetur.

αἰγίδες] αἰγίδες hîc dicuntur subalbicantes cicatrices ex actioris in oculos pituitæ affluxu contractæ, vt ex Galeno ὀνομάζεται patet, in dictione ἀγλίν, etsi in Coacis aliud quid significant. Qua de re in Coacis Præsagiis plura adscripsimus, huiusq; loci mentionem iniecimus. Dicuntur autem αἰγίδες fortè παρὰ τὸ αἰγίζειν, quod Hesychio ἀγαπᾶν, dilacerare significat. Cal. hîc αἰγίδας stillas lucidas fulgentes interpretatur, Varinum fortè secutus, qui ἀποστίλβας τὴ ὀφθαλμοῦ esse scribit. Sed certè hunc locum mirè perturbauit cùm ista superioribus iunxit, adeò vt ne germanus authoris sensus ex eo erui possit.

περύγιον] Vnguis, quod πτερύγιον Græci vocant, est membranula neruosa oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque peruenit, eiq; officit, vt scribit Celsus lib. 7. cap. 7. Authot quoque Isagoges πτερύγιον esse dicit, ὅταν ὅτι πλέον ἕλκωθῇ τῷ ὑποδοκάσιν τῇ λευκοῦ, ὑμὴν νευρώδης ὑπεδράμῃ τὴ ὀφθαλμὸν, αἰζάμενος ἀπὸ ἄνως τοῦ καθ' ὅλου, ἕως οὗ μέλανος Ο τὴ κόρης ἐφάψῃται. Vnguis est in D albo oculi vlcera modum exulcerato & carne impleto, membranula tenuis & neruosa ad oculum excurrens, ab angulo exoriens donec ad nigrum & pupillam pertingat. Sic enim κόρης potiùs quàm κορυφῆς legendum existimo, ex Paulo & Aëtio, contra omnium codicum & interpretum fidem. Caluus porrò contrarium planè sensum sibi affinxit.

πρόληψις] Exemplaria omnia tum scripta, tum publicata, vitium retinent, cùm πρόληψις indubitata fide legendum sit, vt patet ex Gal. ὀνομάζεται γλαῦκωσις. Illic enim πρόληψιν explicatur ἡ ὧν τῷ μέλανι τὴ ὀφθαλμοῦ ὑπόπλαμπτον Ο ἀνὴ, δι' ὃ τὸ ἡσυχῆ παχυτέρων (ἢ) τὴ αὐγίδος, in oculorum nigro splendicans cicatrix, eò quòd paulò crassior sit quàm quæ ægis dicitur. Neque enim video cuinam loco aptiùs accommodari possit. Quod etiam rectè vidit Cornarius, non est autem assecutus Caluus. Celsus verò hunc locum aliqua ex parte sic expressit. Si de nigro aliquid albidum factum est, diu manet. At si asperum aut crassum est, etiam post curationem vestigium aliquod relinquit. Sic enim legendum esse vel ex hoc loco patet. Quòd ad literam attinet, ὑπολευκαίνει τὸ μέλανος μειόνων ἢ, ὡς εἰ πολὺ χρόνου προσμένη &c. lego ex codicibus integrioribus. Quam lectionem etiam secutus est Cornarius. E

πολυχρονίους] Integriora exemplaria manu scripta πολυχρονίους habent.

πρὸ τὴ προλέγειν] Sic ferè omnia exemplaria tum publicata, tum scripta, & hanc lectionem secuti sunt interpretes: πρὸ, πρὸς tamen mihi magis placet ex scripto εοφ; fidelissimo codice, quem secutus est Morelius.

πολὺ χρόνον προσμένη] Caput est in tota iudicij disciplina celeberrimum, quod præcipuè febribus accommodatur ab Hipp. in Progn. & Coac. Præsagiis. Καὶ ὁ ἀλόγος ῥαστωνὴ πάντα φιλοπόροφα. δῆλον δ' ὅτι τῶν ἀλόγως ῥαστωνήσαι λέγοιτ' αὖ (vt scribit Gal.) ὅταν μὴ πρὸ σημείων λυσιτελοῦν, μήτε ἐν κρισίμοις ἡμέραις ἔδοξε πεπαῦσθαι. πάντων δὲ χρὴ μάλιστα] In oculorum affectibus vrinæ statum adhiberi vult, vt plenior instituatur prædictio, non secus ac in pleuritide & peripneumonia, in Coac. Præsagiis, etsi inde propria affectus cognitio peti non possit aut debeat. κατάστασιν verò pro κατάστασιν legunt exemplaria quædam, quod vidit etiam Caluus.

F Αἱ δὲ δυσεντερίαι ἐκ πυρετῶν μὲν ἢν ὑπάρχωσιν, ἢ ποικίλοισί τε δυσχρήμασιν, ἢ ἐκ φλεγμονῆς ἥπατος, ἢ ὑποχονδρίου, ἢ γαστρὸς, ἢ ὅσαι ἐπώδυνοι, ἢ ὅσαι τῶ σιτίων ἀπολαμβάνουσιν, δίψαν τε παρέχουσιν, αὗται μὲν πᾶσαι ποιηραί. καὶ ὃς ἂν πλήσῃ ἐκ τούτων τῶ κακῶν, τάχιστα ἀπολήσει. ὧν δ' ἂν ἐλάχιστα τῶ τοιούτων προσῇ, πλήσῃ αὐτῷ ἐλπίδες. ἀποθνήσκουσι δὲ ὑπὸ τούτης τῆς νόσου μάλιστα παιδία τὰ πεντάετέα, καὶ γραῦς τρεῖς τε τὰ δεκαετέα. αἱ δ' ἡλικίαι ἥδιστον. ὅσαι δὲ τῶ δυσεντεριῶν λιστίβεες, τὰ μὲν κακὰ τοῦτα οὐκ ἐμποιέουσιν. αἷμα δὲ καὶ ξύσματα δυσχρήσαντα, ἐπαυσαντο ἑβδομαῖα, ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταῖα, ἢ εἰκοσταῖα, ἢ τεσσαρακονθήμερα, ἢ ἐντὸς τούτων τῶ χρόνων. τὰ τοιαῦτα δὲ δυσχρήματα καὶ ὑπάρχοντα πρόσθεν ἐν τοῖσι σώμασι, νοσήματα ὀλιγάκις. τὰ μὲν πθραιότερα, ἢν πλείονι χρόνῳ. τὰ δὲ νεώτερα, δυσὶν καὶ ὀλίγησιν ἡμέρῃσιν ἀπθραίσεν. ἐπεὶ καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσαι καὶ αὗται πρόσκαιρον. μᾶλλον ἐς τὰς πόλεις τε καὶ ἐν τῶν πόκων, καὶ τὰ ἔμβρυα ἀμαυρόοισιν, αἵματός τε καὶ ξύσματος ἀμαυρεόντων, καὶ πολλοὶς μὴ-

At tormina ea quidem omnia mala sunt, si cum febre quidem inuadunt, aut variis alui recrementis, aut iecoris inflammatione, aut præcordiorum, aut ventris, aut quæcunque doloribus cruciant, aut cibos cohibent, sitimq; inferunt. Ac celerrimè is perit, quem maxima pars horum malorũ occupat. Huic verò plurimum inest spei, cui horum paucissima adsunt. Itéque morbus præcipuè pueros à quinto anno perimit, & qui eum superant ad decimum vsque, cæteræ ætates tutiores sunt. Vtilia autem tormina sunt quæ his malis non affligunt. At vbi sanguis & strigmẽta per aluum reiecta fuerint, septimo die desinũt, aut decimoquarto, aut vigesimo, aut quadragesimo, aut intra hoc tempus. Huiusmodi nanq; deiectiones etiam eos qui ante fuerunt in corporibus morbos tollunt: inueteratos quidem spatio temporis maiore, recentes verò etiam paucis diebus leuare possunt. Siquidem & prægnantes ipsæ etiam plærunque ad partum supersunt, & ex partu, fœtumq; conseruant, etiamsi per multos men-

ses ſanguis & ſtrigmenta per aluum ſecedãt, niſi ſi dolore affligantur, aut aliquod ex malis ſignis quæ in difficultatibus inteſtinorum adeſſe ſcripta ſunt, acceſſerit. Quòd ſi horum aliquod adeſſe viſum fuerit, & fœtui perniciem, ac prægnanti periculum denunciat, niſi poſt fœtus abſolutionem, aut ſecundarum dimiſſionem, ipſa tormina eodem die, aut non multò poſt, ceſſauerint.

νας, ἢν μὴ ἡ ὀδὼν αὐτῆσι παρεσῇ, ἢ ἄλλοσε τῶν πονηρῶν ἔνεστι σημείων ἐστί) ἐν τῇσι δυσεντερείῃσι, ὅκοσοι τοῦ εἰ δὲ ἢ κενεὼν ὁκοῖος φαίνοιτο, τῷ τε ἐμβρύῳ ὄλεθρον σημαίνει. καὶ τῇ ἐγκύῃσι κίνδυνον, ἢν μὴ μετὰ τὸ ἐμβρύου τὴν ἀποφόλιν, καὶ ὑστέρου τὴν ἀπόλεσιν, ἢ δυσεντερείη παύσηται αὐθημερὸν, ἢ μετ' ὀλίγον χρόνον.

A

αἱ δὲ δυσεντερίαι] Corn. Celſus hunc locum ſic expreſſit cap. 8. lib. 2. Deiectionibus quoq; ſi febris acceſſit, ſi inflammatio iocinoris, aut præcordiorum, aut ventris, ſi immodica ſitis, ſi lõgius tempus, ſi aluus varia, ſi cum dolore eſt, etiam mortis periculum ſubeſt, maximeq; ſi inter hæc tormina vetera eſſe cœperunt. Reliqua quæ hîc deficiunt, Celſus ex lib. περὶ παθῶν mutuatus eſt. Cæterùm tenuibus inteſtinis exulceratis, dolores circa vmbilicum conſiſtunt, biliosa & porracea atque omninò variegata per aluum excernuntur, ſtercori commixta, citra tamen ramentorum complexum, cum torminibus & mordacitate deſperationeq; ac exolutione, vt non procul ægri abſint ab animi deliquio, ſiti quoque infeſtantur, ac febricitant. Atq; ea ſunt perniciosiſſimæ dyſenteriæ ſigna ex Aëtio.

B

ἢ ὅσαι τῶν σιτίων ἀπολαμβανόντων] Nouè dictum eſt σιτίων ἀπολαμβανόντων, pro ἀνορέκτοις & cibos faſtidientibus, velut antea Prorrh. 1. ἀπολελαμμένα σῖτα, intercepti cibi & cohibiti, & pro iis qui ciborum admotione excluduntur, ponuntur. Sic enim explicat Gal. ὥσπερ ⊖ σίτων ἀπολελαμμένων, οὓς ἐφοῖτο ἐμεμνήνευσεν, ἔνιοι μὲ τὰς ἀνορέκτους θαείν εἰρῆσθ ῥιῶ. ὡς εἰ ⊖ ἀπεκλησμένοις εἰρήκει τῶν σιτίων παρεσόρας. Ἀπόσιτοι autem & ciborum faſtidia in diuturnis inteſtinorum difficultatibus, præſertim cum febre peſſima, ex aph. 3. lib. 6. Aëtius quoque in ieiuni inteſtini exulceratione, ſitim multam, nauſeam, vomitum, à cibis auerſum animum, ac febres malignas, deniq; præſens periculum adeſſe teſtatur.

C

ἀποθνήσκουσι δ'] Celſus. Iſq; morbus maximè pueros abſumit vſque ad annum decimum. Cæteræ ætates faciliùs ſuſtinent. Item, prodeſtq; in hoc morbo, ſi iam ætate aliquis proceſſit. Aëtius pueros ab vlcere depaſcente ac ſerpente magis opprimi ſcribit, ad ætatis vigorem. Eos autem qui in ætatis vigore ſunt conſtituti, ſanguinis eruptioni magis eſſe obnoxios. Seniores quoque à fluxionibus promptiùs læditur.

τὰ μὲ παλαιότερα] Exemplaria manu ſcripta duo ὀλίγονι χρόνῳ legunt, reliqua τῷ πολύνι χρόνῳ. Hîc verò agitur de dyſenteria quam hepaticam & cruentam vocat Gal. lib. 6. de loc. aff. & Com. 4. in lib. de art. & quæ interdum ſalutariter plurimos iudicat morbos. Aut certè id excretionis cruentæ genus ſubindicatur, quod proprio nomine caret, & à Paulo libr. 3. ſub dyſenteria comprehenditur: In quo melancholicus & ſplendeſcens ſanguis reiicitur, (vt ſcribit Gal. lib. 6. de Sympt. Cauſ.) & bile flaua vel atra permixta, propter acrimoniam venarum orificia ſtimulata reſerantur, ac plærunq; iudicatoriè nigra & pici liquidæ ſimilia ſalutariter egeruntur, vt ſcribit Gal. lib. de atra bile & lib. 6. de loc. aff. idq; in dies experimur in opere faciundo medico.

D

ἐπεὶ ⊖ ἀνωφερὶ ἔχουσι] Hunc totum locum ſic expreſſit Celſus, Acria tormina quidem periculoſa non ſunt, ſi ſanguis & ſtrigmẽta deſcendunt, dum febris cæteræq; acceſſiones huius morbi abſint, adeò vt etiam grauida mulier non ſolùm reſeruari poſſit, ſed etiam partum reſeruate. In quibus verbis vitium mihi ſubeſſe videtur, cùm non agatur hic de veris torminibus aut germana dyſenteria quæ & prægnanti plurimùm officit, atque etiam ſi ipſa conualuit, fœtum tamen perdit, vt poſtea ſcribit Celſus: neq; aliàs ferè ſoleat acria tormina dyſenteriam vocare, etſi crebra tamen incidit mentio: Tum quòd non videantur acria dici debere tormina, quæ abſq; febre, dolore, cæreriſq; grauibus ſymptomatis inuadunt. Legendum igitur exiſtimo, Ac ea tormina, pro acria, contra tamen omnium quos videre licuit codicum fidem.

ἢ ἄλλο τῶν πονηρῶν] Hæc ſyncera eſt & germana lectio. Vitiosa verò exemplaria cum Aſulano quæ legunt, ἀλλ' ὅπ τῶν πονηρῶν ἔχει σημείων ἐστί) ἐν τῇσι δυσεντερείῃσι ὀδηχυίας.

E

εἰ δὲ ἢ κενεὼν ὁκοῖος φαίνοιτο] Celſus ſic de torminibus ac dyſenteria agens. Mulier quoque grauida eiuſmodi caſu rapi poreſt, atque etiam ipſa ſi conualuit, partum tamen perdit. Et ex aph. 34. lib. 5. Mulieri grauidæ ſine modo fuſa aluus, elidere partum poteſt.

Aliquot diebus dyſenteria, ſi ſanguis & ſtrigmẽta deſcendunt, ſi febris acceſſerit, ſi inflammatio iocinoris, aut præcordiorum, aut ventris, ſi immodica ſitis, ſi longius tempus, ſi aluus varia, ſi cum dolore eſt, etiam mortis periculum ſubeſt, maximeq; ſi inter hæc tormina vetera eſſe cœperunt. Reliqua quæ hîc deficiunt, Celſus ex lib. περὶ παθῶν mutuatus eſt. Cæterùm tenuibus inteſtinis exulceratis, dolores circa vmbilicum conſiſtunt, biliosa & porracea atque omninò variegata per aluum excernuntur, ſtercori commixta, citra tamen ramentorum complexum, cum torminibus & mordacitate deſperationeq; ac exolutione, vt non procul ægri abſint ab animi deliquio, ſiti quoque infeſtantur, ac febricitant. Atq; ea ſunt perniciosiſſimæ dyſenteriæ ſigna ex Aëtio.

Aἱ δὲ λιεντερίαι, ξυνεχέες μὲν καὶ πολυχρόνιοι, καὶ πᾶσαν ὥρην ξὺν φόφοισί τε καὶ αὐξῇ φόφων ἐκτεταρασσόμεναι. καὶ ὁμοίως νυκτός τε καὶ ἡμέρης ἐπικείμεναι, καὶ τῶν διαχωρήματος ἐμπιόντος, ἢ ὠμοδιχυρῶς, ἢ μέλανος τε καὶ λείου, καὶ δυσώδεος. αὗται μὲν πᾶσαι πονηραί. καὶ λαὸ δίψαν παρέχουσι. καὶ ὃ ποτὸν οὐκ ἐς τὴν κύστιν βέπουσιν, ὥστε δυρέεσθαι. καὶ ὃ σῶμα ἀξελκοῦσι, καὶ ἔρυθρος ἀξηρμένον, ὅκοῖ τοῦ προσώπου ποιέουσι. καὶ ἐφήλιδας πολυτοῖα χρώματα ἐχούσας. ἅμα δὲ καὶ τοῖς γαστέρας ἀποζύμους τε καὶ ῥυπώδας ἀποδεικνύουσι, καὶ ῥυπαράς. ἐν δὲ τοῦ τοιούτων, ἐαθίφ τε ἀδυνάτοι γίνονται οἱ ἀνθρωποι, καὶ τῇσι πρόσθισι χρῆσθαι, καὶ τ' ἄλλα τὰ προσαστέα ποιέειν. ὃ γὰ νούσημα τοῦτο δεινότατον μὲν τοῖσι πρεσβυτέροισιν. ἰσχυρὸν δὲ καὶ, καὶ τοῖσιν ἀνδράσιν. τῇσι δὲ ἄλλησιν ἡλικίῃσι, πολλὰ ἐπόνησε. ὃς ἂς δὲ μὴ τε ἐν τῇσιν ἡλικίῃσιν ὅτι τοιούτοισιν ἔσι φημί, ἐπὶ τοῦ νοσήματος τούτου κακῶς πρεπέσθαι. ἐλέχιστα τε τοῦ σημείων ἔχει τοῦ πονηρῶν ἀνέχρα ἐστί), ἀσφαλέστατα διαφέρεται τοῦτο. θεραπείης δὲ πρόσδεῖται ἡ νοῦσος αὕτη, ἔτ' ἀν τύ, τε οὐδὲν χωρέηται τοῦ πινομένου κατ' λόγον, καὶ ὃ σῶμα τοῦ σιτίων εἰσιόντων αὔξηται. καὶ τοῦ χρειῶν τῶν πονηρῶν ἀπαλλαγῆ.

H

αἱ δὲ λιεν-

A αἱ δὲ λιεντερίαι] Celſus cap. 8. lib. 2. hunc locum ſic expreſſit, vitiosè tamen legitur omnibus in exemplaribus. At inteſtinorum læuitas periculoſior eſt, ſi frequens deiectio eſt: ſi venter omnibus horis & cum ſono, & ſine hoc profluit: ſi ſimiliter noctu & interdiu. Si quod excernitur aut crudum eſt, aut nigrum, & præter id etiam leue & mali odoris ſit: ſi ſitis vrget, ſi poſt potionem vrina non redditur, quod euenit, quia tunc liquor omnis nõ in veſicam, ſed in inteſtina deſcendit, ſi os exulceretur, ſi ruber facies, & quaſi maculis quibusdam colorum omnium diſtinguitur, ſi venter eſt quaſi fermentatus, pinguis atque rugoſus, ſi & cibi cupiditas non eſt. Inter quæ cùm euidens mors ſit, multò euidentior eſt, ſi iam longum quoque id vitium eſt, maximeq; ſi etiam in corpore ſenili eſt.

ἢ ἀμοδιχυρῶς] In læuitate inteſtinorum cibi ſecedunt inconfecti, liquidi & crudi, & nihil immutati vt ſcribit Galenus, σίτια ἄπεπα ὑγρὰ, vt ſcribitur lib. περὶ παθῶν. Et hîc quoq; (ſcribit Celſus cap. 6. lib. 4.) inteſtina nihil continere poſſunt, & quicquid aſſumptũ eſt imperfectum protinus reddunt. Qua ex cauſa cibum non ſentiunt, & malum corporis habitum acquirunt (Aëtius cap. vlt. lib. 9.

B καὶ ὃ ποτὸν οὐκ ἐς τὴν κύστιν] Huius rei cauſam reddit Celſus, quòd liquor omnis, non in veſicam, ſed in inteſtina deſcendat. Ventris nanque humore vnà cùm ciborum reliquiis exeunte, aluus quidem humidior fit, atque ideò plura deiicit, vrina verò paucior reddatur, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 83. lib. 4. Id quoque in Cholera morbo contingere ſcribit Aretæus, ἀλλ' ἐδὲ ἕρων ἀμίζεται ὑπὸ τῆς ἐς τὸ ἔν περιόν ἀθὸ ὑγρῶν μεταχεῖσιν.

γαστέρας ἀποζύμους] Fermentatum ventrem ex Celſo diximus, quod eſt in tumorem ſublatum, aut ſcabie & puſtulis exaſperatum, corrugatum, quæ omnia ex ſuccorum prauitate & humorum acrimonia contingunt, vnde & atrophia & cacochymia, deinde etiam corporis totius tabes ac extenuatio, & hydrops, ad inteſtinorum læuitatem ſuccedunt, vt ſcribimus in Coacis Præſagiis. Quin & ſqualidus ac rugoſus venter ex ſcabritie, & aſperitate, aut ſiccitate, propter iam confirmatam cachexiam aut ſuccorum corruptelam redditur, vnde etiam κνησμὸς & cutis prurigo ob humorum acrimoniam & morſum in Coacis annotatur. Satis autem patet Celſum ῥυπαρὰς pro ῥυπώδας malè legiſſe. Ac vt videtur lectio innouata & inſolens ἀποζύμως γαστὴρ, ſic haud ſcio an locus ſit integer, & num rectius ὑποζύριος pro ἀποζύμιος, aut ὑποζύμος rectius legi debere facili lapſu ſuſpicandum ſit, & locum iſtum à Galeno in Exegeſi indicari, cùm ὑποζύριος πρὸς γαστέρων dici hoc in Prorrhetico ſcribit, & παφυσοπιέσας aut προσεσταλμένας ſignificare, hoc eſt ventres reſiccatos, extenuatos, compreſſos & contractos. Quod ne vſpiam quidem hoc in Prorrhetico aptius quàm huic loco quadrat. Vbi etiam pro ὑποζύριος quidam ὑποξύρους legunt, vt & ὑποξήνεσα dicuntur Hippocrati libr. de fract. membrorum partes extremæ in acumen tenuatæ: vbi etiam ὑποξυεσα quidam legunt, veluti derasa, decisa. Cæterùm vitiosa ſunt exemplaria quæ πρὸς πρεπέσθαι pro πρεπέσθαι legunt.

C

θεραπείης δὲ προσδεῖται] Celſus. Contra, inteſtinorum læuitas faciliùs à teneris ætatibus depellitur, vtique ſi fieri vrina, & ali cibo corpus incipit. Etſi verò fieri vrina, vt facere vrinam, eleganter & populariter dicitur, ferri tamen pro reddi tolerabilius eſt, quòd χωρέεται hîc ponitur. In longis autem & perſeuerantibus inteſtinorum læuitatibus, ex ſuccorum prauitate alimoniam defraudante, corporis extenuatio ac malus habitus ſequitur: vnde ægri cibum non ſentiunt, decolorantur, & tandem tabeſcunt, vt patet ex

D lib. περὶ παθῶν & Coacis Præſagiis.

Reliqua alui profluuia quæ ſine febre ſunt, & paruo tempore durare, & mitia eſſe ſolent. Aut enim elota, aut ſua ſponte deſinent. Ceſſaturum autem alui ſeceſſum denunciaueris, vbi contrectato manu ventre nullus motus ſuberit, & ad extremam deiectionem flatus prodierit. Sedes autem procidit, viris quidem, quibus ora venarum ſanguinem fundunt (hæmorrhoidas vocant) vt alui fluxus corripit, pueris quoque calculoſis, & in diuturnis ac ſynceris inteſtinorum difficultatibus, ſenibus verò quibus mucoſæ quædam concretiones affixæ ſunt.

Αἱ δὲ ἀλιεντερίαι ὅσαι αὐθ πυρετῶν, καὶ ὀλιγοχρόνιοί τε καὶ λύθεες. ἢ λὸ κατοιμιφθεῖσαι πεπαύσονται), ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοματίου. προσαναρρόφῳ ὃ χρὴ παύεσθαι τὴν ὑπόξεσθν, ὅτοῦ τὴν τε κοιλίαν φαύσῃ τὸ γαστρὸς, μηδεμία κίνησις ἐπῇ. καὶ φύσα διέλθοι ὅλη τελευτῇ τοῦ διαχωρήματος. Ἕδραι δὲ ἀκρέπουν), αὐδράσι μὲν, ὅς αἱ αἱμορροΐδα λάβῃ ἔχουσας αἱμορροΐδας. παιδίοισι δὲ λιθιῶσί τε καὶ ἐν τῇσι δυσεντερείῃσι τῇσι μακρῇσί τε καὶ ἀκρήτοισι. προεσθυπαίθοισι δ', οἷς αἱ προσαπήγματα μύξης ἐνῇ.

E

αἱ δὲ λιεντερίαι ὅσαι] Celſus hunc locum ſic exprimit. Ipſa autem deiectio ſine vlla noxa eſt, quæ ſine febre eſt, ſi celeriter deſinit, ſi contacto ventre nullus motus eius ſentitur, ſi extremam aluum ſpiritus ſequitur. Verùm exemplaria vitiosè contracto ventre legunt pro contrectato. Idem quoque cap. 19. lib. 4. Sed vno die fluere aluum ſæpe pro valetudine eſt, atque etiam pluribus, dum febris abſit, & intra ſeptimum diem id conquieſcat. Purgatur enim corpus, & quod intus læſurum erat vtiliter effunditur, verùm ſpatium periculoſum eſt. Vitiosa ſunt autem exemplaria manuſcripta quæ φαύσῃται pro φαύσῃ legunt.

ἢ λὸ καταιμιφθεῖσαι] Sic legunt omnia quæ adhuc licuit videre exemplaria, & ablutum alui fluxum aut excocto lacte deterſum ac

F perpurgatum ſignificant. Sic enim alui fluentis curationem edocet lib. περὶ παθῶν. διαιμίφαι δὲ ⊖ πρὸ κοιλίαν γάλακτι ἐφθῷ. Veteres quoq; alui fluxione laborantibus lac bubulum ac caprinum recens mulctum & excoctum propinabant, in eoq; fluuiales ſilices ferrioq; laminas igne candefactas extinguebant. vt ex Philumeno patet apud Aëtium. Eiusmodi lac πεπυρωμένον γάλα dicitur libr. 7. Epid. in Eratolai puero, & γάλα ἐφθὸν lib. περὶ παθῶν, vt & γαλακτοῦδες Cœlio Aureliano. Caluus καταπεπυθεῖσαι, aut νίσι καθαρσαῖσι legiſſe videtur, cùm inedia remoratas fluxiones vertit. Inedia nanq; impetum ventris ſiſtit, in eoq; non ſolùm à cibo, ſed etiam à potione abſtineri vult Celſus.

ἕδραι δ' ἀκρέπουσι] Sedes procidit ac extra anum rectum inteſtinum prolabitur, affectis muſculis aut neruis, vel membranis alligantibus. Oritur autem vitium aut laxatis neruoſis corporibus, aut imbecillioribus ob nimiam mollitiem & humiditatem, vt in pueris; aut intemperiem aliquam frigidam. Interdum ob magnum adnixum in reddendis alui excrementis, aut iis acrioribus, vt in dyſenteriis & tineſmis. Interdum quoque ob inflammationem obortam, vt ſcribitur libello de fiſtulis. Ibidem quoq; à pituita aut

G bile ad rectum inteſtinum decumbente & affixa, hic morbus fieri ſcribitur, quas hîc mucoſas concretiones affixas aut agglutinationes vocare videtur, quales in ſenibus frequentes eſſe ſolent. Celſus mucoſo humore circumdatũ anum vocat cap. 18. lib. 6. Ad anum autem prolabentem ſcribuntur remedia ab Hipp. lib. de fiſtulis & Gal. lib. 9. κῆ πῆ. Celſ. cap. 18. lib. 6. Paulo lib. 3. & Aëtio lib. 14. cap. 7.

At mulieres quænam magis aut minus vterum geſtare ſint idoneæ, hunc in modum æſtimare licet, imprimis quidem in formas intuendo. Paruæ nanque grandioribus ad conceptum præſtant, tenues craſſis, candidæ rubris, nigræ liuentibus. Præſtant item quibus venæ extant, iis quibus minimè apparent. Quinetiam grandiori natu exuberans carnis moles, malo eſt: mammæ autem turgidæ & magnæ probantur.

Τῶν δὲ γυναικῶν ὅσαι μάλιστον καὶ ἥκιστον ἐν γαστρὶ λαμβάνειν πεφύκασιν ὧδε ἐπισκέπτεσθαι. πρῶτον μὲν τὰ εἴδεα. σμικραί τε γὰρ μείζονων ἀμείνονες ξυλλαμβάνειν. λεπταὶ παχέων, λευκαὶ ἐρυθρῶν, μέλαιναι πελιδνῶν. φλέβας ὅσαι ἐμφανέας ἔχουσιν, ἀμείνονες, ἢ ὅσῃσι μὴ καταφαίνονται. σάρκα δὲ ὅτι θρεπτὸν ἔχειν προεσθυμικῇ πονηρόν. μαζοὶ δὲ ὀγκηροί τε καὶ μεγάλοι, ἀγαθόν.

H

Atque ista quidem visui sunt exposita. At scisciterioportet num menstrua singulis mensibus appareant, & num satis idonea copia, & an boni sint coloris, æquali copia in singulis temporibus, & ratis mensium diebus effluant, quod quidem optimum est. Locus verò conceptui idoneus, quem sanè vterum nominamus, sanus esse, & siccus, & mollis debet, ac neque contractus, neque procliuis, neque ore distorto aut compresso, aut diducto. Etenim quicquid horum contigerit conceptum fieri impedit.

Τοῦτα μὲν τοῖς τῆς ὄψεως δηλαδή ἐστι. πιθανόν τε καὶ τοῖς περὶ τῆς κοιλιακῆς, ὡς πολλῆς φαίνοιτο. καὶ ὡς πλῆθος ἱκανὸν. καὶ ὡς ὀξεά τε καὶ ἴσα ἐν ἑκάστοισι τῆς χρόνων, καὶ ἐν τῆσιν αὐτῆσιν ἡμέρῃσι τῆς μινῶν. ὅπω γὰρ τοῦτα γένεται ἄριστον. ὃ δὲ χωρίον ἐν ᾧ ἡ σύλληψίς ἐστιν, ὃ δὴ μήτρεω ὀνομάζομεν, ὑγιὲς τε χρὴ εἶ, καὶ ξηρὸν, καὶ μαλθακὸν· καὶ μήτ' ἀνεστραμμένον ἔχω, μήτε τετραπετὲς, μήτε ὀρθὸ σῶμα αὐτῆς ἀπεστραφθω, μήτε ξυμμεμυκέτω, μήτ' ἐκπεπλήχθω. ἀμήχανον γὰρ ὅ, τι αἱ ἡ τῆς τοιούτων κωλυμάτων σύλληψιν γένεται.

τῆς δὲ γυναικῶν] Ad generis propagationem, quæ omnium animos natura duce peruasit, plurimùm conducit fœcunditatis ac sterilitatis dignotio, summáque artis Medicæ pars est conceptus procuratio. Vt ergo ad hanc rem rectè instituatur prædictio, primùm mulieres ad procreandum habiles aut ineptæ præuidendæ sunt, deinde conceptum impedientes aut remorantes causæ auertendę & expugnandæ. Quod quidem ab Hippocrate, diligenter est factitatum in tota muliebrium morborum tractatione, & libris περὶ ἀφόρων, & περὶ γυναικείας φύσιος, & περὶ ὀλιγαιμίης. Quòd autem ad mulierum formas attinet, eæ ad concipiendum idoneæ statuuntur, quæ corporis habent proceritatem moderatam, lumbos latos & superiorem ventrem, nates eminentes, pectus angustum, mammas amplas, quæ neque viragines, neque corporis habitu denso, aut duro præditæ sunt, neque contra humecto ac languido, neque alui fluxione assidua laborant, sed & recta ratione & læta mente funguntur, vt scribit Aëtius.

πιθανόν τε χρὴ] In conceptus ratione magna est habenda mensium ratio, num ritè & statis temporibus, num verò abundantiùs aut parciùs effluant. Vtraque nanque immoderatio conceptus spem adimit, vt scribit Hippocrat. lib. 1. περὶ γυναικείων, & lib. περὶ ἀφόρων, & περὶ φύσιος παιδίου, nósque ea testimonia expressimus nostris in lib. 2. Epid. Com. Quinetiam vitiosa menstruorum qualitas conceptum impedit, eáque ad illum procurandum priùs depellenda est, posteáque liberis studendum. Libr. 1. περὶ γυναικ. ἢν μὲ ὠφὴ καθαρὰ τε καὶ ἀκραφνὲς καὶ ἱκανὸν γένηται, (τὸ δημιλίας) ὅπως ἴσω πρὸς τὸν οὐδέρα ἐν ἀφικνέοισιν ποιεῖν δημιλίοισιν. αἄριστον δὲ ἐν ἀπολείπειν, καὶ ἐπὶ ἰόντων μᾶλλον ἢ ἀφικνέων. Si igitur puri, synceri ac cruenti menses exiterint, ita virum adeat incipientibus mensibus. Optimum autem desinentibus & adhuc euntibus, potiùs quàm disparentibus. Sic conceptum procurantia desinentibus menstruis danda consulit libr. περὶ ἀφόρων. An verò ad fœtum concipiendum necesse sit menstruas purgationes apparere, ex Hippocratis & Aristot. opinione plurima scripsimus nostris in libr. 2. Epid. Com. Quam opinionem sequitur Gal. lib. de vteri dissectione, etsi aliter experientia contestatum habemus.

ὃ δὴ μήτρεω ὀνομάζομεν] Vterus μήτρα Græcis dicitur (vt scribit Aëtius) quòd ex eo ipso velut ex matre omnia oriantur animantia, & vt scribit Soranus, ὅτι μήτηρ ἐστὶ τῶν ἐξ αὐτῆς γιγνομένων ἐμβρύων, ἢ ὅτι παῖς ἐχούσας αὐτὴν μητέρας ποιεῖ. καὶ δέ τινες, ὅτι μέχρι τοῦ χρόνου τοῦς καθαρσιν καὶ ὑπόπτυξιν. Quòd autem ad vterum attinet, & quænam eius affectiones conceptum impediant, quáq; arte depelli queant, scribit Hippocrat. lib. περὶ γυναικ. φύσιος & lib. περὶ γυναικείων, idque amplissimè quod hìc leuiter tantùm attingitur.

ὑγιὲς τε χρὴ εἶ] Vterum ad conceptum procurandum bene habere oportet, & omni immoderatione vacare, vt scribit Hippocrat. lib. 1. περὶ γυναικείων. Quam in rem & toti corpori prius, deinde etiam vtero consulit vt conceptui habilem reddat. Sic ficcioris aut humidioris vteri curam habet, iisque victus rationem adhibet. αἱ γὰρ ὑγροτέραι τε πάνυ φευκτέαι. libr. 1. περὶ γυναικείων. Neque enim concipiunt, quæ vteros quàm par sit humidiores aut ficciores habent, vt ibidem scribitur.

μήτ' ξυμμεμυκέτω] ξυμμεμυκὸς τῆς μήτρας στόμα sæpe effert Hippocrat. vteri os conniuens, compressum aut conclusum, vt libr. περὶ γυναικείης φύσιος & lib. 2. περὶ γυναικείων, eíque remedium adhibet lib. περὶ ἀφόρων. Sic & διὰ ξυμμύσεων αἱ μῆτραι, medicationem per emollientia & balnea facit ibidem.

μήτ' ὀκπεπλήχθω] ὀκπεπλῆσθαι καὶ διεκπεπλῆσθαι Hippocrati significat diuaricari, diduci, disparari, aut diductis esse cruribus, vnde τὰ διεκπεπλημένα dicuntur, quæ distracta sunt aut disiecta, longéque inter se distantia. Et ὀκπεπλημένον translatè, quod diductum est, disparatum & degrediens, & velut ἕλκος ὀκπεπλημένον libr. de fract. vlcus euersis labris, deductis & expansis, metaphora sumpta à crurib us per gressum diuaricatis. Vbi tamen ὀκπεπεσμένον aut ὀκπεπεσμένον publicata exemplaria omnia vitiosè legunt. Nam & ὀκπεπλημένον ὀκπεφαμένον explicat Galenus in Exegesi, hunc fortè locum subindicans. Quod facit vt rectè interpretes τὸ ὀκπεπλημένον στόμα os euersum dixerint: Nos diductum, disparatum & expansum quódque hians est intelligimus. Erotianus ἐξεπτυμένον quod est explicatum exponit. Nam lib. 2. περὶ γυναικείων στόμα διεκπεπληχὸς, αὐτακεχωὼς extulit lib. περὶ γυναικείης φύσιος. Hanc verò dictionem fusiùs exposuimus in nostra Hipp. Oeconomia, vbi & suum locum in hac orchestra assignauimus.

Mulieres igitur quæ concipere nequeunt, & pallidæ videntur, absque febre, neque aliqua causa in visceribus existente, iis caput dolet, & menses malè ac syncerè prodeunt, aut certè pauci, neque ex longo interuallo sic affectis apparent, & vteri purgatione indigent. At quæ tum benè coloratæ sunt, tum bene carnosæ & pingues, & venas latentes habent, & doloris expertes sunt, hísque menstrua aut nullo modo prodeunt, aut pauca & syncera fluunt: In huiusmodi naturis difficillimè conceptus procuratur. Quòd si liberè apparentibus menstruis, inculpato sit corpore mulier, neque concipiat, locus in quo vterus continetur in causa existimandus est, quò minus fœtus tollatur. Aut enim contractus est, aut diductus. Reliqua enim quæ huc contingere solent, cum dolore, & decoloratione, ac colliquatione fiunt.

Οκόσαι μὲν οὖν τῶν γυναικῶν, μὴ δύνανται ἐν γαστρὶ λαμβάνειν, φαίνονται δὲ χλωραὶ, μήτε πυρετοῦ, μήτε τῶν ἄλλων αἰτίων ἐόντων, αὗται φήσουσι κεφαλὴν ἀλγέειν, καὶ τὰ καταμήνια ποιηρῶς τε σφίσι καὶ ἀκρήτως γίνεσθαι. καὶ ὀλίγως δὲ καὶ πολὺν χρόνον ἐν τῆσιν ἔτεσι διαφθείρεσθαι ἀφανέα ἦ, αἱ μὴ ἄν καθαρσίου τούτοισι προσχρήζοιεν. ὁκόσαι τε ἀγχοῖοί τε εἰσι, καὶ φῦκα πολλὰ τε καὶ πιηρὰ ἔχουσι, καὶ φλέβια κεκρυμμένα, ἀνώδυνοί τε εἰσι, καὶ τὰ καταμήνια τούτοισι ἢ πολὺ ἀπάσαισι ἐ φαίνεται, ἢ ὀλίγα τε καὶ ἀκρήτως γίνεται. τῶν ἐόντων ἔτος ἐν τοῖσι γαλεπωτάτοισι ἐστὶ καθαίρεσθαι ὡς ἐν γαστρὶ λαμβάνειν. διὰ δὲ ὀπιφαινομένων τῶν καταμηνίων ἀποφάσιος, τό, τε σῶμα ὧδε διαφθείρεται ἡ γυνὴ, κἂν μὴ συλλαμβάνῃ, ὃ χρεὸν ἐν ᾧ ἡ μήτρη εἴπον, ὥστε μὴ δύνασθαι γίνεσθαι ἔκγονα. ἢ γὰρ συνεστασμένον ἐστὶν, ἢ ὀκπεπλημένον. τὰ γὰρ ἄλλα καταινόμενα ἐν τούτῳ ξυὶ ὀδυνῆσί τε γίνεται, καὶ ἀχροιήσι τε καὶ τήξει.

Ὁκόσαι δ' ὦν] Celsus. Quibus fœminis menstrua non proueniunt, necesse est capitis acerbissimi dolores sint, vel quælibet alia pa s morbo infestetur. Aliarum verò partium dolores postea attinguntur, & ex aph. 57. libr. 5. & lib. 6. de loc. affect. satis parent. Hic autem exponuntur conceptus impedimenta, tum quæ ex vtero, tum verò quæ ex toto corpore pendent. Exemplariaquædam manu scripta pro πολὺν χρόνον, πολυχρόνως legunt, alia πολύχρονος vitiosè.

ὁκόσαι τε εὐχροοί τε] Sunt quædam præter naturam crassæ & pingues, ideóque neque concipere idoneæ, de quibus agitur aph. 46. lib. 5. & lib. περὶ ἀφόρων, & περὶ γυναικείης φύσ. Quibus etiam remedium adhibet, & extenuandas docet libr. περὶ ὀλιγαιμίης & lib. περὶ ἀφόρων.

τὰ δὲ ἄλλα] Reliquos vteri præter naturam affectus intelligit, vt duritiem, inflammationem, peruersionem, obliquationem, aut menstruorum etiam suppurationem, & eos quos ante commemorauit, de quibus plurima scribuntur ab Hippocrate in libris Muliebribus & de Natura muliebri.

Quibus verò vlcus in vtero ortum est, siue ex partu, siue ex tuberculo, aut alia quapiam causa, iis febres & inguinum tumores obueniunt, illorúmque locorum dolores. Quod si partus purgamenta simul quoque restiterint, tum ea mala omninò sunt immoderata & diuturna, accedúntq; & præcordiorum & capitis dolores. At verò vbi vlcus sanatum est, locus ille læuior ac durior necessariò efficitur, & minus conceptui idoneus. Quod si vlcus sinistra tantùm occupet, muliérque concipiat, aut vbi adhuc vlcus habet, aut postea vbi conualuit, eam matrem potiùs enixuram spes est. Sed si vlcus dextra teneat, & mulier concipiat, fœtus fœmineus magis expectandus est. At si febris prehendat eam quæ concipere nequit, & tussicula detineat, quęrendum num vterum vlcus aliquod occupet, aut ex his malis quæ scripsimus aliud quippiam. Etenim vbi nihil mali eo in loco subesse constiterit, quod extenuationem aut conceptus impedimentum afferat, sanguinis vomitione refusi metus impendet. Ei verò mulieri menstrua ex necessitate disparuerunt. Si verò febris sanguinis eruptione tollatur, & menses appareant, concipiet. Quòd si ante sanguinis eruptionem aluus effusa fuerit prauum in modum, periculum est ne mulier ante sanguinis eruptionem intereat.

Ἤσι δ' ἂν ἕλκος ἐγένετο ἐν τῇσι μήτρῃσιν, εἴτε ἐκ τόκου, εἴτε ἐκ φύματος, εἴτε ὀξ ἄλλης τινὸς προφάσιος, πυρετοί τε καὶ βουβῶνας τούτοισιν ἀνάγκη ὀπτιγένεσθαι. καὶ ὀδυνῶνται ἐν τοῖσι χρεοῖσι τούτοισιν. εἰ δὲ καὶ τὰ λοχία συναπολέφθειν, τοῦτο ἐπαρχόντα κακὰ πάντα ἀκρητότερά τε καὶ χρονιώτερα. καὶ πρὸς τούτοισι ἐπιχονδρίων τε καὶ κεφαλῆς ὀδυνᾶται. ἕλκεος δὲ γινομένου, καὶ ἐξυγιασθέντος, ὃ χρεῖον τῶν ἀνάγκη λεπτότερον καὶ σκληρότερον γένεσθαι, καὶ ἧσσον δυνάσθαι ἐν γαστρὶ λαμβανέειν. εἰ δὲ μοῦνον ἐν τοῖσι ἐπὶ δεξιτερὰ γένοιτο ἕλκος, ἢ δὲ γυνὴ ἐν γαστρὶ λάβοι, εἴτε ὃ ἕλκος ἐπὶ ἔχουσα, εἴτε λοιπὸν ἤδη ὑγιὴς ἐοῦσα, ἄρσεν μᾶλλον τεκεῖν αὐτὴν ἐλπίς ἐστιν. εἰ δὲ ἐν τοῖσι ἐπὶ δεξιὰ ὃ ἕλκος γένοιτο, ἢ δὲ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχοι, θῆλυ μᾶλλον ὃ ἔκγονον χρὴ δοκέειν εἶναι. ἐὰν δὲ πυρετοὶ γένωνται, ἢ δυναμένη ἐν γαστρὶ λάβοι, καὶ λεπτὴς βηχὸς ἐχούσης, πιθανόν τε καὶ μὴ τὰ ἐκ γαστρὸς ἐκκρίματα ἐν τῇσι φλεβίοισιν ἔχουσι, κινδυνεύει ἀπολέσθαι τὴν γυναῖκα ἐμπρεσθεν, ἢ ὃ αἷμα ἐμέσαι.

Quibus verò vlcus in vtero ortum est, siue ex partu, siue ex tuberculo, aut alia quapiam causa, iis febres & inguinum tumores obueniunt, illorúmque locorum dolores. Quod si partus purgamenta simul quoque restiterint, tum ea mala omninò sunt immoderata & diuturna, accedúntq; & præcordiorum & capitis dolores. At verò vbi vlcus sanatum est, locus ille læuior ac durior necessariò efficitur, & minus conceptui idoneus. Quod si vlcus sinistra tantùm occupet, muliérque concipiat, aut vbi adhuc vlcus habet, aut postea vbi conualuit, eam matrem potiùs enixuram spes est. Sed si vlcus dextra teneat, & mulier concipiat, fœtus fœmineus magis expectandus est. At si febris prehendat eam quæ concipere nequit, & tussicula detineat, quęrendum num vterum vlcus aliquod occupet, aut ex his malis quæ scripsimus aliud quippiam. Etenim vbi nihil mali eo in loco subesse constiterit, quod extenuationem aut conceptus impedimentum afferat, sanguinis vomitione refusi metus impendet. Ei verò mulieri menstrua ex necessitate disparuerunt. Si verò febris sanguinis eruptione tollatur, & menses appareant, concipiet. Quòd si ante sanguinis eruptionem aluus effusa fuerit prauum in modum, periculum est ne mulier ante sanguinis eruptionem intereat.

Ἤσι δ' ἂν ἕλκος] Vlcerum vteri vt maxima habenda est ratio, quòd in parte tenera & exquisito sensu prædita & neruosa innascantur, ita exactissima curatio adhiberi debet, cùm ad generis propagationem plurimùm officiant, & perpetuam sterilitatem adferant. Quod diligenter monet Hippocrates libr. 1. de Morb. muliebr. vbi eorum quoque causas, signa & sanationem exactè profitetur. Aëtius quoque libr. 16. exulcerationis vteri causas ex Archigene & curationem etiam describit. Et de his agit Paulus cap. 66. lib. 3. Celsus potrò hunc locum obscurè admodum exprimens scripsit cap. 7. lib. 2. Si mulieri & ex inguine febricula orta est, neque causa apparet, vlcus in vulua est. Nam quod Hippocrates febrem, inguinum tumores & dolores, Celsus ex inguine febriculam dixit. Vt non absurda omninò mihi videatur quorundam exemplarium lectio, quæ sic apud Celsum legunt, Si mulieri inguen & febricula orta est, vt inguen αἰνὴ πὸ βουβῶνος, & pro inguinum tumore sumatur. Quæ lectio ex Castellani Medici Regij doctissimi codice sumpta est, quam non ingratiis mihi non multis ante obitum diebus communicauit Nicolaus Piso Ducis Lotharingi Medicus primarius. In mulieribus quoque multa alia vlcerum vteri signa addit Hippocrates, vt causas quoque, præter eas quæ hìc annumerantur, vt aborsionem, fœtus corruptionem puerperij purgamentorum putredinem, & assiduum vteri fluxum.

εἰ δὲ καὶ τὰ λοχία] Significat restitantibus & interceptis partus purgamentis, sæuiora esse mala & vehementiora, ac diuturniora. Nam & grauiores vrgent dolores, lumborum, inguinum, inanitatis laterum, imi ventris, augetur quoque odoris & corporis totius grauitas, perfrigeratio ac imbecillitas, crurum tumor, animæ defectio, capitis dolor, febris, ac interdum delirium. Cæteráq; accedunt mala plurima, quæ ex puerperij purgamentorum remoratione contingere scribit Hippocrates libr. 1. de Mulieb. morb. Hìc autem ἀκρητότερα dicuntur quæ vehementer sæuiunt, & sunt immoderata ac summa, vs ἀκρήτου καύματος immoderatus æstus dicitur. Caluus ἀκρητότερα legisse videtur, nec sensum esse assecutus.

ἕλκεος δὲ γινομένου] Vteri læues à natura, aut ab vlceribus ad cicatricem perductis, conceptum impediant: Neque enim exceptum semen continent, vt scribit Hippocrat. lib. περὶ ἀφόρων & lib. περὶ γυναικ. φυσ. & Gal. in libr. de Vteri dissectione, vbi conceptum incipientibus aut desinentibus menstruis fieri contendit, quòd eo tum tempore illa vteri asperitas semini adhæsum quendam præbeat, nec aliàs ante mensium affluxum contingat. λεῖα γὰρ ὄν (vt scribit) ἡ μήτρα πλωικὸν πᾶν ἐστὶ, μαμωκώδων τῆς ἀγρείας. ὥστε ἀπορρεῖ τὸ σπέρμα καὶ ἐχεύεται τῆς χρόνου αὐτῆς. ὅλῃ τῇ δὲ πρὸς σύμφυσιν τὸ τραχὺ τῆς λείου. Quod autem scribitur vlcere sinistra occupante fœtum masculum proditurum: Id ex ea opinione pendet, qua vult Hippocrat. mares dextra vteri parte & fœminas sinistra concipi, ex aph. 38. & 48. lib. 5.

διὰ δὲ πυρετοὶ γένωνται] Has innuit quæ præter naturam extenuatæ non concipiunt, aut abortiunt priùs quàm corpus reficiatur, aut tandem tabescentes consumuntur. De quibus igitur aph. 44. lib. 5. & libr. περὶ ἀφόρων. Pro λεπτὴς βηχὸς, λεπτωνίος legisse videtur Cornarius.

At quæcunque se concepisse existimant, neque conceperunt, & multis mensibus decipiuntur, quòd menstrua non compareant, ac venter turgescere ac moueri videatur, eæ capitis ac ceruicis præcordiorúmque dolore conflictantur, neque lac in ipsarum mammis innascitur, nisi paucum quiddam & aquosum. Cùm verò ventris tumor dissolutus fuerit, ac molles euaserint, eæ nisi quid aliud obstet concipient. Quandoquidem affectio ista ad mutationem vtero afferendam valet, adeò post hoc tempus concipiant. Eæ verò quæ conceperunt, doloribus istis non tentantur, nisi consueti fuerint. His capitis dolores accedunt, & lac in mammis innascitur. Quas autem longæ fluxiones exercent, de capitis dolore, lumborum, & imi ventris interrogandæ sunt. Scisciturí quoque oportet, num dentium stuporem sentiant, aut visus hebetudinem, aut aurium sonitum. At quæcunque ieiunæ multis diebus aliquantulum biliosa vomitione reiiciunt, si neque vterum gerunt, neque febre detinentur, interrogabis num lumbricos rotundos vnà etiam vomitu refundant. Id enim, ni fateantur, ipsis affuturum prædices. Porissimùm autem mulieres inuadit hic morbus, deinde etiam virgines, reliquos verò homines minùs.

A Ὁκόσαι δὲ ὀν γαςρὶ δοκέουσιν ἔχειν, οὐκ ἔχουσαι, καὶ πολλοὺς μῆνας ἐξαπατῶνται τοῦ καταμηνίου ἢ φαινομένου, καὶ τὰς γαςέρας ὁρῶσιν αὐξανομένας τε καὶ κινεομένας, αὗται κεφαλίῃ τε ἀλγέουσι, καὶ βάχηλον, καὶ ἀποχόνδρια. καὶ ὀν τοῖσι πτθοῖσι γάλακτα οὐκ ἐγίνετο σφίσιν, εἰ μὴ ὀλίγον τι καὶ ὑδαρές. ἐπὴν δὲ ὃ κύρτωμα ὃ τῆς γαςρὸς ἀπολυθῇ, καὶ λεπαραὶ γένωνται, αὗται ὀν γαςρὶ λήψονται, ἢν μή τι ἄλλο κώλυμα γένηται σφίσιν. ἐπεὶ ὃ πάθος γε τοῦτο ἀγαθόν ἐςι, μεταβολὴν ποιῆσαι ὀν τῇ ὑςέρῃ, ὥςε μὴ τοῦτον τὸν χρόνον ὀν γαςρὶ λαμβάνειν. τῆσι δὲ ἐκθυσῆσιν ὀν γαςρὶ τὰ ἀλγήματα ταῦτα γίνεται ἢν μὴ ξυναίμια ἔωσι ταύτησιν αἱ κεφαλαλγίαι, καὶ γάλακτα ὀν τοῖσι πτθοῖσιν ἐγίνετο. τὰς δὲ ὑπὸ τῶν ῥόων τῶν πολυχρονίων ἐκμυῶας ἐρωτᾶν, εἰ κεφαλίῃ ἀλγέουσι, καὶ ὀσφύϊ, καὶ ὀ κάτω τῆς γαςρός. ἔρεαν δὲ καὶ περὶ αἱμορροίδας, καὶ ἀμβλυωσμοῦ, καὶ ἤχων. ὁκόσαι δὲ νήςτιες ἐοῦσαι, ἀποχολαίνουσι πολλὰς ἡμέρας, μήτε ὀν γαςρὶ ἔχουσαι, μήτε πυρεταίνουσαι, πιθανέαν ἔλμινθας προσφύλαξαι εἰ ξυμμύουσι. ἢν γὰρ μὴ ὁμολογέουσι, προσλέγειν αὐτῆσι τοῦτο ἔσεται. γίνεται δὲ μάλιςα μὲν, τῆσι γυναιξὶ ὃ νόσημα τοῦτο. ἐπίςαται δὲ καὶ παρθένοις. τοῖσι δὲ ἄλλοισι ἀνθρώποισιν ἧσσον.

ὁκόσαι δὲ] Incidit sæpe conceptus fallacia retentis menstruis, ac ferè omnia prægnantibus habent similia. Nam & oris ventriculi dolore tentantur, & totius corporis grauitatem habent, & ciborum fastidio ac desiderio afficiuntur, venter intumescit, ad vmbilicum, ceruicem, inguina & lumbos dolor est, & multis mensibus se prægnantes credunt. Quod etiam scribit Hippocrat. lib. 1. de Morb. mulieb. Hîc verò quò certior prædictio instituatur, ac ne quis in conceptus prædictione fallatur, edocet. D

τὰς δὲ ὑπὸ τῶν ῥόων] Alia multa signa adscribuntur in fluxibus lib. 2. de Mulieb. morb. ac inter cætera illapsus humorum in dentes, ac dentium fremitus, oculorum aquosorum & lippientium gramiæ, hebetudines. Hîc verò stupor dentium adscribitur & aurium tinnitus, quæ sunt frigidiorum humorum, aut iam perfrigerati corporis incommoda. ἀμβλυωσμὸς autem ἀμβλυωπίαν & visus hebetudinem hîc indicat, vt in Exegesi explicat Gal. cùm aliàs abortionem significat. ὁκόσαι δὲ νήςτιες] Lumbricorum rotundorum vomitione refuforum prædictionem instituit, in his mulieribus quæ neq; ex fœtu, neque ex febre, ciborum fastidio aut etiam vomitu matutino tempore vexantur. Contrárq; etiam recto conceptus præsagiri potest, ex aph. 61. lib. 5.

Dolores qui sine febre inuadunt, ne interficiunt quidem, at plurimum diuturni sunt, multásque mutationes ac recursus habent. Atque horum genera primùm quidem in capitis doloribus spectantur, quorum quidam leues sunt, quidam etiam longè grauiores. Vtrorumque verò ea sic ineunda est ratio. Quibus autem visus caligat, & rubor quidam in ipsis oculis fit, cum quadam frontis prurigine, eos iuuat sanguis sua sponte aut ex necessitate profluens. Atque hic modus simplex est. At quibus dolores capitis & frontis contingunt, tum ex ingentibus ventis, tum ex frigore post vehementem æstum, eos grauedines potissimùm quidem omninò liberant. Iuuant quoque & sternutamenta, & mucosæ pituitæ in naribus ortæ, præcipuè quidem sponte fluentes, sin minùs vi expressæ. Grauedines verò in totum fiunt adeò vt tusses cõsequantur. Et sternutamenta vbi succedunt, neque dolores sedãt, iis tubercula & coloris prauitates ex necessitate aderunt. Quos verò dolores sine causa & diuturni, & totũ caput occupantes, iam graciles & viribus exhaustos affligunt, in his attendendum morbum priore multo esse grauiorem. Quòd si in ceruicem & dorsum relicto capite dolor descendit, rursúsque in caput recurrit, adhuc grauior existimandus est. At omnium maximè terret, si in capite ad ceruicem & dorsum peruenit. Eos verò iuuari spes est, si abscessus aliquis καταβαίνῃ τὴν κεφαλὴν ἐπὶ πολὺ, καὶ αὖθις πάλιν, παλινδρομέῃ εἰς τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐπὶ χαλεπώτερον γίνεται. τούτων δὲ πολύτων δυνάσθαι εἰ ξυνιέναι ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐς τὴν βάχηλόν τε καὶ τὴν νῶτον. τοῖς δὲ ὠφελείας τοιαύτας προσδέχεται ἐξ ἀπο-

B Ὁκόσαι δὲ αὖ τῶν ἀμβλυώσσοισι] Hunc locum his verbis reddidit Celsus cap. 8. libr. 2. At dolores capitis, quibus oculorum caligo & rubor cum quadam frontis prurigine accedunt, sanguinis profusione, vel fortuita, vel etiam petita summouentur. Quo ex loco lectionis nostræ sensum hausimus, alitérque literam distinximus, contra tamen omnium tum publicatorum, tum reconditorum exemplarium fidem. Nam illud ἐξ ἀνάγκης, τῷ ἐπὸ τοῦ αὐτομάτου opponitur & respondet, velut ex his quæ paulò post sequuntur apparet. Sanguinis igitur è natibus aut ore eruptionem, sponte, aut arte, ac necessitate expressam intelligimus, quæ capitis dolorem humoris quadam effusione leuat, velut etiam pus vel aqua, aphorism. 10. libr. 6. aut sputa crassa & inodora, vlcerúmque pullulatio, ac interdum somnus & alui fluxus, ex Coac. Prænot. Codices porrò manu scripti ὁκόσαι habent, quos secuti sunt interpretes, publicati ὁκόσοι, vt ad mulieres referatur. Amplior tamen est notio, quæ in vniuersum omnibus attribuitur, & præsagium ex arte illustrius fit, cùm sententiæ veritas omnibus ex æquo accommodari possit. Atque in hunc fortasse sensum dicitur esse simplex hic modus, quòd expeditus sit & explicatus, & qui omnibus ingenuè conueniat, aut cuius notio aperta est & simplex, non intorta C aut obscura, vt cæterorum, aut etiam cuius liberatio sit plenior & magis absoluta. Codices Regij manu scripti ἁπλὸς legunt, alij ἁπλοῦ.

οἷσι δὲ ὀδυνᾶται] Celsus. Si capitis, ac frontis dolores, ex vento, vel frigore, aut æstu sunt, grauedine & sternutamentis finiuntur. Est autem βλέννα Hippocrati, quæ & πλέννα (vt scribit Galenus in Exegesi) crassior pituita, quæ per palatum & nares effluit, & μοῦκα quibusdam, aliis κόρυζα dicitur, vt scribit Galenus extremo lib. 2. de Semine. Hæc per nares fluens, iam coctionis initæ signa edit in fluxionibus à cerebro. Quod scribit Gal. lib. de temporibus totius morbi. Sternutamenta verò vtilia sunt in omnibus morbis, in quibus nulla pulmonis est affectio, vt scribitur in Progn. Salutem enim & coctionem præseferunt, ac facultatis expultricis robor, flatuoso spiritu vnà cum humore per nares excreto.

κόρυζαι γίνονται] Difficilis est & implicata lectio. Mihi sensus esse videtur, In his salutaribus dolorum capitis iudicationibus, quæ D per excretiones velut per grauedinem & sternutamenta fiunt, interdum tantam adesse humorum copiam, vt etiam destillationem & rheumatismum moueat, & in fauces ac asperam arteriam decumbat, interdum quoq; in thoracem, vnde tusses consequi prædicere necesse est. In quodam codice manu scripto, ἐξ ἀνάγκης κόρυζαι γίνονται πλέαι scribitur.

ὁκόσοισι δὲ ὀδυνᾶται] Sic Celsus hunc locum expressit. Si sine causa longus dolor capitis est, & in ceruices ac scapulas transit, rursúsq; in caput reuertitur, aut à capite ad ceruices scapulásq; peruenit, perniciosus est, nisi vomicam aliquam excitauit, sic vt pus extussiretur, aut sanguinis ex aliqua parte prorupit, aut nisi in capite multa porrigo, totóve corpore pustulæ ortæ sunt. Sic enim ex hoc loco emendandus Celsus videtur, cùm in omnibus codicibus (prurigo) legatur. Est enim πτυείασις pilorum morbus, cùm caput immensa pexum porrigine ningit, Copia farris vti frendentibus edita saxis. Porriginem & furfures Latini vocant. Q. Serenus eleganter farream nubem, & de ea agit Celsus cap. 2. lib. 6.

καὶ ἀμενληωδέσι προσφέρεται] Sic omnia exemplaria ferè præter vnum manu scriptum quod aliter distinguit. Quam lectionem secutus est Cornarius & nos quoquíe. Nam illud προσφέρεται ad prædictionem retulimus. Caluus ἀμενληνὸς προσφέρεται, visu non validos E dixit. ἀμενληνὸν autem ἀσθενὲς Galeno significat in Exegesi, & vsurpatur Hippocrati libr. 1. περὶ γυναικείων debilémq; significat, exhaustum viribus & euanidum. Dictio est Homerio familiaris, vt patet ex Luciano & Odyss. κ. sæpe νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα dicuntur.

A ποτασίων ἔσεται, ἢ πῦον βήξασιν. ἢ αἱμορροΐδας ἔρευσιν. ἢ ἰξαν, ἢ ἡμαλοῖ ὀν τοῖς σώμασι. λυσιτελέει ὃ καὶ πιτυρωθῆσαι ἡ κεφαλή.

ὅσοις δὲ ἄνευ πυρετῶν] Capitis dolores varij & grauissimi plærunque affligunt, quorum vt prædictionem instituat, eorum variam naturam, genera & causas aperit. Hîc ergo τρόποι (quod antea sæpe) genera, formas ac differentias significant, & cuiusque naturam qua inter se differunt.

ἐκ παρεκ αὐτῶν] Exemplaria quædam manu scripta vitiosè ἔκπων legunt, pro αὐτῶν, aut ὀν τῷ ὧδε, aut ὀν τῷ δὲ.

B ὁκόσαι δὲ αὖ τῶν ἀμβλυώσσοισι] Hunc locum his verbis reddidit Celsus cap. 8. libr. 2. At dolores capitis, quibus oculorum caligo & rubor cum quadam frontis prurigine accedunt, sanguinis profusione, vel fortuita, vel etiam petita summouentur. Quo ex loco lectionis nostræ sensum hausimus, alitérque literam distinximus, contra tamen omnium tum publicatorum, tum reconditorum exemplarium fidem. Nam illud ἐξ ἀνάγκης, τῷ ἐπὸ τοῦ αὐτομάτου opponitur & respondet, velut ex his quæ paulò post sequuntur apparet. Sanguinis igitur è natibus aut ore eruptionem, sponte, aut arte, ac necessitate expressam intelligimus, quæ capitis dolorem humoris quadam effusione leuat, velut etiam pus vel aqua, aphorism. 10. libr. 6. aut sputa crassa & inodora, vlcerúmque pullulatio, ac interdum somnus & alui fluxus, ex Coac. Prænot. Codices porrò manu scripti ὁκόσαι habent, quos secuti sunt interpretes, publicati ὁκόσοι, vt ad mulieres referatur. Amplior tamen est notio, quæ in vniuersum omnibus attribuitur, & præsagium ex arte illustrius fit, cùm sententiæ veritas omnibus ex æquo accommodari possit. Atque in hunc fortasse sensum dicitur esse simplex hic modus, quòd expeditus sit & explicatus, & qui omnibus ingenuè conueniat, aut cuius notio aperta est & simplex, non intorta C aut obscura, vt cæterorum, aut etiam cuius liberatio sit plenior & magis absoluta. Codices Regij manu scripti ἁπλὸς legunt, alij ἁπλοῦ.

οἷσι δὲ ὀδυνᾶται] Celsus. Si capitis, ac frontis dolores, ex vento, vel frigore, aut æstu sunt, grauedine & sternutamentis finiuntur. Est autem βλέννα Hippocrati, quæ & πλέννα (vt scribit Galenus in Exegesi) crassior pituita, quæ per palatum & nares effluit, & μοῦκα quibusdam, aliis κόρυζα dicitur, vt scribit Galenus extremo lib. 2. de Semine. Hæc per nares fluens, iam coctionis initæ signa edit in fluxionibus à cerebro. Quod scribit Gal. lib. de temporibus totius morbi. Sternutamenta verò vtilia sunt in omnibus morbis, in quibus nulla pulmonis est affectio, vt scribitur in Progn. Salutem enim & coctionem præseferunt, ac facultatis expultricis robor, flatuoso spiritu vnà cum humore per nares excreto.

κόρυζαι γίνονται] Difficilis est & implicata lectio. Mihi sensus esse videtur, In his salutaribus dolorum capitis iudicationibus, quæ D per excretiones velut per grauedinem & sternutamenta fiunt, interdum tantam adesse humorum copiam, vt etiam destillationem & rheumatismum moueat, & in fauces ac asperam arteriam decumbat, interdum quoq; in thoracem, vnde tusses consequi prædicere necesse est. In quodam codice manu scripto, ἐξ ἀνάγκης κόρυζαι γίνονται πλέαι scribitur.

ὁκόσοισι δὲ ὀδυνᾶται] Sic Celsus hunc locum expressit. Si sine causa longus dolor capitis est, & in ceruices ac scapulas transit, rursúsq; in caput reuertitur, aut à capite ad ceruices scapulásq; peruenit, perniciosus est, nisi vomicam aliquam excitauit, sic vt pus extussiretur, aut sanguinis ex aliqua parte prorupit, aut nisi in capite multa porrigo, totóve corpore pustulæ ortæ sunt. Sic enim ex hoc loco emendandus Celsus videtur, cùm in omnibus codicibus (prurigo) legatur. Est enim πτυείασις pilorum morbus, cùm caput immensa pexum porrigine ningit, Copia farris vti frendentibus edita saxis. Porriginem & furfures Latini vocant. Q. Serenus eleganter farream nubem, & de ea agit Celsus cap. 2. lib. 6.

καὶ ἀμενληνοῖσι προσφέρεται] Sic omnia exemplaria ferè præter vnum manu scriptum quod aliter distinguit. Quam lectionem secutus est Cornarius & nos quoquíe. Nam illud προσφέρεται ad prædictionem retulimus. Caluus ἀμενληνὸς προσφέρεται, visu non validos E dixit. ἀμενληνὸν autem ἀσθενὲς Galeno significat in Exegesi, & vsurpatur Hippocrati libr. 1. περὶ γυναικείων debilémq; significat, exhaustum viribus & euanidum. Dictio est Homerio familiaris, vt patet ex Luciano & Odyss. κ. sæpe νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα dicuntur.

Ναρκαὶ δὲ κνιδώσιες οἷσι ἀφὰ τῆς κεφαλῆς διάγουσι, τό τε μὲν ἀφὰ πάσης, τό τε ὀφὲ μέρεος πινὸς, πολλάκις δὲ καὶ ψυχρόν τι δοκέει αὐτοῖσιν, εἰ ἀφαχωρέει ἀφὰ τῆς κεφαλῆς, τοῦτο ἐπιφέρεται, εἰ καὶ ἐς τὴν γλῶσσαν ἄκρην ἀφικνῆται ἡ κνίδωσις. εἰ γὰρ τοῦτο ποιέει, τέλεον ὃ νούσημα γίνεται, καὶ χαλεπώτερον ἀπαλλάξαι. ὑπερτὲς δὲ αὖθι τούτου. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ τῶν ὠφελεῶν ὀξὺ ἀποτασίων οἷς περ προγέγραπται. ἧσσον μὲν τοι ὅτι γίνονται ἀποτάσιες ὅτι τούτοισιν ἢ ὀκείνοισιν. Ὁκόσοις δὲ ξυὶ τῆσιν ὀδυνῶσιν σκοτόδινοι λαμβάνοισι, δυσαπάλλακτον καὶ μανικόν. γέρεσι δὲ ὁ ὀφθαλμὸς οὕτος G μάλιςα γίνεται. αἱ δὲ ἄλλαι νοῦσοι αἱ ἀμφὶ κεφαλὰς ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶν, ἀσφαλῶς ἰχυρότατα καὶ πολυχρονιώτεραι. γίνονται δὲ καὶ νεανίσκοισί τε καὶ παρθένοισι τῆσιν ὀν ἡλικίῃ, καὶ μάλιςα τῶν καταμηνίων ἐς τὴν πρόοδον. τῆσι δὲ γυναιξὶν, ὀν τῆσι κεφαλαλγίῃσι, τὰ μὲν ἄλλα πάντα γίνεται, ἃ καὶ τοῖσιν ἀνδράσιν. αἱ κνιδώσιες δὲ καὶ τὰ μελαγχολικὰ, ταῦτησιν ἧσσον, ἢ τοῖσιν ἀνδράσιν, ἢν μὴ τὰ καταμήνια τελέως ἠφανισμένα ἦ.

Quibus autem torpores & prurigines pungentes, per caput, interdum quidem totum, interdum etiam aliqua in parte percurrunt, sæpius verò frigoris alicuius sensus caput peruagari videtur, ab iis suscitari oportet, num etiam ad summam linguam pungens ille pruritus pertingat. Sic enim magnus morbus est, & qui ægrè soluatur: aliôqui verò facilis. Auxilium autem consequuntur ex abscessibus, velut antea scriptum est. Qui tamen his minus quàm illis contingunt. Tenebricosæ autem vertigines si cum doloribus adfuerint, malum in insaniam erumpit, nec facilè profligatur, & senes præcipuè affligit. Reliqui capitis morbi, tum viris tum mulieribus vehementissimi sunt, ac diutiùs perseuerant, ac cum securitate. Contingunt autem & iuuenibus & virginibus in ætatis flore, potissimúmque circa menstruorum exitum. At mulieribus circa capitis dolores, reliqua quidem omnia quæ etiam viris contingunt. Pungentes tamen prurigines & atræ bilis vitia minùs hæ quàm viri sentiunt, nisi menses penitus euanuerint.

H ναρκαὶ δὲ] Sic quoq; Celsus. Æquè magnum malum est, vbi torpor atque prurigo peruagantur, modò per totum caput, modò in parte, aut sensus alicuius ibi quasi frigoris est, eáque ad summam quoque linguam peruenium. Et cùm in iisdem abscessibus au-

xilium ſit, eò difficilior ſanitas eſt, quò minus ſæpe ſub his malis illi ſubſequuntur. κνιδώσιες autem dicuntur pungentes prurigines aut puncturæ pruriginoſæ, velut vredines ab vrtica. νύξεις πνὰς κνησμώδεις, οἷαι καὶ ἀπὸ κνίδης γίγνονται, exponit Galenus in Exegeſi. Vitioſè autem in Aldino codice ἐπανέρχεσθαι legitur pro ἐπανέρεσθαι. A

Quibus iuuenibus diu coloris fœdatio ineſt, non tamen continenter ad inſtar Regij morbi, ij & viri & fœminæ capitis dolore conflictantur, & lapides ac terram edunt, aut profluuium per ora venarum ſanguinem fundere ſolita patiuntur, hæmorrhoidas Græci dicunt. At colores cum virore pallidi diuturni, abſque vehementi Regio morbo, cætera quidem eadem facere ſolent: verùm præcordiorum dolores eos magis vexant quàm cæteros, neque tamen lapides aut terram edunt. Qui verò diu pallidi faciem habent tumidam, eos certum eſt, aut capitis, aut viſcerum dolore laborare, aut ſedem internam quodammodo malè affectam eſſe. Magna autem ex parte vbi hæc adfuerint, non vnum aliquod malum ineſſe videtur, ſed interdum multa, aut etiam omnia.

Οἷσι δὲ τὰ χρώματα νέοις ἐόσι πονηρὰ ὀξὺ πολὺ χρόνον, ξυνεχέως δὲ μὴ ἰκτεριώδεα ἔῃσι, ἤτοι καὶ τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν, κεφαλὴν ἀλγέουσι. καὶ λίθοις τε καὶ γῆν ῥώγουσι. καὶ αἱμορροΐδας ἔχουσι. τὰ δὲ χλωρὰ χρώματα ὅσα χρόνια εἰσί, καὶ μὴ ἰκτεροὶ ἰκτεροί εἰσι, τὰ μὲν ἄλλα τὰ αὐτὰ ποιέει αὐτοῖσι ξυμβαίνει. αὐτὰ δὲ τῶν λίθων τοῦσι καὶ τῆς γῆς ῥώξιος τὰ ὑποχόνδρια λυπέει μᾶλλον ἢ τοὺς ἑτέρους. ὁκόσοι δὲ πολὺν χρόνον ὠχροὶ φαίνονται, καὶ τὰ πρόσωπα ἐπηρμένα ἔχοντες, εἰδέναι χρὴ τούτοις τὴν κεφαλὴν ὀδυνωμένους, ἢν μὲν τὰ παλάγματα ἀγνήμονα ἔχοντας, ἢν ἐν τῇ ἕδρῃ κακόν τι ἐν ἐουσῖσι. τοῖσι δὲ πλείοσι τῶν τοιούτων φαινομένων, οὐκ ἔνι τούτων τῶν κακῶν φάνεῃ), ἀλλ' ἔστιν ὅτε πολλὰ, ἢ καὶ πάντα. B C

Οἷσι δὲ τὰ χρώματα] Celſus hunc locum breuiter ſic expreſſit cap. 7. libr. 2. Quibus diu color ſine morbo regio malus eſt, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt. Hæc autem coloris fœdatio, inſignem cacochymiam, humorum prauitatem ac corruptelam, præcipuorúmque viſcerum vitium, magnámque crudi ſucci coaceruationem indicat. Qua humorum prauitate læſo ventriculi oſculo, inordinata huiusmodi rerum aridiſſimarum, vt terræ, lapillorum, aut carbonum appetentia oritur, velut in mulieribus pica laborantibus, vt ſcripſimus noſtris Coacis Præſagiis, vbi huius quoq; loci ſenſum adduximus.

αὐτὰ δὲ τῶν λίθων τοῦσι] Exemplaria quædam manu ſcripta legunt, αὐτὰ δὲ τῶν λίθων καὶ τῆς ῥώξιος, περὶ τὰ ὑποχόνδρια λυπέει μᾶλλον. Quæ ſecutus eſt Aſulanus codex. Melior tamen eſt iſta lectio, & plurimorum exemplarium habet aſſenſum.

ὁκόσοι δὲ πολὺν χρόνον] Celſus quoque, Qui diu habent faciem pallidam & tumidam, aut capite, aut viſceribus, aut aluo laborant.

Quos Nyctalopas nuncupamus, qui noctu cernunt, hi morbo prehenduntur iuuenes, aut pueri, aut etiam adoleſcentes, & ſponte euadunt, partim quidem quadrageſimo die, partim verò ſeptimo menſe, quibusdam etiam toto anno perſeuerat. Et tempus quidem æſtimari debet, & magnitudinis morbi, & ægri ætatis ratione adhibita. Hos iuuant quidem ſuperuenientes abſceſſus & ad infernas partes tendentes, qui tamen per iuuentutem non admodum contingunt. At neque mulieres neque virgines quibus menſes apparent hoc morbo tentantur. Qui verò ex diuturno lachrymarum fluxu nyctalopes fiunt, eos interrogare oportet, num quis dolor ante iſtorum iudicationem occupauerit.

Οἱ δὲ τῆς νυκτὸς ὁρῶντες, οὐδὲν νυκτάλωπας καλέομεν, ἤτοι ἀγίσκονται ὑπὸ τοῦ νοσήματος νέοι, ἢ παῖδες, ἢ καὶ νεανίσκοι. καὶ ἀπαλλάσσονται ὑπὸ τοῦ αὐτομάτου. οἱ μὲν, τεσσαρακονθήμεροι. οἱ δὲ, ἑπτάμηνοι. τὸ δὲ καὶ ἐνιαυτὸν ὅλον παρέμενε. σημαίνεσθαι χρὴ τοῦ χρόνου, ἔς τε τὴν ἡμῶν τοῦ νοσήματος ὁρῶντα, ἔς τε τὴν ἡλικίαν τοῦ νοσέοντος. αἱ δὲ ἀποστάσιες, ὠφελέουσι μὲν τούτους ὅτι φανόμεναί τε καὶ ἐς τὰ κάτω ῥέουσαι. ὅτι γίνονται ὑπὸ τοῦ καρτοῦ. ἀφ' τῆς νεότητος. αἱ δὲ γυναῖκες οὐχ ἁλίσκονται ὑπὸ τοῦ νοσήματος τούτου. οὐδὲ παρθένοι ἢν τὰ ὀπτιμύια φαίνωνται. οἷσι δὲ ῥεύματα δακρύων πολυχρόνια ἢ, νυκτάλωπες γίνονται, τούτοις ἐπιμεραῖν, ἢν τῆς νεφαλῆς τι πεπληγότες ἔωσι, περὶ τῶν ἀποκριμάτων τουτέων. D E

Οἱ δὲ τῆς νυκτὸς ὁρῶντες] Νυκτάλωπες dicuntur præcipuo ſignificato, qui nocturna cæcitudine laborant, & noctu nihil cernunt, ſole occiduo obſcurius, vt ſcribunt Paulus & Aëtius. Galenus quoque in obſcurarum vocum explicatione idem teſtatur apud Hippocratem intelligi, his verbis, νυκτάλωπες οἱ τῆς νυκτὸς ἀλαοί. Quibusdam etiam dicuntur νυκτάλωπες qui noctu quidem melius cernunt, interdiu verò deteriùs, & ſi luna luceat, nihil cernant. Quod tamen rarum eſt, vt teſtatur Aëtius, illud verò frequens & maximè vſitatum, verùm ab authore Iſagoges vſurpatum, cum ſcribit, νυκτάλωπες δὲ λέγεται, ὅταν ἡμέρας μὲν βλέπωσιν ἀμαυρότερον, διομένου δὲ ἡλίου λαμπρότερον, νυκτὸς δὲ ἧττον μᾶλλον, ἢ ὑπεναντίως, ἡμέρας μὲν ὀλίγα, ἑσπέρας δὲ ἢ νυκτὸς ὑπὸ ὅλως. Idem quoque in Definit. Med. Νυκτάλωψ δὲ ἐστὶ πάθος καὶ διάθεσις ὀφθαλμῶν δίχα φανερᾶς αἰτίας. συμβαίνει δὲ τοῖς ὕπνῳ διαχειμένοις ἡμέρας μὲν μὴ ὁρᾶν, νυκτὸς δὲ βλέπειν. Qua quidem notione, etſi rara, hîc νυκτάλωπες indicari videntur. Etſi Caluus priorem ſignificationem, exemplaribus ſuis fretus, ſecutus videatur, & Celſus quoque breuiter hunc locum ſubindicans, cùm ſcribit lib. 6. cap. 6. Præter hæc imbecillitas oculorum eſt, ex qua quidem interdiu ſatis, noctu nihil cernunt, quod in fœminam bene reſpondentibus menſtruis non cadit. Accidit autem hoc vitium (vt ſcribit Aëtius) propter aliquam capitis imbecillitatem, maximéque viſui ſpiritus craſſitudinem, & reliquorum oculi humorum ac tunicarum. F

οἷσι δὲ ῥεύματα] Exemplaria quædam leg. οἷσι δὲ ῥεύματα δακρύων πολυχρόνια, ἢ νυκτάλωπες γίνονται. G

Quibus abſque febre & coloris fœditate frequens adeſt verticis & temporum dolor, ſi plane nullus alius adfuerit faciei abſceſſus, aut vocis grauitas, aut dentium dolor, iis ſanguinis ex naribus eruptionem fore ſpes eſt. At quibus ſanguis è naribus profluit, etſi aliôqui ſani videntur, iis tamen aut lienem tumidum, aut caput dolere aut ſplendicans quiddam ante oculos obuerſari comperies. Magna verò

Ὁκόσοι δὲ μήτε πυρετιώντες, μήτε ἄχροοι ἐόντες, ἀγίσκονται πολλάκις τῶν τε κορυφῶν καὶ τῶν κροτάφων. ἢν μὴ τῶν ὀμμάτων φανερὰ ἔχωσιν ἀπόστασιν ἐν τῷ προσώπῳ, ἢ βαρὺ φθέγγωνται, ἢ ὀδόντας ἀλγέουσι, τούτοισιν αἱμορραγίαν ἀφ' τῶν ῥινῶν προσδέχεσθαι. οἷσι δὲ ἐκ τῶν ῥινῶν αἷμα ῥῇ, δοκέουσιν οἷσι ὑγιαίνειν τ' ἄλλα. τούτοις δὲ ἢ πλευρὰ ἀρήσῃ ἐπηρμένον ἔχοντας, ἢ τὴν κεφαλὴν ἀλγέοντας τε καὶ μύρμυγγάδες τι περὶ τῶν ὀφθαλμῶν φαινόμενον σφίσι. τοῖσι δὲ πλείοσι τῶν τοιούτων H

ἐκ πολλῶν ἄμα καὶ τὰ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὅτως ἔχοντα φαίνεται, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν πλευρῶν. A

ὁκόσοι μήτε πυρετιώντες] Abſolutior eſt in Prognoſtico & Coacis Prænotionibus huius rei doctrina, & hæmorrhagiæ in capitis doloribus prænunciatio. Alium autem manifeſtum abſceſſum addit, propter ſuppurationem quæ puris vacuatione per nares aut aures, ſanguinis profluuium auertit, & plærunque capitis dolores ſedat, vt priùs diximus, & ſcribitur aph. 10. lib. 6. & in Coac. præſagiis. Caluus alium dolorem & abſceſſum addit, contra omnium quæ vidimus exemplarium fidem, ſed fortè id ex Prognoſtico repetitur atque additur præcipuè propter frontis & temporum dolorem, qui ſanguinis profluuium prædicit. Hîc autem vocis grauitatem dicit, quam βαρυφωνίαν in Coacis & φωνὴν βαρυνομένην vocat, ſcilicet inexpeditam & balbutiẽtem ac veluti humore nimio præpeditam linguam, humorum affluxu irriguis neruis, indeq; ad ſermocinationem impotentem, velut ἀκρατῆ γλῶσσαν vocat Hippocrat. aph. 40. lib. 7. Poteſt & grauis vox acuta intelligi (quod facit Caluus) ex humorum quoque redundantia & in aſperam arteriam aut fauces affluxu. Hæc autem omnia cùm ſint indubitata humeſcentis cerebri indicia, aut apoplexiam, aut paralyſin, aut epilepſiam, aut conuulſiones non temerè minantur. B

οἷσι δὲ ἐκ τῶν ῥινῶν] Celſus iſtud ſic exprimit, Quibus ſæpe ex naribus fluit ſanguis, his aut lien tumet, aut capitis dolores ſunt, quos ſequitur, aut quædam ante oculos tanquam imagines obuerſantur. Exacta verò profluuij ſanguinis ex naribus prædictio, ex Prognoſtico & lib. 1. Epid. & lib. 3. de Criſibus petenda eſt.

Οὖλα δὲ πονηρὰ καὶ στόματα δυσώδεα, οἷσι πολλοῖς μεγάλοι. ὁκόσοι δὲ ἔχουσι πολλοὺς μεγάλους, μήτε αἱμορραγίαν γίνονται, μήτε στόμα δυσῶδες, τουτέων αἱ κνῆμαι ἕλκεα πονηρὰ ἴσχουσι. καὶ ὕλας μελαίνας. ἢν δ' ἄλλῳ φανερῷ ἔχωσιν ἀπόστασιν ἐν τῷ προσώπῳ, ἢ βαρὺ φθέγγωνται, ἢ ὀδόντας ἀλγέουσι τουτέοισιν αἱμορραγίαν ἀφ' ῥινῶν προσδέχεσθαι. οἷσι δὲ τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπαίρεται ἰσχυρῶς, τούτοις πολλοὺς μεγάλους ὀρήσεις ἔχουσας. εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖσι ποσὶν οἰδήματα προσγίνονται, καὶ ὕδωρ φανήσονται ἔχοντες, ἀλλὰ καὶ τῶν γαστέρα καὶ τῶν ὀσφῦν ὀπισθαλδέσι. D

Οὖλα] πονηρὰ] Quæ hîc lienoſis prædicuntur, magnam habent artis commendationem. Quæ ſic Celſus reddidit, At quibus magni lienes ſunt, his gingiuæ malæ ſunt, & os olet, aut ſanguis aliqua parte prorumpit. Quorum ſi nihil euenit, neceſſe eſt in cruribus mala vlcera & ex his nigræ cicatrices fiant. In ſplenicis autem gingiuarum corruptionem, animæ grauitatem, vlcerum in cruribus malignitatem, & coloris fœditatem adſcribunt primæ notæ Medici, vt Paulus lib. 3. cap. 49. & Aëtius lib. 10. cap. 11. Celſus quoque (cap. 9. lib. 4.) Vlcera aut omninò non ſaneſcere, aut certè cicatricem vix recipere ſcribit. Cælius Aurelianus lib. 3. Tard. Paſſ. cap. 4. lienoſos oris fœtore affici, cum gingiuarum putredine ſcribit. Deinde vlcera in cruribus difficilè in cicatricem vel indecenter venire Hippocrat. lib. 2. Epid. ſect. 1. δυσελκίας τῶν ἀκλεύκων τῶν ὑποφαιοτάτων, καὶ τὸ δέρμα καθαρόρρηγνυσθαι & τὰ χείλεα ſcribit. Idem lib. 4. Epid. Lycino Grammatico lienoſo labiorum vlcera adſcribit. Lib. etiam περὶ παθῶν, qui magno ſunt lienes κακοήχροοι, & κακεκκέες, καὶ δυσώδεες ἀπὸ τοῦ σώματος eſſe traduntur. Et libr. περὶ τῶν τοῦ παθῶν, lienoſis ἡ χροιὴ τρέπεται καὶ θερμοῖσι μέλας, ἔπωχρος, σιδηρώδης, καὶ ὀπὸ τοῦ ὠτὸς κακὸν ὄζει. καὶ τὰ ἕλκεα κακὸν ὄζει. καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ὀδόντων ἀφίσταται. καὶ ἐν τῷ κνημείῳ ἕλκεα ὀκρήγνυται ὁκοῖα περ ὀδοπυκλίδες. Ibidem quoque ἀμαυρὰ ἐν τῇσι κνήμῃσι καὶ ἕλκεα μελαίνα ἐξ αὐτέων annotantur. Aretæo lienoſi dicuntur πολυελκέες πάντη, μάλιστα δὲ ἐς κνήμας. Et σφρόβιλα πελιδνὰ, κοῖλα, ῥυπεινὰ, δυσειδέα τὰ ἕλκεα. Procedente autem tempore aquam inter cutem lienoſis ſuboriri aut tabem tradunt artis noſtræ dictatores, præcipuéque Hippocrat. libr. περὶ παθῶν, & Aretæus, & Paulus, quod & experientia teſtatum facit. Sunt autem quidam qui hoc loco Plinij Stomacacen libr. 25. cap. 1. aut Stomacaxiam Hollandicam depingi exiſtiment. Hoc quoque loco pro ὕλας μελαίνας, ἢ ὕλας legunt quidam. Verùm καὶ legiſſe Cornelium Celſum apparet. E

τοῦ ἄλλῳ φανερῷ] Hæc etſi videntur inanem habere ſuperiorum repetitionem, ea tamen inducere mihi religio fuit, propter exemplarium omnium conſenſum in quibus adſcribuntur, quanquam iis carere poſſumus & integer aliôqui ſenſus ſtare. Quod etiam vidit Cornarius, qui ne adſcripſit quidem, haud ſcio an codicis, an verò melioris mentis fiducia. Iſta autem videntur, humorum ad ſuperiora momento, ſanguinis per nares eruptionem, lienoſis aliôqui ſatis ſolennem, prænunciare, cùm ſuperiora tantùm ſanguinis aliqua ex parte eruptionem indicent, aut eam quæ fit per anum & hæmorrhoidas, aut eam quæ per inteſtina & aluum, vt aphoriſm. 43. & 48. libr. 6. Cui ſententiæ etiam Celſus adſcribere videtur, qui illîc ſanguinem aliqua parte prorumpere vertit. F

οἷσι δὲ τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς] Huiuſcemodi oculorum concauitates κοῖλα vocantur, vt ſcribit Medici author. & διὰ τοῦτο τὸ κοιλιδιῶν, τὸ πάθημα ὀνομάζεται, ὅτι τῶν κοίλων οἴδημα ἐστι, vt ſcribit Rufus. Earum verò partium tumor inſignis cachexiæ aut cruditatis index eſt, vt hîc non mirum ſit ſplenicos arguere. Iſagoges author ſcribit τὰ κοῖλα ἐπαίρεσθαι διὰ νόσους ἐκ ἀπεψίας, ἢ δυσφορεσήματος. Rufus verò, ὁκόταν τῶν ὑδέρων, καὶ ἄλλως πυνθάνῃς γιγνομένης τῆς ἕξεως ὅτι τὰ χρονίοις αἱμορρόοισι, καὶ ὅτι γυναικὸς χρονίου ἰχῶρι, ὅτε ἢ καὶ ὀφθαλμίαις ἀφιγμένοις. Libr. etiam 6. Epid. ὑποφροφαὲς denunciare ſcribitur: Etſi illîc de tumore cauitatis ſuperiorum palpebrarum agi videatur. Sed ſuperioris palpebræ cauitas κοίλον Rufo dicitur, vt inferioris ὑπόκοιλον.

Τὰ δὲ ἐν τοῖσι προσώποισι τῶν διαστρέμματα τῶν μηδενὶ ἄλλῳ τοῦ σώματος ὀπτικοινωνέει, ταχέως παύεται, καὶ αὐτόμαται καὶ πρὸς δυάγκας. οἱ δ' ἄλλοι ἀποπλήκτοι. οἷσι μὲν τῶν μὴ δυνάσθαι κινέειν, λεπτυνέεται ὁ νευρώδης τοῦ σώματος. ἤτοι ἀδυνάτοι εἰς τὸ καθίσταθαι. οἷσι δὲ ξυντήξιες μὴ ὀπτιλύωνται, ἤτοι δὴ ἔσονται ὑγιέες. περὶ δὲ τοῦ χρόνου ὁπότε ἔσονται, προσλέγειν ἔς τε τὴν ἡμῶν τοῦ νοσήματος ὁρῶντα, καὶ ἐς τὸν χρόνον, καὶ ἐς τὴν ἡλικίαν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐς τὴν ὥρην, εἰδὼς ὅτι τὰ παλαιοτάτα τῶν νοσημάτων, καὶ τὰ κάκιστα καὶ κυλινδούμενα, βαρύτατα ἐστὶ ἀκοῦσαι. καὶ τὰ ἐν τοῖσι γεραιτέροισι, H

Oris peruerſiones quę nulli corporis parti conſentiunt, celeriter aut ſua ſponte, aut ex neceſſitate ſedantur. In reliquis verò corporis ſyderationibus, quibus præter motionis impotentiam pars corporis affecta extenuatur, ij reſtitui non poſſunt. At quibus colliquationes non ſuccedent, ij profectò ſanitatem conſequentur. Tempus autem quo iſta contingent prædicere licet, ad morbi vim & tempus, & hominis ætatem, ac anni tempeſtatem attendendo, vbi in animũ induxeris veteſtiſſimos morbos, & peſſimos, & qui ſæpiùs repetunt, eósq; qui in corpore ſunt admodum ſe-

nili, non facilè cedere. Est etiam autumnus & hyems vere & æstate ad eos morbos tollendos minùs accommodatus.

σι τῶν σωμάτων. ἔστι δ' ὃ καὶ ὁ φθινόπωρόν τε καὶ ὁ χειμὼν, τῶν ἦρος τε καὶ τοῦ θέρους, ἀνεπιτηδείότερος τοῦτο τὰ νοσήματα ἀφιέναι.

τὰ δὲ ἐν τοῖσι παρεστῶσι] Transitus est ad neruosarum partium affectus, in quibus prædictio instituitur. Hîc autem τὰ ἐν παρεστῶσι παραξυρέμματα dicuntur oris distortiones aut peruersiones, cùm faciei partes in obliquum distorquentur ac contrahuntur. Oris torturam vulgus vocat, conuulsionisque genere censetur, & παραγωγὸς κωμικὸς Græcis dicitur. Est autem faciei musculorum resolutio, ex qua aut nasus, aut labrum, aut oculus, aut dimidia faciei pars peruertitur. Oris resolutio Celso dici videtur. Interdum verò cerebri consensum habet, túncque corporis partes in communionem labis trahuntur, interdum quoque neu ui qui ad faciem deferuntur. Plærunque verò faciei pars quædam sola afficitur, vt scribit Galenus libr. 4. de loc. affect. cap. 10. Ac leuius malum est quod cæteris corporis partibus resolutionem non communicat, ac naturæ viribus & sponte, aut interdum arte solicitatis vacuationibus sedatur. Quod etiam his verbis significauit Celsus. Oris resolutio etiam aluo cita finitur. Caluus licenter admodum & indistinctè τὰ ἐν παρεστῶσι παραξυρέμματα, quæ vultum perunt vertit.

οἱ δ' ἄλλοι ἀποπληκτοῖσι] Id rectè ad superiora referri potest. Graues nanque oris distortiones, quæ cerebro communicant, & medici diligentiam postulant, corporis resolutiones, aut comitiales morbos, aut apoplexias suspectant. Potest etiam corporis resolutiones de quibus hîc agitur respicere, & iis corporis sydcrationibus accommodari, quas Græci apoplexias, Celsus passim neruorum resolutiones vocat. Quod feci exemplaria partim publicata, partim manu scripta & Celsum etiam secutus, qui hunc totum locum breuiter elegantissimis his verbis complexus est, * Quacunq; verò parte corporis membrum aliquod resolutũ est, ſi neq; mouetur & emacrescit, in pristinum habitum non reuertitur, eóq; minus, quò vetustius id vitium est, & quò magis in corpore senili est. Omníque resolutioni neruorum ad medicinam non idonea tempora sunt hyems & autumnus, aliquid sperari potest vere & æstate. Porrò in membrorum resolutionibus si pars affecta gracilescit, extenuatur, & colorem immutat, difficilem aut prope nullam redintegrationem sperare oportet. Non modò enim animales functiones, sed & naturales ac vitales quadammodo deficere iudicantur. Hîc autem lego, ἢ ἀδυνάτοι εἰς τοὐτὸ καθίστασθαι, pro εἰς τοῦτο, Hippocrati familiari phrasi, quod est in pristinum statum restitui, aut ad integritatem redire.

* Cap. 8. lib. 2.

Humerorum verò dolores, qui ad manus tendunt, torporésque & dolores exhibent, abscessus certè non consequuntur, at bilis atræ vomitione sanantur. Eos autem qui in humeris perdurant, & ad dorsum pertingunt, puris aut atræ bilis vomitione effugiunt, quorum hæc ineunda est ratio. facilè quidem spirantes & extenuatos vomitione nigram bilem effusuros magis sperare oportet. At difficultate spirandi laborantes, si in faciem color subruber aut niger, antea non visus, subuehitur, pus expuitione potiùs redditurus spes est. Præterea etiam animaduertendum num pedes tumoribus infestentur. Hoc enim iis indubitatum est signum. Hic autem morbus viris vehementissimus accidit, à quadragesimo anno ad sexagesimum vsque. Quam ætatem etiam coxendicum dolores præcipuè vexant.

Αἱ δὲ ἐν τοῖσι ὤμοισι ἀλγήματα ὀδυνᾶται, ὁκόσαι μὲν ἐς τὰς χεῖρας ἐπικαταβαίνουσαι, ἀνάρχας τε καὶ ὀδυνᾶς παρέχουσιν, τούτων ἀποστάσιες μὲν οὐκ γίνονται. ὑγιαίνονται δὲ, μέλανας χολὰς ἐμέοντες. ὁκόσαι δὲ αὖτε μένουσι ἐν τοῖσιν ὤμοισιν, ἢ καὶ ἐς τὸν νῶτον ἀφικνέονται, τούτας πῦον ἐμέσαντες, οὐκ φυγγάνουσιν, ἢ μέλαιναι χολαί. καταμανθάνειν δὲ χρὴ τούτων ὧδε. ἢν μὲν γὰρ εὐπνοοι ἔωσι καὶ ἰχνοῖ, μέλαιναν χολὴν ἀλγεῖν μᾶλλον ἐλπὶς ἐμέσαι. εἰ δ' αὖ δυσπνοώτεροι, καὶ ὅτι τῶν πεζῶν ὅτι βέλτιστά τι ἀλγεῖν χρῶμα, ὁ πρόσθεν οὐκ ἐπεγένετο, ὑπόπερυθρον, εἴ τε μέλαν, τούτοις πῦον ἐλπὶς μᾶλλον πλύνειν. σκέπτεσθαι δὲ πρὸς τούτοισι, καὶ εἰ ἐν τοῖσι ποσὶν οἴδημα ἔνεστι. καὶ γὰρ τοῦτο ὃ σημεῖον, τούτοισι ὁμολογέον ἐστί. τὸ δὲ νόσημα τοῦτο, τοῖσιν ἀνδράσι πρὸς γίνεται ἰσχυρότατον, τοῖσιν ἀπὸ τεσσαρακοντα ἐτέων, ἐς τὰ ἑξήκοντα. τῶν ἡλικιῶν δὲ τούτων μάλιστα ἰσχιάδες βιάζονται.

αἱ δὲ ἐν τοῖσιν ὤμοισι] Celsus breuissimis verbis hunc locum sic expressit, Humorum dolores, qui ad scapulas vel manus tendunt, vomitu atræ bilis soluuntur. Idem. Difficilis æquè curatio est in eadem ætate, vbi humerorum dolor, vel ad manus peruenit, vel ad scapulas tendit, torporémque & dolorem creat, neque bilis vomitu leuatur. Quod autem de abscessibus ac puris reiectione dicitur, ad ea quæ suprà scripta sunt in capitis doloribus, ac membrorum torporibus referenda sunt, vnde leuamentum capiunt, cùm ista ferè cum illis consentiant, ac sint veluti illorum soboles. Quamobrem Celsus horum Prædictorum assiduus interpres, ista ferè cum illis coniungit.

De coxendicum autem doloribus sic existimandum est. Quibus senioribus vehementissimi torpores adsunt, & lumbi ac crura frigescunt, nec pudendum erigere valent, aluúsque non nisi coacta egerit, & mucosum alui recrementum plurimum prodit, his maximè diuturnum fore, ac prædicendum ex quo morbus cœpit, annum vt minimùm perseueraturum, iuuamentúmque non nisi aut vere aut æstate sperandum. At iuuenibus quidem non minores dolores afferunt coxendicum morbi, sunt tamen breuiores: etenim quadragesimo die liberantur. Quin nec vehementes torpores, neque crurum ac lumborum perfrictiones fiunt. Quos autem morbus iste in lumbis & cruribus vexat, neque tamen adeo vt decumbere cogantur, animaduertere oportet, num aliquid vspiam in coxa concrescat, percontaríque num ad inguen dolor peruenia t. Etenim si vtraque adfuerint, morbus efficitur diuturnus. Percontandum quoque num femur torpores sentiat, & ad poplitem pertingant. Quo concesso rursus petendum num per tibiam ferantur ad primam summi pedis partem, quæ tarsos dicitur. Qui enim istorum bonam partem fatentur, his ipsis crus modò calidum, modò frigidum fieri rectè prædixeris. At quibus hic morbus relictis partibus quæ ad lumbos sunt, infra vergit, eos bene sperare iubeto. Quibus verò coxendicem & lumbos occupat, & supra vergit, iis grauem fore prædicito. Quibus autem ad articulos dolores oriuntur & tumores, desinuntque sine podagra, iis & magna viscera adesse comperies, & in vrina quod subsidet album. Ac si cui tempora attollentur, ea sæpe dolere fatebitur, & sibi nocturnos sudores contingere. Quòd si neque tale quicquam in vrina subsidet, neque sudores contingunt, metus est ne articuli claudicent, aut in his abscessus fiat, quem melicerida vocant. Iis autem morbus iste contingit, quibus pueris aut iuuenibus ex naribus sanguinis fluor consuetus desiit. Ex quibus percontari oportet num in iuuentute sanguinis fluxus contigerit, & num pungentes prurigines ipsis in pectore aut dorso insint. Aut eadem contingunt quibus vehementes alui dolores absque perturbatione adsunt, aut quibus per ora venarum quæ sunt in ano sanguis effunditur. Hinc nanque istorum morborum origo petenda est. Quòd si viris huiusmodi fœdus color appareat, num etiam capitis dolor adsit percontandi sunt, quod fatebuntur. Ex quibus qui ventris dextra parte dolores sentiunt, iis vehementes dolores fiunt, idque vel maximè si in præcordiis ad hepar dolor restiterit. Quibus malis confestim leuat strepitus qui in ventre fit. At vbi dolor conquieuit, vrina crassa & pallida redditur. Atque hoc morbi genus neutiquam letale est, sed valde diuturnum. At vbi iam morbus inueterauerit, homines ocuiorum caligine vexat. Percontari igitur oportet, num sanguis in iuuentute fluxerit, aut oculorum caligatio contigerit, aut vrina pallida vacuata fuerit, aut intus excitati spiritus & superuenientes iuuamentum attulerint. Ista nanq; omnia fatebuntur.

Σκέπτεσθαι δὲ δὴ ὧδε πρὸς ἰσχιάδων. ὁκόσοισι γὰρ τῶν γεραιτέρων αἵτε ἀνάρχαι ἰσχυρόταται καὶ καταψύξιες τῆς ὀσφύος τε καὶ τῶν σκελέων, καὶ ὃ αἰδοῖον ἐπαίρῃ οὐδυνατέοισι, καὶ ἡ γαστὴρ ὑδαρχορέῃ, εἰ μὴ πρὸς ἀνάγκῃ, καὶ κατοφόδης μύξα πολλὰ διεξέρχεται, τούτοισι χρονιώτατον ὁ νούσημα ἔσται. καὶ πρὸς ἑλέγχῳ σιταῶν ὁ ἐλάχιστον, ἀφ' οὗ χρόνου ἤρξατο ὁ νούσημα γίνεσθαι. καὶ τὰς ὠφελείας ἐς ὃ ἦαρ τε καὶ ὁ θέρος προσδέχεσθαι. τοῖσι δὲ νεανίσκοισιν, ἐπώδυνοι μὲν οὐχ ἧσσον αἱ ἰσχιάδες, βραχύτεραι δέ. καὶ γὰρ τεσσαρακονθημέρου ἐπαλλάσσουσαι. ἀλλ' οὐδὲ αἱ ἀνάρχαι ὅλοι γίνονται ἰσχυραί. οὔτε αἱ καταψύξιες τῶν σκελέων τε καὶ τῆς ὀσφύος. οἷσι δὲ ὁ νούσημα τοῦτο ἔστι μὲν ἐν τῇ ὀσφύϊ καὶ τῷ σκελεῖ, βιάζεται δὲ οὐχ οὕτως ὥστε καταχέεσθαι, ξυστρέμματα σκέπτεσθαι μὲν ἤπου ἐν τῷ ἰσχίῳ. καὶ ἐπιφέρεσθαι, εἰ εἰς τὸν βουβῶνα ἡ ὀδυνη ἀφικνῆται. τοῦ γὰρ τοῦτ' ἔχῃ ἄμφω, χρόνιον

χρόνιον ὁ νούσημα γίνεται. ἐπιφέρεσθαι δὲ καὶ εἰ ἐν τῷ μηροῖ ναρκαὶ ἐγγίνονται, καὶ ἐς τοὺς ἰγνύας ἀφικνοῦνται. καὶ τοῦ φῆ αὐδῆς ἐρέεσθαι, καὶ τοῦ ἀφὸ τῆς κνήμης, ὅτι τὸν ταρσὸν τοῦ ποδός. ὁπόσοι δ' ἂν τούτων τὰ πλήσια ὁμολογέωσι, εἰπεῖν αὐδῶσι, ὅτι ὁ σκέλος σφιν τότε μὲν θερμὸν γίνεται, τότε δὲ ψυχρόν. ἡ δὲ νῆσος αὕτη ὁκόσοισι μὲν ἀνὰ τοὺς ὀσφῦς ἐκλείπουσα ἐς τὰ κάτω βέπεται, θαρσεῖ. ὁκόσοισι δὲ κατὰ τε ἰσχία καὶ τοὺς ὀσφῦς μὴ ἐκλείπουσα εἰς τὰ ἄνω βέπεται, πρεσβύτερον δεινὰ ἔῃ). οἷσι δὲ περὶ τὰ ἀρθρα, ὀδυνᾶται τε γίνονται καὶ ἐπαίρσιες καὶ καταπαύονται, οὐκ ἐν τῷ ποδαγικῷ ἔτει, διῆρσε πάτε πολλάγχια μεγάλα, καὶ ἐν τῷ ἤρῳ λευκὰ ὑποστασιν. καὶ τοὺς κροτάφους οὐ ἐπαίρει, φησὶ πολλάκις δηγέειν. φησὶ δὲ καὶ ἱδρῶτας αὐτῷ γίνεσθαι νυκτερινούς. οὐ δὲ μήτε ὑπὸ τῷ ἤρῳ ὑφίσταται ἡ ὑπόστασις αὕτη, μήτε οἱ ἱδρῶτες γίνονται, κίνδυνος ἢ χωλωθεῖναι τὰ ἄρθρα, ἢ ὃ δὴ μελικηρίδα καλέουσι γίνεσθαι ὑπ' αὐδῆσι. γίνεται δὲ ὁ νούσημα τοῦτο, οἷσιν ἐν τῇ παιδίῃ τε καὶ νεότητι ξυνῆνες ἐόν, αἷμα ῥεῦν ἐκ τῶν ῥινῶν πέπαυται. ἐπιφέρεσθαι δὲ καὶ τῆς τοῦ αἵματος ῥήξιος, εἰ ἐθλύβετο ἐν τῇ νεότητι. καὶ αἱ κνηδώσιες ἔν τε τῷ στήθει καὶ τῷ μεταφρένῳ εἰ ἔνεισι. καὶ ὁκόσοις αἱ χειλίαι ἰχυρὰς ὀδυνᾶς παρέχουσιν ἀνὰ δὺο ἐκπαρεξίων. καὶ ὁκόσοισιν αἱμορροΐδες γίνονται. αὕτη γὰρ ἡ ἀρχὴ τῶν νουσημάτων τούτων. οὐ δὲ κακόχροοι οἱ ἀνθρωποι ἤτοι φαίνωνται, ἐπιφέρεσθαι καὶ νεφαλίαι εἰ ὀδυνῶνται. φήσουσι γὰρ. τούτων δὲ ὁκόσοισιν αἱ χειλίαι ἐπώδυνοι, ἔντε τοῖς δεξιοῖς εἶεν, τὰ ἀλγήματα ἰσχυότερα γίνεται. καὶ μάλιστα ὅτου πρὸς τῷ ὑποχονδρίῳ τῷ ἧπαρ ὁ ὑπόλημμα τῆς ὀδυνῆς ἦ. ὠφελεῖ δὲ τοὺς τοιούς τὰς ὀδυνᾶς, ὁ παραυλικὸς ψόφος ἐν τῇ γαστρὶ θορυβούμενος. ὁκόταν ὃ ἡ ὀδυνη παύσῃ), ὁ ὄξυρον παχὺ καὶ χλωρὸν ἀρέοισιν. ἔστι δ' θανατώδης μὲν ὀδαμῶς ὁ τρόπος ἧπος. χρόνιος δὲ κάρτα. ὁκόταν δὲ παλαιὸν ἤδη ἦ ὁ νούσημα, ἀμβλυώσοισιν οἱ ἀνθρωποι ὑπ' αὐτοῦ. ἀλλ' ἐπιφέρεσθαι πρὸς τῷ αἵματος, εἰ νέος ἐόντι ἔῤῥῃ, καὶ πρὸς τῷ ἀμβλυωσμοῦ, καὶ πρὸς τῷ ὄρου τῆς κενώσιος χλωρότητος. καὶ ἀμφὶ τῷ ψόφων εἰ ἐγγίνονταί τε καὶ ὠφελέοισιν ὅτι γινόμενοι. φήσουσι γὰρ πολλὰ τοῦτα, εἴ τε ἔρυθρόν τε, εἴ τε μέλαν, τουτέοισι πῦον ἐλπίζειν μᾶλλον ἢ πλύειν. σκέπτεσθαι δὲ καὶ τούτοισι καὶ ἐν τοῖσι ποσὶν οἰδήματα. τοῦτο δὲ σημεῖον τουτέοισιν ὁμόλογον ἐστίν.

σκέπτεσθαι δὲ δὴ ὧδε] Sic Celsus. In coxæ verò doloribus si vehemens torpor est, frigescitq; crus & coxa, aluusq; nisi coacta non reddit, idq; quod excernitur mucosum est, iamq; ætas eius hominis quadragesimum annum excessit, is morbus aut longissimus, miniméque annuus, neque finiri poterit nisi vere aut autumno. Atque ex hoc loco lucem afferri Celso manifestum est. Nam & minimum pro minimè legi oportere, & autumnum pro æstate positum, aut pro æstatis fine quæ in autumnum vergit, liquidò constat. Sunt autem ad autumnum ἰσχιάδες doloris cruciatu sæuissimæ, vt aph. 22. libr. 3. vbi scribit Galenus, πολὺ δ' ἰσχιάδας εὔλογον ὑδρόπι τι κακοκηθείας τῷ χυμῷ ὡς τῇ ψύξει μάλιστα γίνεσθαι.

G καὶ κατοφόδης μύξα] Hoc morbum coxarium ex pituitoso & frigido humore fieri testatur. Quamobrem vehementioribus medicamentis, tum infuso, tum purgatione vtimur.

τοῖσι δὲ νεανίσκοισιν] Celsus quoq; his verbis hunc locum exprimit. Eadem ætas prodest & in coxæ dolore & humerorum, & in omni resolutione neruorum. Ex quibus coxa si sine torpore est, si leuiter friget, quamuis magnos dolores habet, tamen & facilè & maturè sanatur.

ξυστρέμματα] ξυστρέμματα vocat duras humorum concretiones & collectiones, aut tubercula, & quas συστροφὰς dicunt. Galenus φύματα καὶ σκληρίας explicat. Celsus humoris coitum omnem vocat. fiunt etiam in coxariis tofi seu calli, ex humoribus crassioribus & viscidis, qui in articulis vbi diutius moram traxerint, eos ne curare quidem posse sperandum est, vt scribit Gal. libr. 10. Compos. phar. secundum loc.

ὅσσ' τὸν ταρσὸν] ταρσὸς est prima summi pedis pars, quatuor ossibus constans, & manus carpo respondens. In morbo autem coxario dolor ipsis à natibus inguinibúsque ad genua vsque, in plurimis autem ad summum vsque pedem pertinet, vt scribit Paulus. Archigenes etiam libr. 2. Compos. pharm. secundum genera de morbo coxendicum, sic scribit apud Aetium. Antecedit & quasi auspicatur hoc malum aliquando quidem vicinorum musculorum dolor, & maximè lumborum, aliquando verò ab ipsa iunctura initium fit affectionis. Iam verè quandoq; etiam contingit vt vertebri dolore fere sublato, circa poplitem solum afflictio hæreat,

aliis autem iuxta talum. Quibusdam verò totum crus æqualiter dolore affligitur : multis item circa inguina dolor figitur, & tum A
sanè vesica ipsa molestiam transsumens, vrinæ difficultatem inducit , & tunc maximè totum crus à coxendicibus vsque ad calcaneum dolorem perfert, & non solùm si ipsum crus moueatur, conuulsiones infert, verùm si etiam aliqua alia corporis pars agitetur. Cælius etiam Aurelianus lib. 5. Chron. cap. 1. hæc ferè exprimens scribit. Et primò in vertebro dolor sentitur, dehinc partis suæ penetrans loca vsque ad mediam natem, ac superius ad inguen, vel ad ancalen peruenienis atque suram, dehinc etiam talum & pedis summitatem.

οἷσι δὲ πᾶσι πᾶν ἄφορα] Ista magnam crassorum humorum redundantiam & corporis impuritatem arguunt, qua grauata natura, aut in articulos deponit, aut per vesicam excernit. Est vbi etiam flatibus à calore exagitata materia in caput redundat, ibique dolores nonnunquam etiam parotidas aut hæmorrhagiam excitat, quæ reliquorum absolutionem faciunt, ex aph. 31. & 74. lib. 4. Celsus hunc locum concinna breuitate adumbrat, & tam arctè concludit, vt hinc explicari deleat. Eademq; his pericula sunt, quibus articulorum vitia, dolores, tumoresq; sine podagra similibusq; morbis oriuntur & desinunt. Vtriq; si sæpe tempora iisdem dolent, B
noctuq; corpora insudant, frons prurit, lippitudinis metus est.

καὶ ἐν τῷ ἄρῳ] De vrina antea præsagium est institutum quod huc referendum est, itidem ex Celso expressum.

ἰῶ ὃ μήτε ἐκπυον τῷ ἄρῳ] Humoris redundantia & crassitudo, si neque per vrinas, neq; sudoribus expurgetur, in articulos decumbit, vbi aut claudicationem, aut abscessum ex humore melli simili contento, melicerida dictum excitabit, pro quibus Celsus graues in articulis exulcerationes, vel aliquo morbo debilitari posuit. μελιτηρὶς autem in tumorum genere præter naturam qui abscessum faciunt, reponitur Galeno lib. 14. Meth. & lib. de Tumor. præter naturam nomenq; ab humore melli simili effuso habet.

γίνεται δὲ τὸ νόσημα] Celsus paulò aliter ex his capitis dolores producit, & hunc locum innuit. Quibus in pueritia sanguis ex naribus fluxit, dein fluere desiit, hi vel capitis doloribus conflictentur necesse est, vel in articulis aliquas exulcerationes graues habeant, vel aliquo morbo etiam debilitentur.

καὶ τῷ μετωφρένῳ] Celsus ἐν τῷ μετώπῳ legisse videtur cùm dixit, si frons prurit. Et Caluus vtrunq; apposuit exemplaribus Italicis C
fretus.

καὶ ὀκόσοις αἱ κοιλίαι] Sensus esse videtur. Istam esse morborum horum originem, eaq; prædici debere, quibus plurimus crudus, crassus & flatulentus humor in toto ventris alueo contentus distentionem & dolores vehementes excitarit, qui neq; tamen irruptione, velut critica quadam excretione, effusus fuerit (sic enim ἐκκάθαρσις κοιλίης Hippocrati sumi solet, pro qua Celsus alui resolutionem posuit ex aph. 60. lib. 4.) Quæ materia eodẽ impetu, aut grauitate, aut humorum qualitate hęmorrhoidas tentare potest.

ἰῶ ὃ κακόχροοι] Hæc reliqua symptomata, coloris prauitas, capitis, ventris ac hypochondrij dextri dolor, corpus non esse integrum testantur, sed multa crassa & flatulenta materia distentum, præcipuéq; si id citra alui deiectionem & hęmorrhoidum profluuium accidat. Ex quibus malis liberat vrinæ multitudo, maximè si crassa & alba reddatur, & aluus erumpat, per eamq; vitium strepitu quodam euoluatur, vt aph. 73. & 74. lib. 4. Hic autem vrina pallida & quæ ad albam proximè accedit intelligenda est, non viridis, aut ex virore pallescens, qua significatione apud veteres χλωρὸν ὠχρὸν designat, vt multis locis scribit Gal. Eumq; in modum scribi- D
tur lib. de rat. vict. in morb. ac. in his qui cibum bis capere consueti, prandium omittunt, κρεμᾶται δοκέει τὰ ἀσθένεα αὐτοῖσι, καὶ ἐρέουσι θερμὸν καὶ χλωρόν. Aliô qui sanè viridis vrina perniciem intentat, vt scribit Gal. & Celso viscerum dolorem tumoremq; cum aliquo periculo subesse, aut certè corpus integrum non esse minatur. Vbi sanè quodammodo hunc locum adumbrare videtur.

εἴ τε ἐρυθρὸν] Quædam exemplaria hunc locum asteriscо notant, & manifestum mendum detegunt. Apparet nanque ista ex superiore loco huc temerè irrepsisse, quæ expungenda duximus. Quod etiam rectè vidit Cornarius, siue huc mentis acie contendens, siue codicum meliore fortuna vsus. Ac vt neq; huic loco quadrant, ita nec constantem habent codicum inter se consensum. Quidam nanq; μεσῆον πίδυον legunt, quidam etiam μεσῆον ἢ πίδυον. Magna est tamen atq; adeò sanè periculosa in tam fœdo vitio retinendo codicum quos adhuc videre licuit conspiratio, vt ne ex Italicis quidem exemplaribus (quæ mihi multis amicorum sermonibus celebrantur, & magna spe deuorantur) huic loco salutem afferri posse sperem, cùm Caluus ad hos quoq; scopulos illiserit.

E

Impetigines & lepræ, albicantesq; vitiligines, si iuuenibus quidem aut pueris horum aliquid contingat, aut sensim se prodens, diuturnitate temporis augetur: in iis quidem eæ pustulæ abscessus esse minimè existimandæ sunt, sed morbi. At quibus ex his aliquid subito multumq; contingit, id certè abscessus dici possit. Oriuntur autem albicãtes vitiligines ex maximè quidem lethalibus morbis, velut quæ tabes dicitur. Lepręverò & impetigines, ex iis qui ab atra bile fiunt. Ex quibus quæ valde iuuenibus contingunt, & recentissima quæque sunt, ea faciliùs curationem recipiunt, tum quæ in summè mollibus & carnosis corporis partibus nascuntur.

λειχῆνες ὃ ἢ λέπρας καὶ λεύκας, οἷσι μὲν νέοισιν, ἢ παῖσιν ἐόσιν ἐγγίνεται τούτων, ἢ καὶ μικρὸν φανέν, αὔξεται ἐν πολλῷ χρόνῳ, τούτοισι μὲν οὐ χρὴ ἀπίστασιν νομίζειν ὀξεῖαν ἔσεσθαι, ἀλλὰ νόσημα. οἷσι δ' ἐγγίνεται τούτων τὶ πολύ τε καὶ ἐξαπίνης, τοῦτο ἂν εἴη ἀπόστασις. γίνονται δὲ λεῦκαι μὲν, ὁκόσοι θανατωδεστάτων νοσημάτων. οἷς καὶ ἡ νοῦσος ἡ φθινικὴ καλεομένη. αἱ δὲ λέπραι καὶ οἱ λειχῆνες, ὁκόσοι τοῖσι μελαγχολικῶν. ἴσαται δὲ τούτων ὑπερτέρη ἐστὶν, ὅσα νεοπαθέοισί τε γίνεται, καὶ νεόπαθά ἐστι, καὶ τοῖσι σώμασι ἐν τοῖσι μαλθακωτάτοισι, καὶ σαρκωδεστάτοισι φύεται.

λειχῆνες] λείχω impetigo est, summæ cutis vitium, vt ψῶρα & λέπρα, cum asperitate & leui pruritu, deterius quidem pruritu, psora autem & lepra leuius. Gignitur Galeno ex serosis, tenuibus & acribus succis, cum crassis permixtis, estque via quædam ad psoram & lepram, vt ad lichenem pruritus. Cornelius Celsus lichenem papulam vocare videtur, quam reliquus medicorum chorus impetiginem. Lepra verò asperitas est cutis profundior, cum pruritu maiore & squamis, cuius materia est humor melancholicus, multus, viscosus, crassus, acris, terrestris & siccus. Ex cuius qualitate & malignitate squamæ in summa cute oriuntur, quæ illi G
peculiares sunt, cum asperitate cutis profundiore & pruritu. Hæc ad elephantem aditum facit, & in quatuor genera Celso distribuitur, sola intensione & remissione malignitatis distincta. Lepra velut squamosa, ἀπὸ τῆς λεπίδος dici videtur. λεύκη autem vitiliginis species, cutis carnisque subiectæ præter naturam albedo. Albicantem vitiliginem dicimus, vt Gaza albuginem. Vitiosa cutis macula est, & fœdæ scabiei soboles, ex malo corporis habitu excitata, & facultatis altricis errore pituitosum sanguinem, lentum & viscosum gignentis. Leuce quem occupauit, non facilè dimittit, eáque censetur esse quæ vulgo lepra alba dicitur. Sic quæ à Domino lepra curatur in Euangelio, vitiliginosæ cutis deformitas quibusdam existimatur, & vitiliginem eam vocat Arnobius de Domini miraculis loquens. Atque hæc cùm scabiei sint genera, cutis fœditates & vitia censentur potiùs quàm morbi. Quod etiam scripsit Hippocrates libr. περὶ παθῶν, αἴσχος μᾶλλον ἢ νουσήματα ea esse censens. Cuius quoque sententiam sequitur Auicennas, Canone primo, cùm scribit eas affectiones, cùm morbi non sint sed potiùs dedecora, morbis tamen annumerari. Atque ea fortè notione huius Prorrhetici author has in cutem eruptiones in pustularum genere reponit, cúmque corpus vitiosis humoribus H
natura expurget, & in cutis superficiem quadam velut excretione deponat, in ἀποστάσιων numero, quæ κατ' ἀπόθεσιν fiunt, censet, vt & libro secundo Epidem. Nemini autem dubium est quin hac parte mendosi sint codices omnes, cùm ἡ νοῦσος ἡ φθινικὴ καλεομένη scribitur. Nam φθινικὴ νόσος ex Galeni Exegesi procul omni dubio reponendum, vt in nostra Hippocrat. Œconomia satis testatum

A tum reliquimus. Sic enim exponitur Galeno ἡ κατ' φοινίκων ἢ κατ' πᾶν ἄλλο αὐαλέον καὶ μέρη πλεονάζουσα, δηλοῦσθαι δὲ κατὰ τῶν ἀπὸ δοκεῖ ἡ ἐλεφαντίασις. Quibus verbis morbum apud Phœnices cæterasque orientis regiones frequentem intelligit. Indicari autem videtur Elephantiasis. Etsi φοινίκιος etiam videtur legisse Galenus, vt satis ex indicatura in Exegesi patet, qua voce, ἀπὸ τοῦ χρώματος ὅπερ εἰρῆσθαι τὸν ἐλεφαντίασιν, suspicari aliquem posse scribit, hoc est puniceo colore aut palmeo, quo Elephanticorum cutis inficitur. Est porrò hic Asulanus codex diminutus & vitiosus, vt satis apparet.

B

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΚΩΑΚΑΙ ΠΡΟ-
ΓΝΩΣΕΙΣ.

C HIPPOCRATIS COI
COACARVM PRAENOTIO-
NVM LIBER VNVS, IN VARIAS
sententias distinctus,

Nunc recens Latina interpretatione, & Annotationibus donatus,

D ANVTIO FOESIO Mediomatrico Medico, &c.

AD COACAS PRAENOTIONES
PRÆFATA.

E PRÆDICTORVM *multa cùm sint genera, artificiosum tamen quod longa sæculorum æternitate, excipiente memoria prodendisque monumentis artis complexionem est adeptum, & euentorum consequentia notatum ac animaduersum, præcipuè artem Medicam subit. Ex quo existit & illa medicorum in morbis temporis longinquitate inueterata, artis præceptionibus confirmata, & diuturna euentorum obseruatione nobilitata præsensio futurorúmque prædictio, ac velut animi longè ante quæ euentura sunt acutè cernentis præsagitio. Sagire enim (inquit ille) sentire acutè est, & qui ante sagit quàm oblatares est, dicitur præsagire, id est, futura ante sentire. Vnde etiam ad hominum communionem & vsum traducta sunt medicorum præsagia, velut præscita quædam, aut eorum quæ in morbis obuentura sunt prædictiones aut prænotiones quædam: quæ & artis admirabilitatem quandam authori pariunt, & ad cognitionis* F *dignitatem illustres aditus patefaciunt, medicosq; vt omni inuidia liberant, sic etiam ægros salutis fiducia & bonorum spe erigunt. Cuius quæstionis tractatio cùm valde esset obscura & difficiles haberet explicatus, subtiliter est admodũ ab ipso Hippocrate Medicinæ parente, multis libris expressa, posteáque à Galeno, velut omnium bonorũ secundum Hippocratem fonte, mirabiliter ex doctrinæ umbraculis & ocio, non modò in solem atque puluerem, verumetiam in ipsum discrimen aciémque perducta. Atque ad eam sese applicant quæcunque Prognostici aut Prorrhetici nomine scripta, prædictionum aut prænotionum scientiam* G *præseferunt; & quæ totam κρίσεων disciplinam cum decernentium dierum cognitione coniunctam amplectuntur, quæque alia multa sunt in Hippocratis monimentis ad iudicij denunciationem non illiberaliter fusa, ad eam futurorum præsensionem referuntur. Cuius magna quidem professio, sicut est, quondam à multis claris Medicis illustrata, pressius quidem & politius ab Hippocrate tractata, à plerisque Galeni ætate exagitata, & longè latéque peregrinata, abfuit ab ægrorum tricliniis, tandem verò ab vno Galeno summa authoritate & scientia sustinetur, multis ea de re conscriptis voluminibus, & variis ad* H *eam facultatem comparandam propositis doctrinæ adiumentis. Quo in genere, cùm non paranda solùm nobis ea sit, sed etiam fruenda scientia, præcipua vis eorum enitet, quæ in parentis Prænotiones & Prædictiones á Galeno edita, amplissimam huius instrumenti materiam atq; uberrimam copiam continet. Ex quibus*

velut ex puris fontibus prædictionis leges optimè constitutæ hauriendæ sunt, ad quas velut ad Cynosuram A
nauigandi, ita rectè prædicendi cursus dirigatur. Quæ sanè efficiunt in hoc quæstionis genere, quod maximè rem causamq; continet, vt Galeno, sicut in cætero medico ornatu, palmarem gloriam concedamus, & huic nos plurimùm, & longè latéque plurimùm tribuere velut parenti oporteat, ex quo post Hippocratem tanquam refertissimo doctrinæ penu, conceptas & ratas prædicendi ac præsagiendi leges accepimus. Cuius ex præceptionibus, vt adulteratam pecuniam, ita fucosæ doctrinæ lenocinium, & (vt ait Accius) fallaciloquentiam, quæ plerunque in præsentiendo locum occupat, probari debere existimamus. At verò
vt nec vndecunque rectè prædicendi integritas peti debet, sic in tam variè comparata huius ornatus su- B
pellectile, delectus quidam eximius habendus est, magnáque adhibenda est cautio, ne vitiosum sanguinem pro incorrupto colligamus, & succum illum in quo naturalis inest, non fucatus color, deperdamus, aut potiùs siccitates quàm habitus corporis opimos consectemur. Sed ad eas præceptorum leges quæ à Galeno passim scriptæ sunt in Prognostici & Prorrhetici Commentariis, rationes nostræ adiungendæ sunt, & vt Polycleti Doryphorum sibi Lysippus aiebat, sic in hac prædictionis exercitatione, Galeni meditationem velut magistram adhibebimus. Nam cùm magna instabilitate referta sit hæc disciplina; diligenter animaduertendum est, ne ambigua pro veris, infirma pro certis, arbitraria pro ratis, fluxa & caduca pro per- C
petuis amplectamur: sed quæ longa sæculorum perennitate immutabilitatem nacta sunt, & diuturna temporis obseruatione æternitatem adepta, quæque semel existentia necessariam euentorum efficientiam proponunt, ea prædictorum præceptiones & velut consectaria concludunt, iudiciorúmque nostrorum limam subitura sunt: Diligentérque prouidendum est, ne in signorum recensione ieiunitatem, aut siccitatem, & exilitatem potiùs quàm plenam & exuberantem causarum copiam amplectamur, rarámque fortuitorum concursionem pro necessariis ducamus. Sed adhibenda est cum obrussa ratio, & omnia ad Galeni trutinam exigenda, pariúmque rationum momenta perdiligenter sunt facienda, vt prædictionis D
medicæ integritatem sartam tectam tueamur, eíque antiquam existimationem retineamus. Quam certè annitendum est vt domi teneamus septam liberali custodia, & hos ignotos atque imprudentes procos repudiemus, tueamúrque vt adultam virginem castè, & ab amatorum impetu quantum possumus prohibeamus. Quod profectò commodiùs præstabitur, si postulatis secundum libertatem vindiciis eam Galenus liberali causa manu asserat, suáque rogatione in pristinum dignitatis gradum deducat. Neque enim cuiquam, nisi Galeno ductore, in hos compos ingrediendum existimo, superuacaneáque mihi videtur omnis opera, quæ ad prædictionis leges aut ex Hippocrate eruendas aut explicandas adhibetur, nisi Galeni E
exercitatio, velut præsultoria quædam disciplina, nostræ præsensionis leges ac iudicium totum moderetur. Quò sanè æquius est decurso toto iudiciorum campo, & semensis prænotionis spatiis, quæ in Præsagiorum & Prædictorum Commentariis latissimè patent, non indiligenter inter se collata signorum facultate & æstimatione habita, & hanc Prænotionum Coacarum planitiem descendere, magna animi contentione adhibita, ne in breuia & syrtes quasdam deducti, cursum ipsum quem Galeno duce cepimus, tenere nequeamus, & ad quamcunque fuerimus disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adhærescamus. Neque enim ad speciem egregiè comparatis titulis, aut ad fastum emendicata indicatura nos du- F
ci oportet, neque si parentis nomen aut clarissimæ familiæ genus superbè nimis prætenditur, non ideò ad iudiciorum leges & præceptorum formulas doctrina tota æstimanda est: sed vt senticosum & ruderatum solum ita totus locus perpurgandus est, & velut in summa luxurie multa interlucanda, quædam etiam auerruncanda, plurima verò in familiam vnde orta sunt deducenda. Quotus enim quisq; est qui Coaca hæc Præsagia ad Hippocratis Coi fœtus, aut clarissimam Asclepiadarum familiam referat? Cùm & multa sint toto genere dissentanea, plurima temerè assuta, nonnulla dictionis quadam vbertate redundantia, no- G
uata quædam & ipso dicendi genere insolentia: ad summam, ex multis genuinis Hippocratis scriptis consarcinata quædam fartura, & velut ex aduersariis ac pugillaribus in memoriæ subsidium comparatis, nullo delectu aut ordine, quasi in promptuarium quoddam centones tumultuariè conditi. Nam & in his, vt in plerisque Hippocratis monimentis, genera etiam falsa sunt, & velut ad plebem transitiones plurimæ, cùm homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunduntur genus, quò faciliùs tantæ familiæ claritas nobis imponeret, & animorum nostrorum aciem nominis splendor perstringeret. Ad hæc nõ rara rerum ac verborum insolentia, ambiguitas, scribendi nouitas, tam crebræ fortuitorum euentorum concursiones, ex quibus tanquã ex obseruatione quadam præsagiorum decreta eruuntur, ac iisdẽ de rebus sæpe quasi H
dictata reddũtur, vt vel ex iisdem pene verborum præstigiis limata quædam rerum & verborum tenuitas existat,

A existat, quæ tantam interdum obscuritatem parit, vt sors ipsa penè ad sortes referenda sit. Quo in negõcio etsi huic præsagio multa familiæ nomen detrahunt, patriam tamen & ciuitatis ius plurima assignant, tam multa ctiam libertatem vendicant, vt pene familiæ erciscundæ iure teneatur. Et quia iniqua est in omni re accusanda prætermissis bonis malorum enumeratio vitiorumque selectio, hic quoque plurima esse quæ doctorum admirationem assensionemque commoueant fatendum est, & ad quorum cognitionem diuina illa ingenia transferri oporteat. Imprimis verò tam insignis elucet Hippocraticæ doctrinæ comprehensio, vt ad eam ipsam rem de qua agitur, totam Hippocratis officinam adhibeat, & arculas consumat in quibus selecta quodam compendio artis præcepta continentur. Quæ etsi domesticam Hippocratis breuitate conditam verborum ac rerum circunscriptionem non retinent, in Hippocratis tamen monimentis
B egregiè versatos & detritos ita delectant, vt iis meritò videantur digitos ad fontes intendere, ac doctrinam à capite arcessere, & ea quæ in re dispersa sunt atque infinita, ratione & distributione sub vno aspectu in omnium oculis ponere. Ac certè illud est in quo vel maximè consueuit hoc in opere iactare se nostra oratio, & ad quod præcipuè doctorum iudicium elaborare debeat, vt vno quasi compendio totius artis Hippocraticæ comprehensio, ac admirabilis doctrinæ euolutio quædam, vel facili momento tanquàm in o-
C culis, ita in animi notione velut in vestigio reponatur. Multa equidem fateor sunt ex obseruatione nata & malo quodam exemplo in artis præceptiones deducta, verùm tempore immenso sunt excepta, & significatione euentorum animaduersa ac notata. Nihil est autem quod non longinquitas temporum excipiente memoria prodendisque monumentis efficere atque assequi possit. Qualia multa sunt à Medicis selecta remedia ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera, quorum vim atque naturam ratio nunquàm explicauit, vtilitate & iudicio ars est probata. Quæ etsi non sunt satis idonea artis prædicendi præcepta, quod nunquam perfectè veritatem casus imitetur, in his tamen artibus quæ artificiosa quadam con-
D iectura continentur, & sunt opinabiles, vtranque ferè paginam faciunt, multumque habent momenti & ponderis. At verò vt est obscura huius præsagij origo, ita plerunque tenebras offundit, & rerum ac verborum compressione tam breuis est interdum hæc tractatio, vt ob eam ipsam causam vel sæpè sit subobscura. Neque nos admodum mouet quòd Erotianus in Hippocr. scriptis veterator acerrimus, nullam omninò harum Coacarum Prænotionum mentionem faciat. Sed decet sanè timidè ingredientem ad hoc genus sermonis, nullo negotio huiusmodi causis respondere, & ad eos qui talia proponunt hanc orationem adhibere. Harum Coacarum Prænotionum etsi Hippocratem ipsum authorem iure vendicare non pos-
E sumus, certè ex Hippocratis familia assensorem aliquem aut cognitorem ius attribuimus, eiusdem propè dignitatis ac famæ, qualem Prorrhetico tribuunt non iniqui rerum æstimatores. Ac sanè eandem & nominis & fortunæ aleam vterque fœtus subire potest, cum & tractatione & dictionis genere tam sint inter se similes, vt penè germanitatis impressas notas habeant. Nam & rerum ac verborum continuatione tam valde interdum consentiunt, vt eadem ex eodem penu hausta videantur, nonnunquam etiam quæ in Prorrhetico pressiùs comprehensa, in hoc præsagio latiùs fusa, vberiorem nacta sunt explicationem. Adeò
F vt ne his quidem de causis de eorum doctrina iniquè existimari non debeat, vt vel inertissimæ sit segnitiæ, aut fastidij delicatissimi, ab eorum consuetudine mentis aciem abducere, quòd genuinam Hippocratis stirpem non referant. Verùm vt nec tam autoritatis quàm rationis momenta quærenda sunt, sic nec opinio præiudicata tantùm posse debet, vt etiam sine ratione valeat authoritas. Sint hi sanè subditij fœtus & Hippocratis nomen falsò prætendant. At sunt in Asclepiadarum familiam multis retroactis sæculis, si quis memoriam temporum replicare velit, adoptati & asciti, qualia multa sunt in Hippocratis monimentis, quæ si eo nomine abdicentur, quod Hippocraticæ stirpis splendorem non retineant, aut eius nomini
G tanquàm luminibus obstruant, verendum sanè est ne amplissimæ familiæ nomen in paucorum ac velut abortiuorum fœtuum nomine consenescat, & contabescat. Ac velut in clarissimam familiam adoptionis iure multæ stirpes sunt insitæ, & libertinorum greges familiæ nomen maiorum consuetudine assumunt: sic in hanc nobilissimam Asclepiadarum stirpem, in qua plures eiusdem gentis nomine fuerunt, multi sunt cooptati viri celebres & summa eruditione clari, qui dissipatas vndique parentis reliquias, ex aduersariis & schedis in vnum veluti doctrinæ corpus componerent. Ex quo existit hæc quæ hodie omnium manibus teritur absolutissima artis Medicæ encyclopædia, quam si ad veræ stirpis originem ad calculum reuoces, au-
H gustissimæ artis facultatem nudam, inanem, fractam, debilem, & deformem reddideris, cuius ne decretum quidem vllum sine maximo scelere prodi nequit. Ad has igitur Coacas Prænotiones cùm tam illustris velut postliminio patefactus sit aditus, eæ non immeritò in hanc præclaram familiam, tanquam fugitiua man-

cipia, deducendæ sunt. Quæ si Hippocraticæ orationis neruos, vires, aut habitum desiderant, neque succu- A
lentum illum sanguine diffusum, sed potiùs fuco illitum eruditionis colorem retinent; habent tamen plurima quæ in re Medica veteratorem acerrimum obruere nescio quo sapore vernaculo, nec verò solùm retinere, sed etiam alere ingenium possint. Ac veluti in aliquam domum refertissimam, sic in hunc Prænotionum campum ingresso, multa magnificè exculta, multa suo loco posita, & velut tabulæ benè pictæ in bono lumine collocatæ, plurima etiam plenissimè instructa tam auidè legentium & discentium animos abripiunt, vt ea non quiuis vnus ex populo, sed non nisi existimator doctus & intelligens possit cognoscere. Imprimis verò tam insignis est & copiosa affectuum totius corporis in partes velut gradus quosdam percensio, B
vt in hoc veluti Medicinæ compendium, quæcunque ad partium corporis morbos dignoscendos vbiq; per Hippocratis O Economiam late fusa sunt, velut in promptuarium quoddam videantur esse seposita. De pleuritide & peripneumonia tam notabiles loci, tam propria signa, vt nusquam aliàs eius doctrinæ expressa magis extent vestigia. Iam verò spiratio ipsa quantis decretis sancita, quàm multis sententiis explicata, vrinarum quoque & alui recrementorum speculatio, quàm altè exaggerata, quàm multis, non dicam insignibus, sed veluti rogationibus exornata, quantis etiam plebiscitis confixa? vt non facilè alibi in tota Medicinæ facultate tantam & tam variam huius materiæ supellectilem suppetere quiuis existimare debeat. C
Quibus si satis ingenuum existimationis præconium facere non possumus, velut iis quæ ad huius facultatis professionem tuendam ab Hippocrate sunt edita, plenamq; huius doctrinæ soliditatem continent, non ideò tamen penitus sunt abroganda, sed delectus quidam est habendus, atque is non aurium sed animi quodam iudicio ponderandus, vt etiamsi germanis Hippocratis fœtibus præiudiciũ facere nequeant, reliquæ tamen arti aliquem cumulum afferre videantur, atque ita existimationem tueri, vt eam aliquando obtineant, etsi id ipsum lacinia (vt inquit ille) teneatur. Reliquus est eorũ sermo qui operis obscuritatem ac difficultatem, D
& verò insolens scriptionis genus satis idoneam causam arbitrantur, cur hæc Coaca Præsagia Medicorum societate exulent. Et sanè quidem eam esse Coacarum Prænotionum obscuritatem, quæ ad confessionem ignorationis plerunque vel acutissimum adducat, non inficior, quòd ambigua quædam & cùm iccirco obscura, quia breuis, tum insolentia quadam cœcata oratio multis locis tenebras offundit, tum quòd repente præceps quidam obseruationis æstus nos tam procul à terra abripit, atq; in altum à conspectu pene omnium abstrahit, vt eum quem instituimus cursum tenere vix possimus. Quinetiam tam importuna est persæpè
nauigatio, vt non nisi multis præteruectis vadis & syrtibus, nos portum tenere posse diffidamus. Ex quo E
sanè effectum est, vt cùm nec vlla ætate vberior Medicorum fœtura extiterit, maiorem autem mihi quidem omnes isti videantur ætatis cursum ad ea quæ in re Medica cum plausu attrectantur transtulisse, ab his verò tanquàm ab altissimis scopulis adeò deflexisse, vt fortunarum suarum naufragio deterriti, animum omnem cum spe cursus potiundi abiecerint. Quorum præclaris exemplis cautiores effecti, poteramus vela contrahere & remos inhibere, ac de his rebus quas meditabamur assensionem totam sustinere, nisi & nos publicæ causæ patrocinium longè ante suscepissemus (cuius præuaricatores existimari turpe esse ducimus) etiam pridem ad huiusmodi plagas prorsus occalluissemus. In his igitur animi angustiis & tanta
operis vastitate, tanto etiam opinionum tormento, in hanc tamen exercitationem incubuimus, vt Prænotionum Medicarum adyta quantum in nobis esset patefaceremus, nec in huius disciplinæ tractatione, quæ F
Medicis omnibus ingenij & laudis fructus affert vberrimos, minuti & angusti, aut omnia propè desperantes videremur. Cuius rei tantæ tamq; difficilis facultatem consecutum esse me non profiteor, secutum esse præ me fero. Etsi multis sentio mirabile videri eam nobis potissimum tentatam esse Medicinæ partem, quæ lumen eriperet, & quasi noctem quandam rebus offunderet, desertæq; veluti disciplinæ & iam pridem relictæ patrocinium nec opinatum à nobis esse susceptum. Sed sanè me causæ publicæ susceptione sustentabam, G
cùm præcipuè hac tempestate incurrerem in memoriam communium miseriarum, quarum obliuionẽ quærens, me ad ea studia conuerterem, ex quibus laboris nostri fructum caperem, & ocij non inertis grato atq; honesto fungerer munere, si animus molestiis hac potissimùm re leuaretur, & prodessemus ciuibus nostris quacunq; re possemus: præsertim cùm maximè mihi laudandus videatur qui hoc tempore ipso cùm liceat, in communi nostro & quasi fatali bellorum ciuilium malo, consoletur se, cùm conscietia optimæ mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ. Atq; certè eò me minùs instituti nostri pœnitet, quòd facilè sentio, quàm multorum non modò discendi, sed etiam scribẽdi studia commoueam, quodq; dum in his nostris
studiis acquiescimus, mihi liceat & isti rei quam nunc in existimantium arbitrium ponimus, & multis vberioribus atq; maioribus operæ quantum velim dare. Etsi mihi optimè conscius sum istud nec instituisse H
nisi præ-

A nisi præparato ocio, nec exiguo tempore absolui, cumq; qui se ad scribendum applicat, ab omni animi impeditione liberum esse oportere, idque maximè si ad grauiora studia mentem conuertat, cùm cessationem liberam atque ociosam exercitatio ista postulet. Quò magis eniti oportuit ne quid priuatis studiis de opera publica detraheremus, quòd quædam rei Medicæ procuratio nos multis officiis implicatos & constrictos detinet. Quòd si cùm fungi munere publico debeamus, non modò operam nostram nunquàm à populari cœtu remouemus, sed ne literam quidem vllam facimus nisi medicam, quis reprehendet nostrum ocium, qui in eo non modò nosmetipsos hebescere & languere nolumus, sed etiam vt plurimis prosimus enitimur. Atque
B iis fortasse de causis huius Coaci Præsagij difficultatem & obscuritatem absorbuimus, & lõgi fastidij nausea, cùm iisdem de rebus sæpè quasi dictata decantentur, animo decoximus. Cui quidem (vt iam tandem omni me inuidia liberem) non vllam aliam gloriationem apponam, quàm quæ à Galeno adscribitur, his Coacis Prænotionibus & Prorrhetico tantùm tribuendum authoritatis & fidei, quantum ea quæ ex Aphorismis, Prognostico & Epidemiõn libris excepta sunt, reposcunt; in reliquis autem quantum de authoritatis dignatione, tantundem etiam de iudicij existimatione detrahi oportere. Constat certè ex multis sæculorum obseruationibus & diuturnis artis præceptionibus in Cô insula esse decerptas, indeq; fortassis de-
C nominationem traxisse, vt κωακὴ προγνώσις, interdum etiam à † Galeno κωϊκὴ appellarentur. Et quoniam stili & dictionis genere cum Prorrhetico consentiunt, parem & originis & nominis fortunam experiuntur. De exemplaribus nil est quod moneam, me ferè ab his (quod minimè rebar) in vadis esse desertum, & cùm maximè oportuit, tum verò vel minimè adiutum. Etenim quæ plus habebant vetustatis, ea in medio pene opere deficiunt. Quæ vastitas tam latè etiam peruagauit, vt ad exemplaria Italica redundasse quoque videatur. Cuius rei suspicionem mouet Calui versio prope interrupta, & ad illos scopulos ad quos cæterorum est afflicta nauis, velut facto naufragio adhærescens. Quò nos quoque tempestate delati, tabel-
D lam appendimus, & importuni maris æstus præteruecti, cursum tamen quem cœpimus quibus potuimus remis confecimus. Annotationes autem nostras, quas in existimantium arbitrium nunc tandem venire volumus, ita temperauimus, vt si quæ occurrerent à Galeno quibusdam in locis explicata, ea notatis duntaxat locis indicarentur, ne cum summo tædio iisdem de rebus quasi dictata à nobis redderentur. Neque sanè diffiteri mirum cuidam videri posse, quòd post editos eruditissimos Doctoris Hollerij, ac omni varietate & copia redundantes Facotij Commentarios, & Ludouici Dureti accuratissimas lucubrationes, no-
E stras commentationes in publicum proponam. Sed is sciat velim longè ante istas à nobis esse susceptas & verò elaboratas meditationes. Neque certè iniquum existimo, vt in rebus per se subobscuris & magna occœcatione inuolutis explicandis, omnium liberalitatem prolixissimè amplectimur, ita nos & rerum & ingeniorum similitudine in eadem incurrere vestigia, præsertim quòd eo nomine fidem iam pridem in O Economia nostra obstrinximus. Sed iam sentio me lõgiùs esse prouectum quàm proposita ratio postularet. Nunc cominus agendum, & Coaca Præsagia nobis cum interprete audienda sunt. *Comm. 1. in lib. 3. epid.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΩΑΚΑΙ ΠΡΟΓΝΩΣΕΙΣ.

HIPPOCRATIS COACAE PRAENOTIONES.

G QVI ex rigore perfrictione detinentur, cum capitis ac ceruicis dolore, vocis defectione ac tenui sudore, ij vbi vires resumpserint ac sese velut recollegerint, moriuntur.

Οἱ ἐκ ῥίγεος παρεψυχόμενοι, κεφαλαλγέες, βράχηλον ὀδυνώδεες, ἄφωνοι, ἐφιδροῦντες, ἐπαμενέξαντες, θνήσκουσιν.

Ἐπαμενέξαντες] Hîc ἐπαναφέρειν vires resumere, se recolligere ac recreari, refici, ac animum recipere significat, vt sit idem quod ἀναπαμίζειν aut ἀναλαμβάνειν, non secus ac ἀναφέρειν est ad vitam redire, vt vertit Celsus ex aphor. 43. lib. 2. cap. 8. In hac igitur casuum concursione, cùm tanta materiæ copia opprimantur ægri, vt animalium functionũ noxiam non mediocrem sentiant (quod ἀφωνία ipsa indicat) excitata paululum natura, conatum extremum tentauit, sese recollegit, ac vires veluti resumpsit, languentibus tamen viribus ac defatigatis, exhaustis spiritibus & humorum copia oppressa, tandem manus dedit, ac in eo conatu succubuit, victaque concidit. Vt in feris videre est, quæ vbi accepto magno vulnere sese recollegerint, resurgunt & velut conatu facto impe-
H tum sustinent aut fugiunt, paulò post tamen concidunt. Istud verò in dies experimur in his qui sensu & motu priuati, voce etiam defecti, velut syderati concidunt: Quibus interdum paulò ante exitum vox restituitur ac vires resumuntur, adeò vt non minimam salutis futuræ spem multitudini iniiciant. Aliò verò respiciens Caluus dictionem hanc de rigoris repetitione intellexit, quòd sit ἐπαναφορὰ repetitio ac reductio. Rursus hîc ἐπαναφέρειν sumendum existimant nonnulli de subsultante ac singultuosò spiritu, & fau-

cibus eliso, quòd ἀναφέρειν ἀπολύζιν ἀναπνέοντα, de reuocato bis foras spiritu aut singultiente exponat Gal. in Exeg. vocum Hippocr. A
Atque vtranque istam expositionem scriptis suis comprehendit Præceptor Hollerius postea cùm ante annos sex & triginta primam viua voce Luteriæ publicè professus approbasset. Parum autem refert num illud ἐφιδροῶντες casuum multitudini, num verò adfinē referamus, quòd soleant huiusmodi ægri, velut ex naturæ conflictu, moribundi tenuibus huiusmodi sudoribus circa frontem, collum aut thoracem perfundi.

Corporis iactationes & incontinentiæ cum perfrictione, pessimæ.

Αἱ μετὰ καταψύξιος δυσφορίαι κάκιστα.

Huic sententiæ (quam fusioribus verbis extulit Prorrh. 27.) etsi expresso Aristagoræ nomine pondus & authoritatem aliàs detraxit Prorrhetici author, huiusmodi tamen corporis implaciditates ac incontinentiæ (quas per δυσφορίαν, ῥιπασμὸν, βλησρισμὸν, ἄσθμα, ἀλυσμὸν & ἀσθένειαν effert Hipp.) cum perfrictione in præcipitibus malis indubitata confessione Hippocr. damnantur prog. 2. B
aph. 48. lib. 4. & aph. 26. & 74. lib. 7. quòd internum incendium & inflammationem suspectam habeant.

Vbi totum corpus ita perfrixit vt obrigeat, perniciem affert.

Καπάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ, ὀλέθριον.

Iisdem verbis repetitur hæc sententia Prorrh. 77. & illic σημεῖον additur.

Ex perfrictione metus ac animi abiectio præter occasionem, in conuulsionem tendit.

Ἐκ καταψύξιος φόβος καὶ ἀθυμίη ἄλογος, ἐς σπασμὸν ἀποτελοῦσα.

ἀθυμίαν καὶ τὴν δυσθυμίαν sumpserũt interpretes. ἀθυμίαν autem animi despõsionem aut abiectionem dicimus ac velut desperationem. Quæ cùm melancholiæ signa sint, non semper suspectam conuulsionem faciunt. Credibile est in mulieribus quibusdam ex purgamentorum menstruorum suppressione, aut ex humorum assatione prætensa animæ euaporatione, subortam huiusmodi casuum complexionem, interdum conuulsiones attentasse, vt ex historia secunda, vndecima, & decima quarta lib. 3. epid. post st. pest. ac etiam ex ægr. octauo lib. 3. epid. coniicere licet. Quod quidem vt non necessarium, ita valde est ἀμφίδοξον, & appetitum C
cerebrum humorum quantitate aut qualitate significat, ex cuius veluti consecutione conuulsiones imminent, præcipuè vbi totum corpus valde perfrixit, & genus neruosum valde est imbecille. Eas autem non necessarias probat Euryanactis filiæ historia lib. 3. epid. in qua conuulsionem nusquam nominat, vt nec in magna totius corporis, ceruicis & dorsi perfrictione ἀψυχίη & ἀμαυρώσεις conuulsionem satis suspectam Prorrh. 113. sed velut ex consecutione attestantur, vt illic scribit Galenus.

Vrinarum ex perfrictione interceptiones pessimę.

Αἱ ἐκ καταψύξιος οὔρων ἀπολήψιες, κάκιστον.

Repetitur hæc sententia Prorrh. 51. cum distinctione quadam quæ periculum auget. In præcipitibus enim malis vbi totum corpus ita perfrixit vt vesicæ functio intercepta sit ac intermortua, magnam calidi natiui extinctionem ac facultatum internecionem D
suspicari oportet. καταψύξιν verò ἡ κύστις καταψύξιν exponit Galen. etsi de totius corporis perfrictione sumi debeat.

In rigore familiares non agnoscere malum. malum quoque eorum quæ gesta sunt obliuisci.

Μετὰ ῥίγεσι ἄγνοια κακόν. κακὸν δὲ καὶ λήθη.

Sententia est 64. in Prorrh. quam cum ea quæ hîc ordine tertia præcessit transponunt codices quidam manu scripti, & paulò post iis adscribunt quæ de rigore mentionem faciunt. Alij etiam μετὰ ῥίγος habent. ἄγνοιαν autem καὶ λήθην, τὸ μὴ γινωσκέειν τὰς συμπτώσεις, & τὸ μὴ μεμνῆσθαι ἢν προσεγκλήματα, ex Galeno interpretati sumus.

Rigores cum sopore nonnihil periculi denunciãt, & facies incensa cum sudore malignitatem significat. Insuper posteriorum partium frigus, conuulsionem prouocat. Ac omninò posteriorum partium refrigeratio, conuulsionem minatur.

Τὰ κωματώδεα ῥίγεα ἐπιπόλαια. καὶ ὁ φλογώδης ἐν προσώπῳ μετ' ἱδρῶτος ἐν τούτοισι κακόηθες. ὅτι τυτέοισι ψύξις τῆς ὀπισθεν, σπασμὸν ὀπιπαλέεται. B
καὶ ὅλως ἡ ψύξις τῆς ὀπισθεν σπασμώδης.

Paulùm immutatis verbis hanc sententiam repetit Prorrh. 67. Et hîc clausula additur vniuersitatis notionem comprehendens, quò faciliùs in artis complexionem sese insinuet. Non temerè enim perfrigeratis posterioribus corporis partibus, quæ neruosæ sunt & frigidæ, conuulsio intenditur. ἡ γὰρ ψύξις σπασμοῦ ποιητική, vt scribit Galenus.

Crebri ex dorso horrores, subinde locũ cõmutantes graues sunt & difficiles. Laboriosam quippe vrinę suppressionẽ minãtur. His tenuiter exudate pessimũ.

Αἱ ἐκ νώτου φρίκαι πυκναὶ, καὶ ἐξέως μεταπίπτουσαι, δύσφορεαι. ἔστι γὰρ ἀπόληψιν καὶ ἐπώδυνον σημαίνουσι. ὃ ἐφιδροῶν τούτοισι κάκιστον. F

Repetitur hæc quoq; Prorrh. 75. ac paulò etiam aliter. Codices Regij duo manu scripti pro ἐξέως μεταπίπτουσαι, ἕκως αὖ μεταπίπτουσαι legunt, quam lectionem secutus videtur Caluus. In eo quod sequitur καὶ ἐπώδυνον, καὶ ex vetustissimis codicibus & Prorrhetico interpunximus. Vbi etiam mirari non desino quomodo illud ἐπώδυνον Caluus omiserit, cùm manu scripti omnes codices illud retineant, & in Prorrhetico agnouerit & Galenus retinuerit. Quibus etiam ratio ipsa subscribit. Etenim cùm subinde commutari horrores, partes ad dorsum, velut lumbos, spinalem medullam, & coxendices peruaserint, ac vesicæ aut earundem partium inflammationem significarint, non potest non laboriosa esse vrinæ interceptio. Etsi hoc ex coitione empirica non satis firmam habet doctrinæ constantiam.

Continenter & assiduè vexans rigor imbecillo iam corpore, lethalis est.

Ῥῖγος ἐν συνεχείᾳ τοῦ σώματος ἀσθενέος ἤδη ἐόντος, θανάσιμον.

ἐν συνεχείᾳ hîc dicitur pro ἐν συνεχεῖ, quod aph. 46. lib. 4. πυρετῷ μὴ διαλείποντι. Huic autem sententiæ fidem facit locupletem exemplum ægr. 12. libr. 3. epid. ante st. pest. G

Qui crebrò tenuiter exudant ac subinde rigent, ij perniciosè habent, & tandem sub mortem suppurati & aluum conturbatam habere deprehenduntur.

Οἱ πυκνὰ ἐφιδροῶντες καὶ ὑπαρρίγεοντες, ὀλέθριον. καὶ ὅτι τῆσι τελευτῆσιν ἀναφαίνονται ἐμπύημα ἔχοντες καὶ κοιλίας ταραχώδεας.

De suppuratis ista intelligenda esse satis indicat sententia Prorrh. 66. Sic in purulentorum indiciis multos sudores & febris crebram repetitionem posuit in Progn. Hippocr. In iis verò desperatis & iam moribundis διαῤῥοίλου ὑπερθυμούμενον adscripsit aph. 12. libr. 5. & ῥύσιν aph. 16. lib. 7. Quæ dictio aluum nõn mediocriter perturbatam, sed diffluentem indicat, quod sæpè solet per ταραχώδεας κοιλίας efferre Hippocrates, vt aliàs scripsimus. Quod quidem symptoma cùm causæ & signi malignitatem præferat, perniciem H
in proximo adesse denunciat. Libro etiam 7. epid. in Polycratis vxore purulenta, ad extremum κοιλίαν ὑγροτέρην adesse scribit. Et lib. 6. epid. sect. 2. aph. 31. οἷσι μέλλουσιν ἐμπυεῖν, αἱ κοιλίαι ὀκταραχώδεαι. Neque secus Prorrh. 2. ex pure tabescentibus deiectiones siccas probat, quæ tamen quotidie prodeant.

A Τὰ ὀκ νώτου ῥίγεα δυσφορώτερα. ὃς δ' ἂν ἑπτακαιδεκάτῃ ῥιγώσας, τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ ὑπαῤῥιγοῖ, δύσκολον.

Qui rigores ex dorso proficiscũtur grauiores sunt & molestiores. Vbi verò quis decimo septimo die rigore correptus, quarto ac vigesimo die insuper riguerit, difficulter habet.

Rigores ex dorso proficisci ac posteriores partes peruadere testatur aph. 69. lib. 5. qui repetitur lib. 2. & 6. epid. Quod sequitur nempe ὃς δ' ἂν ἑπτακαιδεκάτῃ ῥιγώσας, superiori sententiæ adiunximus, codicum pluralitatem secuti, etsi quidam hîc interponunt eam sententiam quam prius ordine sextam posuimus, quos secutus est Caluus. Ista autem de rigore critico intelligi debere vt est notissimum, ita ex obseruatione empirica non admodum esse rata colligere est facile. Quod effecit vt τὸ δύσκολον difficulter habere expresserimus, quo significamus morbum non ita periculosum & lethalem, difficillimè solui aut iudicari. Aliô qui τὸ δύσκολον ἀνὰ δύσκολον & ἐκ δυσκολίας ἐόντων significat Gal. Com. 3. in Prorrh. ac de exiguis malis & his quæ parui sunt momenti solere efferri ibidem scribit. Mirum B
autem videri possit quomodo prius illud membrum, & ὀκ νώτου ῥίγεα omiserit Asul. codex contra omnium veterum exempl. fidem.

Οἱ φρικώδεες κεφαλαλγικοὶ ἐφιδροῦντες κακόηθεες.

Qui subinde inhorrescunt, ex capite laborantes, tenuiter exudantes, ij malignè habent.

φρικώδεες dicuntur qui subinde & magna morbi parte, non semel inhorrescunt. Huiusmodi tamen crebri rigores, cum capitis dolore & tenui sudore, materiæ crudæ exagitatæ copiam indicant, vnde & morbi malignitas iudicatur.

Οἱ φεικώδεες ἐφιδροῶντες πολλά, δύσκολοι.

Qui subinde inhorresunt, sæpe tenui sudore corripiuntur, difficili morbo laborant.

ἐφιδροῶντες πολλά] Ista quoque ἐφίδρωσις naturam materiæ copia grauatam, aut virium imbecillitatem denunciat, ideoque morbi difficultatem.

C Τὰ πολλὰ νωθεώδεα ῥίγεα, κακόηθεα.

Rigores multi cum torpore, malignum quiddam denunciant.

Rigores multi cum torpore meritò suspecti sunt, quòd refrigeratum principium, & magna frigidæ materiæ copia iam tentatum cerebrum, indeq; sopitas motiones indicent. Malignitatem verò ex summa humorum inæqualitate denunciant, quæ aliôqui difficillimos & valde exiciales morbos parit, vt sæpè aliàs scripsimus. Sic succedentem rigori torporem damnat Prorrh. 35. αἱ ἐκ ῥίγεος νωθρότητες, οὐ πάνυ παρ' ἑωυτῆσιν. Idem quoque sent. 13. phreneticorum torporem & rigorem his verbis non leuiter suspectat. ῥίγος ὀδὴ τὸ ποιοῖ κάκιστον.

Οἷσιν ἐκπυοῖσι ῥίγεα ἄκρα, δύσκριτον.

Rigores qui in sextum diem incidunt, difficile iudicium adferunt.

D Ferè idem scribitur aph. 29. lib. 4. vbi de rigoribus qui in febrem ardentem incidunt agitur. δύσκριτον verò eum Galeno diximus κακῶς ὀδὴ φέρον κρίσιν, ὡς εἰ καὶ κακόκριτον ἐλέγετο, ἢ ἀβεβαίαν, quod difficilem solutionem facit, ac recidiuas adfert, aut in longum tempus morbum protrahit, aut cum grauibus symptomatis iudicium molitur. Sic & ἐκπαῦα ῥίγεα δύσκριτα ex Hip. adducit Gal. libr. de Rigore tremore & palp.

Οκόσοισι φεικῶν πυκναὶ ὑγραίνοισιν, ἤτοι ἐξ αἵματος ῥύσιος ἐκπυίσκοντα. Τὸ φεικῶδες καὶ ὁ δύσπνοιοι ἐν τοῖσι πόνοισι, σημεῖα φθινώδεα.

Qui per sanitatem crebrò inhorrescunt, ij ex sanguinis fluxu purulenti euadunt.

Vbi horror in malis subinde incidit cum difficultate spirandi, tabes denunciatur.

Ista de purulentis intelligi debere satis notum est, qui collecto in thorace pure sua acrimonia membranas internas viscera vestientes vellicante & pungente, toto corpore inhorrescunt. Deinde etiam ob materiæ pondus & copiam quæ vias spiritales inter- E
cipit, difficultate spirandi vrgentur, vt scribit Galen. Com. ad aph. 27. lib. 6. Quem locum subnotauimus nostris in lib. 1. epid. annotat. vbi φεικώδεας πυρετοὺς tabis in austrina constitutione factæ comites facit Hippocrates.

Ἐξ ἐμπυήσιος πλεύμονος καὶ κατὰ κοιλίαν ἐνίοτε ἀλγήματα καὶ κνίδα, καὶ ὁ ὑποπορφύρεος ἀσώδεα, σημαίνει τοῦ πλεύμονος πλῆθος ἐν τῷ πλεύμονι.

Ex pulmonis suppuratione interdum circa vẽtrem dolores ac clauiculam, & cum incontinenti corporis iactatione aliquantulum stertere, sputi copiam in pulmone indicant.

πλεύμονος ἐμπύησιν hîc pro thoracis totius suppuratione sumit, cùm materia in pulmones transsumitur. In purulentis verò cùm acris materiæ fluxio perpetuò vrgeat, impetus diuturnitate & humoris acrimonia vẽtriculi robur læditur, interdum etiam aliquid materiæ, præcipuè pars tenuior, ex thorace in ventrem resudat, ita vt per aluum nonnunquam naturæ veluti miraculo effun- F
datur, vt scribit Gal. Comm. ad aph. 30. libr. 7. & cap. 4. libr. 6. de loc. affect. nec mirum videatur dolores ad ventrem pertingere. Deinde verò cùm corporis totius colliquatione conflictentur, in his ventriculi vis exoluitur, ac aluus & venter malè habent, fereque plurimi alui fluxu moriuntur. Clauicularum autem & iuguli dolor, puris in thorace collecti multitudinem denotat. Pondere nanque pressum mediastinum & tunica succingens deorsum propendent, & clauiculæ membranam, quòd propius ossi insideat, detrahunt. Quod etiam in pleuritide contingit. Stertunt etiam purulenti ob materiæ copiam in bronchiis pulmonis conclusam, quæ à feruore aut spiritu agitata, in angustias bronchiorum incidens, strepitum & stertorem facit. Incontinens quoque corporis iactatio & anxietas ob æstum contingit & materiæ agitationem, quæ primis venis circa ventrem comprehenditur, interdum quoq; ob oppressionem. Hîc verò πλεύμονα pro puris copia sumitur, vt sputum purulentum significet, quod aliàs scribimus.

Οἱ φεικώδεες, ἀσώδεες, κοπιώδεες, ὀσφυαγγέες, κοιλίας καταγραίνονται.

Qui subinde inhorrescunt, ac incontinenti corporis iactatione cum lassitudinis sensu & lumborum dolore conflictantur, iis alui effunduntur. G

In febribus acutis quæ ex magna permixtionis humorum inæqualitate fiunt, vbi in visceribus vrget acrimonia & æstus, ac natura veluti multitudine grauatur, nil mirum est huiusmodi casus incidere. In quibus magna lassitudinis pars in lumbos, spinam & renes decumbit ob ingentem materiæ feruorem quæ in insignibus vasis illuc perreptantibus commouetur. Interdum verò naturæ robore materia in habitum corporis deturbatur & venis excluditur, ac in lumbos & articulos firmatur. Quod febribus laboriosis accidere scribit Hip. aph. 31. & 73. lib. 4. Quas quidem vt vrina multa absoluit, sic deposita interdum ad lumbos ac adiacentia intestina materia, ad iudicationem comparatur, & alui profluuio vacuationem molitur. Cal. pro ὀσφυαγγέες etiam ὀφθυαγγέες legisse videtur & vtrunq; temerè addidit. Quam lectionem nulla quæ adhuc videre licuit testantur exemplaria.

Τὰ ὑπαῤῥιγέοντα ἐς νύκτα μνήσιν παρεξιόμενα, ἀγρυπνα, φλεγμαλώδεα, ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν ἔστιν ὅτε ἕρον ὑφ' ἑωυτοῦ χαλῶντα, φλεβοδιώδεα ἐς σπασμὸν ἀποτελοῦντα. H

Qui subinde rigore prehenduntur, & sub noctem aliquandò grauiùs habent, peruigiles, in somnis nugãtes ac delirantes, interdum sese lotio perfundentes, ij in conuulsionem tendunt.

Hæc ſententia cùm ex lectionum varietate mirum in modum obſcurata ſit & perturbata, ex Prorrh.101. reponenda eſt & ſequenti connectenda. Qui φλεγματώδεα retinent iſtud de febribus acutis obaudiunt, quæ plurimam habent pituitam putreſcentem bili permixtam, & ſub noctem grauiores quoque acceſſiones aut exacerbationes, ex pituitæ motu, deinde ex vtriuſq; putrilagine & bilis exagitatione, crebros incidentes rigores. φλεγματώδεα igitur duobus ſumunt modis & de febre pituitoſa intelligunt, quæ ex pituita humore frigido & albo oriuntur; aut de iis quæ incendium aut flammeam caliditatem conceperunt. Qua in notione φλέγμα φλόγωσιν apud Hippocr. ſignificat, vt exponit Galen. in Exeg. & pro inflammatione aut igneo præter naturam calore ſumitur in Progn. καὶ ὅλως ὡς ἐπὶ φύσιν θερμασίας τῆς φλογώδους εἰρῆσθαι τὸ φλέγμα illic ſcribit Galenus, vt φλεγμαίνῃ, διψῇ, καὶ φλέγεσθαι, καὶ πυροῦσθαι plurimùm ſignificare crebrò annotat. In huiuſmodi igitur febribus ardentibus & acutis ex magna putredinis acrimonia, magnum excitatur incendium, ac vehementer exæſtuant ægri, vt nil mirum ſit peruigilium inde oriri, aut in delirium etiam erumpere, tum quia acceſſiones in noctem incidunt, tum quia vapores calidi & acres cerebrum tentant. Ex quo rationis arce oblæſa, inuoluntaria vrinæ perfuſio ſuccedit, quæ & humorum acrimoniam ad inuitam expulſionem veſicam ipſam irritantem cauſam habere poteſt. Poſtremo neruorum principio iam affecto, quod ſatis indicant peruigilium, dementia, & vrinæ inuita profuſio, quid mirum eſt conuulſiones, aut ſopores, phrenitidem, aut ἀφωνίαν, aut cætera id genus ſuſpectari, vt ſcribit Gal. in Prorrh? Cæterùm qui φλεγματώδεα in φλεβοδευώδεα vertunt, qualis eſt plurimorum ac meliorum exemplarium cum Prorrhetico conſenſus, hanc dictionem cum Galeno de venarum ac arteriarum, ex humorum efferueſcentia, ac ſanguinis feruore, agitatione ac concuſſione intelligunt. Cuius loco etiam φλεβοπνώδεα cum quibuſdam exemplaribus ſumunt, & de venarum intenſione cùm agitantur, ſubſiliunt aut diſtenduntur accipiunt. Quod in intenſis capitis doloribus, qui cum magno ardore fiunt, videre eſt, in quibus diſtentæ arteriæ temporales aut venæ iugulares concutiuntur, ac quodammodo pulſant. Quod eò accuratiùs in hoc caſu ſpectari debet, quòd in nullo genere febrium maior ſit in venis perturbatio, quàm in iis quæ pituitam ſalſam cum bile permixtam & putreſcentem fouent. Cuius rei ſignificationem præſeferunt vrinæ conturbatæ & vrinis ſubitugalium, aut longo tempore depoſitis ac perturbatis ſimiles, quales ſæpè annotat Hippocr. in Epidemiis & Aphoriſmis. Vt etiam nil mirum ſit in tãta venoſi generis perturbatione, vaporibus cerebrum attẽtari, & vigiliis, conuulſionibus, aut etiam delirio conflictari. Quod ſanè me mouit vt veram & germanam parentis dictionem retinendam putarem, quæ vbique in Hippocratis ſcriptis vitioſè legitur, & haud dubiè ex Galeni Exegeſi emendanda occurrit. φλεβοδυώδεα enim vtrobique legendum exiſtimamus (quod aliàs ſcribimus) vt de delirantibus ægris dictio ſumatur. Sunt enim φλεβόνες, φλυαρίαι, nugæ, ineptiæ, deliramenta, λῆροι, vt explicat Gal. & à Varino ex Hippocrate citatur, ac φλεβδυώδη, φλυαρεῖ, & ληρώδη explicat Heſychius. Quam in notionem me impulit Galen. qui hanc dictionem delirantibus ægris attribuit in Prorrhetico, etſi locus mendoſus eſt. φλεβόνες enim pro φλεβοιδόνες paſſim reponendum conſtat. Eoque modo παραφρονέοντα addendum non erit, quod faciunt codices quidam. Atque adeò etiam minùs anxiè verſabimur in varia codicum lectione, quæ nullius eſt momenti. Ex quibus Regius vnus peruetuſtus φλεβοπμώδεα habet, quem Caluus ſecutus videtur, etſi φλεγματώδεα etiam addidit, quod ex ambigua exemplarium authoritate feciſſe videtur. Alter recentior φλεγοπμώδεα manifeſto habet vitio, vt præſtiterit ne meminiſſe quidem. Reliqui φλεβοδυώδεα cum impreſſis retinent, nec φλεγματώδεα addunt, quod nec fecit Aſulanus codex, qui etiam φλεβοδυώδεα απεσμὼν ἀποπλευτῶ vitiosè legit, vt apparet, contra omnium exemplarium fidem. Hanc verò ſententiam Caluus ambigua codicum lectione mirè obſcurauit, vt ne addam quod videtur à ſeipſe in Prorrh. diſſenſiſſe, nec illud ſatis expreſſiſſe, ὅρον ἐπ' ἑωυτὸς χειρώσῃται.

A

B

C

D

Continentes in præcipitibus malis rigores, malo ſunt.

[21] Τὰ ξυνεχέα ῥίγεα ἐν ὀξέσι, πονηρόν.

Crebros in febribus rigores quibus indiciis damnet Galenus vide Com. ad aph. 46. lib. 4.

Virium exolutiones ex rigore cum capitis dolore pernicie denunciant. Cruentæ in his vrinæ malo ſunt.

[22] Αἱ ἐκ ῥίγεος μετὰ κεφαλαλγίης ἐκλύσιες, ὀλέθριον. τὰ αἱματώδεα ἔχει ἐν τούτοισι πονηρόν.

E

Ἔκλυσις multis interdictis damnatur in Hippocratis doctrina. Siue enim virium exolutionem & proſtrationem ſignificet, ἀδύνειαν καὶ ἐῤῥωσίαν, velut in Prorrh. exponit Galenus, ſiue animi deliquium & præcipitem virium caſum, vt aph. 41. lib. 2. ſiue membrorum aut corporis ad motum impotentiam quandam ac exolutionem (quam in notionem ſumit Galen. Comm. 3. in Prorrh.) ſemper metuenda eſt, eamque perpetuò in ſymptomatum genere improbat Hippocrates, vt ſatis apparet ex Prorrhetico. Cæterùm cruentæ vrinæ quæ prærubras ſignificant Gal. Com. 1. in Prorrh. vt in cõcurſione empirica heterogenei ſunt generis, & rerum affectiones indicant. Caluus in hac ſententia ἐκ ῥίγεος non legit, contra omnium quotquot videre licuit exemplarium fidem.

Rigor cum poſteriorum partium diſtẽtione mortem adferit.

[23] Ῥῖγος ὀπισθοτονῶδες κτείνει.

Rigor iſte conuulſionem promptiſſimè minatur & mortem, ex partium poſticarum frigoris ſenſu.

Quibus vbi inhorruerint iudicatorij ſimul ſudores contingunt, poſtridie verò ſi horror repetierit & temerè peruigilent, iis fortè ſanguinem erupturum ſperare oportet.

[24] Τὰ φρικώσαντα καὶ ἀνιδρώσαντα κρισίμως, ἐς δὲ τὸν ὕστερον φρίξαντα τῇ δευτέρῃ, μὴ ἀγρυπνεῦντα, μήτε πεπαυόμενον, αἱμορραγήσειν ἔοικεν.

F

Obſeruatio eſt empirica aliunde fidem emendicans, quæ quia hîc valde vitioſa eſt, ex Prorrhetico 149. repetenda nobis fuit. In quo mirari ſubit quamobrem interpretes tam variè à ſeipſis diſſenſerint. Exemplaria etiam plurimùm variant, vnum cum impreſſis αἰνιδρώσαντα legit. Alterum ἀνιδρώσαντα, vetuſtiſſimũ ἐφιδρώσαντα habet. Nos ἅμα ἰδρώσαντα ex Prorrhetico legimus. Quod ſequitur μὴ ἀγρυπνεῦντα, μήτε πεπαυόμενον, in Prorrh. τῇ δευτέρῃ ἀγρυπνέοντα, & πεπαυόμενα αἱμορραγήσειν οἴομαι, legitur. Quæ lectio plurimùm habet probabilitatis, vt ſudore critico intra modum ſubſiſtente, ſi poſtridie morbus repetierit, natura vacuationẽ per ſanguinis fluxionem iam procurata concoctione ex iudicationis legibus tentarit. Quò ſanè & πεπαυόμενα referri arbitror, etſi illud ex Galeno in Prorrh. ſuſtulimus, vt ne addam exemplarium in hiſce diſſenſionem. Vnum enim ἀγρυπνεῦντα, μήτε πεπαυόμενα, alterum μήτε ἀγρυπνεῦντα, μήτε πεπαυόμενα habet. Noſtrum verò τῇ δευτέρῃ ἀγρυπνεῦντα, & οἰομαυόμενα αἱμορραγήσειν οἴομαι. Quæ lectio etſi tolerabilior cæteris videri poteſt, neque tamen genuinam eſſe arbitror. Quare cùm iſtud in concurſione empirica ſemel atq; iterum obſeruatum ſit, præcognitionis leges refugit, & ex dubitatione, quæ inſeritur, autoritatem labefactat. Aſulanus pro μήτε πεπαυόμενον, μήτε πεπαυομένων legit.

G

Vrinæ quæ cum rigore reſtitarunt malum & conuulſionem prænunciant, tum verò præcipuè ſi antea alto ſopore æger detentus fuerit. In his autem abſceſſus ad aures ſperare oportet.

[25] Τὰ μετὰ ῥίγεος ἐπιγόμενα οὖρα, πονηρὰ καὶ ἀπεσμώδεα, ἄλλως τε καὶ τοῖς καρωδεῦσι. ἐλπὶς δ' ἐπὶ τούτοισι, καὶ τὰ τοῖσδε τὰ ὦτα.

H

Iiſdem pene verbis repetitur Pror. 155. ſed tamen dubia magis fide, cùm ἄρα particulam addat, quò propius concurſionis empiricæ indicaturam exprimat. Vbi neque conuulſionis meminit, quam credibile eſt ex materiæ copia oppreſſo neruorum principio & acrimonia irritato excitari.

[26] Τει-

A

Rigores velut in iis febribus quæ propius ad tertianarum naturam accedunt, ſi in medio ingraueſcũt, febre nullum ordinem ſeruante, maligni valdè ſunt. Quæ verò contra ingraueſcunt, in conuulſione vexatis cum rigore & febre perniciem denunciant.

[26] Τεταρταῖα ῥίγεα ἢν ἐν μέσῳ παροξυνόμενα πυρετῷ ἀπύκτῳ πάνυ κακοήθεα. τοιαῦτα δὲ παροξυνόμενα τῇ τῶν πόνων, τῇ μετὰ ῥίγους καὶ πυρετοῦ, ὀλέθριον.

Hanc ſententiam expreſſimus noſtris in lib. 1. epid. annotat. ſt. 2. vnde tranſlata videtur, atq; de his febribus quæ tertianarum formam & ſpeciem propiùs referunt, liberaliſque ſemitertianarum notione comprehenduntur intelligi poſſe diximus. Quòd ſi quis propriè ad febres πεπαιμοφυεῖς referendum putet, habet ille aſſenſores præcipuos, magnos huius artis dictatores. Semitertianas tamen hîc ſuis reſcriptis damnare videri poteſt author, ac de his locus intelligi. Illud enim ἐν μέσῳ παροξυνόμενα, ad propriam ſemitertianarum notionem ſpectare poteſt, hoc eſt inſultus cum horroris ſenſu inſignes, ac acceſſionum ingeminationes, quas ἐπαναλήψεις aut ἀναδιπλώσεις vocari ſcribit Gal. lib. de Temporibus morb. & lib. de Typis. Quæ quoniam ex materiæ putreſcentis inæqualitate & vario motu oriuntur, ita plurium & inordinatarum acceſſionum formã exhibent. Quò referri etiam poteſt quod ſequitur, πυρετῷ ἀπύκτῳ, cuius explicationem his verbis protulit lib. 1. epid. ſt. 2. ῥίγεα δὲ πᾶσιν ἀπύκτως καὶ πεπαιωμένως ἐγίνοντο. Quem in ſenſum illud mihi potiùs accipiendum videtur, quàm ſi quis huiuſmodi verbis febrium continuitatem interrumpat, ac ideo ſemitertianarum nomẽ labefactet. Cuius quidem opinionis contentionem ſatis videmur mouiſſe noſtris in lib. 1. epid. annot. Quæ verò ſequuntur τεταρταῖα παροξυνόμενα, etſi ad rigores referri poſſunt, qui tertianarum febrium typum non ſeruant, eas tamen acceſſiones reſpicere videntur, quæ conuulſiones in febribus & rigores nullo ſeruato aut expectato ordine conuehunt. Quæ ſymptomatum ſignificatio non parum eſt perniciosa. Ac fortè παταρταῖα παροξυνόμενα de iis febribus intelligentur, quæ πεπαιμοφυεῖς dicuntur, & cùm ad tertianarum naturam accedant, contrario modo inuadunt, cùm acceſſiones habeant diebus paribus & in iis ingraueſcant, quas poſtea ἐς ἀρτίας μεταπεσοῦσας ſcribit. Quæ quòd variam habeant ſuccorum permixtionem & inæqualitatem, autumno ferè graſſantur, & difficilimæ ſunt ac periculi pleniſſimæ. Conuulſionis enim ſæpiſſimè & frequentia animi deliquia inducunt. Ac certè ſi locus eſt integer (quem tamen inordinata oratio [ἐν μέσῳ παροξυνόμενα] valde ſuſpectum facit) hac potiùs coniectura in re admodum obſcura mihi nitendum eſſe arbitror, quàm ſi παροξυνόμενα πάνυ κακοήθεα τῇ τῶν πόνων, de contrariis conuulſis acceſſionibus, quales ſunt reſolutiones, intelligamus. Quò magis eam omnibus amplectendam propono, quòd in tam præruptro & vadoſo loco, ab omni ſpe deſtituti, inſuper etiam ſcriptorum codicum toties expertam fidem votis ſolis proſequimur. Neque enim ex his aliquid opis ſperari poteſt, cùm pro πόνων, ῥιγέων tres codices Regij manu ſcripti habeant, quos ſecutus eſt Caluus. Alter verò ῥιγέων καὶ ῥιγούντων. Caluus autem hanc ſententiam per ſe valde obſcuram, etiam cum ſuperiore temerè confundit.

B

C

D

Quæ ex rigore fiunt vocis defectiones, tremore ſoluuntur, atque eos qui ſubinde nouo rigore corripiuntur, ſuccedentes tremores iudicant.

[27] Αἱ ἐκ ῥίγεος ἀφωνίαι, θόρῳ λύονται. καὶ τοὺς ὑπερῥιγέοντας θόρυβοι γινόμενοι κρίνεν.

Hîc λύειν καὶ κρίνειν impropriè de humorum tranſpoſitu & μεταπτώσει dici conſtat, quemadmodum aph. 26. lib. 6.

Qui ex rigore virium exolutiones & capitis dolores ſentiunt, ij in dubium de vita veniunt. In his cruẽta vrina malum denunciat.

[28] Οἱ ἐκ ῥίγεος μετὰ κεφαλαλγίης ἐκλυόμενοι σφαλεροί. ὀυρήματα δὲ ἐν τούτοισι κακόν.

Hoc ex vniuerſali placito pendet, quo infida iudicatio damnatur, vbi decernentia non iudicarint, ideoque σφαλεροὶ additur, vt lubricam, incertam, ac infidam iudicationem ſuſpectam habeas, & quæ periculum denunciet. Sic enim legunt meliores codices.

E

Quòd ſi σφαλεροὶ cum impreſſis retineas, erratum ac offenſionem, lapſum, ac vitium, aut perniciem ex iudicatione fallaci ſignificabit eodemque recidet. Codices ſcripti duo μετὰ ἀσφαλείης addunt, alter verò λυόμενοι habet, quos ſecutus eſt Caluus, ſed non ſine vitio, vt arbitror. Malim enim hîc repeti ſuperiùs poſitam ſententiam 22. velut in tumultuario opere atque hîc ſubindè fieri aſſolet.

Quibus rigor adeſt, iis vrina reſtitat.

[29] Οἷσι ῥῖγος, οὐρεῦ ὑπίστασις.

Vrinæ ſuppreſſionum rigoris comitem facit Hippocr. aphor. 9. ſect. 1. lib. 6. epid. & ſæpè reperit author Prorrhetici præcipuè ſent. 110. ex qua videtur hæc deducta. Sic quoque ſent. 155. τὰ ἐπιγιγνόμενα μετὰ ῥίγεος ἔχει πονηρά, vt hîc quoque paulò antea ſcripſit. In quibus ſententiis cùm conuulſionum meminerit, ſunt qui hanc ſententiam ſequenti coniungant. Non neceſſe eſt autem rigori adeſſe vrinæ ſuppreſſionem, vt non temerè quoque in rigore critico materia in habitum corporis tranſlata & aliò velut deducta, lotium reſtitat.

F

In febre conuulſio, manuúmque ac pedum dolores malignum quiddam prenunciant. Malignus quoque ex femore doloris impetus. Sed & neq; genuum dolor probari poteſt. Quin & ſurarum quoque dolores maligni ſunt, ac mentis emotio, tum verò præcipuè ſi ſublime quid in vrina innatet.

[30] Σπασμὸς ἐν πυρετῷ, χειρῶν καὶ ποδῶν πόνοι, κακόηθες. κακόηθες δὲ καὶ ἐν μηροῦ ὁρμὴ ἀλγήματος, ἀλλ' οὐδὲ γονάτων πόνος χρηστός. ἀπὸ γὰρ καὶ καχεκτικῶν πόνοι, κακοήθεες, καὶ γνώμης παραφορὴ, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐν τῇ κνάφῃ ᾖ.

Coitio eſt empirica quæ ex diuerſi generis ſignis coaleſcit, & ex aphoriſmis & Prorrhetico deſumpta eſt. Conuulſionem in morbis acutis multis reſcriptis damnat Hippocrates: præcipuè verò aphoriſ. 66. lib. 4. In Prorrhetico verò (ſent. 36. & 37.) ad ſũram dolores cum mentis emotione in flatuum permixtione commemorat. Quin & femoris dolore euaneſcente ſublimamentis per vrinam innatantibus, mentis emotæ ſigna & abſceſſus ad aures colligit. Quæ omnia vt certam doctrinæ complexionem reſpuunt, cùm heterogenei ſint generis, ita flatuum materiam aut crudi humoris imperum portendunt. Quorum in articulos aut partes inferiores tranſpoſitu, abſceſſus oriri non eſt abſonum. Sic quoque partium inferiorum doloribus euaneſcentibus & ad caput ſublatis, conuulſionis aut malignitatis cuiuſdam & delirij metum impendere vero non eſt abſimile. Cuius rei non minimam ſignificationem exhibebit in vrina ſublimamentum diuulſum & γονυεγρὲς. κρήγυον autem Galenus in Exegeſi τὸ ἀγαθὸν exponit, Heſychius quoque ἀγαθὸν, ὠφέλιμον, ὑγιές. Sed κρήγυον legit Heſychius, vt & Aſulanus codex cum quibuſdam membranis ſcriptis, reliqua omnia exemplaria κρήγυον vt & Homerus Iliad. α (v. 106. κρήγυον autem Varinus dici ſcribit τοῦ τὸ νῦν καὶ τὸ ἡδὺ, velut κηρήδυον & per ſyncopem κρήδυον, deinde δ verſo in γ. κρήγυον, τὸ πολὺ ψυχῶν ἡδύνον. Idemque κρήγυον exponit ἀληθὲς, θυμῆρες, ἀγαθὸν, ὑγιές. Erot. κρήγυον ἀληθὲς, οἱ δὲ ἀγαθὸν, apud Hipp. ſignificare ſcribit, & verſum Homericum adducit. Codices quidam manu ſcripti καὶ γνώμης παραφόροις legunt ex Prorrhetico, & ad καρποκηριῶν πόνους referunt, quam lectionem ſecutus videtur Cornarius. Alter etiam παραφρόνοις habet. Nos nihil immutauimus communemque lectionem recepimus.

H

Ex præcordiorum dolore obortæ febres, malignæ ſunt. In his profundus ac altus ſopor peſſimus.

[31] Οἱ ἐξ ὑποχονδρίων ἀλγήματος πυρετοὶ, κακοήθεες καὶ κωφώδεες ὅστις βύοισι κάκιστον. A

Celebris eſt hic locus ex Prorrh. 56. ſed qui appoſita circunſcriptione & dioriſmo ad doctrinæ complexionem egeat, qualem adhibuit Galenus in Prorrh. & initio Comm. 3. in lib. 3. epid. Poſtrema verò ſententiæ pars ex Prorrh. 63. deſumpta videtur.

Qui in febre non intermittente tenuiter & crebrò exudant, cum præcordiorum diſtenſione, ij vt plurimùm malignè habent, atque in his dolores in humeri caput ac iugulum affixi, praui ſunt.

[32] Οἱ μὴ ἀμελείποντες ἐφιδροῦντες πυκνὰ μετ' ὑποχονδρίου σπάσεως, ὡς ὅπι τὸ πολὺ κακοήθεες. καὶ ἐς ὠκρώμιον καὶ κλεῖδα σπειζόμενα ἀλγήματα ἐν τούτοισι πονηρά.

In hepatis aut viſceris alicuius inflammatione febris vrget continens & vehemens, non tamen omninò lethalis. In qua ſi crebrò & tenuiter exudant, ob magnam virium imbecillitatem malignè habent. Præcipuè verò morbus intenditur, ſi ad ſummum humerum, clauiculas & iugulum dolor pertingat, quod affectionis conſenſione per magnam venam & membranas contingit. Inflammationis nanque pondere viſcus propendet, ſurſumque detrahitur diaphragma, mediaſtinum, totumque thoracis membranaceum genus. Nam vt ſcribit Aretæus cap. 13. lib. 1. de morb. diutur. ὁ δὲ ἀμφεφέσμαπος τὸ ὑπερ ἧρτται, τὸ δ' ἀμφεφεσμα τὸν ὑπὸ τῆσι πλευρῆσι ὑμένα βείει. ξωνέπται γὰρ αὐτέω. ὀδ' ὅτι καὶ κλεῖδα καὶ δὲ ἄκρω ἦβι ὤμοιν ἀποτέτε), καὶ ἐόδε ξωνεφέλκεται κάτω. Ex ſepto tranſuerſo iecur ſuſpenſum eſt, ſeptum verò tranſuerſum membranam coſtis ſubſtratam degrauat. Ipſum enim illa conſequitur. hæc verò ad iugulum vſque & ad ſummum humerum extenditur, atq; hæc omnia vnà ad inferiora detrahuntur. Hîc igitur ex affectuum ſyndrome obſeruatam fuiſſe viſceris inflammationem ſatis indicat ὑποχονδρίου ἔνπασις plurimum apud Hippocr. celebrata. Quod efficit vt μὴ ἀμελείποντες, ὁ μὴ ἀμελείποντ πυρετῷ ſumendum ſit, familiari admodum phraſi. B

Febres quæ proximè ad tertianarum naturam accedunt, cum incontinenti corporis iactatione, malignæ ſunt.

[33] Οἱ τεταρταφυέες ἀσώδεες πυρετοὶ, κακοήθεες. C

Siue veras τεταρταφυεῖς, ſiue ſemitertianas dictas intelligas, febres hæ neq; leuiter affligunt, neque ſuſpicione carent, præſertim ſi ſint implacidæ, ac in iis anxiè ſe habeant ac variè iactentur ægri, quales celebrat libr. de rat. vict. in morb. acut. Hippocrat. & his verbis explicat Galenus: ἀσώδεις ὀνομάζει πυρετοὺς, ἐν οἷς οἱ κάμνοντες ἀσῶνται καὶ ἀηδῶς ἔχοισι.

In febre mutum eſſe malo eſt.

[34] Αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι, κακόν.

ἀφωνίαι τοῦ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἀδυναμίαν, ſermonis & loquendi impotentiam eſſe pluribus probauimus noſtris in libr. 2. epidem. Comm. & noſtris in ægr. 3. lib. 3. epid. poſt ſt. peſt. annotat. ἀφωνίαν verò vocis eſſe priuationem & defectum, ex ſenſuum & motionis interceptione, cerebro læſo & offenſo, quò certè maior calamitas ſignificatur, quàm ex ἀφωνίας & ſermonis impotentia, quæ locutionem præpeditam & vocis articulatæ inſtrumentum eſſe reſolutum ſignificat, vt fuſiſſimè explicat Galenus Comm. in ægr. 3. lib. 3. epid. poſt ſt. peſt. Quod efficit vt ἄφωνον mutum diceremus. Quarum vocum explicatio cùm ſit alterius tractationis in Œconomiam noſtram reiicienda eſt, vbi copioſioribus verbis expeditur. κακὸν hîc igitur dicit, non κάκιστον, vt in ἀφωνία frequenter in Prorrh. cùm maior pernicies intendatur. D

Delaſſati ægri, caligine obducti, peruigiles & ſopore detenti, cum tenui ſudore recaleſcentes, malè habent.

[35] Κοπιώδεες, ἀχλυώδεες, ἄγρυπνοι, κωματώδεες, ἐφιδροῦντες ἀναθερμαινόμενοι, κακόν.

Concurſio iſta empirica ſymptomatum diuerſi generis enumerationem complectens, in febribus damnatur Prorrh. 74. de quarum vehementia ἀναθερμαινόμενοι dicuntur, hoc eſt ἀναπρέπουτες, vt exponit Gal. Comm. 2. in Prorrh. ἀχλυώδεες verò caligantes ægri dicuntur, quibus tenebræ & caligines oculis offunduntur, cùm fit oculorum affectio, vt ſcribit Gal. etſi quidam hac voce totius corporis perturbationem quandam ex humorum agitatione comprehendunt, aut eos quibus faciei & totius corporis nitor obſcuratur. Reliqua ſymptomata ex magna humorum inæqualitate ac permixtione ortum habẽt, qua grauatum cerebrum & totius corporis facultates appetitæ ſunt, vt non temerè malum quoddam, ac velut ex incerto concurſu & vaga obſeruatione, phrenitis ſuſpectari debeat, cui ſæpe κῶμα ἄγρυπνον attribuit. Eſt & ſententia in Prorrh. 68. quæ huius partem poſteriorem continet, & paulò poſt repetitur. E

Laſſitudine laborantes cum horrore, iudicij modo leuiter exudantes, celeriter ad calorem reuocati, malè habent, tum verò præſertim ſi iſta inſuper ſanguinem è naribus ſtillarint. Circa hæc aurigine admodum fœdati, & largiùs colorati moriuntur, iiſque album alui recrementum prodit.

[36] Οἱ κοπιώδεες μετὰ φρίκης ἐφιδρώοντες κελεύμασι, ἀναθερμαινόμενοι ἐν ὀξῇ, κακόν. ἀνῶς λεκ' ἐὼ ῥῶπα ὀπισάζωσι. ῥεῖ ῥῶπα ἰκλερώδεες κατακορέες δνήσκοισι, λευκὸν ἀμχώρημα ῥουτέοισι ῥεῖ ἐξέρχεται. F

Magna iſta caſuum varietas parum aut nihil ad doctrinæ complexionem valet, niſi quòd κρισιμῶν μὴ κρινόντων authoritate fidem emendicant. κρίσιμοι verò non χρήσιμοι ex meliorum codicum conſenſu & interpretum legimus, quemadmodum illud ἐν ὀξεῖ pro ὀξέως ſumſimus. Codices etiam manu ſcripti ἄνευ τε κ' ἐὼ αἷμα ὀπισάζωσι legunt, etſi quidam cum impreſſis conſentiũt. Quod tamen non immutauimus, cùm ὀπισάζειν & ὀπισάζειν & σπάζειν plærunque abſolutè ſumat Hippocrates. Quæ etiam ſequuntur ex ſcriptorum codicum conſenſione ſimul iunximus, etſi ab interpretibus ſeparantur. ἰκτεροῦσας verò καπακορέας, diximus admodum aurigine fœdatos & impẽſiùs coloratos, quales ſunt qui ex aurigine multa & ſyncera bile ſuffuſi ſunt, nõ ſecus ac ἰκτεροῦσας καπακορέας ex morbo regio largiùs coloratos dixit[6] Aretæus, aut ἀμχώρημα καπακορέας χολώδεα, abſũdè colorata, aut exquiſitè biliosa vocat Hippocr. & ἰκτεροῦσας ἰκτεροῦσα explicat Gal. Comm. 3. in lib. de rat. vict. in morb. acutis. G

[6] Cap. 13. lib. 1. de diutur. morb.

Febres ad tertianarum naturam accedentes, vagę & errantes, vbi in dies pares tranſierint, moleſtiam exhibent.

[37] Οἱ τεταρταφυέες πλανώδεες, ἐς ἀρτίας μεταπεσόντες, δύσκολοι.

Febres quæ propè affecta æſtate ac impendente autumno graſſantur, & tertianarum notharum nomen aſſumunt, vbi tertianos habuerint circuitus, vago quodam & incerto ordine trahunt, ac errantes fiunt, tandẽ in quartanas tranſeunt, ac diu multumque ægros affligunt, vt in dies experimur. Quod hîc ἐς ἀρτίας μεταπεσόντες dicere videtur, vbi febres quæ tertianarum naturam præferebant, in dies pares acceſſiones commutarint & paribus diebus prehenderint.

Qui in diebus iudicatoriis cum angore aut incontinenti corporis iactatione, abſque ſudore perfrigerantur, atque omninò qui ſine ſudore perfrigerantur citra iudicationem, malè habent.

[38] Οἱ ἐν κρισίμοισιν ἀλυσμοὶ ἀνιδρώτοι ῥεῖψυχόμενοι, καὶ ἄπτωτες δὲ οἱ ἀνῶν ἱδρῶτος ῥεῖψυχόμενοι ἀκρίτως, κακόν. H

A [39] Καὶ οἱ ἐπαρρίγωσαντες, ἐκ τούτων ἐμέσαντες ἄκρητα, ἀσώδεες, ῥομφώδεες ἐν πυρετῷ, κακόν. καὶ φωνὴ δὲ ἐν ῥίγεος.

Quin & qui ſubinde riguerunt, poſt hæc ſyncera vomitione refuderunt, anxietate vexati, tremuli in febre, malum portendunt. Quinetiam ex rigore vox intercepta perniciem denunciat.

Hæ duæ ſententiæ ex Prorrh. 61. & 62. tranſlatæ videntur, neque tamen magis explanatæ, ſed ἀνῶν κρισίμων μὴ κρινόντων decreto damnatæ. Quidam codices ἀλυσμοὶ ἀνιδρῶτες legunt, quod propius ad Prorrhetici lectionem accedit, ἀλυσμοὶ ἀνιδρῶτι. Sed vt perfrictio omnis, ac inquies corporis iactatio & incontinentia, ſiue cum ſudore ſiue ſine ſudore contingant, malo ſunt, præcipuè tamen iudicium ſubeunte natura perniciem intentant: ita ex rigore perfrictio damnanda eſt, ſiue cum ſudore, ſiue abſque ſudore proueniat. Atq; poſt huiuſmodi rigorem ſyncera vomitio, anxietas & tremor damnum intendunt. Quod efficit vt hæ duæ ſententiæ ſimul iungi poſſint, non ſine codicum quorundam aſſenſione, cùm etiam in Prorrh. non hoc modo diſtinguantur. Sed nos pluralitatem & frequentem conſenſum ſecuti ſumus. Quod verò ſequitur, καὶ φωνὴ δὲ ἐν ῥίγεος, ex omnibus codicibus retinuimus. Quò magis miror à Cornario eſſe prætermiſſum, niſi quia vitium eſſe animaduertit. Nos certè ex præceptoris Hollerij ſententia, quam viua voce & poſtea ſcriptis teſtatus eſt, ἀφωνίαν non ingratiis ſubſtituimus, tum quòd Vaticani Codices huc inclinare ex Calui lectione videantur. Aut certè φωνὴ ἐκλείπουσα intelligenda venit, quam phraſim vſurpauit Prorrh. 91. οἷσι φωνὰ ἅμα πυρετοῖσιν ἐκλείπουσα μετὰ κρίσιν, vnde fortè quodammodo expreſſum iſtud videri poſſit. Si quis verò antiquam iſtam & omnibus codicibus conteſtatam lectionem amplectitur, poterit meo iudicio ad tremulam vocem referre, velut in rigore conſpicitur, & qualis ad tremorem conſequi poteſt ex magna neruoſi generis imbecillitate & reſiccatione, nec temerè in tam tumultuaria ſymptomatum congerie eò ſpectare. Atque iſtud καὶ φωνὴ δὲ ἐν ῥίγεος eandem habebit notionem, quam habet illud Prorrh. 42. καὶ φωνὴ ὡς ἐν ῥίγει αὐτοπάλιν. Sic nec vno modo tremulam vocem in Prorrh. damnat Hippocrates, cùm inde vehementem mentis emotionem non leuiter ſuſpectet, B vt ſent. 19. γλώσσης σπασμοὶ ῥομώδεες, καὶ αὖται ῥομώδεες γλυκύμεναι, ἐξίστανται. Et, αἱ ῥομώδεες γλῶσσαι, σημεῖον οὐχ ἱδρυμένης γνώμης.

[40] Τὰ δὲ ἐν ῥινῶν μικροῖσιν ἱδρῶσι ῥεῖψυχοντα, κακόν. C

Qui verò poſt ſanguinis ex naribus eruptionem ex tenuibus ſudoribus perfrigeſcunt, malè habent.

Ἐν ῥινῶν legunt Interpretes omnes, pro ἐν ῥιγέων, quæ plauſibilis eſt omninò lectio. Nam ῥεῖψυξις à rigore damnatur, præcipuè ſi cum tenuibus & frigidis ſudoribus acciderit, cùm ritè & ordine ægros incaleſcere oporteat, vt multis probat Gal. lib. ῥιγέων & Prorrh. 65. αἱ ἐν ῥίγεος καταψύξεις μὴ αἰαθερμαινόμεναι, κακά. Quin & poſt ſanguinis è naribus profuſionem huiuſmodi caſus valde ſuſpecti ſunt, ideoque eam lectionem vulgatam retinuimus ex Prorrh. 126. cùm eam etiam agnoſcat Gal. & poſtea repetitur ſent. 342. Caluus autem μακροῖσιν ἱδρῶσι, non μικροῖσιν, legit.

D [41] Οἱ ἐφιδροῦντες ἀγρυπνοι ἀνθερμαινόμενοι, κακόν.

Ex tenuibus ſudoribus peruigiles, ad calorem reuocati, malè habent.

Repetitur iiſdem verbis Prorrh. 68. Vbi tamen οἱ ἐφ' ἱδρῶσιν ἄγρυπνοι legimus.

[42] Οἱ ἐφιδροῦντες ἐν πυρετῷ, κακοήθεες.

In febre tenuiter exudantes, malignè habent.

Ἐφίδρωσις Hippocrati multis modis damnatur, tum quòd naturæ ex humorum multitudine & copia oppreſſionem, tum quòd vitium imbecillitatem indicet. In febribus verò malignitatem denunciat, vt Prorrh. 74. & 115.

[43] Οἷσι χολώδεος ἀμφιχωρήσιος ἐέσσης, ῥεῖ στῆθος δῆξις καὶ πικρότης, κακόν. E

Quibus prodeunte egeſtione alui bilioſa, ad pectus morſus ac amaritudo ſentitur, ij malè habere iudicantur.

Hanc ſententiam à ſuperiore ſeiunximus, codices ſcriptos meliores ſecuti, quod etiam fecerunt interpretes. Hîc verò στῆθος ventriculi oſculum ſignificare videtur, vt hac velut partis externæ circunſcriptione, inſigne illud orificium ad humorum acrimoniam & morſum tam promptè expoſitum populariter intelligatur. Neq; enim huiuſmodi iniuria in ſterno aut pectore ſentitur, ſed in iis naturis quæ biliosi humoris copiam gignunt (quales πικροχόλοις facit libr. de rat. vict. in morb. acut. Hippocrat.) & in ventriculum plærunque redundat cordis morſum & acrimoniam excitans, quod vulgus [mal de poitrine] vocat.[7] Quam in notionem στήθεος πόνοις in epidemiis commemorat Hippocrates, & ῥεῖ στῆθα πόνοις in Prorrhetico, & στήθεα καπακορέα dicuntur velut exponit in Exegeſi Gal. Quid autem per proruptionem intellexerit Caluus, mihi ſatis notum non eſt, niſi pro δῆξις ῥῆξις legiſſe videtur.

[7] Aegin. 14. lib. 1.

F [44] Ἐν πυρετοῖσι κοιλίης ἐμφυσωμένης, πνεῦμα μὴ διεκπίπτον, κακόν.

In febribus, aluo à flatibus diſtenta, flatum non erumpere, malum.

Κοιλίη ἐμφυσωμένη, quæ & φυσηθεῖσα in Prorrhetico dicitur, & ἐμπνευματωμένη, καὶ φυσώδης, καὶ πνευματώδης. aluus à flatibus diſtenta dicitur, quemadmodum πνευματῶδες flatu impleri exponit Gal. in lib. de rat. vict. in morb. acut. & πνευματώδεις flatuoſos ibidem vocat Hippocr. τὰς ἐμπνευματωμένας καὶ φυσώδεας. Flatibus igitur diſtenta aluo, flatus non prodire, caloris natiui imbecillitatem & flatuum copiam, craſſitiem & cruditatem denotat, quos ad expulſionem tenuari, concoqui, & præparari oportet.

[45] Κοπιώδεες, λυγγώδεες, κάτοχοι, κακοί. G

Laſſitudine conflictati ægri, ſingultuoſi, & alto ſtupore (quem catochum vocant) detenti, malè habere ſignificantur.

Plena eſt periculi hæc concurſio. λυγγώδεες autem dicuntur qui continenter & aſſiduè ſingultiunt, quemadmodum λυγώδη πυρετὸν vocat Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. febrem in qua ſingultus diutiùs affligit, aut per totum morbi decurſum exacerbatur. In hepatis quoque inflammatione ſingultus perniciem adfert ex aph. 58. lib. 5. & aph. 17. lib. 7. cùm eam inſignem eſſe oporteat, vt ſcribit Galenus. Dicuntur autem κάτοχοι ſtupefacti & alto ſtupore detenti, quem κάτοχον vocant, vbi ægri immoti & omninò fixi manent, diductis palpebris, apertis oculis & obrigeſcentibus membris, vt ſcribit Gal. Comm. 2. in Prorrh. Id autem non leuiter appetitum eſſe cerebrum indicat, & ſingultus os ventriculi, vt ideò inſignis noxia eſſe videatur.

[46] Ἐκ νώτου πυκινῆσι καὶ λεπτῆσι φρίκησιν ἐφιδροῦντες δύσφορεοι. ὄρεον ἀπόληψις ἐπώδυνον σημαίνει. Ὀ ἐφιδροῦν τούτοισι κακόν. H

In crebris & tenuibus ex dorſo horroribus tenuiter exudantes ægri, moleſtè habent. Laborioſa quippe vrinæ interceptio ſignificatur. In his tenuiter exudare malo eſt.

Hanc ſententiam codices quidam, vt interpretes, omittunt, quidam etiam diſparant. Verùm quia in optimis codicibus deſeti-

pta est, eam ex Prorrh. 75. & sent. 8. priùs apposita explanauimus, & coniunximus. ἐν νώτῳ etiam retinuimus, cùm ἐν νώτῳ multi legant, & οὖρον ἐπίληψιν ἐπώδυνον cum melioribus exemplaribus & Asulano legimus. ἀσφοδέλα verò tam corporis inquietudinem & Implaciditatem, quàm morbi difficultatem qua implicatur respicit. ἐφίδρωσις autem secundo loco posita, extremam perniciem & mortem in propinquo esse significat. A

Præter cõsuetudinem aliquid facere, vt verbi gratia aliquid propensius curare & magno studio eniti, prius non consuetum, aut contrà, prauum & delirio proximum.

47 Τὸ παρὰ τὸ ἔθος ποιέειν τι, οἷς προθυμέεσθαί τι πρότερον μὴ εἰθισμένον, ἢ τὠναντίον, πονηρὸν, καὶ πλησίον παραφροσύνης.

Ægrorum communem & propriam naturam ita spectari vult Hippocr. vt quod contra fit generali quadam notione damnati iubeat. Sic initio Progn. hortatur σκέπτεσθαι τὰ πρόσωπα εἰ ὅμοια ὄντα τοῖσι πολλοῖσι ὑγιαινόντων, μάλιστα δὲ εἰ ἀπαθῆ ἔοντα. οὕτω γὰρ ἂν ἄριστον. τὰ δὲ ἐναντιώτατα τῷ ὁμοίῳ, δεινότατον. Et initio libri κατ' ἰητρεῖον generalius quiddam effert, ἢ ὅμοια, ἢ αὐ ὅμοια ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν μεγίστων, ἀπὸ τῶν ῥηϊστων, ἀπὸ τῶν πάντα τὰ πάντως γιγνωσκομένων. Quod vniuersale præceptum cùm multum ad prædictionem conferat, ita ægrorum ἤθη τε καὶ ἔθη, & φύσις spectare debet, vt illic explicat Galen. Eodem etiam refertur ὀξὺ κοσμείου θρασεῖα ἀπόκρισις paulò post celebrata sententia, & ex Prorrhetico desumta. Hîc autem προθυμέεσθαι legimus ex melioribus codicibus, quod est propẽso animo aliquid curare, cum studio & cura aliquid instituere aut suscipere, anniti, elaborare & affectare, vt animi liberas actiones ex consilio & electione complectatur. Etsi exemplaria quædam manu scripta προεσδίχεσθαι habeant, alia etiam προεμηθέεσθαι, quæ videtur secutus Caluus, & omnia sua interpretatione complexus. Et vtranque lectionem etiam alij sequuntur Interpretes. B

Quæ cum malignis signis alleuamentum adferũt, & quæ cum bonis non remittunt, molesta sunt & difficilia.

48 Τὰ ἐν πονηροῖσι σημείοισι κουφίζοντα, καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἀνιεῖ ὄντα, δύσκολα.

Hæc sententia totam ferè criseos doctrinam complectitur, & multis locis ab Hippocr. adumbratur, præcipueque aph. 27. lib. 2. & Prorrh. 52. & illic à Galeno fusissimè est explicata, vnde propriè excepta videtur. Quam in rem multa scripta sunt nostris in lib. 2. epid. Commentariis. C

In præcipitibus malis, tenues circa caput maximè sudores oboriri, & corporis incontinentia quadam iactari, malum indicat, tum verò præcipuè pernicies intenditur, si ista cum vrinis nigris contigerint, & spiritus magnus & concitatus adfuerit.

49 Οἱ ἐφιδροῦντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν ὀξέσι ὑποδυσφόροι, κακόν. ἄλλως τε καὶ ἐν οὔροισι μέλασι. καὶ ὀλεθρῶδες ὅτι τούτοισι πνεῦμα, κακόν. D

Iisdem omninò verbis repetitur hæc sententia Prorrh. 39. & à Galeno explicatur, simulque ὀλεθρῶδες πνεῦμα quàm variè ab Hippocratis enarratoribus sumatur, scribitur, vt & Prorrh. 92.

Celeres summitatum corporis in vtraq; extrema permutationes, perniciem denunciant. Quin & sitis huiusmodi (hoc est, celeriter in contraria permutata) malo est.

50 Ἀκρέα ταχὺ ἐν ἀμφότερα μεταπίπτοντα, καὶ δίψα δὲ τοιαύτη, πονηρόν.

Eadem scribuntur Prorrh. 43. δίψαν verò τοιαύτην, τὴν δοκεῖν εἶναι πάμπολλον ὑπὸ τῶν ἐσχάτων, ὥσπερ πάσχουσι τοῖς ἄκροις, ex Galeno diximus. Quin & subitas huiusmodi corporis inæqualitates, dum modò calet, modò friget, damnat Celsus cap. 5. libr. 2. & Hippocr. aph. 40. libr. 4. E

In homine moderato ferox & audax responsio, & vox acuta, malum portendũt. Iis præcordia intrò trahuntur & tendunt.

51 Ἐν κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις, φωνὴ ὀξέα, κακόν. ἱππογόνδρια τείνεσιν εἴσω εἵρυται.

Distinguuntur duæ sententiæ Prorrhetic. 44. & 45. hîc autem vniuntur, quòd huiusmodi casus phrenitidem prænuncient, & ex diaphragmatis inflammatione, aut ex febrili incendio, resiccatione quadam & tensione vox acuitur, & præcordia intrò trahuntur aut reuelluntur. Quin & ex membranæ succingentis inflammatione cõtrahuntur hypochõdria & diaphragma, quod etiam affectum sua vicinia & consensione viscera contrahit, membranis quibus ea vestiuntur & vinculis connectuntur circuntensis. Detrahitur etiam pulmo, aspera arteria & larynx, atque angustior fit, indeque vox acuitur. Quòd si quis has sententias distinguat, velut in Prorrh. de voce quæ in morbis acuitur intelligenda erit postrema sententia, quod facit Gal. atque eiusmodi acuræ vocis caussa resiccatio & angustia instrumentorum voci destinatorum ex incendio interno æstimabitur, atque inde præcordiorum contractio & tensio. Quidam verò ad præcordiorum reuulsionem vocem acutam consequi, non autem contrà, intelligunt. Quod voluit etiam Præceptor Houllerius. Exemplar autem vnum Regium manu scriptum pro εἵρυται in margine adscriptum ἕλκεται habet, quæ est illius vocis glossema & interpretatio, vt ex Gal. in Comm. Prorrh. patet. Erotianus pro εἵρυται ἐρύεται legit, quod præsens est & tertia persona singularis. εἵρυται verò tertia persona pluralis Ionica præteriti perfecti, Homero frequens, vt & ἐρύεαι, εἵρυεαι, & ἐρύσαται pro ἕλκεαι. εἵρυται autem etiam Galenus agnoscit. F

Qui ex sudoribus perfrigerantur ac celeriter recalescunt, malè habere iudicantur.

52 Τὰ ἐκ καταψύξιος ἱδρώσεος ταχὺ ἀναθερμαινόμενα, κακόν.

Hæc sententia pars est Prorrhetici 66. vbi ægris quæ hîc morbis attribuit. Sic enim scribitur, οἱ ἐκ καταψύξιος ἱδρώσεος αὐαθερμαινόμενοι, κακόν. G

Qui in grauibus malis tenuiter exudant, & quadam corporis incontinentia iactantur, malè habent.

53 Οἱ ἐν ὀξέσι ἐφιδρεῦντες ὑποδυσφόροι, κακόν.

Hæc sententia ex parte quadam repetita paulò ante Prognosi 49. & 13.

Qui temerè ac præter rationem nulla existente vasorum inanitione impotentes fiunt, ij malè habent.

54 Οἱ παραλόγως κενεαγείης μὴ οὔσης ἀδυνάτοι, κακόν.

Hæc sententia ad præsagiendi & curandi rationem magnum habet momentum, & sæpe ab Hippocr. adumbratur, & Prorrh. 40. paulò aliis verbis, sed tamen eadem notione, exprimitur. αἱ παρὰ λόγον κενεαγικὸν ἀδυναμίαι, οὐκ οὔσης κενεαγείης, κακόν. Humorum nanque copiam actiones grauantem, aut insignem alicuius visceris intemperiem suspectam facit. Quinetiam μάλιστα τὰ κατὰ λόγον συμπτώματα, ἀδύνατα σημαίνει, (vt scribit Hippocr. aph. 28. lib. 2.) aut humorum tenuitatem & corporis raritatem, quod illîc addit Galenus, ideoque neque periculo caret. H

55 Ἐν

A 56 Ἐν πυρετῷ ἕλξις οἷς ἀπὸ ἐμέτου ἐς ἀνάχρεμψιν τελευτῶσα, κακόν.

In febre distractio velut à vomitu, in excreationem desinens, malum portendit.

Inusitata est phrasis & insolens, ideoque obscura, quales plurimæ in his Prænotionibus & Prorrhetico conspiciuntur. Videtur autem ἕλξις οἷς ἀπὸ ἐμέτου idem significare quod Prorrhetico. 117. τὰ ἐμετωδῆ ἑλκόμενα, aut qui postea ἀνημέτους ἀπεκρεμασάμενοι dicuntur. Quibus verbis distrahi aut distorqueri significantur & conturbari qui vomitione conflictantur ex humorum cacochymia, aut etiam ex inflammatione interna, ventriculo ad nauseam concitato. Vnde & tractus quidam velut ex vomitu significatur, cùm defluentes in ventriculi cauum humores, aut ex inflammatione resudantes innatant & vires grauant. Ex quo ad expulsionem irritata natura, osculum commouet, & nausea reiectionem molitur, totumque corpus frequenti concussatione conturbat. Id enim ἀπεκρεμασάμενοι exponit Gal. Atque eo nomine hoc symptoma, & causæ, & signi ratione damnatur. In screatum verò frequenter desinit, si quis ἀνάχρεμψιν pro πτυελισμῷ & sputatione sumat, quòd imbecillum ventriculi osculum exundantem humiditatem ac velut ex phlegmone expressam oris saliuatione refundat. Quòd si ex affecto & humorum copia oppleto cerebro casus huiusmodi accidat, malum intendi necesse est, ac non temerè in febribus suspectam phrenitidem facient πτυελισμὸς & ἀνάχρεμψις, phreniticis in Prorrhetico attributa, atque ex interna plegmone certa pernicies ægro conflabitur. B

57 Ναρκὴ ἐς ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτουσα, κακόν.

Torpor in contraria celeriter permutatus, perniciem denotat.

Ἐς ἀμφότερα, in contraria diximus ex Gal. in Prorrh. 43. Vbi in vtraque extrema permutationem, in contraria sumit. Sunt & in ægris μεταπτώσεις omninò damnandæ, quæ ex humorum transfluxu & transpositu fiunt, quales in phreniticis & mente captis conspiciuntur, quas pluribus verbis explicat & sugillat Gal. Com. 1. in Prorrh. Sic τὰ ἐν φρενίτιδι πυκνὰ μεταπίπτοντα ab Hippocr. damnantur. Torpor quoque subitò in contraria permutatus, cùm vagantem materiam & in corpore fluctuantem significet, resolutionis metum iniicit, aut ne in aliquam principem partem firmetur, suspicionem facit. Quin & vbi subitò permutatur, animalium functionum ac sensationum extinctionem mentisq; læsionem portendere non immeritò significatur. Et quomodo δίψα ὀλίγον ἀνάντια μεταπίπτουσα damnatur, sic ναρκὴ ἐς ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτουσα, πονηρόν, quæ modò abest, modò etiam adest, & in contraria celeriter permutatur. C

58 Σταξίες αἱ ἐλάχιστα, κακόν.

Perpusillæ sanguinis è naribus stillæ, damno sunt.

Sanguinis stillas, quas σταξίας aut ἀποσταξίας vocat Hippocr. constanti doctrinæ consensione pluribus in locis damnat, præsertim si crassus, niger & paucus sanguis primis diebus & criticis intet initia effundatur; cùm in signiorum iudicatoriorũ legibus receptum sit ne quid infra modum subsistat, & in sanguinis eruptionibus liberalis & larga ad morbi solutionem ferè semper commẽdetur. Sic σταξίες δύσκολαι dicuntur in Prorrh. & perniciosissimæ censentur Galeno Comm. 3. in Prorrh. Eaque de re plura scripsimus nostris in lib. 1. epid Commentariis, & in lib. 2. epid. Com. sect. 1. D

59 Κακὸν ἢ πόωτος ἐν ὀξέϊ δίψα παραλόγως λυθῇ.

Ac penitus quidem in graui morbo sitim temerè ac præter rationem cessare, malum est.

Sententia est Prorrhetici 57. Hippocratis doctrinam redolens & illîc à Galeno explicata, πολὺ κρείσσων doctrinam complexa, & πολὺ ἀσύμμετρος ῥαστωνιασάντων nomine comprehensa. ἐν ὀξέϊ verò, quod in Prorrhetico ἐν ὀξέσι expressimus, etsi ὀξέως aut ὀξὺ significare potest. Vtraque enim notione pernicies denotatur, siue in præcipiti morbo sitis temerè cesset, siue celeriter & citò desinat. πάντως etiam duplicem habet notionem, siue ad κακὸν, siue ad δίψαν λυθεῖσαν referas. παντελῶς γὰρ κακὸν (vt scribit Galen. Comm. 1. in Prorrh.) τὸ παύεσθαι πολέος τὴν δίψαν ἐν ὀξέσι νοσήμασι. At Caluus propter codicum varietatem & vitium, duplicem sibi sensum affinxit. E

60 Οἱ πρὸς χεῖρα αὐαίνοντες, κακοί.

Qui ad manus contactum resiliunt, malè habere iudicantur.

In ægris quibusdam istud diligenter est obseruandum. Vbi enim manus in carpum mittitur, quodammodo resiliunt, & cum paruo quodam tremore obniti videntur, aut interdum ad pulsum assilire & leuiter assurgere. Quod quidem parui tremoris exordium, conuulsionem, delirium, aut etiam phrenitidem prædicit, nec leuiter suspectum esse debet, cùm ἀπισκοτοδινιώδεας ægros faciat. Eoque modo hîc αὐαίνοντες πρὸς χεῖρα dicuntur, quibus pulsus veluti resilit, aut quasi tremebundus subsultat, & ad manum apparet exiguus tremor. Aliôquin αὐαίνοντες intelligi possunt, qui iniecta manu exiliunt, & furibundo mentis impetu feruntur, aut irrequietos in sanientium motus præseferunt, de quibus ἐξίσταδαι & ἐξαίσταδαι sæpè effert Hippocr. cùm αὐαίνειν ἐξορμᾷν καὶ αἰίσσεσθαι significet, & αἴσσειν τὸ ὁρμᾷν κέκραται, vt scribit Erotianus. F

61 Οἷσιν ἅμα πυρετῷ καυσώδει, οἰδήματα ἱππωνώδεα νένευκε, θρόμβωμα, ἐς πλευρὴν ὀδυνὴ ἐπελθοῦσα, παραπλησίως κτείνει.

Quibus in febre ardente tumores cum somnolentia & torpore obueniunt, eos lateris dolor accedens, cum leui partis alicuius syderatione necat.

Coitio est empirica ex diuersi generis casibus conflata. Νωθρότης nanque cùm cerebri refrigerationem, aut humectationem, aut etiam vtrunque indicet, (vt scribit Galenus) & symptoma sit animalium functionum, à crassis, frigidis, & glutinosis humoribus grauatarum, non facilè cum febre ardente aut biliosis succis coit, ac non nisi cum præcipiti periculo in huiusmodi casibus cernitur, vt scribit Galen. Comm. 1. in Prorrh. Ideoque non temerè ac leuiter νωθρότης ἐν φρενιτικοῖς in Prorrhetico damnatur, vt & postea his in Præsagiis. At verò quoniam constat genus quoddam esse febrium ardentium ex multa frigida & inæquali materia, quæ à veris & legitimis descisciunt, quales plurimæ instante autumno grassantur, in iis tumores huiusmodi ex materiæ crassæ, frigidæ & viscidæ depositu suboriri possunt, cum somnolentia & torpore, atque etiam grauato materiæ copia neruorum principio in latus aliquod transfundi, & tentatis motionis organis, leuis cuiusdam syderationis species non sine pernicie induci. Tumores istos quidam ad bubones pestilentes referunt, quos magna ex parte febris ardẽs, & somnolentia, ac torpor ex maligna humorum qualitate & naturæ resolutione comitatur. Quin & huiusmodi tumores ad inguina in statu pestilenti subnotauit Hippocr. libr. 3. epid. & cum iis torpidam in somnum degrauationem cum pernicie, his verbis damnauit: ἀλλ' ἤδη τινὶ καὶ παραφορῇ κακῇ νοσερῇ βαρέως ἀπαλλοῦντα. Sed neque ij resolutionis in speciem, sed syncope & præcipiti virium lapsu, velut grauitate oppressi pereunt. Quidam etiam istud ad aurium tuberculà aut parotidas quæ in febre ardente contingunt referunt, quæ soporem ferè coniunctum habent, & cerebrum humorum copia grauatum. G

62 Πνιγμὸς ἐν ὀξέσιν ἐλθοῦσιν ἰσχνοῖσιν, ὀλέθριον.

In præcipitibus malis strangulatus, gracilescẽtibus faucibus, perniciem minatur.

Hæc sententia referri videtur ad celebratissimam vbique anginæ speciem, quæ præsentissimum periculum creat, & passim ab Hippocr. sugillatur, præcipuè verò in Prognostico, lib. de rat. vict. in morb. acut. aphoris. 34. lib. 4. & Prorrh. 11. 86. & 104. Hîc igitur non leuiter suspecta est suffocatio & strãgulatio, quæ nullo existente aut in faucibus apparente tumore, sed iis gracilescen- H

tibus & extenuatis inducitur. Quod vniuersaliori quadam sententia in Prorrhetico ac postea hoc Præsagio reperitur φαρυγξ ἐπώδυνος, ἰσχνὴ, μὴ διεροὶς, πνιγώδης, ὀλεθρίη ὀξέος. πνιγμὸν enim aut πνίγα significat, quæ est subita internecio ex spirandi defectu, fitque ex spiritalium instrumentorum angustia. Aut certè ὀρθόπνοιαν indicat atque eam spirandi difficultatem, quæ non nisi arrecto thorace & extento collo obitur, atque laborantium partium respirationi destinatarum angustiam ac præclusionem denotat, vt ne decubitum quidem absque strangulatu ferre possint. Atque eam spirãdi difficultatem Hippocrates in præcipitis anginæ specie in Prognost. & libro quarto de rat. vict. in morb. acut. ὀρθόπνοιαν vocat. In Prorrhetico verò πνιγώδη φάρυγγα, & ἢ κῇ φάρυγξ πνιγώδεα, & ἢ ἐν φαρυγγῖ ἀλγήματα πνιγώδεα, eóque modo explicat Galen. Illud quoque ἰσχνῶσιν etsi de extenuatis & gracilescentibus ægris intelligi potest in quibus nullus iuxta fauces tumor apparet, malui tamen propius ad gracilescentes & nullo tumore conspicuas fauces referre, quod in superioribus exemplis huiusmodi anginam absque vlla insigni inflammatione describens Hippocrates, φάρυγξ ἰσχνὴ, aut ἢ κῇ φάρυγγα ἰσχνὰ expresserit, eadem omninò notione qua in aphorismis, οἰδήματα μὴ ἐόντα ἐν τῇ φάρυγγι, scripsit, aut in Prognostico, μήτε ἐν τῇ φαρυγγι μηδὲν ἕκδηλον ποιῶν, μήτ' ἐν τῷ αὐχένι. Quem in sensum explicat Gal. Comment. 2. in Prorrh. ἰσχνὸν nanque partibus phlegmone obsessis & præter naturam tumentibus opponitur, vt his verbis scribit Gal. Comment. 4. in lib. de rat. vict. in morb. acutis. τὸ δὲ ἰσχνὸν ἐνίοτε λέγεται πρὸς αὐτὴν θέσιν τῶν κατὰ φύσιν οἰδουμένων. Hippocrates quoque libro quarto de rat. vict. in morb. acut. periculosam huiusmodi anginam commemorans, πνιγμὸν & ἰσχνὸν eadem significatione complectitur, cùm scribit, καὶ πρηξπόσι πνιγμὸς ἐν φαρυγγῖ, ἰσχνῶν ἐόντων τῶν κατὰ φάρυγγα. Quæ omnia effecerunt vt vulgatam lectionem scriptis etiam codicibus fretam retineam, qua πνιγμὸς legitur, etsi Regij codices quidam πυρετὸς pro πνιγμὸς legunt. Quam lectionem etiam secutus est Caluus. Illud autem ὠξέσιν febrem includit, vt sit idem quod in aphorismis, ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, & libr. de ratione victus in morb. acutis. ἐόντων ἐν πυρετῆσιν, etsi in febre non adeò intensa strangulatio contingere potest, vt scribit Galenus. At verò quonam ἐλθοῦσιν referatur non satis paret, neque bene admodum quadrat cum ἰσχνῶσιν, neque mihi parum suspecta est hæc dictio ab omnibus interpretibus prætermissa.

A

B

Vbi iam pernicies imminet, parui tremores & æruginosa vomitio, & in quibus inter potãdum strepitus quidam percipitur, quique præ siccitate murmur quoddam sentiunt, & qui ob spiritum tussiculosum ægrè deuorant, in grauibus malis perfrigeratis, perniciosè habere iudicandi sunt.

[62] Ἐπὶ τοῖσιν ἤδη ὀλεθρίοισι τὰ σμικρὰ τρόμοδεα, καὶ ἰοῦδης ἔμετος. οἱ ἐν τοῖσι ποτοῖσιν ὑποφορέοντες καὶ ὑποβορβορίζοντες ξηροῖσι, καὶ οἱ χαλεπῶς καταβρωθίζοντες πνεύματι βηχώδει, ὀλέθριοι ἐν ὀξέσι κατεψυγμένοισι.

C

Obscuritatis plena est hæc sententia, & cuius sensus non nisi ægrè erui possit. Dubium est enim num ista ad anginã referantur, in qua ægri magno negotio, ac ne vix quidem deuorant aut deglutiunt. Potest & per se intelligi & in duas sententias diuidi, quod facit magna pars exemplarium manu scriptorum. Vbi igitur iam edita sunt signa lethalia, tremores parui & vomitio virulenta aut æruginosa, vt in mali accessione, perniciem cumulant. Tremores nanque neruosi generis offensam ac resolutionem ex intemperie denunciant, interdum quoque conuulsionem accersunt, præcipuè verò ex virulenta ac maligna humorum vomitione malum geminant, nonnunquam etiam delirium aut tandem phrenitidem suspectant. Quod sequitur, οἷον τοῖσι ποτοῖσιν ὑποφορέουσι habent publicati codices, Regij manu scripti, οἱ ἐν τοῖσι ποτοῖσιν, velut ex alterius sententiæ sensu, quod quidem æquius videtur. Præcipuè verò Hippocrates cum vulgo inter lethalia delirij signa strepitum descendentis potus & murmur ac difficilem deglutitionem annotare solet. Fit nanque vbi ex magna æstuatione aut intensissimo incendio reficcatur œsophagus aut stomachus, vt sua copia descendens potus, velut in cauum quoddam illabens, sonum edat ac strepitum. Quod signum non temerè vulgus præsentissimum periculum portendere anguratur, ac in Chartade febre ardente laborante, his verbis annotauit Hippocrates libro septimo Epidemiõn. καὶ πόνοι ἢ ἢ ψόφοι ἀεί τι ἢ ἐν τῇ κοιλίῃ καὶ κατόντες τὰ πίματα. Idem quoque in Cydis filio ægr. 7. & in Theodori vxore ægr. 27. celebrat, qui omnes cum delirio perierunt. Difficilis etiam transglutitio ex stomachi resolutione & angustia, aut ex reficcatione, aut tumore præter naturam accidit, cum spiritu tussiculoso, quandoquidem inter respirandum tussis mouetur, dum ex potu aliquid in asperam arteriam redundat, nec fauces peruadit, ac respirationi spiritus quidam occursat qui tussim mouet. Quæ omnia cùm per se pessima edant exempla, in grauibus etiam morbis & cum perfrictione maximè sunt lethalia.

D

Manuum ac pedum tumores cum rubore, perniciem denunciant.

[63] Τὰ ἐν χερσὶ καὶ ποσὶν ἐρυθήματα, ὀλέθρια.

Ερυθήματα tumores flammeos vocat, qui interdum temerarij sunt, interdum etiam affecta natura apparent, periculumque minantur, & ægrum cum maximis doloribus conficiunt. In extremis autem partibus apparentes rubores, deficientis iam natiui caloris significationem exhibent, & morbi victoris velut erecta de illo trophæa ostentant.

Qui vehementer efflant & reflexis sunt palpebris, ac per somnum leuiter suspiciũt, aurigine admodum fœdati & largiùs colorati moriuntur. In his album alui recrementum præcedit.

[64] Οἱ ὀκφυσῶντες καὶ ἀπακεκλασμένοι ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν ὑποβλέποντες, ἰκτερώδεες καὶ κατακορέες θνήσκουσι. λευκὸν δὲ χρῶμα τὸ ποῖσι κατέρχεται.

F

Coitio est empirica ex obseruatione nata. ὀκφυσῶντες sumi videntur qui in expiratione vehementer efflant, & qui ex incendio interno aut exæstuante thorace atræ fuliginis multam copiam expirant, magnamque respirationem edunt, & πνευματιῶντες aut πνευματίαι & πνευματούμενοι dicuntur lib. περὶ διαιτῶν ὀξέων. Est enim ὀκφύσησις ἀέρια ἢ πνεύματος ἔξω φορὰ, & violenta quædam respiratio, cuius sunt opifices musculi intercostales cum externis qui ex scapulis & dorso ad thoracem pertingunt, succenturiatis in opus magnis epigastrij musculis. ἀπακεκλασμένοι verò dicuntur qui reflexis ac refractis sunt palpebris, ex musculorum qui palpebras claudunt conuulsione. Sic τὰ ὄμματα κατάκλασιν in Prorrhetico celebrat, & in aphorismis ac prognostico διεστροφὴ, quæ sunt grauissimorum morborum ac febrium assiduarum perniciosa admodum symptomata, quæ non nisi appetito neruorum principio & valdè affectis viribus contingunt. Quòd si quis ἀπακεκλασμένους simpliciter perfractos, delassatos & viribus fractos intelligit, & ad τὰς ἢ ἄρθρων κατακλάσεις referat, de quibus agit Galenus Comment. ad aphor. 18. libr. 6. epidemiõn. sect. prima. is propriè magis languentes ac labantes vires exprimit, nec ægrum periculo eximit, cùm nihilò leuioribus casibus conflictetur, ac frequens sit in acutis morbis ex continuo incendio & graui humorum agitatione delassatio, ac velut confractio. Quod sæquitur de oculorum per somnum suspectione, magnam facultatum exolutionem significat, & ab Hippocrate sugillatur, cùm τὰς ὑποφάσιας ἢ ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, in Prognost. & aphorismo 52. libr. sexti. damnat. Eoque magis nostram ἀεὶ ἢ ἀπακεκλασμένων explicationem, de refractis ac retortis palpebris approbat. Quod est reliquum de largiùs coloratis & admodum aurigine fœdatis, alterius est generis, nec hoc loco nisi in malorum accessione admodum quadrat, & velut in diuersa casuum concursione ex sententiæ 36. prius descriptæ sine desumptum est, nisi quòd illic κατεξιέρχεται, hic verò κατέρχεται legitur. Codex Regius manu scriptus ἐμφυσῶντες habet, qua dictione περὶ πνευματιουμένοις καὶ πνευματιῶντας, inflatos & à flatibus distentos, quósque ἐμπεφυσημένους in Exegesi explicat Gal. intelligit, quales ferè sunt ἰκτεροῶδεις, & qui ex præcipuorum viscerum obstructionibus & tumoribus magnam in toto me-

E

G

H

A to mesenterio & viscerum cauo flatuum distentionem sentiunt, tandémque fatiscentibus viribus lenta morte & aquæ inter cutem degrauatione contabescunt. Quam in notionem πνευματούμενοι ἰκτεροὶ dicuntur in Prorrhetico, & φυσώδεις ἰκτεροῶδεις Apollonius ab Hippocrat. describitur lib. 3. Epid. ægr. 13. post ft. pest. illícque ἐμφύσημα κακὸν annotatur, vbi plurima à nobis hanc in rem adscripta sunt. Caluus hanc sententiam, quòd ea quæ diuersi sunt generis contineret, distinxit suis exemplaribus fretus, contra tamen omnium quos videre licuit codicum fidem.

In febribus vehementes mentis emotiones cum taciturnitate, in eo qui voce defectus non est, perniciem minantur.

[65] Αἱ ὀκτάσιες σιγῶσαι μὴ ἀφώνῳ, ὀλέθριαι.

ὀκτάσιες σιγῶσαι dicuntur insaniæ ac vehementes mentis emotiones silentes & taciturnæ, αἱ μετὰ σιγῆς, qualiter ἐξίστασθαι σιγῇ dixit Prorrh. 54. vt melancholicas insanias, quæ ἀπὸ μελάγχολος καὶ κραυγῆς fiunt, indicet, & valde lethales sunt. Humoris nanque biliosi exaltationem & ex phrenitide insaniam portendunt, meritóque damnantur, velut οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς in Prorrh. μὴ ἀφώνῳ autem addidit, vt vocis organorum resolutionem, aut conuulsionnm, aut aliam quamuis affectionem excluderet, quam per ἀφωνίαν in Prorrh. intelligit Galenus, eóque magis insania vehemens ac insignis mentis lęsio denunciaretur, quam gesticulationibus, nutibus, & incompositis motionibus aut distractionibus ægri satis apertè proderent, etsi voce prorsus defecti non essent: tum etiam vt huiusmodi vehementes mentis emotiones cum silentio, ab his quæ ἀφωνίαν adiunctam habent, distinguãtur, de quibus agitur in Prorrh.

B

Vbi liuores in febre fiunt, prope affore mors significatur.

[66] Τὰ πελιδνὰ γινόμενα ἐν πυρετῷ, στίγμον θανάτου σημαίνει.

πελιδνὰ sunt quæ Græcis πελιώματα dicuntur, huiusmodique liuores si in corporis summis partibus contingant, in breui expectanda mors est. Extremam nanque caloris natiui extinctionem & depopulationem præferunt, vt in febribus continuis ad exitum tendentibus videre est νεκρώσεις δὲ δεῖ καὶ σβέσεις τῆς ἐμφύτου θερμασίας σημεῖον ἢ ἢ ἄκρων ψύξις τε καὶ πελίωσις ἐν ὀξέσι πυρετῆς γινομένη, vt scribit Gal. Com. 2. in lib. 3. Epid. Cur autem eiusmodi liuores in extremis corporis partibus magis contingant, ab aliis Interpretibus est abundè dictum.

C

Quibus cum febre lateris dolore accedente, aluus aquosa multa bile permixta transmittens alleuationem adfert, deinde verò cibos auersantur & sudoribus diffluunt, cum bene colorata facie ac humescente aluo, & dolor aliquis oris ventriculi succedit, ij diutiùs morbum trahentes pulmonum vitiis laborantium more intereunt.

[67] Οἷσιν ἐν πυρετῷ ἀγκάλης πλευρὸς ἀναλγέος χολῶδεα ὑδατόχρωα πολλὰ διαδιδούσης, ῥιγέει δὲ ἀσιτία δὲ τοῖσι κατεσθίουσι καὶ ἱδρῶτες μετὰ τοῦ προσώπου ἀνιεῖσι, καὶ χολῶδεα ὑγρῆς, καί τι καὶ καρδιαλγίης, ἔστι μακροτέρως νοσήσαντες τοῖς πλεμονικῶς τελευτῶσι.

D

Casuum multorum concursus iste ex empirica obseruatione ductus est, atque adeò fortè ex morbo laterali in pulmonum inflammationem verso. In morbo laterali laborantibus & pulmonicis alui profluuium suspectum est ob virium exolutionem. Aluus tamen aquea multa & biliosa exonerans, naturam aliqua ex parte alleuat, non pro ratione tamen, ideóque ad tempus aliquatenus leuantur ægri exonerata materiæ quantitate, sed nõ tollitur morbus, statíuq; redit ferè. Cuius rei significationem præbet deiecta apperentia & cibi fastidium, sudorésque multi irriti aut nihil alleuantes, materiaéque multitudine & virium imbecillitate ferè prouocati. In tanta igitur humorum copia, vbi fatiscentibus paulatim viribus nullam satis idoneam morbi solutionem molitur natura, non est absonum diutiùs morbum trahentes ægros, lenta corporis consumptione pulmonicorum more contabescere, aut μετὰ πνιγμοῦ καὶ ῥοιζμοῦς, hoc est, cum strangulatu & gutturis stridore (sic enim ῥοιζμὸν vertit Aurelianus) vt scribitur lib. de rat. vict. in morb. acut. Præsertim cùm ἀσιτίαι huiusmodi, quas pro ciborum fastidio & deiecta appetentia sumimus (quemadmodum frequenter ἀσιτίας pro ἀπροσιτίας ponit Hippocrat.) naturalium functionum prostrationem, ventriculi offensam, ac præcipuorum viscerum nutricationi subministrantium intemperiem denuncient. Floridus quoque & flammeus faciei color cùm non raro suspectus sit Hippocrati, capitis repletionem & sanguinis copiam præsefert, ac nonnunquam iecoris ac lienis incommoda sequitur, sæpe verò ac ferè semper pulmonum vitia prælagit, in iisq; malarum rubor cernitur. Quibus casibus qui conflictantur, assiduis humoribus diffluunt, aluos ex humorum acrimonia irritatas & fluidas habent, ac ex perpetua in ventriculum humoris degrauatione, & humoris maligna qualitate cardialgia laborant, & de oris ventriculi dolore conqueruntur. Quapropter nihil mirum est eos longa in pulmones defluxione tentatos, pulmonicorum more consumptos, lenta corporis tabitudine deficere, aut tandem etiam suffocari. Codices quidam hanc sententiam diuidunt in duo membra, sed nos exemplarium pluralitatem secuti sumus. Et certè non satis mihi videtur huius sententiæ lectio integra, & malim καὶ λίη ὑδατόχρωα πολλὰ διαδιδούσης ῥιγέει.

E

F

Febrium initio si atra bilis sursum aut deorsum prodeat, lethale est.

[68] Πυρέασον ἐν ἀρχῇ μέλαινα χολὴ ἄνω ἢ κάτω διελθοῦσα θανάσιμον.

Quod hîc de febribus effertur, morbis quibuslibet recentibus tribuitur aph. 22. lib. 4. eámque sententiam his verbis exprimit Celsus, Et is consumitur cui protinus in recenti morbo bilis atra, vel infra, vel supra se ostendit.

Quibus adsunt superiorum partium tenues sudores cum perfrictionibus, nec sine febre, ij corporis incontinentia & phrenitide vexati, præceps periculum denunciant.

[69] Οἱ μετὰ καταψύξιων ὀξὺ ἀπύρων ἐφιδρούντες ἄνω, δύσφορεοι, φρενιτικοί τε καὶ ὀλέθριοι ἐν ὀξέῃ.

G

Paulo aliter scribitur hæc sententia Prorrh. 27. & Aristagoræ nomine, vt in re dubia & sola obseruatione nixa insignitur. Illud verò ἐν ὀξέῃ, idem quod ὀξέως sumimus cum Præceptore Hollerio, vt supra ἐν ὀξέῃ αὐαδεσμαθίνης sentent. 36. aut vt in Prorrhetic. 86. ὀξέως ὀλέθριον ponitur. Potest & ἐν ὀξέῃ periculi indignitatem in grauibus malis significare, vt passim, & ab interpretibus sumitur. Est autem malignorum symptomatum connexio quædam, cuius prope designata est adumbratio quædam paulò supra sent. 53. Et verò per ἐφιδρούντες febris ardentis malignę quædam vestigia pressius adumbrantur vt Prorrh. 7. Illic enim πυρετὸ τοῦ ψυχόμενος, idem quod hoc loco μετὰ καταψύξιον ἐν ἀπύρῳ, significat. Codex vnus Regius manu scriptus recentior tamen, pro ἐφιδρούντες ἐφιδρῶντα habet, vitiosè tamen, vt & codex Asilanus ἐφιδρώοντα, & αἱ pro οἱ, sed tunc δυσφορείαι leg. esset vt in Prorrh.

Dolores sensim ingraueſcentes, si ad iugulum & superiores partes transeant, perniciem minantur.

[70] Τὰ ἐπ' ὀλίγον ὀξέα ἀγκάλας εἰς κληῖδα καὶ τὰ ἄνω πτίπτοντα, ὀλέθρια.

H

In naturæ motibus & motionibus, velut abscessibus, effluuiis, & materiæ quodam depositu, probatur semper impetus qui in inferiora procumbit, vt fusissimè nostris in lib. 2. Epid. Com. ostendimus. Sic enim in dolorum aut casuum concursu, qui supe-

riora corporis petunt, vi morbi & malignitate, non naturæ sollicitatione fiunt, ideóq; damno sunt. τὰ ἐπ' ὀλίγον ὀξέα διζήματα, sensim ingrauescentes dolores diximus; partim vt eorum incrementa, partim verò damnosæ humorum transpositionis successionem indicaremus. Possunt etiam ἐπ' ὀλίγον ὀξέα διζήματα intelligi qui pauco tempore ingrauescunt dolores, vt visceris alicuius interni, aut membranæ succingentis non contemnenda phlegmone intelligatur, & dolores acuti, continui & stabiles inflammationis magnitudinem suspectent. Quo in casu & iugulum & caput appetitur, eóque ad superiora progressu peripneumoniæ in Phrenitidem transitus suspectatur. A

In longis periculis sedis dolor mortem affert.

[71] Ἐν μακροῖσι ὀλεθρίοισιν, ἕδρης ἄλγημα θανάσιμον.

Istud indistinctè admodum prolatum (vt cætera multa) pronunciato fidem abrogat. Neque enim sedis dolor lethalis est, sed plærunque morbi solutionem per hæmorrhoidas procurat. Nisi igitur naturæ procuratione aut iudicationis modo fiat, vt in malorum accessione, damnandus est, non ideo tamen lethalis. Aut certè post longum & diu trahentem morbum, iam defectis viribus sedis inflammationem plærunque subortam intelligit, aut in illas partes depositam materiam, quæ vt plurimùm exitio est. B

In his qui propter imbecillitatem non vident, nec audiunt, aut quibus labrum, aut oculus, aut nasus peruertitur, mors denunciatur.

[72] Τοῖσιν ἀσθενέως ἤδη ἀμφικειμένοισι, μὴ βλέπῃ, ἢ μὴ ἀκούῃ, ἢ ἀμφιτρέφεται χεῖλος ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ῥῖνα, θανάσιμον.

Hæc sententia ex aph. 19. lib. 4. & Prognost. 14. libr. 1. integritatem accipit. Neque enim simpliciter mortem denunciant, sed tum si in febre assidua fuerint, & cum aliis indiciis pondus attulerint, ex facultatis animalis ac sensilis internecione, mortem in propinquo esse significant. Et ista etiam Celsus * in mortis notis reponit, si labra & nares, oculique & palpebræ, & supercilia, aliquáve ex his peruertuntur, isque propter imbecillitatem iam non audit, aut non videt. C

*Cap. 6. lib. 2.

In febribus ex glandularum tumoribus dolores morbi diuturnitatem prænunciant.

[73] Ἐν πυρετοῖσι βουβῶνος ἄλγημα, νοῦσον χρονίην σημαίνει.

Glandularum tumores in febribus semper suspectam habent originem, cùm viscerum inflammationem, impuritatem, & magnam humorum corruprelam ac vitium prænuncient, ideóq; nõ est vero absimile ex abundante & maligno humorum penu, valdéque affecta corporis habitudine, morbi diuturnitati velut alimentum subministrari: idque præcipuè humorum crassorum & frigidiorum copiam natura in huiusmodi glandulas, velut ad abscessum deponente. Aliôqui certè humorum malignitate, magna viscerum corruprela & inflammatione, non parum suspecti sunt huiusmodi bubones, exitiumq; minantur.

Iudicationis cessationes in febribus, temporis quidem longinquitatem, non tamen perniciem inducunt. D

[74] Αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἀκρισίαι, χρόνους μὲν ἐμποιέουσιν, ἀταρ οὐχὶ ὀλέθρια.

ἀκρισίαι, quæ iudicationis cessationes dicuntur, & nullam aut certè difficilem solutionem significant, malignorum & crudorum humorum sunt soboles, & dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut etiam morborum reuersiones denunciant, vt scribit Hippocrat. lib. 1. Epid. Hæc igitur sententia indefinita est, & ad doctrinæ complexionem nisi adhibitis diorismis parum facere videtur. Etsi enim huiusmodi ἀκρισίαι naturæ robore morborum concoctione procurata, temporis diuturnitate in salubritatem verti possunt: par est tamen ad artis complexionem pronunciatorum vniuersales notiones in consilium adhibere, nec singularibus aut semel atque iterum obseruatis casibus fidei authoritatem credere. ἀκρισίαι autem legimus ex manuscriptis duobus codicibus, etsi quidam ἀκρασίαι cum impressis habeant, quidam etiam ἀκρησίαι, quam lectionem adhibuisse videtur Caluus. ἀκρασία autem Hippocrati victus intemperantiam & incontinentiam ac luxuriam ex multa cruditate, crapula, venere, aliisque id genus significat, interdum etiam motionis impotentiam quandam ac vitium exolutionem. E

Ex vehementibus doloribus obortæ febres, diuturnæ.

[75] Οἱ ἐξ ἀζημάτων ἰσχυρῶν πυρετοὶ, πολυχρόνιοι.

Hæc quoque sententia circumscriptionem aut distinctionem requirit. Vehementes enim & acres dolores plærunque è medio ægrum sustulerunt, velut ægr. 9. lib. 1. Epid. Quòd si à materia multa, cruda & crassa, affectis etiam visceribus originem febres duxerint, ad illius concoctionem temporis diuturnitatem intercedere non temerè existimandum est.

Dementiæ in quibus ægri sunt tremuli, aut aliquid inuestigantium more sensim contrectant aut palpant, phrenitim prænunciant. Quin & ad suram dolores, in his mentem emouent. F

[76] Αἱ θορυβώδεες, ψηλαφώδεες τῶν ἀκρούσιος, φρενῖτιν σημαίνει. καὶ οἱ κατὰ γαστροκνημίων πόνοι ἐν τούτοισι, γνώμης τῶν δόξεσι.

Sententia est 34. Prorrhetici in qua phrenitidis obscurum genus quo ddam depingitur, paulóque aliter enunciatur. Quomodo autem phrenitim simpliciter, aut etiam eam vehementem prenunciet, explicat Galenus in Prorrhetico. Quod sequitur de suræ doloribus ex sententia 36. Prorrhetici huc translatum, & priùs sentent. 30. expressum, nullam necessitatem inuehit. Neque enim delirium portenditur, nisi ea materia relicta sura caput petat. Caluus hanc sententiam cum superiore obscurè admodum coniungit.

Qui in febre assidua voce defecti iacent, & oculis conniuentibus nictantur, hi euadunt quidem si post sanguinis ex naribus fluxum ac vomitum, ad loquelam & ad seipsos redeant. Sin verò secus accidat, cum spirandi difficultate celeriter intereunt. G

[77] Ὅσοι ἐν ξυνοχῇ ἄφωνοι κείμενοι, μύοντες σκαρδαμύσσουσιν, καὶ αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν ἐμέσαντες φθέγξωνται, καὶ παρ' αὐτοῖσι φρόνοι, σώζονται· μὴ φρονεόντων δὲ τούτων, δύσπνοοι φρονέοντες θανάσιμοι συντίμως.

Vocis defectio in febre assidua virtutis animalis oppressionem significat, occupato à materiæ copia neruorum principio, ex cuius quidem degrauatione oppressa natura, motionum efficacitates implicatas habuit, ex eáque imbecillitate nictationes & oculorum conniuentiæ originem traxerunt, vix sese aperientibus oculis ac subinde claudentibus, velut in dormitutientibus ac somno depressis accidit, vbi se continere volunt, neque tamen præ grauitate possunt, sed subinde oculos claudunt & aperiunt. Quod si nictationes illas ad continentem genarum motum, quo assiduè conniuent oculi, referas, poterit oculorum instabilitas, inconstantia & volubilitas subindicari, atque ex humoris cerebrum afficientis qualitate delirium significari. Oculi nanque incontinentes & instabiles (quales ἀστήρικτοι καὶ ὀφθαλμιῶντες vocant, quíque τῶν πεπηρῶσι opponuntur) mentem è sede constantiæ deturbatam portendunt, ex Hippocratis doctrina. Naturæ igitur onere leuato, & per sanguinis effluuium depleto cerebro, ac vomitione humorum abundantia refusa, nil mirum est morbi solutionem rite atque ordine procuratam, vocémque expeditam, & mentem esse redditam. Aliôqui credibile foret humorum copiam in pectus & pulmones illapsam, spiritales angustias præclusisse, H

ac ægrum

A ac ægrum difficultate spirandi breui iugulasse. Cæterùm cùm μύειν genarum oculos integentium sit officium, conniuere, vt σκαρδαμύσσειν nictari ex Plinio diximus. Est autem σκαρδαμύσσειν & καρδαμύσσειν (vtrunque enim scribitur Erotiano) τὸ συνεχῶς τὰ βλέφαρα κινεῖν. καὶ οἷς δόξειεν ἄγειν. ἔρηται δ' ἀπὸ τῆς καρδάμου, ὃ αὐ ὑπὸ τῶν καρδάμων, ὃ αὐ ὑπὸ τῶν καρδάμων, ὃ αὐ ὑπὸ τῶν καρδάμων

leno significari auguror, qua ὑμενώδεις ὑρήσις mediæ coniecturæ inter ἀφρώδεις ac πυώδεις ad conuulsionem denotandam ponuntur, A
eásque intelligi quæ crassam quandam materiam, crudam & flatulentam continentes, returbatæ membranis similia quædam
ramenta conuehunt, aut quæ viscidam & frigidam pituitam membranis similem vacuant. Neque verò ἰχωνώδεις ὑρήσις apud Hip-
pocratem temerè vspiam repetiuntur, & postea hoc præsagio ὑμενώδες ὄρον conuulsionem denunciare scribitur. Quanquam etiam
postea sent. 264. vbi eiusdem sententiæ pars quædam repetitur, κριμνώδεις ὑρήσιες ponuntur & à nobis probantur. δοκέουσι autem
meliùs ex Prorrhetico quàm δοκέοισι hîc legatur.

Desipientiæ cum sopore conuulsiones minantur. 84 Αἱ ἐν κώμασι παραφρόσυνες, σπασμώδεες.

Obscurum desipientiæ genus ac ἀσυφέες παραφρόσυνες innuuntur, cùm graui sopore & torpore oppressi ægri insaniæ speciem eludunt, & magna in somnum degrauatione delirium colant. Quod transmutationis genus vt periculi plenum, passim ab
Hippocrate damnatur. Quæ de re scribit Galen. initio Prorrh. & in fine Com. 1. in Prorrh. & satis multa diximus nostris in lib. 3. B
epid. annot. Hîc enim, vt alibi passim, κώμασι nomine καταφορὰς inaudiēda est, vt testatur Gal. in Prorrh. & in cap. 4. & 5. libelli περὶ κώμασι. Cùm igitur eiusmodi in somnum degrauatio magnam habeat materiæ inæqualitatem, frigidam nempe putrescentem ex
qua sopor excitatur, & calidam ac acrem permixtam desipientiæ causam, phrenitis pessima plærunque, interdum mors non sine
conuulsionis miserabili specie denunciatur. Codices impressi ἐν κώμασι habent, sed κώμασι cum interpretibus & manu scriptis Regiis legimus. Quod vitium aliàs apud Hippocratem frequens est.

Quæ sensim feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas euadunt. Quin & conuulsiones quoq; prænunciant. 85 Αἱ ἐπ' ὀλίγον δρασσαι παραφρόσυνες, θηριώδεες, καὶ σπασμοὺς ἢ παρασημήνοισιν.

Sententia est 26. Prorrhetici, in quo conuulsionis nihil meminit. Sed huiusmodi insaniæ ac ferinæ desipientiæ ferè cum con- C
uulsionibus mortem afferunt. Quarum etiam meminit Prorrhet. 123. quod etiam istius sententiæ expressam habet effigiem, &
postea repetitur hoc præsagio.

Temerarij ventris tumores in morbis longis conuulsiones afferunt. 86 Ἐν τοῖσι μακροῖσι κοιλίης ἄλογοι ἐπαίρσιες, σπασμώδεες.

Tumores ventris qui præter modum ac præter rationem fiunt, cùm heterogenei sint generis, nihil habent cum conuulsionibus commune, idcóque temerè adscriptum videtur, vt ex hydropicis videre est, qui pluribus tumoribus abundant. Videtur verò
ex Prorrh. 98. & 99. adumbrata hæc sententia. ἔπαρσις autem idem quod ἔπαρμα, tumorem omnem præter naturam Hippocrati
significat.

Qui statim sine ratione perturbantur, peruigiles sunt, sanguinem è naribus stillantes, sexto die noctu alleuantur, postridie verò laborantes tenui sudore correpti, & in somnum delati delirant, iis larga sanguinis è naribus profusio morbum soluit. Cuius rei indicio est diluta vrina. 87 Τὰ αὐτὰ παραχώδεα, ἄρχυπνα, ὀπτιάζοντα οὐκ D ῥινῶν, ἑκταῖα καυφιαστέοντα νύκτα, πονέοντα δὲ ἐς τὴν αὔριον, ἐφιδρώοντα, κατενεχθέντα, παραφρόνεοντα, αἱμορροΐσι λαύρωσι, καὶ λύει τὰ πάθεα. Τὸ ὑδατῶδες ἔρον τοιαῦτα σημαίνει.

Concursio est empirica quæ in vnius aut alterius ægri obseruatione, hæmorrhagiæ signa plurima simul contulit, eámque futuram prædicit. Credibile verò est hoc in morbo magnam inesse vim crassioris succi melancholici, ad atram bilem accedentis.
παραχώδεις autem ægri dicuntur οἱ ἀλόγως παραπόμενοι, quod est indicium mentis leuiter oblæsæ, & phrenitidis rudimentum quod-
dam. Repetitur hæc sententia Prorrh. 132.

Qui cum his quæ suprà dicta sunt furiosa & vehementi mentis emotione tenentur, ij si tremuli euadunt, malignè habere iudicantur. 88 Μετὰ τῶν εἰρημένων, τῶν ἐξισταμένων μελαγχολικῶς, οἱ θερμώδεες γινόμενοι, κακοήθεες. E

Contingit interdum vt exusto ab atra bile restitante sanguine, nec dum liberaliter satis effusa per nares materia, ægri in furiosam & vehementem mentis emotionem efferantur, quę ἔκστασις μελαγχολικὴ, posteáque παραφορὰ Hippocrati dicitur. Appetito igitur
huiusmodi humore neruorum principio, atra bile perciti fiunt, ac tremuli euadunt, túncque malignè admodum habent, parúm-
que sperabilis vitæ salus est. Rectè igitur hæc sententia superiori iungitur, licet & per se efferri possit, vt Prorrh. 14. & paulò post.
Caluus pro καπνεχθέντα παρενεχθέντα aut aliud quid legisse videtur.

Desipientia cum difficultate spirandi & sudore lethalis est. Quinetiam cum difficultate spirandi & singultu, mortem adfert. 89 Παραφροσύνη ἐν πνεύμασι καὶ ἱδρῶτι θανατώδης. θανατώδης ἢ καὶ ἐν πνεύμασι καὶ λυγμός. F

ἐν πνεύμασι ex manu scriptis codicibus Regiis legimus cum interpretibus. πνεῦμα autem Hippocrati simpliciter elatum difficultatem spirandi significare testatur Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. & in Exegesi, vt πνευματώδεις & πνευμαῖας anhelatores & suspiriosos vocat,
interdum πνεῦ πνευματεμένους, hoc est, τοὺς μέγα καὶ πυκνὸν ἀναπνέοντας, vt exponit Galenus Com. 3. in Prorrh. Huiusmodi igitur respira-
tio incendium internum ac inflammationem cùm denunciet, non longè abest à periculo, diffluentibus sudore ægris ex vitium
imbecillitate. Neque tamen cuiquam mirum videri debeat, hoc difficultatis spirandi genus quo increbrescit spiritus, cum delirio
hîc iungi, quòd delirij magnitudinem inflammationis internæ causa superet, ideóque leui παραφροσύνης appellatione desipientiam
eleuet. Quod multis in locis Hippocrati alias familiare est, vt satis constat ex Galeno libr. 3. de diff. spirandi, & nos in Epidemiis
scripsimus. Singultus quoque in huiusmodi respiratione, quòd ad internam phlegmonem insignem ac præcipuè hepatis conse-
quatur, ex aph. 58. lib. 5. & aph. 17. lib. 7. non temerè mortem intentat, cùm etiam conuulsionis rudimenta præseferat, humorum G
acrimonia & feruore irritato ventriculi osculo, insignibus ad sensum neruis prædito. Quòd si quis communem & publicatam lectionem retineat, de thoracis suppuratione intelligenda veniet, quando puris huiusmodi collectio ex concepto incendio delirium excitabit, & dimanantibus sudoribus ægrum ad exitum perduxerit.

Quæ in phreniticis manifesta apparent insomnia, probanda sunt. 90 Ἐνύπνια τὰ ἐν φρενίτιδι ἐναργῆ, ἀγαθόν. G

Sententia est Prorrhetici 5. quæ tamen hîc aliam habet notionem. Sunt autem phreniticis insomnia manifesta, quæ turbulentis & perturbatis opponuntur. Ea vt variam & cōfusam vaporum materiam in cerebrū sublatorū, ita magnam corporis perturba-
tionem significant. Quæ verò manifesta sunt & euidētia, ac veris suis formis animæ prætensa, ea animi firmitudinē ac minorem
quoq; perturbationē, tum stabilem humorum & spirituum sedationem præseferunt. Aut certè quæ in phreniticis apparent ma- G
nifesta insomnia ad phrenitidis denunciationem valere existimandum. Eoque sensu cum Prorrhetico cōsentiet hoc præsagium.
Codex vnus manu scriptus Regius pro ἐναργῆ ἐν ὀφθῇ non sine mendo legit, cuius lectionis etiam meminisse videtur Caluus, qui
vtranque lectionem adhibuit.

91 Ἐν

A 91 Ἐν φρενίτιδι ἀλφοχρώσιες λευκαί, καὶ νωθρότης, κακόν. ῥῖγος τούτοισι κάκιστον.

In phrenitide albicans deiectio ac torpor, malum denunciat. His succedens rigor pessimus.

Huius sententiæ explicatio ex Prorrh. 13. assumenda est. Illic nanque Archecratis nomine, & particulæ (ἄρα) additione quodammodo in dubium vertitur, & in obseruatione empirica fidem tuetur. νωθρότης autem quæ est animalium functionum ac sensationum symptoma, cùm ex frigidis, crassis, glutinosis & tardis succis originem ducat, non temerè huiusmodi casibus succedit. Præceps nanque vitalitatis exitium, ac calidi natiui omnimodam extinctionem desultorij huiusmodi casus ac transmutationes significant, velut ex phrenitide & continuis vigiliis, veternus, ignauia & sopor. Sic νωθρὴ καταφορὰ in phreniticis lib. 3. Epid. in st. pest. exitium attulit. In his rigor cùm vitibus iam confectis accidat, non iudicationis ratione, perniciem denunciat, quod etiam vulgus agnoscit, & damnatur Prorrh. 35.

B 92 Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῆσι τὰ ὀπτιφκῶς ἔχοντα, πυκνὰ τὲ μεταπίπτοντα, κακόν.

In Phreniticis cùm omnia circa initia moderatè & sedatè se habeant, ac subinde permutentur, malum denunciatur.

Ex Prorrhetic. 12. videtur hæc petita sententia & aliquantulum diminuta. Crebras verò in phreniticis permutationes etiam Prorrh. 28. damnat, vbi & quænam hîc crebræ permutationes intelligantur, Galenus fusissimè explicat.

93 Τῶν ἐξισταμένων μελαγχολικῶς, οἷς θόρυβοι ὀπτάνονται, κακόν.

In vehementi & furiosa mentis emotione accedentes tremores, exitio sunt.

Hæc sententia cum Prorrh. 14. & sententia 88. paulò antè expressa conuenit. In atra enim bile perciti tremores cùm neruosi generis intensam resiccationem ac motionis imbecillitatem præseferant, extremam perniciem denotant. Quare τὸ κακὸν hîc exi- C
tio esse diximus, quòd κακόηθες in tanti mali significatione nimis leue esse scripserit Gal. & τὸ ἐρέθισμα ὀλέθριον exposuerit.

94 Οἱ ἐξισταμένοι μελαγχολικῶς, θερμώδεες γινόμενοι καὶ πτυαλίζοντες, ἢ καί γε φρενιτικοί.

Vehementi insania detenti, tremuli, cum crebra sputatione, metus est ne phrenitici euadant.

πτυαλισμὸς frequentem sputationem & crebram oris saliuationem significat, quæ ex humidiore ac imbecilliore ventriculo, tunicæ continuitate os humectante, aut ex cerebro in palatum humoris copiam refundente oritur, vt scribit Gal. Com. in Prorrh. 1.
In phreniticis verò plærunq; annotatur ob laborantem mentem, vt αὐάλεος πυκνὴ, præsertim si vtraq; sit inanis & irrita. Etsi interdum etiam ex meningum cerebri inflāmatione, tenuis humoris vt ichoris aliquid in palatū & fauces exudare conspiciatur, velut in pleuritide & ophthalmia laborantibus oculis accidit. Cùm igitur libri huius autor dispersa phreniticorum signa temerè col-
D ligeret, πτυαλισμὸν ex Prorrh. 13. & 31. huc adsciplit, etsi vero similius est vomitionem ab huiusmodi crebra oris saliuatione quàm phrenitidem sperari oportere. Codices Regij manu scripti omnes has duas sententias (vt par est) coniungunt, vnámq; hoc modo efficiunt, τοὺς ἐξισταμένους μελαγχολικῶς, οἱ θερμώδεες γινόμενοι, καὶ πτυαλίζοντες, ἄρά γε φρενιτικοί. Quam lectionem secutus videtur Caluus.

95 Οἱ ὀκταέτες ὀξέως ὀπτιπυρέξαντες, φρενιτικοὶ γίνονται.

Vehementer & acutè mente emoti, si febris iterum repetat, phrenitici euadunt.

Sententia est 15. Prorrhetici, vbi ὀπτιπυρέξαντες σὺν ἱδρῶτι legitur. Codices manu scripti duo Regij ὀπτιπυρέξαντες ὀξέως legunt, non sine ratione. Cuius lectionis meminit Gal. in Prorrh.

96 Οἱ φρενιτικοὶ βεραχυπόται, ὑφὸ καθαπόμενοι, θερμώδεες ἢ σπασμώδεες. E

Phrenitici parum bibunt, ex leuibus strepitibus facilè irritantur, tremuli sunt aut conuulsionibus tentantur.

βεραχυπόται ex Prorrh. 16. legimus, duobus codicibus manu scriptis nixi. Quin & Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. & lib. 5. loc. affect. in phrenitidis notione βεραχυπότας legit. Aretæus quoque in Phrenitidis curatione βεραχυπότας phreniticos facit, hoc genus phrasis exprimens, etsi alio ferè sensu. Cæterùm captæ mentis indicium est rara in phreniticis potio, cùm magna linguæ resiccatio, & affectio calida & sicca inexplebilem sitim faciat, cuius extinctio animalium sensationum prostrationem præsagit. Exemplariū bona pars βεραχύποτε legit, quam lectionem vt suspectam asteriscо subsignat Asulanus, eamq; sequuntur interpretes, & βεραχύποτε ὑφου καθαπόμενοις φρενιτικοῖς intelligunt, ὡς βεραχύποτε ὑφοῦ καθαπόμενοις, qui vel minimis strepitibus irritantur & percelluntur, quòd ab his vel nullo negocio in furorem agantur, & in totum abalienentur. οἷς γὰρ οὐκοῦν καὶ ἡδὺ ὑφου καθαπόμενοι φρενιτικοί, vt scribit Aretæus. Galenus quoq; in Prorrhetico τοὺς τὰ βεραχύποτα ὑποπτευόμενος interpretatur, quòd maximè sint suspicaces & facilè irritabiles, ideóque vel re
F leuissima statim perturbentur, & quouis strepitu promptè deterreantur. Alias autem vocis huius notationes in Prorrhetico adscripsimus. Sunt qui istud etiam ad strepitum qui inter bibendum editur, & sonum qui inter labendum ex potione auditur referunt, cuius causa in summam œsophagi resiccationem reiicienda est. Tremoribus autem & conuulsionibus tentantur phrenitici ingrauescente morbo & prope iam affectis viribus, ex insuperabili neruosi generis imbecillitate & resiccatione. οὐχ ἥκιστα δὴ τὸ ἀλγῶν τοῖσι φρενιτικοῖσι τὰ νεῦρα πυέει. μάλα γὰρ τι αὐτοῦ φρενιτικοὶ, vt scribit Aretæus in phrenitidis curatione.

97 Τὰ ἐν φρενιτικοῖσι νεανικῶς θερμώδεα, θανάσιμα. In intensa phrenitide tremores lethales.

Tremores in phreniticis multis rescriptis sugillantur ab Hippocrate, valdeq; iis affectis accidunt & ad extremam perniciem adductis, vt scribit Galenus Com. 1. in Prorrh. in eosq; frequenter desinunt, vt testatur Prorrh. 9. ex quo translata est hæc sententia. Mirum tamen subit cur contra Galeni mentem νεανικῶς θερμώδεα iunxerit Caluus.

G 98 Αἱ παρὲξ ἀναγκαῖα παραφροσύναι, κάκιστα, αἱ ἐν τούτων παροξυνόμεναι, ὀλέθριαι. Desipientiæ quæ circa necessaria fiunt, pessimæ, & quæ ex his ingrauescunt, exitium portendunt.

Mentis error qui fit circa opinabilia & quæ δόξασι aut ἔνδοξα vocant, leuius malum facit, quàm si in necessariis & his quæ æternitatem à natura nacta sunt alienatio fiat. Tunc enim planè depositam mentem & valde læsam, ac bile occupatam ista significant, quæ promptissimè concepto incendio in atram vertatur, & μανιώδεις παραφροσύναι aut παρανοίαι inuehat, cùm leues illæ desipientiæ veluti madidorum aut ægrorum vanæ species, ex efferuescente succorum beneuolentia ortæ, momentaneos casus faciant. Sic ioculares desipientiæ & quæ cum risu fiunt minùs suspectæ sunt, quàm quæ graues & seriæ, & quæ cum studio fiunt, vt scribitur aphorism. 53. libr. Hîc ergo ἀναγκαῖα dici videntur τὰ ἀναγκαῖα, res graues & seriæ, aut actiones vitæ necessariæ, & quæ vitam tuentur, quarum certè negligentia valde suspecta est. Sunt & ἀνάγκαι Hippocrati, quæ dicuntur violenta & quibus vis ad-
H hibetur, & ἀνάγκαι quibus vis omnis continetur, libris de fract. ἀνάγκλω etiam Erotianus αἰπὴ τῆς βίας ex Bacchio poni scribit. Quæ certè nullum hîc habent locum. Non igitur abs re quæ ex his ingrauescunt desipientiæ, exitio sunt, quòd in vehementes & furentes mentis emotiones tendant. Quidam codices has sententias distingunt, verùm mihi aptè coniungi videntur. Codices Regij manu scripti, οἱ ἐν τούτων παροξυνόμενοι legunt, eodem prope sensu.

Desipientiæ cum voce stridula, linguæ reuulsione, ac ipsi quoque tremuli; vehementem mentis alienationem significant. In his durities aut asperitas perniciem minatur.

[99] Αἱ ὠδὶ κρούσεες, φωνῇ κλαγώδεες, γλώσσῃ σασμώδεες, καὶ αὐδῇ ἐμμόδεες γινόμενοι, ὀξύτατοι. σκληρυσμὸς ἐμφαίνει ὀλέθριον.

Sententia est Prorrh. 19. à Galeno explicata, vbi tremor ad linguam & vocem refertur, quæ fit tremula & intercisa, reuulsis præ siccitate nerui vocalibus. Intremiscit verò lingua, ob nimiam siccitatem impotenti animali facultate: ac tremori coniuncta est conuulsio, resiccatis musculis & ad cerebri intemperiem compatientibus. Hîc verò tremor ad ægros & totum corpus refertur, quod symptoma phreniticis ob nimiam resiccationem familiare est, & passim annotatur. Ad quam totius quoque corporis, aut cutis scabrities & asperitas consequitur. Hîc quoque Cornarius lectionem Prorrhetici secutus videtur, & γλώσσης σασμοὶ ἐμμόδεες, & αὐδαὶ ἐμμόδεες γινόμεναι legisse.

Desipientiæ quæ iam admodum fractis & debilitatis viribus succedunt, pessimæ sunt.

[100] Αἱ προξεαδωατησάντων ὠδὶ φρενοῦσαι, κάκιστα.

Sententia est Hippocratis Oeconomiam redolens, ex Prorrh. 9. translata, nulla tamen (vt illîc) nominis circumscriptione deformata. Sunt autem οἱ προξεαδωατήσαντες (vt exponit Gal. Com. 3. in Prorrh.) οἱ προκαμνικότες πλὴν ἀκμάσαι, καὶ οἱ μὴ ὑπολύσεως. Codices manu scripti Regij in Prorrh. προεπαυδησάντων pro προξεαδωατησάντων legunt, paulùm à genuina deflexa lectione, ex quibus προπαυτησάντων legi debere coniiciendum est, non immutata notione, nisi recepta esset omnibus codicibus & Galeno postrema lectio. Sunt nanque προπαυδήσαντες iam longè antè defatigati & fracti, velut viribus deficientes, vt ὑπὸ λιμοῦ ἀπηυδηκότες dicuntur fame enecti, confecti, & qui præ fame deficiunt. Et hæc quoque Erotiani est lectio, qui προπαυδησάντων alia notione sumit pro iis qui antea voce defecti sunt.

Crebræ in phreniticis permutationes, conuulsiones denunciant, ac pluuias sunt.

[101] Τὰ ὑπὸ φρενιτικοῖσι πυκνὰ μεταπίπτοντα, σασμώδεα, πυκνεά.

Sententia est Prorrhetici 28. fusissimè à Galeno explicata. Caluus duplicem apposuit huius præsagij versionem, parum tamen Hippocratis mentem est assecutus.

Crebræ in phreniticis cum perfrictione sputationes, nigrorum vomitionem prænunciant.

[102] Οἱ ὑπὸ φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξιος πτυαλίζοντες, μέλαινα ἔμεσιν δηλοῦσι.

Aliis verbis, eadem tamen notione, effertur Prorrh. 31. πτυαλισμοὶ inter vomitionis signa accensentur ab Hippocrate, cùm exoneranda materia in ventriculo coit, & quod serosius est regurgitat, crebráque saliuatione expuitur. καταψύξις quoque quæ totius corporis perfrictionem indicat, comparatam intrò naturam ad motum & noxiorum expulsionem significat, interdum etiam humoris vomitione refusi qualitatem præsefert, non secus ac in vomitionis præsagio præcordiorum frigus adscribit Hippocr. in Prognostico. Nigrorum autem vomitum affore ex succorum assatione & adustione in phreniticis, nil mirum est, in quibus nigra sæpe refunduntur, ac qualia apparent si aquæ atramentum permisceas. Habes accommodatum huic sententiæ luculentum exemplum ægr. 12. lib. 1. Epid. in quo hac de re satis multa scripsimus.

In his qui variè morbum trahunt & mente mouentur, si subinde sopor incidat, prænuncia expectandam esse nigram vomitionem.

[103] Τοῖσι ποικίλως νοσέουσι καὶ ὠδὶ κρούσι, πυκνὰ κωμάδεσι, προσδέχεσθαι λέγε μέλαιναν ἔμεσιν.

Temeraria est & sine ratione obseruata concursio. Varia autem morbi & inæqualis materia, varias affectiones & diutiùs trahentem morbum facit, quíque nullam staram aut propriam constitutionem seruet, sed frequentem habeat casuum commutationem. In his mentis emotio cum frequenti sopore nigram vomitionem non necessariò elicit, nisi phrenitidem priùs suspectaueris.

Quæ conuulsionis in morem affligunt, ea altum stuporem (catochum vocant) inducunt.

[104] Τὰ παρεξιούσματα τοῦπον σασμώδεα, κάτοχα.

Aliter effertur hæc sententia Prorrh. 161. & ad aurium tuberculorum prædictionem facit, ad quam etsi desultorio quodam modo viam munit hic author, tamen eam ne leuiter quidem hîc adumbrauit. Conuulsiones membrorum initiis cùm non temerè ex plenitudine fiant, redundantem magnam in cerebro humorum copiam significant, ex qua neruosum genus afficitur, & mentis arce occupata, sopores & alti stupores (catochos dicunt) oriuntur. Quem in sensum simplex huius sententiæ notio trahi potest. Quod si (vt in Prorrhetico) abscessuum ad aures significationem elicere velis, non abs re ex huiusmodi redundante crassorum & crudorum succorum in cerebro copia, ad aures tubercula proditura sperabis, cùm scribat Galenus, καὶ πίνων καὶ τὰ σκληρὰ κοιλίας ἀνεστομωμένας εὐκοπόν ἐστιν ὅλῃ τῇ σασμώδεσι καὶ κωμαπώδεσι χρονίζοισι γίνεσθαι, μέλλοντος τοῦ κάμνοντος. Hoc igitur modo τὰ κάτοχα τὰ πολὺν καπνὸν ἀποφέροντα significant. Quòd si & redundantis humoris conditionem, & morbi naturam spectaueris, possunt stabiles, firmos, inhærentes aut pertinaces morbos denotare, quòd τὰ κάτοχα τὰ βεβαίως ἱδρυμένα, καὶ ἃ καταχόμενα νοσήματα quibusdam præseferant, vt scribit Gal. Com. 3. in Prorrh. Codices quidam σασμοδωμώδεα πρόπον habent. Quam lectionem etsi agnoscit Gal. in Prorrh. eam tamen sugillat.

Parui in longis morbis aurium tumores, si subinde sanguis è naribus profluat, & tenebricosa vertigo excitetur, exitio sunt.

[105] Τὰ παρ' οὖς ἐπαίρματα ἐν μακροῖσι μικρὰ, αἱμορροώδεα καὶ σκοτώδεα ὁκόσα φαινόμενα, ὀλέθρια.

In longis morbis cùm magna sit materiæ frigidæ & crassæ copia, sæpe à natura abscessus tentantur, quos quidem humorum multitudini respondere oportet, aliôqui huiusmodi excretiones & abscessus nullum adferent leuamentum. Sic enim lib. 2. Epid. probat Hippocrates τὰ ἀποστάσεις ἀξίους τῆς ἐκκρίσιος τῆς νοσήματος γινομένας. Subinde verò sanguinem profundere, morbi peruicaciam ac naturæ imbecillitatem ostentat, cùm degrauantem materiæ copiam vno impetu exonerare nequeat. Quin & tenebricosa vertigine vexati, magnam spirituum agitationem ac natiui caloris imbecillitatem significant, qui humores conficere nequeat, ac proinde plurimos in flatus conuertat. Dicuntur autem σκοτώδεες Galeno οἱ ὡς τῆς κνήφεσι σκοτούμενοι, qui inter mouendum tenebricosa vertigine ac caligine rotantur. Qui cùm valde affectis sint viribus, exitium in longis morbis non abs re minantur, quòd eas ad morbi diuturnitatem alacriter superesse oporteat.

Febres vertiginosæ & cum tenuis intestini morbo, & sine hoc, perniciem intentant.

[106] Οἱ ἰλιγγώδεες πυρετοὶ καὶ αὐδὶ ἰλέων καὶ μετ' ἰλέων, ὀλέθριοι.

λυγγώδεες habent exemplaria manu scripta quædam, quòd λυγγώδεες πυρετοὶ dicantur Hippocrati vsitata phrasi, febres in quibus diu singultiunt ægri, aut per totum morbi decursum singultus intenditur, vt scribit Galenus Com. in libr. de rat. vict. in morb. acut. Febres igitur huiusmodi singultuosæ periculi plenæ sunt, vt supra diximus, cùm internam viscerum phlegmonem, præcipuéque

A puéque hepatis indicent. Quòd si ἰλιγγώδεας febres retineas, vertiginosæ febres intelligentur, in quas subinde vertigines incidunt, & in quibus ægri perpetuò offusas menti caligines ac nubes sentiunt, crebrásque spiritus circumuolutiones ac rotationes, ex pleniore humidi & crassi succi in cerebro à flatibus distenti copia. Ac per se huiusmodi casus satis suspecti sunt, & plærunque magna inducunt deliria, vt nil necesse sit ad morbi perniciem ileum adiungere, quòd sit alterius naturę & generis, & vt plurimùm ex lesę exitialis. At cum singultu huiusmodi ilei esse possunt, sed non sine exitio, vt scribitur aph. 10. lib. 7. & hoc Præsagio postea reperitur. Exemplaria quædam ἰδέων pro ἰλέων habent, eamque lectionem probabat Præceptor Hollerius, & pro sudoribus accipiebat. Nam & ἴδοι ἱδρῶς dicitur, aliôqui ἴδος τὸ πόνος, hoc est æstum præfocantem significat, & ἴδεος πόνος exponit Hesychius. Idem ἰδέα, ἱδροῦ, ἀγωνία, & ἰδέειν ἱδροῦν explicat.

B Τοῖσι πνευμαλέοισιν ἐξοῦσι πυρετὸς ὕστερον ὀξύς. μετ' ὑποχονδρίου ξυντόνου καὶ λιγυφθείσι, παρ' οὖς μέγα ἔπαρμα.

In anhelatoribus & suspiriosis febris postea acuta, cum præcordiorum contensione perfrigeratis, magnum circa aures tumorem expectare oportet.

Sumpta est hæc sententia ex Prorrhetic. 164. Quos enim illîc πνευματιῶντας, hîc πνευμαλέας dixit, vt libr. de rat. vict. in morb. ac. τοὺς πυκνὸν ἀναπνέοντας exponit Gal. Eamq; ob causam sententias istas coniunximus, non repugnantibus exemplaribus manu scriptis, quod etiã Caluum fecisse animaduertimus. Hîc igitur ὑποχόνδριον ξυντόνον vocat, quòd illîc ὑποχόνδριον σκληρὸν, præcordiorum distentionem cum tumore subfrigido, indicans abscessuum sobolem potiùs quàm phlegmonem, quæ sanguinis ex naribus profusione soluitur. Exemplaria quædam manu scripta πνευμαλίσσιν pro πνευμαλέας habent, quod magis est Ionicum, reliqua omnia πνευμαλέοισιν, non sine mendi suspicione tamen. Nam quos alibi πνευμαλέας vocat, hîc πνευμαλέοις dici non temerè aliàs reperias, sed πνευμαλικὰς potiùs & πνευματιῶντας in Prorrhetico. Ex hac etiam Prognosi Prorrheticum illud emendare licet.

C Οἷσιν αὖ ἐν πυρετῷ ὀδυνάω γλουτοῦ τε ὀσφύος καὶ τὰ κάτω χωρία, φρενῶν ἄπλοιαι, ὀκλείουσι τὰ κάτω, ὀλέθρια, ἀνάγκη τε κοῦ δύο τι σημεῖον προσγένηται πονηρόν. κοῦ τ' ἀνία σημεῖα μὴ πονηρὰ γένηται, ἔμπυον γενήσεται ἐλπίς.

Lumborum atque inferiorum partium dolores quibus febris etiam accedit, si relictis inferioribus septum transuersum appetant, tum verò præsertim exitio sunt si aliquod periculosum signum accesserit. Quòd si reliquorum signorum nullum periculum ostenderit, futuræ suppurationis metus est.

Celebratur hæc sententia in Prognostico, quod effecit vt has sententias temerè disiunctas in codicibus publicatis coniungeremus, melioribus etiam exemplaribus freti. Eam his verbis explicat Celsus cap. 7. libr. 2. Si à coxis & ab inferioribus partibus dolor in pectus transit, neq; vllum signum malum accessit, suppurationis eo loco periculum est. Huiusmodi quoque dolorum occursationes ad superiora, ἀναφορὰς vocat in Prorrh. & damnat sent. 69. & 83. Asulanus ὀκλείουσιν vitiosè pro ὀκλεῖ πυσιν legit, & ἔμπυον γενήσεται pro γενήσεσθαι. Caluus hanc verò Hippocraticam sententiam ita obscurauit, vt vix quid elicias statuere possis.

D Παιδίοισιν ὀξὺς πυρετὸς καὶ κοιλίης ὑπόστασις μετ' ἀγρυπνίης, καὶ ὀκλακλίζειν, καὶ ὀχρῶμα μεταβάλλειν, καὶ ἰγδὶν ἔρεθος, σασμώδες.

In pueris febris acuta cum alui suppressione & peruigilio, calces velut iactare, ac colorem mutare, & ruborem contrahere, conuulsionem minatur.

Ex Prognostico quoq; illustratur hæc sententia, vbi de puerorum in febre conuulsionibus agit, quibus promptissimè tentantur, ob alimenti cruditatem, & ex lactis vitio acrimoniã, tum verò neruosi totius generis imbecillitatem, vt testatur Gal. Com. ad aph. 25. lib. 3. & Com. 3. in Progn. Hîc autem ὀκλακλίζειν ponitur, quod est calcitrare, calces iactare & cædere, qua dictione materiæ agitationem & feruorem subindicat, ac corporis incontinentiã, qua pueri ἐπιπλήττοι, & cõmoti humores neruorum principium faciliùs tentant. Cuius loco in Prognostico ἐκπαλαίειν & κλαυθμηρίζειν posuit, quod est perterreri ac lugere aut plorare, vel (vt Gal. exponit) φοβηθεῖσαι φοβερῶς. Quæ cùm sint pueris familiaria ob rationis infirmitatem, ac humorũ ex lactis corruptione os ventriculi E grauantium vitium, aut cerebrum exhalationum acrimonia replentium, meritò φόβος in ætatum morbis, pueris adscripsit Hipp. aph. 24. libr. 3. Nec verò infœliciter ὀκλακλίζειν ex voce κλαυθμηρίζειν consequi aut cogitatione deduci poterit, cùm pueri lugentes aut eiulantes assiduè calcitrent aut calcibus impetant, indeq; maximè, non corporis contensione, eiulatus vehementiam prodant. Regia exemplaria manu scripta quædam ὀκλύζειν pro ὀκλακλίζειν legunt, quod de vehementi singultu dicitur, & cùm sit conuulsionis velut rudimentum quoddam, eam informare certè potest. Cuius etiam lectionis vestigia prope subsecutus videtur Caluus, & κλύζειν ac ὀκλυκαίνειν, aut aliud quid tale legisse, cùm (subluereq; exalbescereve) dixit, alieno planè sensu. Ex quibus scriptionibus etsi vitiatis, confidentior aliquis certi aliquid eruere posse sperans, κλαῦσαι potiùs quàm ὀκλύζειν legendũ esse coniiciat, quod flere & eiulare significat. Et certè Celsus ex Prognostico assiduè plorare dixit hanc sententiã dilucidis verbis exprimens. Si in continua febre puero venter nihil reddit, muraturq; ei color, nec somnus accedit, ploratq; is assiduè, metuenda neruorum distentio est. Nouum quoq; est & planè insolens ὑποστάσιος nomen, etsi huic authori non infrequens postea, pro alui suppressione ac retentione, quam in F conuulsionis causis non temerè accensent Hipp. & Gal. Et aph. 25. lib. 3. αἱ σκληραὶ κοιλίαι ad conuulsionem in pueris propensionem adscribuntur. ὑποστάσιος quoq; Hippocrati humorũ subsistentias ac collectiones, cùm intro subsistunt ac remoratur, aliàs significãt, vt Prorrh. 2. & lib. de art. πὼ ὀδὸν μουσᾶ τῆ ὑγρῶν exponit Gal. vt pluribus aliàs scripsimus. Quam tamen vocis obscuritatem reformidantes quidam, κοιλίης ὀλίσεσιν legunt, vsitata Hippocrati locutione, qui ὀλίσεσιν ad alui suppressionem non rarò accommodat in Prorrh. vt crebertimè ὕρε ὀλίσεσιν, αὐτὴ δ' ὀλιγόσιος ponit. Colorum porrò variam mutationem, vitiosam plurium humorum qualitatem denotantem, ponit in Prognostico, cùm hîc tantùm sanguinis copiam ex ruboris contractione indicet.

Qui statim sine ratione perturbantur, peruigilio torquentur, nigra & compacta ex aluo demittunt, interdum sanguinem è naribus profundunt.

[110] Τὰ δίκην παραχρῆμα ἀγρυπνα, μέλαινα ἢ τὰ σιώθεα, αἱμόρροος ἔνια.

G Coitio est empirica ex multis hæmorrhagię obseruationib. temerè instituta, ideoq; ambigua. Interdum enim sanguinem fundere scribit, nulla necessitate imposita. In hæmorrhagiæ autem signis τὰ παραχρῆμα ac peruigilium passim meritò celebrantur, vt antea quoq; sent. 87. Est vbi aluus restricta ob materiæ motum deprehenditur, ac nigrorum & compactorum secessus resiccata aluo & ab ardore vehemẽti exucta humiditate obseruatur, qualia hîc μέλαινα τὰ σιώθεα. nigra & colligata aut compacta vocat. Sic in sanguinis per nares refusione μελάνων δίκην χώρησιν ἢ δίκην, ἢ κοιλίης ὀλίσεσιν, aut κοιλίαν ὀλίσεσιν, & πὼ χαίρεσι ὀλίσκηρον apposuit in Prorrhetico. Et Prorrh. 41. nares sanguinem stillantes sugillantur, κοιλίης ὑπολελαμμένης σμικρὰ μέλαινα ἀπυρεκτώθεα ἀνὰ ἄγκιλα χαλώσης. Codices Regij manu scripti quidam μελαιδέα pro μέλαινα ἢ τὰ legunt. Qua voce etsi suspecta, nigra excrementa colligata significare voluit, ac fortè μέλαινα σιώθεα. Huius sententiæ pars ex Prorrh. 132. desumpta videtur.

H Τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαίφνης δύσμορα, αἱμόρροεά, δίκην τε καὶ ἐν πυρετέρρυκη. ἢ ἐφάνη καὶ μεταφέξαντες οἱ ἐπ' ὀλίγον τρεψύχοντες.

Qui insomnia vexantur cum subita corporis iactatione & inquietudine, iis sanguinem è naribus eruptum sperare oportet, idq; præsertim, si quid antea profluxerit. Animaduertendum verò num in modicè perfrigeratis id post horroris sensum contingat.

Nulla hîc certa hæmorrhagiæ spes est, quòd in ambigua sententia nulla necessaria ad sanguinis profluuium signa describantur. A
Reperitur tamen Prorrh. 136. etsi non minus cõfidenter, vbi pro ἰῶ π παρεφρόνικεν, ἰῶ μὴ π παρεφρόνει, scribitur, pugnante quidem sensu, eodẽ tamen recedente sententia. Nam perequè profluxurum sanguinem sperare oportet, siue quid profluxerit, velut hæmorrhagię rudimentum tentante primoribus diebus natura, vt tandem certo ad iudicium die vires in sanguinis profluuium effundat, siue nihil priùs experta, collectas vires in firmam iudicij diem cum fœnore reseruarit. Neq; etiam hęmorrhagiam exprimunt horror aut corporis perfrictio, etsi sanè materiæ agitationem & naturæ conatum significant, neq; ideo perfrictionis in Prorrh. meminit.

At verò qui per accessiones tussiunt & tenuiter exudant, ij malignè habere iudicandi sunt.

112 Περὶ δὲ τοὺς παροξυσμοὺς βήσσοντες, καὶ ὑδροῦντες μικρὸν, κακοήθεες.

Codices quidam istud cum superioris sententiæ extremo coniungunt & sententiam vnam efficiunt, vt ad perfrigeratos & inhorrescentes referatur. Secutus sum tamen omnes interpretes qui seorsum efferunt. Initiis autem accessionum leues tusses sæpe irritantur ex materiæ agitatione, interdum etiam destillatione, idque sine periculo. In his sudores intempestiuè nulla naturæ promotione procurantur. Codices Regij manu scripti quidam pro βήσσοντες βοήσαντες habent, alij etiam βοήσοντες, quos secutus videtur Caluus. B

Ad lateris dolorem insuper accedente strangulatu, suppurationis futuræ spes est.

113 Ἐς πλευρὸν ὀδύνης καὶ πνιγμοῦ παρεγγενομένου, ἔπει ἐμπυοῦται.

πνιγμὸς hîc ὀρθόπνοιαν & eam spirandi difficultatem indicat, quæ non nisi arrecta ceruice & exporrecto collo obitur, ex spiritalium organorum angustia & pręclusione, vt antea, cui interdum succedit suppuratio, interdum verò strangulatus & subita internecio, vt experientia quotidiana constat, ex qua, velut ex obseruatione, ducta est hæc sententia, cùm longè sint plurima alia & fida suppurationis indicia ex Prognostico in animi notione reponenda. Præsagium tamen istud locum aliquem habere potest in lateris morbo ad suppurationem iam tendente. C

Quibus per febres assiduas pustulæ toto corpore enascuntur, lethale est, nisi quid purulentum abscedat. In his verò præcipuè adnasci ad aures tubercula solent.

114 Οἷσιν ἐν συνεχέσι φλυζάκια καὶ πανταχοῦ τοῦ σώματος ἐκφύῃ, θανάσιμον, μὴ γενομένου πυώδους ἀποσήματος. μάλιστα δὲ εἰθίσασι γίνεσθαι τόποισι παρ' ὦσι.

φλυζάκια φλυκτίδας exponit Galenus Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. acut. & pustulas significant quæ toto corpore erumpunt, papularum genus & ἐξανθημάτων, quos varos vocant. Ea acrium & efferuescentium malignorum humorum sunt soboles, vbi à natura in cutis laxitatem & corporis superficiem amandantur, eamque velut excretione lancinant & pungunt. φλυκτιώδες D
dicuntur initio lib. 2. Epid. Galenus verò in Exegesi, ψυδράκια exponit, etsi non nihil differre videntur. Oriuntur autem huiusmodi pustulæ in febribus malignis, verna præcipuè humorum expurgatione & ebullitione, quo tempore ἐξανθήσιας ἐλκώδεας subnotat Galenus túncque ferè salutares sunt. Nam quæ ad autumnum feruntur, humorum sauitia & feritate magis infamantur. Cùm igitur huiusmodi pustulæ humorum corruptelam expurgent, in ἀποστάσεως κατ' ἀπόθεσιν genere non temerè reponuntur, easque naturæ viribus solicitari oportet & coqui, aliôquì si fatiscente natura cursum remorentur aut subsistant, periculum creabunt maximum. Quod his verbis mihi innuere videtur huius Præsagij author (μὴ γενομένου πυώδους ἀποσήματος) Siue nanque hoc nomine pustulas donet, siue alterius alicuius abscessus eruptionem significet, naturæ certè procurationem requirit. In his verò febribus assiduis quibus coniunctæ sunt papulæ huiusmodi, ferè suboriri ad aures tubercula solent, quæ non leuiter suspecta esse quotidiana experientia docet, in quibus ægerrimè conualescunt ægri, ac non nisi magno negotio releuantur. Quò sanè huius sententiæ extremum retulimus, etsi aliorsum detorqueri possit. Exemplaria Regia omnia manu scripta φυζάκια pro φλυζάκια habent. φλυζάκια E
verò à φλύω & φλύζω deducuntur, quod est Hesychio αἰαζίω, vt sint αἱ ἀποκαύσεως φλύκταιναι, aut τὰ ἀποκαύσεως ἐν ὀφρύσι αἰαστήματα, pustulæ velut ambustæ, & in corporis planitiem efferuescentes aut erumpentes, ex humorum acrimonia exortæ, qualia ἐξανθήματα κηκισμώδεα θερμὰ, ὥσπερ πυέκαυσα, vocat libr. 7. Epidem. & quæ libr. 5. Epidem. οἷα τὰ ἐπὶ κοινώπων ἐξανθήματα nominat, aut quæ (vt aliàs scribit) τὸ χρῶμα ἐπὶ κοινώπων ἐγκαταδαμάζοισιν, hoc est corpus velut à culicibus commorsum & afflictum reddunt. Galenus tamen aliam nominis notationem respicere videtur, cùm φλυζέσησι βλυούσας, & φλύεται ὑγραίνεται exponit ex lib. 2. Epid. vt illîc restituimus. Ea certè omnia in pustularum genere Celso censentur lib. 5.

In præcipiti morbo, si partes externæ perfrigerentur, internæ verò vrantur, ac sitis vrgeat, malum denunciatur.

115 Ἐν ὀξεῖ τὰ μὲν ἔξωθεν ψυχόμενα, τὰ δ' εἴσωθεν καόμενα, καὶ διψῶν, κακόν.

Hæc sententia ex media Hippocratis Œconomia hausta est, multísque in locis repetitur, præcipuè verò aph. 48. libr. 4. & 74. F
lib. 7. & aph. 1. & 26. lib. 7. & initio lib. 2. Prognost. Eamq; sic expressit Celsus. Seruari is non potest, cui febre non quiescente exterior pars friget, interior sic calet, vt etiam sitim faciat. Huiusmodi autem inęqualitas inflammationis internæ ac nobilium visçerum vehementiam indicat, aut caloris natiui extinctionem, velut in febribus ardentibus exitiosis contingere solet.

Febres assiduæ, quæ tertio quoq; die intenduntur, in periculum ducunt.

116 Οἱ συνεχέες ἀφ' τέτης ἐπιτείνοντες, ἐπικίνδυνοι.

Si quibus aliquando febris intermiserit, periculum abesse significat.

117 Οἷσιν αὖ ποτε πυρετὸς ἀφαλίπῃ, ἀκίνδυνον.

Aphorismus est 43. libr. 4. ex quo deductæ sunt hæ duæ sententiæ, quæ ideò, vt illîc, coniungi possunt. Eas autem febres quæ G
neque tertio quoque die leuantur in malis signis valetudinis reponit *Celsus, vt neque terrere debere eam febrem scribit, quæ eodem die finita est, ac ne eam quidem, quæ quamuis longiore tempore euanuit, tamen ante alteram accessionem ex totò quieuit, sic vt corpus integrum (quod εἰλικρινὲς Græci vocant) fieret. †Eæ quoque febres, quæ certum habent circuitum & ex toto remittuntur, tutissimæ sunt, maximéque curationes admittunt.

*Cap. 4. lib. 2. †Cap. 12. lib. 3.

In febribus longis, aut tubercula, aut ad articulos dolores proueniunt, quos neque tamen temerè fieri existimandum est.

118 Ἐν μακροῖς πυρετοῖσιν, ἢ φύματα, ἢ ἐς ἀρθρα πόνοι ἐγίνονται, καὶ οὐ ῥηΐδιον ἄνευ σήψιος.

Aphorism. est 44. libr. 4. & 65. lib. 7. febres diuturnæ cùm plurimam habeant crudam, frigidam & crassam materiam, concoctione aut abscessu vt plurimùm, interdum etiam excretione liberantur, vt acutæ & præcipites sudoribus ac iudicatione. Sic lib. 4. H
de rat. vict. in morb. acut. in febribus longis abscessus ad aures ac collum auriotat. Et libr. 6. Epidem. sect. 4. aphorism. 1. τὰ παρ' ὦς in diu trahentibus febribus adscribit, καὶ ὅσοι τύφλοι εἰς ἄρθρα ἀφίκοντο. φύματα verò cùm aliàs sæpe omnes corporis tumores in quamcunque corporis partem erumpentes significent, hîc certè ea quæ abscedere nata sunt denotant, quod indicat Celsus qui hanc sententiam

A sententiam explicans, abscessus vocat, quòd in totum corpus abscedant, eóque velut humorum depositu à febribus vindicent. Verba Celsi sunt cap. 7. libr. 2. Quibus autem longæ febres sunt, his abscessus aliqui, aut articulorum dolores erunt. Quò magi. miror Caluum secundum aures tubercula dixisse, nisi si ἐπαύμαστα legit, aut rei consecutionem ex Hippocrate libr. de rat. vict. in morb. ac. aut 6. Epid. expressisse sibi visus est. Codex Regius vnus manu scriptus ἀρθρων πόνοι habet, eadem sanè notione, nisi quòd reliqui omnes vno consensu εἰς ἄρθρα πόνοις habent, qua locutione humorum in articulos decubitum, aut abscessum enixè magis exprimunt, à quibus vindicare poterit vrina multa, crassa & alba, ex aphor. 74. lib. 4. & aphorism. 2. sect. 4. lib. 6. Epidem. Neque verò ista temerè fieri existimandum est, cùm naturæ procurationem præseferant, tandemq; concoctione malorum exitum solicitent, nisi si pleniorem cibum suspectum reddunt, ex aph. 45. lib. 4. & 66. lib. 7.

In præcipiti morbo, capitis dolor, & præcordia reuulsa, nisi sanguis ex naribus profluat, ad phrenitidem deueniunt.

119 Κεφαλαλγίη ἐν ὀξεῖ, ὑποχόνδριον ἀνεσπασμένον, μὴ ῥυήσας αἵματος ἐκ ῥινέων, ἐς φρενῖτιν τρέπει.

Duplex est lectio. Quædam exemplaria Regia manu scripta cum impressis, κεφαλαλγίῃ legunt, vt sensus sit, reuulsa præcordia in morbo acuto capitis dolorem, non profluente ex naribus sanguine, ad phrenitidem deducere, deuoluere, conuertere & immutare. Alia etiam exemplaria manu scripta κεφαλαλγίη habent, vt capitis dolorem & sursum tractum hypochondrium, nisi sanguis ex naribus effluat, in phrenitidem cedere ac deuolui, aut deuenire indicent, morbúmque eò tendere ac degenerare. Cæterùm inter communia hæmorrhagiæ signa, capitis dolor accensetur in Prognostico & libr. 1. Epidem. vbi ξώπασις ἢ μετ' ὀδυνῶς adscribitur, cùm hypochondrium ex nulla propria affectione, intrò retrahitur, aut contrahitur, sed septi transuersi aut cerebri, velut neruorum principij, communione. Interdum nanque cerebro ex longò interuallo grauato, ac per febrium incendium plurimis vaporibus, aut biliosis & acribus humoribus oppleto, tandémque ipsa febrium intensione resiccato neruorum principio, affectionis conspirationem sentit septum transuersum, neruorum communione consentiens, ac siccitatis impendio sese velut contrahens, hypochondrium ipsum intrò vellicat ac velut abripit. Ipsum etenim septum transuersum aut phlegmone tentatum, aut resiccatione contensum, aut à succingente costas membrana retractum, præcordiorum reuulsionis causa est, vt scribit Galenus Com. 2. in Prorrh. & Com. 2. in lib. 3. Epid. Quo in casu non temerè conuulsionis, aut intensissimi delirij & phrenitidis suspicio oritur. Quod etiam exemplum Philistæ libr. 3. Epidem. comprobat, in quo ῥέπειν πρὸς ὑποχόνδριον, hoc est, intrò vergere & inclinari posuit Hippocrates, nullo proprij hypochondrij affectu, sed ex septi transuersi affectione intrò retracto & reuulso, vt illîc scripsimus. Est & αἰαστὸν ἐνὸν ὑποχόνδριον in visçerum internorum phlegmone, & in plurimis phrenitide tentatis, vt scribit Galenus Comment. 2. in Prorrhetic. Verùm cùm ad hæmorrhagiæ fidem, materiæ sursum motæ momentum prouideri debeat, τὸ αἰαστὸν ἐνὸν ὑποχόνδριον, nullo proprio subsistente in præcordiis affectu, ad Hippocratis rescripta rectè mihi accommodari B
videtur, idq; quodam naturæ nutu & ad superiora contentione fieri dicitur, in qua contractione neque dolor, neque inflammatio subest. Mirum autem videri non debet, si subsistente sanguinis profluuio, ex facilè putrescentis sanguinis corruptela, phrenitis portenditur, quam certè liberalis hæmorrhagia subleuasset.

Febres lipyriæ, non nisi per choleram effusa bile, soluuntur.

120 Τὰ λιπυρικὰ, μὴ χολέρας ἐπιγινομένης, οὐ λύεται.

Febris lipyria ex genere continuarum censetur, in qua interna ardent, extrema verò frigent, nec nisi ex interno incendio aut visçerum phlegmone ortum habet, vt satis patet ex Gal. Comment. 2. in Progn. & Com. ad aph. 48. libr. 4. Aëtius verò Tetrab. 2. serm. 2. cap. 89. Lipyriam febrem accendi ab erysipelate circa ventrem consistente scribit. In huiusmodi ergo visçerum inflammationibus, in cauum corporis serosis, aut biliosis & acribus collectis humoribus, choleram gigni non est à ratione alienum, ex qua bile effusa, phlegmones internæ remiserint aut penitus constiterint, iudicatione naturæ vi per vomitum & deiectionem bi- E
liosam tentata, quam hîc choleram vocat. Cholera autem ex flaua bile originem ducit, vt scribit Galenus Com. ad aph. 30. libr. 3. Cuius etiam causam facit acres, mordaces & biliosos succos Comment. 4. in lib. de rat. vict. in morb. acut. Caluus τὰ λυπηρικὰ molestantia dixit, ac nescio an febres lipyrias ab anxietate & molestia sic dictas intellexerit. τὰ λειπηρικὰ tamen meliùs scribitur, quòd corporis externa λείπεται πυρός, vt scribit Aëtius, interno exæstuante foco.

Morbus regius si ante diem septimum accesserit, malum significat: septimo autem, nono, vndecimo, ac decimo quarto, iudicationem adfert, dum præcordia non induret. Quod si seçus contingat, res in dubium vertitur.

121 Ἰκτερος πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης ἡμέρης ἐπιγιγνόμενος, κακόν. ἑβδόμῃ τε καὶ ἑνδεκάτῃ, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, κρίσιμον. μὴ σκληρυνόντων ὑποχόνδρια. ἢν δὲ μὴ, ἐνδιαιτόν.

F Hîc morbus regius qui in febribus obuenit inaudiendus est, vt aph. 63. & 64. libr. 4. disertis verbis ponitur, vnde huc translata est hæc sententia. Cuius explicationem abundè scripsimus nostris in lib. 1. Epid. annot. & in Hermocrate lib. 3. Epid. Exemplaria autem Regia manu scripta omnia hîc ὑποχόνδριον legunt.

Crebræ iisdem perseuerantibus casibus morborum reuersiones, impendente iudicatione sanguinem profundentes, nigram vomitionem excitant. Quin etiam tremulos ægros faciunt.

122 Αἱ πυκναὶ ἀφ' τῆς αὐτῆς ὑποστροφαὶ, πρὸς κρίσιν αἱματώδεες, μελάνων ἔμεσιν ποιέουσι. γίνονται δὲ καὶ τρομώδεες.

ἀφ' τῆς αὐτῆς phrasis est Hippocrati valde vsitata, præcipuè libris Epidem. vbi iidem perseuerant casus, aut eadem affligunt symptomata, velut in Prorrh. ἀφ' τῆς αὐτῆς ἰούσης dicuntur, quibus eadem perseuerarunt, vbi morbus diutiùs traxit. Credibile est igitur in diutiùs trahente morbo, atque iisdem perseuerantibus, crebras fieri morborum reuersiones. Præceptor Hollerius ἀφ' τῆς αὐτῆς G
per eadem interualla explicabat, & ad dierum criticorum periodos referebat, vt recidiuæ iisdem dierum interuallis fierent, velut per quaternarios, vt si morbus die septimo desierit, ac vndecimo repetierit, aut si morbus iudicationem die vndecimo subierit, recidiuam verò decimoquarto attulerit. Nigram verò vomitionem fieri nil est necesse, nisi diminuta & subsistens sanguinis profusio aliqua ex parte vacuata materia, relictos humores torrefecerit, & ex longo morbi tractu cumulato vitio, ac subsecuta intemperantia, plurimi exassati succi in ventriculum redundarint, sæpiúsque varios & permixtos vomitus excitarint. Quod in dies ipsa ægrorum obseruatione experimur. Tremuli fiunt autem ægri, diuturnitate morbi & frequentibus recidiuis imbecilla reddita natura, & affecto genere neruoso. Caluus πρὸς κρίσιν omisit, quæ verba tamen in omnibus quotquot videre licuit exemplaribus obseruauimus. Aliter etiam ferè repetitur hæc sententia in his Præsagiis postea.

Qui in febribus tertianis ingrauescunt dolores tertianarum naturam assumunt, & sanguinis grumos per secessum egerunt.

123 Τὰ ἐν τεταρταίοισι πυρετοῖσι ἀγήματα παροξυνόμενα τεταρταιοῦν ποιέεται, καὶ θρομβώδεα αἵματα ἀφαιρεῖ. H

In febrium tertianarum insultibus plerunq; inuadunt dolores, qui tertiani generis morbum faciunt, & eius naturam præsefe-

runt, aut tertio quoque die cum febris tertianæ accessionibus repetunt. Id quod indicat materiam quodammodo in partes quas- A
dam discessionem fecisse, quæ & cum febris periodo sæuitiam exercet, & eundem febris typum humorisque motum retinet. Crebri nanque videntur in tertianis circuitibus laterum dolores, qui singulis accessionibus irritantur, aliàs verò quiescunt. Quos ideò tertianarum febrium naturam assumere dicit, quòd tertio quoque circuitu repetant, eisque vero simile ab eodem humore foueri. Sanguinem autem concretum excerni non admodum est necesse, idque ex obseruatione dependet cuiusdam ægri lateris dextri dolore affecti, in quo hepate vitiato, grumosæ per aluum deiectiones effundebantur.

In febribus, venæ quæ est in ceruice pulsatio & dolor, rem ad intestinorum difficultatem deducit.

124 Ἐν πυρετοῖσι καὶ φλέβα τὴν ἐν τῷ τραχήλῳ σφυγμὸς καὶ πόνος, ἐς δυσεντερείην ἀποτελεῖ.

σφυγμὸν antiquis dici de partium inflammatarum pulsu, deinde ad omnem arteriarum pulsum, earúmque percussum violentum & maximè conspicuum accommodari, ex veterum monimentis aliàs docuimus. In huiusmodi ergo arteriarum pulsu, vbi B
& dolor humorum collectionem, & naturæ ad superiora metum ac momentum significat, hæmorrhagiam potiùs quàm intestinorum difficultatem præsagias, nisi (quod sæpe fit) vitiis interceptis irrita ad superiora naturæ promotio, prouidentia quadam & humorum reuocatione & transpositu in intestinorum alueum aut alias inferiores partes materiam deponat: Quod aliàs multis contigisse scribit libro primo Epidem. qui ex febre ardente post sanguinis ex naribus eruptiones, ἐς δυσεντερώδεα καθίστασιν πάθεα-θρόνως. Quibus etiam post longum morborum tractum, ἐς δυσεντερώδεα ἐπλεύσασαν, hoc est, res ad intestinorum difficultatem deducta est, eandem quam hîc phrasin vsurpans. Sic libro secundo Epidem.* & paulò pòst in hoc Præsagio (sent. 128.) in euidente & manifesta humorum sursum latione, vbi conspicua apparebat arteriarum pulsatio, & facies benè habita cum præcordiorum contensione ac tumore, non abs re liberalem sanguinis ex naribus profusionem aut conuulsionem suspectat Hippocrates. Quibus velut subsistentibus, in coxendicum dolorem morbum demitti scribit. *Sectio. 6.

Frequens coloris cum calore mutatio, bono est.

125 Τὸ μεταβαλλόμενον πολλάκις χρῶμα καὶ θερμασίαν, χρήσιμον. C

Hoc indistinctè scriptum iudicij assensionem paulisper sustentat. Etenim in aphorismis & libello περὶ κρισίων huiusmodi inæqualitatem damnat Hippocrates, & vbi corpus modò calidum, modò frigidum est, & color alius ex alio fit, longæ valetudinis tractum suspectat. Quod etiã repetit Celsus c. 5. lib. 2. In Prognostico quoq; ὁμαλῶς θερμὸν τὸ σῶμα commendatur, huiusmodi verò inæqualitas damnatur, quòd multiplicem naturę contentionem, variúmque cum morbo certamen aut affectionum pluralitatem indicet, vnde & longus morbi tractus non abs re expectandus est. Quod effecit vt quidam hîc κρίσιμον, non χρήσιμον, legendum existimarint, quòd in ea naturæ cum morbo concertatione, velut de tota lite iudicium impendeat, naturáque spiritum calorem contra morbum tanquam succenturiatas copias immittat. Quædam etiam exemplaria καὶ θερμασίαν legunt. Quam lectionem secutus videtur Cornarius & Præceptor Hollerius. D
*Aph. 40. lib. 4.

In bile redundantibus magna spiratio cum febre acuta & præcordiorum contensione, abscessum iuxta aures promouet.

126 Τοῖσι χολώδεσι πνεῦμα μέγα, καὶ πυρετὸς ὀξὺς μετὰ ὑπογονδρίου τάσιος, παρ' οὖς ἀφίσταται.

Tam sunt hæmorrhagiæ communia quàm abscessuum ad aures signa, magna spiratio & præcordiorum distensio, cùm naturam cum calore sursum vehi, & humorum ex inferioribus sedibus ac superiora momentum & transpositum significent. Nisi si fortè χολώδεσι addidit, quòd sanguinis profusio in succulenta sanguinis beneuolentia liberaliùs contingat, abscessus verò ad aures materiæ calidæ copiam frigidæ permixtam ad huiusmodi momentum requirunt.

Qui ex longa valetudine sese recolligentes cibum bene sumunt ac nihil proficiunt, ij malignè relabuntur.

127 Οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες εὖ σιτοῖ, μηδὲν E
ὀφελοῦντες, ὀπισθρέφουσι κακοήθως.

εὖσιτοι dicuntur οἱ τροφὴν λαμβάνοντες καὶ ὀρεγόμενοι, vt exponit Galenus Comment. ad aphorism. 31. & 32. lib. 2. ex quibus traducta est hæc sententia, vt satis apparet. Illic enim de his qui ex morbo conualescunt agitur, qui initio cibum appetentes, tandem eum fastidiunt. Hîc igitur ὀπισθρέφειν, reflecti, relabi, ac conuerti ad inappetentiam significat, quam ἀσιτίαν καὶ ἀνορεξίαν vocant. Alioqui ὑποστρέφειν meliùs de morbi reuersione ac recursu diceretur, nisi postea quoque hoc † Præsagio ὀπισθροφὴ αἰτία τῆς ὑποστροφῆς poneretur, quam in notionem pro recidiua sumpserunt omnes interpretes. κακοήθως autem quædam exemplaria legunt non κακοήθης.
†*Sent. 257.

Si venæ temporum in febribus pulsent, & facies bene habita fuerit, absque præcordiorum mollitie, longum fore morbum sperare oportet, qui nec sine liberali sanguinis ex naribus profusione, aut singultu, aut conuulsione, aut coxendicum dolore, desinet.

128 Οἷσιν ἐν πυρετοῖσι φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισι σφυγματώδεες, καὶ τοῦτο πονηρὸν ἐρρωμένον, καὶ ὑπογόνδριον μὴ λεπαρὸν, χρόνιον. καὶ ἢν παύσωνται χωρὶς αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν πολλῆς, ἢ λυγγὸς, ἢ σπασμοῦ, ἢ ὀδύνης ἰσχίων. F

Obscura est hæc sententia sed apertioribus verbis scripta lib. 2. Epid.* & lib. περὶ κρισίων repetita, & abundè à nobis explicata nostris in lib. 2. Epid. Commentariis. Quod autem hîc de temporum arteriis effertur, libr. περὶ κρισίων de arteriis simpliciter dicitur, quanquàm & ibidem de manuum arteriis, vt & lib. 2. Epid. repetitur. χρόνιον verò quod totum locum obscurat, his verbis in superioribus locis explicatur, χρονίη ἡ νοῦσος γίνεται: vt mihi mirum videatur quomodo Caluus χρόνιον ad ὑποχόνδριον retulerit, refragante omninò sensu. Exemplaria quædam manu scripta χρόνιοι habent, & ad ægros referunt ex literæ consecutione, quò etiam refertur καὶ ἢν παύσωνται. Quidam etiam codices ἢν παύεται legunt, ad morbum referentes. *Sect. 6. G

Aluus in febre ardente affatim prorumpens, mortis periculum adfert.

129 Ἐν καύσῳ κοιλίη καταῤῥαγεῖσα, θανάσιμον.

Istud ἀδιορείστως scriptum magna indiget circumscriptione. Est enim vbi morbo eunte in iudicationem, & coctione à natura superato, aluus effusa febris ardentis materiam deponit, vt ex rigore iudicatorio euenire scribit Gal. Com. ad aph. 58. lib. 4. Quòd si crudo adhuc morbo, aut ægro debili aluus affatim prorumpat, cùm in graui morbo magna sit virium indigentia, eas prosterni & ægrum ad internecionem duci metus est. Quamnam igitur aluus affatim prorumpens distinctionem postulet, indicat Galenus Com. 2. in Prorrh.

Febris ardens ex laborioso ventris dolore, perniciem minatur.

130 Ἐκ κοιλίης ὀδύνης ὀπισθόνου πυρετὸς καυσώδης, ὀλέθριον. H

ὀπισθόνον ὀδύνην laboriosum & vehementem dolorem vocat, qui ex phlegmone aut viscerum internorum erysipelate ortum habet, velut aphor. 66. lib. 4. τὰς ὀπισθονικὰς ἀπὸ τῶν πόνων ἐρυσιπελατώδεις. Tunc enim valde malignum & intensum incendium oritur, ac febris lipyriæ genus est, non secus ac febrem ardentem in lipyriam tendere ac degenerare scripsit Hippocr. libello περὶ κρισίων. In huiusmodi

modi igitur casu præsens imminet pernicies propter vehementia & maligna symptomata, quæ his febribus succedunt, velut extremorum refrigeratio, sitis intensissima, cæteraq; huiusmodi, qui passim in Hippocratis doctrina sugillantur. A

131 Ἐν τοῖσι καυσώδεσιν ἤχων παρεγγιγνομένων μετὰ ἀμβλυωπίας, καὶ κατὰ ῥῖνας βαρέος, ἐξίσταται μελαγχολικῶς μὴ αἱμορῤῥαγήσαντες.

In febre ardente laborantibus, si aurium sonitus cum visus hebetudine & ad nares grauitate accedant, nisi sanguis ex naribus profluat, furiosa & vehemens mentis emotio metuenda est.

Signa sunt hæc hæmorrhagiæ criticæ ex media Hippocratis Oeconomia desumpta, quæ vt plurimùm febres ardentes soluit, ita si subsistat non diffiato sed computrescente sanguine, insania ac furiosa mentis emotio meritò portenditur. Ex Prorrh. 18. depromptaest hæc sententia, vbi hæmorrhagiæ nulla mentio, & à Galeno explicatur.

132 Τοὺς ἐν καύσεσι τρόμους, τοῦ παρακοπὴ λύει. B

In febribus ardentibus tremores delirio soluuntur.

Placitum est 26. lib. 6. aphorismorum, quod libr. περὶ κρισίων ab Hippocrate repetitur. Hîc autem impropriè verbum λύειν (vt alibi passim) de humorum transpositu ac translatione effertur, cùm penitus ægrum non absoluat, sed veluti morbi successio quædam potiùs enascatur. Quod efficit vt quidam hoc in aphorismo λύειν pro succedere capiant. Familiaris tamen admodum est huius impropriæ solutionis phrasis Hippocrati.* Sic ἔκκρισις μανίαν soluit, & febris ipsa (quod maximè mirum videri potest, vt ait Celsus) quibus præsidio est, ea tollit. Sic conuulsiones, si postea cœpit, ex toto tollit, aphor. 26. lib. 2. & præcordiorum dolores, si sine inflammatione sint, finit, aph. 40. lib. 6. aut iecinoris vehementem dolorem succedens febris soluit aph. 52. lib. 7. & tenuioris intestini morbum ex vrinæ difficultate leuat, aph. 44. libr. 6. & τὰ μανικὰ πυρετοῖς ὀξέσι παραχρῆμα λύουσι, vt postea scribitur hoc præsagio. Idem quoque libr. 2. Epidem.† μανίαν τοῦ μεγάλου νοσήματος ἐν ἕξει γιγνομένου λύειν facit. Ibidem etiam comitialis morbi coxendicum C
dolorem, oculorum peruersiones, occœcationem, testium tumorem & mammarum eleuationem solutionem facit. Quæ omnia sunt succedentium morborum, non integræ solutionis exempla. Porrò in hac sententia haud ambiguo sensu tremorem à delirio solui ponitur, etsi in aphorismis & lib. περὶ κρισίων ex verborum ambiguitate febrem ardentem à tremore & delirio solui volunt. Cuius opinionis sensum retinet Galenus in aphorismi Commentario, & Auicennas lib. 3. fen 2. cap. 11. in eamque concedit Manardus epist. 5. lib. 6. Ambiguitatis quoque huius notam retinuit Celsus cap. 8. libr. 2. cùm scripsit. Cui calor & tremor est, saluti delirium est. Ac etiam Auicennas lib. 4. fen 1. cap. 41. dum aliter quàm priùs febris ardentis tremorem delirio solui scripsit.
**Aph.* 5. *lib.* 7. †*Sectio.* 5.

Sanguinis ex naribus fluxus in febre ardente quarto die obueniens, malo est, nisi aliud quippiam bene ceciderit. Quod si die quinto contingat, minus adfert periculi.

133 Ἐν καύσῳ ῥύσις ἐκ μυκτήρων τεταρταίῳ, κακόν, εἰ μή τι ἄλλο ἀγαθὸν ξυμπέσοι. πεμπταίῳ δ' ἧσσον κινδυνώδες. D

Quarto die, cùm sit ὀπόδηλος ὁ κρίσιμος, significationem aliquam edi, non autem excretiones promoueri oportet, quòd initiis morborum non nisi cruda moueantur, tunc q; funestus sit signorum iudicatoriorum apparatus. Eamq; in sententiam scripsit lib. 2. Epid. αἱ τεταρταῖαι αἱμορῤῥαγίαι διάκριδι. Idem quoque libello περὶ κρισίων morborum absolutionibus hæmorrhagiam accommodans, eam quæ quarto die procuratur damnat, his verbis, ὁκόσοι δ' πυτέων καὶ αἱμορῤῥαγίαν γίνονται ἐκ τῆς ῥινέων, ἢ πρὸ τεταρταίου ἢ λυγκὴ. Etsi aliam esse interpretum notionem optimè mihi sum conscius. Neque verò si quinto die sanguis profluat prorsus à periculo vindicat, sed illud quodammodo eleuat aut lenit, quòd iudicij aliquam dignationem subeat.

134 Οἱ ἐν τοῖσι καυσώδεσιν ὑποπαφεῖ ψύχεσι λαγχω- E
ρήμασι ὑδαροχόλοισι, συρροῖσιν, ὀφθαλμοῖσι κακοῖν, ἀμῶς τε κἠν κάτοχοι γίνωνται.

In febre ardente laborantibus eum aliqua summi corporis perfrictione, egestionibus aquæ similibus & crebris, oculis periculum intenditur, tum verò præcipuè, si alto stupore (quem catochon vocant) detineantur.

Hæc scriptio (si modò vera est) vt plaræq; aliæ in Prorrhetico & Coacis, solœcismum habet & magnam obscuritatem. Cuius tamen notio ex Prorrh. 81. petenda est, eaq; omninò (vt mihi videtur) reponenda. Describitur verò febrium ardentium spurium genus quoddam, quod ex magna humorum inæqualitate permixtam multam crudam & frigidam biliosæ materiam habet, vnde huiusmodi casus inducuntur. Nam & leuis summi totius corporis perfrictio, materiam intrò reuocari, aut leuiter moueri significat ad alui deturbationem, quæ crudis plurimis, perliquidis, acribus ac biliosis egestionibus irritatur. Quòd si huiusmodi materiæ frigidæ magna pars in caput subleuetur in eoq; consistat, catochi fiunt, ac peruersionis aut distortionis periculum oculis intendi- F
tur, vt scribitur in Prorrhetico. Isq; mihi sensus optime quadrare videtur, vt malum illud oculis denuncietur, quod in Prorrhetico disertis verbis exprimitur, nisi si quis hanc minùs aptam verborum consecutionem, in totum ex Prorrhetico reponendam putet. Neq; tamen me latet συρροῖσι ὀφθαλμοῖς multos coniungere, & ad oculos densos obscurosq; ex humorum crassitie, frigore, & impuritate referre, hoc est, malè lucentes aut turbulentos, etsi alij per densos, concretos intelligunt. Malo tamen συρροῖσι διαχωρήμασι simul iunctum ad crebras & frequentes deiectiones accommodare.

135 Καῦσος ῥίγεος ὀπτηθομένῳ λύεται.

Febrem ardentem succedens rigor soluit.

Placitum est 58. libr. 4. aphorismorum, quod effertur his verbis, ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ ὀπτηθομένῳ ῥίγεος, λύσις. Ardente febre correptum rigor si superueniat, liberat. Reperitur quoq; libello περὶ κρισίων iisdem etiam verbis, ibidemq; etiam scribitur, ὅσσοισι πυρετοῖσι ῥίγος ὀπτηθῶνται, ὁ πυρετὸς λύεται, vniuersaliore quadam notione.

136 Καῦσοι ὑποδιπτάλξιν εἰώθασι, καὶ ἡμέρας τέσσαρας ὀπισημαίνοντες, ἐπτὰ καὶ ἑφιδρῶσι. εἰ δὲ μὴ τῇ ἑβδόμῃ καὶ δεκάτῃ. G

Febres ardentes quæ recurrere solent, quatuor diebus de se significationem exhibent, deinde exudant. Sin minus die septimo & vndecimo.

Valde perplexus est huius sententiæ sensus. Mihi certè accipi posse videtur de illegitimo febrium ardentium genere, quod propter inæqualitatis permixtionem, & materiam crudam plurimam & frigidam, non tam liberè soluitur, sed facillimè recurrit. Vbi igitur reuerti solet, primis quatuor diebus, & intra primum circuitum, huius rei significationem edit, & leuibus quibusdam sudoribus remissionis alicuius sensum adfert, deinde copiosiùs exudare solet. Quòd si conatus irriti fuerint, tandè die septimo aut vndecimo portentantur. Vult enim Hipp. morborum reuersiones diebus criticis procurari, vt scribit lib. περὶ κρισίων, simul etiam reuersionum causas annectens, iis difficillimis verbis quæ mihi in hanc notionem aptissimè cadere videntur, πάντα ὅσα ἐὰν ἀπόπνοον ἐόντα τῶν ἔργων, ἢ τῶν ἀλλῶν σημείων μὴ κατὰ λόγον ἐόντων, ἢ ὑγιὲς κρισίμου ἡμέρῃ ὑποδιπτάλξῃ. Quod effect vt exemplaria scripta secutus sim quæ ἑνδεκάτῃ H
pro δεκάτῃ habent. Reliqua tantùm septimum addunt & decimum omittunt. Quod etiam fecere Caluus & Cornarius. Solere verò exudare in reuersionibus huiusmodi febres plærunq; ex materiæ abundantia scribit ibidem Hipp. his verbis, ὅταν ὑποστρέφῃ ὁ καῦσος, πάντα τὰ πολλὰ ἐξιδροῦν. febris ardens si recurrat, plærũq; etiam exudat. Sic enim hoc loco ἐξίδρωσις potiùs quàm ἐφίδρωσις cõueniat, quæ non temerè aliàs sudorem huiusmodi criticum qui febres ardentes absoluit, designat, sed tenuem ferè totius corporis

aut quarundam partium ſudorem, imbecillitatis magis aut malignitatis indicem, ideoq; in malis ſæpiùs annumerandum. Caluus extremis verbis alium ſenſum affinxit, dum ſudorem diebus ſeptem attribuit. A

De febre ardente laborantibus dies quatuordecim, aut alleuando, aut perimendo decernunt.

137 Τὺς καυσώδεας ἀφικρίνουσιν αἱ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι, κυφίζουσαι ἢ ἀναιροῦσαι.

Siue iudiciorum legem, ſiue de toto febrium ardentium ſtatu quatuordecim diebus decidi & decerni poſſe intelligas, ſententia Hippocratis diſciplina digna eſt & ex aph. 23. lib. 2. pender.

Ex febre ardente, niſi qui circa aurem fit abſceſſus ſuppuret, non admodum liberantur.

138 Ἐκ καύσου μὴ ἡ ὑπομένουσα πυώδεος παρ' οὖς ἀπόσημα, οὐ πάνυ σώζονται. B

Cùm plurima alia ſint in febre ardente ſolutionum genera, hîc de ſolis paroditibus agere videtur, quæ vt ſunt his febribus, ac nothis præcipuè, admodum familiares, ita & periculoſiſſimas eſſe feréq; lethales experiẽtia eſt cognitum. Iis (vt & cæteris abſceſſibus) ſuæ leges conſtant, vt non niſi die iudicatorio procurentur, & pro morbi dignitate fiant, nec intrò recurrant, quod vt valde eſt exitioſum, ita vt plurimùm occurrit, tũncque alia plurima ſigna in conſilium adhibenda ſunt. Exeri vt bono eſt, ita ſuppurari & à natura euinci non niſi laudi duci oportet. Ac ea fere eſt vnica naturæ ad ſalutem via, eáque admodum ardua & difficilis. Et vt rara eſt huiusmodi abſceſſuum ſuppuratio, ita neque ſemper certa ſalutis indicia præſefert. Vſu nanque eſt cognitum diutiſſimè morbum trahere ægréque conualeſcere quibus huiusmodi ad aures tubercula pus colligunt. Noſtrisque in regionibus rara eſt admodum in his abſceſſibus ſuppuratio, feréque euaneſcunt ac diſcutiuntur huiusmodi tubercula, nullo periculo, procuratis tamẽ per ſudores aut alui fluxum vacuationibus, velut anno ſuperiore 1587. ſub æſtatem & autumnum in his febrium ardentium generibus quæ paſſim graſſatæ ſunt, in hac Mediomatricum vrbe celeberrima contigiſſe eſt à nobis obſeruatum. C

Qui lethargo aut veterno conflictantur, ex manibus tremunt, ſomnolenti ſunt, malè colorati, tumidi, pulſus habent tardos & lentos, ac oculorum genas inferiores ſublatas, ſudores ſuperueniunt, aluiq; ſubtumeſcunt, impotentes ſunt, ac bilioſa effundũt. Quòd ſi reſiccatæ fuerint, vrinæ aluíque recrementa clam prodeunt, vrinæ quales in veterino genere reddunturr, neque potum, neque aliud quicquam poſtulant. Mentis verò compotes facti, de ceruicis dolore conqueruntur, ac incertos ſonitus per aures impetu ferri ſentiunt.

138 Οἱ ληθαργικοὶ θορυώδεες ἀπὸ χλιῶν, ἰκτερώδεες, δυσχρεῶντες, οἰδήματώδεες, σφυγμοῖσι νωθροῖσι, καὶ μετάρσια τὰ ὑποφθάλμια, καὶ ἱδρῶτες ὀπτανόοι, καὶ κοιλίας ὑποιδέοισι χολώδεας καὶ ἀκρατέας. ἢν καταξήρας ἴδωσιν, ἔσω καὶ ἀφανῆ τὰ πρηόμενα λανθάνει, ὅ δεῖται ὑποζυγίου, πτύόν τε οὐκ αἰτέουσιν, οὐδὲ ἐάτερον οὐδέν. ἔμφρονες δὲ ἠλυόμενοι, βάχηλον ἐπώδυνον φασὶν ἔχειν, καὶ ἀφὸ τῶν ὠτάων ἤχους διάγουσιν. D

Hæc ſententia parum ad præſagium compoſita, lethargicorum διάγνωσιν continet, totiúsq; morbi theoriam tam aptè per ſumma capita complectitur, vt in plenam ac exactam illius cognitionem deducat. Tremor autem etſi non omnibus veternoſis adſit, malis tamen ita familiaris, vt etiam conuulſionis in his metus ſit, & ab iis his creari periculum ſcribat Aretæus in morbis curandis aut cognoſcendis præcipuè nobilis author, cap. 2. de Cur. morb. acut. Cùm nanque cerebri ſenſationum offenſio ſit, totam ſpinam neruorum velut propaginem affici par eſt, vnde & manus præcipuè ac brachiá partésq; à ceruicis initio neruos deducentes, facilè tremoribus tentantur. Idem quoq; author περὶ ὀμφακίων καὶ χλιῶν & κεφαλῆς in lethargicis annotat.

ὑποιδέες] Somnuloſos eſſe toto morbi tempore lethargicos, ita vt excitari vix queant, teſtatur vſus medicus. In his βαθὺ κῶμα E ponit Aretæus, Celſus marcorem & inexpugnabilem penè dormiendi neceſſitatem. Sic Paul. cap. 9. lib. 3. ὑποιδέες τε διὰ παντὸς οἰσίν & διεγερσίει. Hipp. lib. 3. de Morb. βαθὺς & κῶμα μιν ἔχει.

δυσχρεῶντες] Malè ſunt colorati lethargici quia pallidi & albicantes, plumbei, liuidi, refrigerati, velut ſopito, languido & oppreſſo calore natiuo, attonitis proximi. ψύξις γὰρ ἐμφυτος ἡ ἀγχόνη, vt ſcribit Aretæus. Deinde ob perpetuam ſomnolentiam (ὅτι ὕπνος ἀδελφὸς θανάτου ἐστὶν, vt ſcribit Galenus libr. 3. de Cauſ. pulſuum, vt conſanguineum lethi ſoporem vocauit Maro) expalleſcentes ac tumida facie, quales qui plurimam crapulam obdormierunt, aut qui leucophlegmatia laborant, ob plurimam vaporum craſſorum multitudinem ex materia frigida in cerebro concluſa excitatam, tum à febre, tum à calore imbecillo.

σφυγμοῖσι νωθροῖσι] Lethargicis pulſus ſunt magni, molles languidi, tardi, rari, vndoſi & fluctuantes, turbulenti ac tumultuantes, intermittentes potiùs quàm intercurrentes, vt docet Galenus in Iſagoge pulſuum, quod repetit & explicat libr. 4. de Cauſ. pulſ. Paulus quoq; οἱ δὲ σφυγμοὶ τάσει μικροὶ τε & ἀραιοὶ, & κλονώδεες εἰσὶ, & αἰφνιδίως δὲ ἄγαν ἀραιοὶ & ἀόριστοι. Sunt igitur pulſus ſegnes, torpidi, tardi F & languidi, magni in ſpecie, inflati, vndoſi, ac inæquales.

τὰ ὑποφθάλμια] τὰ ὑποφθάλμια ſunt Rufo ἐν τῷ περὶ ἀνθρ. μορ. & ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπανεστηκότα ὀστᾶ, οἱ δὲ ὑπόπια καλοῦσιν. Hîc genas inferiores earúmque ſubiectam cauitatem intelligere videtur, quæ aliôqui in prauo corporis habitu, & quotidianam crapulam deſpumantibus, aut plurima cruditatis abundantia, ex benigni ſucci inopia, & magna ſpiritus flatuoſi copia, velut in ſanguine defectis, vt plurimùm intumeſcere ſolent. κοῖλα vocat Hippocrates paſſim huiusmodi cauitates, quæ in longis morborum tractibus, vt pedes quoque, plærumque intumeſcunt & attolluntur, vt libro ſecundo, de Morb. & libr. 2. de Morb. mulieb. in diuturnis ex vrero ſanguinis profluuiis. Prorrhetico autem 2. τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς vocat, & in magnis lienibus plurimùm attolli ſcribit. Author etiam Iſagoges hanc nominis appellationem, his verbis agnoſcit, ἑκατέρωθεν δὲ τῆς ῥινὸς, τὰ μὲν κοῖλα, ἰδίως τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς, κοῖλα καλεῖται, ἃ δὲ ὧν λέγεται πνεῦ κοῖλοι. διὰ νόσους δὲ ταύτας ἐπαίρεται ἃ δὲ ἀπ' ἰξύος ἢ δυσεντέριμα. (Sic enim interpungendus hic mihi locus videtur, qui aliôqui mendoſus eſt, vt aliàs ſcripſimus) Ex vtraq; autem naſi parte cauitates quidem inſunt, propriè ſub G oculis κοῖλα vocantur. vnde & quidam κοῖλοι, velut caui dicuntur. Hæc autẽ per morbos ex cruditate, aut moroſa ex mala valetudine implaciditate, attolli ſolent. Rufus τὰ κοῖλα & ὑπόκοιλα appellat, harumq; partium tumorem κοιλιδιᾶν dici ſcribit, ὅτι τῷ κοίλων οἰδήματι ἔχει. Etrotianus verò ὑποφθάλμιον τὸ κοῖλον τοῦ ὀφθαλμοῦ exponit, oculi cauitatem.

ἱδρῶτες ὀπτανόοι] Sudores in lethargicis inualeſcẽte malo tenues & frigidi, ex materiæ copia & naturæ imbecillitate proueniunt. Ac vtranq; cauſam videtur complexus Paulus, πνεῦ δὲ & ψύχουσι & ἀξιδρόοῦσι.

κοιλίας ὑποιδέοισι χολώδεας & ἀκρατέας] Impotentes ac incontinentes aluos, quæ bilioſas geſtiones effunderent diximus. Quibusdam nanq; lethargicis aluus effluit, magnaq; ex parte liquida demittit, tuncq; parum ſperabilis vitæ ſalus remanet, ſed ſunt appetentis mortis indicia. Quod ſcribit Hipp. lib. 3. de Morbis. καὶ ὅταν μέλλῃ ἀποθανεῖσθαι, κάτω ὑποχωρέει ὀλίγον & ὑγρόν. τότε ἐλπὶς μὲν πάνυ βραχεῖα ἀξιχθυέος. Humidam etiam aluũ Paulus adſcribit, διαχωρήσει δὲ διὰ γαστρὸς, οἱ μὲν πολλοὶ ὑγρότερα, ποτὲ δὲ & τὸ ὠμαυλίον ἢ γαστὴρ ἀποξηραίνει). Bilioſa igitur & liquida cùm interdũ aluus effundat, ἀκρατέας κοιλίας quidã ſyncera & meraca deiiciẽtes intelligut. Nos tamen potiùs H impotentes, aut velut exolutas ac incontinentes accipimus. Etſi nanq; in lethargo permixta eſt humorũ inæqualitas quædã, & bilioſi ſucci aliquid redũdat, ita vt cum liquidis & crudis bilioſa etiã dimittãtur: ſynceras tamẽ in his deiectiones raro videre eſt, cùm cõtrà vt plurimùm aluus ſicca ſit, nihílq; niſi ſolicitata reddat, & ad excretionẽ ignaua ſit ac emortua. Quod his verbis ſignificauit

Aretæus,

A Aretæus, ψυχρὸν δὲ τὸ κάτω ἔνπροσθεν ληθαργικοῖσι, & ὥσπερ ἔνκριτον νεκρῶδες. Imum enim inteſtinũ lethargicis frigidum eſt, & ad excretionem emortuũ. Rurſuſque, φυσέων δὲ σπουδαιότερον ληθαργικοῖσι, καὶ ἐν τῇσι κοιλίῃσι, καὶ ἐν τῷ ὅλῳ σιτίῳ ἀφλογίν, & νωθείν, & ἀψυχίν. Lethargus nanque flatus colligit, & in ventriculis & in toto corpore ignauia, & ſegnities animæque defectio. Ex flatibus verò intumeſcere aluum æquum eſt, quibus plurimùm abundant Lethargici, vt ex eorum theoria apparet, in qua magna penus medicamentorum quæ flatus educunt ac ſolicitant conſumitur. Quin etiam ſcribit Galen. lib. 4. de cauſ. pulſ. Lethargicis totum corporis habitum οἰδήσκεσθαι καὶ λύεσθαι, in eoque à Catochis differre.

οὖσα καὶ διαχωρήματα] Lethargus cùm ſit ſymptoma functionum principum cerebri, ac βλάβη τῶν τῆς λογικοῦ, vt ſcribit Paulus, in eo mentem laborare videmus totumque genus neruoſum, ex quo animales effectiones obeuntur, quarum exolutione inuitis ac nil ſentientibus egeſtiones prodeunt, quod λαθραίως hîc dixit quaſi ἀπεφαρέτως. Quod etiã accidere poteſt non ſentientibus ſed marceſcentibus iis paribus per quas excretio fit ac velut emortuis & reſolutis.

B τὰ οὖρον ὑποζυγίου] Quas intelligat vrinas veterini generis Hippocrates abundè docuimus noſtris in lib. 1. epid. annotat. ægr. 2. & 4. nempe craſſas, & returbidas ex magna crudorum, flatuoſorum ac bilioſorum humorum agitatione ac perturbatione, quales in Lethargicis ac aliis morbis ex inæquali materiæ permixtione, quæ per ſe admodum exitialis eſt, apparent. Eiuſmodi vrinas annotat Paulus his verbis: καὶ οὖρόσιν ὁποῖαι & τῷ ὑποζυγίῳ. & vrinas, quales in veterino genere, reddunt. Bilioſas autem vrinas, ac ex humorum acrimonia laborantem veſicam adſcripſit Aretæus, in medendis & dignoſcendis morbis vir grauiſſimus. πῶσι δὲ μὲν οἱ & τῷ κύπτι καταιουσῶν, & ὡς νεῦρον πάχουσαν, καὶ ὡς οὖρον ὁδὸν κάμνουσαν. ἀταρ & τῇ δριμύτητι τῷ χυμῷ ἀχθομένου. χολώδεα δὲ & οὖσα. His quoq; vesica eſt fouenda, quæ velut neruus patitur, & tanquam vrinæ via laborat, quin etiam humorum acrimonia vexatur. Bilioſæ enim ſunt vrinæ.

ἔμφρονες ἠλυόμενοι] Vbi morbus vincitur & ad ſe redeunt lethargici, materia craſſa & frigida tenuata in flatus vertitur, qui cùm aures peruadunt, ſonitum edunt. Collum autem cerebro vicinum cum ſpina, affectionis depulſionem primùm ſentiũt. Aretæus quoq; βάρος δὴ τῆς κεφαλῆς & ἦχον, ἢ βόμβον adſcribit. C

140 Ὁκόσοι ἢ σώζονται τῶν ληθαργικῶν, ἔμπυοι ὡς ὀπτοτοπολὺ γίνονται.

Qui verò ex Lethargo euadunt, magna ex parte pus intrò colligunt.

Ferè inexpugnabilis eſt Lethargus & ſeptem diebus præcipitium adfert, quos qui ſuperant, ſani euadunt, vt ſcribit Hippocr. lib. 2. de Morb. Verùm libertatis ſpes non niſi pure interno in thoracis cauitate collecto prætenditur, eoſque qui ex hoc præcipitio emergunt purulentos fieri idem ſcribit lib. 3. de Morb. vt non niſi intrò concepta puttilagine, ac vitalitatis penetralibus lenta tabitudine confectis, tanta labes depelli queat. ἔμπυοι verò dicimus qui pus internum colligunt & ſuppurati fiunt, cùm purulenta illa materia in thoracis cauitate concepta eſt. Sunt enim ἔμπυοι Galeno lib. 4. de cauſ. pulſ. οἱ ἐν τῇ μεταξὺ διαφράγματος τε καὶ πνεύμονος εὐρυχωρείᾳ πλῆθος αἷματος πύου ἀθροιζόμενον ἔχοντες.

D 141 Ὁκόσοισι ἢ πυρετοῖσιν ἀκρίτως τὰ θορυώδεα παύεται, τούτοισι χρόνῳ ἐς ἄρθρα ἀπόστασις ὀδυνώδης σκυπούσα, καὶ κύστις ἐπώδυνος.

Quos febris detinet, ſi tremor abſque iudicatione conquieſcit, iis temporis ſucceſſu abſceſſus cum dolore purulenti ad articulos decũbunt, & veſica dolet.

Tranſitus eſt ad ſignorum iudicatoriorum denunciationem, quæ excretiones criticas continent, & ſignorum cauſarumque ſimul rationem complectuntur, morborumque ſolutionem expediunt. Quibus igitur in febribus tremores, citra excretionem criticam (id enim ſignificat ἀκρίτως, ἀσήμως καὶ ἀδιαλύτως) conquieſcunt, ea materia ad articulos tranſlata abſceſſus facit (quod etiam in diuturnis febribus contingere antea dictum eſt *) vbi à natura euicta in pus vertitur doloreſque facit. Quòd ſi ad veſicam cæteraque vrinæ effluuia, velut in corporis ſentinam demittatur, iis veſica dolet, quæ vbi acres, bilioſos, mordaces ac tenues humores exceperit, ab iis irritatur & plærunque vrinæ ſtillicidiũ facit, quales ὑπόπαστος δὴ ἡ ὀρχεγουέαν, quæ κατ' ἔνκρισιν fierẽt, in febrium continuarum abſolutione celebrat Hippocr. lib. 1. epid. ſt. 2. Atque par eſt in huiuſmodi humorum depoſitione & tranſitu, partes vrinæ deſtinatas, vt renes, vreteres, & veſicam, acrimoniam ipſam experiri, indeque dolorem conciliari. Interdum etiam contingit, vt velut via facta atque eluuione quadam, abſque vllo partium illarum moleſto ſenſu erumpant, vt exemplo eſt Pythionis hiſtoria lib. 3. epid. Quod dixit Hippocrates lib. 1. epid. ſt. 2. ἢ νεφριτικὰ, ἀλλὰ ξυτοῖσιν ἄλλα αὖτ' ἄλλων.

*Sent. 118.

E 142 Τῶν πυρεσσόντων οἷσι μὲν ἐρυθήματα ὀπτὶ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ πόνος κεφαλῆς ἰσχυρὸς, καὶ σφυγμὸς φλεβῶν, αἵματος ῥύσις & πολλὰ γίνεται. οἷσι δὲ ἄσσα, καὶ καρδιωγμοὶ, καὶ σπασμοὶ, ἔμετος. οἷσι δὲ ἐρεύγμοι, φῦσα, ψόφοι κοιλίης, καὶ ἐπάρσιες, καὶ ἀκατάσχετος κοιλίη.

Quos febris detinet cum faciei rubore, & capitis vehemenci dolore, in iis ſi venæ pulſent, ſanguinis fluxus plærunque expectandus eſt. Quos verò ſtomachi faſtidia vexant, cum oris ventriculi morſu, & crebra ſputatione, iis vomitio adfutura eſt. Quibus autem ructus adſunt, flatus, ventris ſonitus cum inflatione, iis aluus exturbatur.

Perſequitur excretiones criticas, & primùm hæmorrhagiæ ſigna interſpergit, quæ paſſim per Hippocratis θεωρήματα fuſa ſunt, præcipuéque in Prognoſtico deſcribuntur, & repetuntur libr. 1. epid. Sunt autem hæc quæ hîc adſcribuntur efferueſcentis ſanguinis & ad ſuperiora delatorum humorum indicia, ex quibus plærunq; ſanguinis fluxum ſequi par eſt. Aſulanus codex huius ſententiæ initium vitiosè ſuperiori ſententiæ coniungit.

οἷσι δὲ ἄσσα] Vomitionis iudicatoriæ ſigna in Progn. deſcribuntur & repetuntur lib. 1. epidem. ſt. 2. in quibus καρδιωγμοὶ & ἄσσα numerantur, quæ ſtomachi faſtidia, & nauſeam, aut ſtomachi anxietatem indicant, vbi ventriculus à vitioſis humoribus, quos natura à corporis cauo & venis expellit, velutique ad excretionem ſecernit, vellicatur aut grauatur, tuncque ægri nauſeabundi facilè in vomitionem erumpunt. πτυαλισμοὶ verò crebram ſputationem ſignificant & oris ſaliuationem, quæ vomitionem præcedit, ac ex ventriculo in os, ob vtriuſque tunicæ communionem, regurgitat. At inter vomitionis ſigna quæ pleniùs exequitur Galenus libro tertio. de Criſ. τὸ σιέλον θεραπεύον λεπτὸν adſcribit. Sic πτυαλισμοὶ frequentes apud Hippocratem vomitionem denunciant, vt priùs adſcripſimus. G

οἷσι δὲ ἐρευγμοὶ] ἐρευγμὸς, ἔρευξις & ἐρυγὴ eſt halituoſi ſpiritus & flatus in ventriculo collecti per os excretio, eructatio aut ructus dicitur. Quæ ſi per inteſtina adſedem deuoluitur, flatus ſilentes, aut cum ſtrepitu, ſono, & crepitu facit. Quæ omnia cùm ſint ex flatuum genere, abundè à nobis explicata ſunt noſtris in lib. 1. epid. annotat. Vbi quid ſit ἐρευξις, & quid φῦσα, ἠχώδεες ἢ ψοφώδεες ex Hippocratis mente aperuimus.

& ἐπάρσιες] ἐπάρσιες κοιλίης hîc dicũtur vẽtris inflationes, eleuationes, & intumeſcẽtiæ à flatibus, quas ὑπὸ τῶν φυσῶν κύρτωμα τε dixit in Prog. & οἴδημα τε, ſignificãtq; τὰς ἀθρόας φύσεις πνευματώδεις, Gal. Atq; huiuſmodi inflatam aluũ ſoluunt murmurilli (quos βορβορυγμοὺς vocant) à flatibus cum humore excitati & ad inferiora tranſmiſſi, eoq; modo deiectionis iudicatoriæ ſpem faciunt, aluumque conturbant & effundunt. Sic dicuntur Hippocrati ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα, & ἐμπεφυσημένα, & φυσώδη hypochondria ſublata murmurantia, à flatibus diſtenta & flatulenta, in quibus αἱ κοιλίαι καὶ ξυγκαίνουσι, alui effundunt. Eſt autem κοιλίης ὀκκάτεχξις H

alui exturbatio, cùm magna vi erumpunt, ac ſemel & repentè multa profluunt, quæ in inteſtinis continentur, τὴν θεράπαιναν ῥήματος, οὐ πάνυ σύμμετρον ὑποχώρησιν, ἀλλὰ τὴν πλεονάζουσαν δηλοῦντος, verbo θεράπαιναν non moderatam deiectionem, ſed copioſam declarante, vt ſcribit Gal. Comm. 3. in lib. de rat. victus in morb. acutis. Etſi porrò excretionis criticæ per alui profluuium nulla eſſe propria ſigna ſcribit Gal. (extremo lib. 3. de Criſ. & libello de Præcognitione) verùm ipſam præſagiri oportere vbi cæterarum criticarum ſolutionum ſigna nulla adfuerint, non ſunt tamen negligenda iſta perturbationis alui indicia.

* *Aphor. 73.*

Quibus febris aſſidua diutiùs cum ſecuritate trahitur, ſi neque ex dolore, neque ex inflammatione, neque ex alia vlla manifeſta cauſa contingat, in iis abſceſſum cum dolore & tumore, præcipuéque ad inferiores partes ſperare oportet. Maximè autē in his expectare abſceſſus oportet, qui trigeſimum annum ſuperarunt. Tum verò in his conſiderandi ſunt abſceſſus, vbi febris vigeſimum diem præterierit. Maioribus autem natu minùs accidunt, etſi febres longo tempore detinent. Quæ verò febres intermittunt, incertoq; ac vago ordine prehendunt, eæ autumno præcipuè in quartanam ferè tranſeunt, idq; in his maximè qui trigeſimum annum ſuperarunt. Per hyemem verò abſceſſus potiùs accidunt, & tardiùs ceſſant, minúſque recurrunt.

[143] Τοῖσι χρονίζουσιν ἀσφαλέως ἐν πυρετῷ ξυνεχεῖ, χωρὶς πόνου ἢ φλεγμονῆς, ἢ ἄλλης τοιαύτης σαφοῦς, ἀποστάσιν τοιήσασθαι, μὴ πόνου καὶ οἰδήματος, καὶ μᾶλλον ἐς τὰ κάτω χωρία. τοιήσασθαι δὲ δεῖ τὰς ἀποστάσας, τοῖσιν ὑπὲρ τεσσεράκοντα ἔτεα μᾶλλον. ὑποστέπεσθαι δὲ τουτέοισι τὰς ἀποστάσας, ἐν τῇ εἰκοστῇ ἡμέρῃ πυρετὸς ὑπερβάλλῃ. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισιν ἧσσον γίνονται, καὶ πολλῷ χρόνῳ γιγνομένων τῶν πυρετῶν. οἱ δὲ ἀγαλείποντες καὶ λαμβάνοντες πεπλασμένως, φθινοπώρου μάλιστα ἐς τεταρταῖον ὀπτάκις μεθίστανται, καὶ μᾶλλον τοῖσιν ὑπὲρ τὰ τεσσεράκοντα ἔτεα γεγονόσιν. αἱ δὲ ἀποστάσιες τῶν χρόνων γίνονταί τε μᾶλλον, καὶ παύονται βραδύτερον, καὶ ἧσσον παλινδρομέουσι.

Poſt excretiones criticas abſceſſuum ſigna exequitur, quæ ex Prognoſtico deſumpta ſunt, & illic pleniùs abſoluuntur. Vitioſè autem in quibuſdam exemplaribus huius ſententiæ initium præcedentis ſententiæ extremo annectitur. Illud enim τοῖσι χρονίζουσιν ἀσφαλέως ἐν πυρετῷ ξυνεχεῖ, his Prognoſtici verbis reſpondet, ὅσις οἱ αὐτῷ πυρετῷ μηκιῶν θεμελιηκῶς ἐξηκεμένῃ τῷ αὐθρώπου. Quæ febris diutiùs trahit, ex qua tamen liberari æger poteſt. Febres nanque quæ prorrahuntur & ſalutares ſunt, aut ex quibus ægri ſecuritatem expectant, ad abſceſſus comparatæ ſunt, velut acutiores & præcipites, ad alia excretionum genera promptè ſe habent. Hunc porrò totum locum ex Prognoſtico * Celſus (vt eſt limata quadam & rerum & verborum tenuitate) his verbis comprehendit, Nam ſi longæ febres ſine dolore, ſine manifeſta cauſa remanent, in aliquam partem id malum incumbit, in iunioribus tantùm: in ſenioribus ex eiuſmodi morbo quartana ferè naſcitur.

* *Cap. 1. lib. 2.*

πόνου καὶ οἰδήματος] μὴ πόνου καὶ οἰδήματος lego ex manu ſcriptis exemplaribus ac Prognoſtico. Vnde neſcio quid in mentem venerit Caluo, vt diceret potiùs abſceſſum his quàm laborem dolorémve & tumorem expectandum. Nam qua parte dolor aut labor, in eam faciliùs materia concedit, ibiq; abſceſſus firmatur ex aph. 32. & 33. lib. 4.

ἐς τὰ κάτω χωρία] μέρεα pro χωρία legunt omnes membranæ Regiæ manu ſcriptæ.

τοῖσι ὑπὲρ τεσσεράκοντα ἔτεα μᾶλλον] In Prognoſtico ſcribitur τοῖσι νεωτέροισι τεσσεράκοντα ἐτῶν. Hîc verò eos qui trigeſimum annum ſuperarunt ponit, haud magno cum diſcrimine, cùm, (vt ſcribit Gal.) ob crebras quæ aliæ aliis inuicem ſuccedunt mutationes, non ſit facilè in ætatum ratione certum aliquem ac definitum temporis limitem aut terminum cuiuis præſcribere. Quod effecit vt ætatis vigorem trigeſimo anno circumſcripſerit Hippocrates, quandoque etiam trigeſimo quinto. Hîc igitur ætatem à vigeſimo quinto anno ad trigeſimum quintum comprehendit, in qua humores crudi & contumaces ob intemperantem vitam plurimi coaceruantur, qui naturæ viribus facilè ad abſceſſus propelluntur.

τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισιν ἧσσον γίνονται] Hîc πρεσβυτέροις vocat, quos γεραιτέροις in Prognoſtico dixit, habita eorum ratione, qui trigeſimum aut trigeſimum quintum ætatis annum agunt, eoſque intelligit qui ætate florentibus collati, prouectiores ſunt & natu maiores, ac medij ſunt inter ſenes & ætate florentes, ὠμογέροντας qui crudam & viridem ſenectam agunt, ac μεσηπολίοις, ſemicanos vocat Galenus, quos γεραιτέρους Hippocrates nominauit. Quidam etiam eos πρεσβύτας intelligunt, qui primum ſenium attigerunt, quamuis Hippocrati πρεσβῦται qui vltimum ſenium agunt & γέροντες dicantur, vt ſcribit Gal. Comment. ad aphor. 31. libr. 3. Illud verò quod ſequitur, καὶ πολλῷ χρόνῳ γιγνομένων τῶν πυρετῶν, etſi obſcurum habet ſenſum & à Cornario non ſatis explicatum, his Prognoſtici verbis aperitur, πολυχρονιωτέρου ἐόντος τοῦ πυρετοῦ.

ὀπτακέως μεθίστανται] ὀπτακέως cùm variam habeat pro ſibi adiunctis ſignificationem, hîc quomodo ſumi debeat non ſatis eſt expeditum. Interpretes pro leniter & blandè aut moderatè ſumpſerunt, quòd huiuſmodi febres vagæ & erraticæ non ſtatim ac repentè, ſed velut ſenſim ac leniter, & ex quodam temporis interuallo, in quartanas tranſeant. Nos [ferè] diximus, ad euentorum & rei cõſecutionem reſpiciẽtes, quòd plurimùm ac ferè huiuſmodi erraticæ febres in quartanas deſinant. Deinde propter promptam ad eam rem de qua agimus inclinationem, facilè, promptè, conſentaneè ſignificare poteſt, velut in Prorrh. ὀκωφώσιος ὀπτακέως τὰ παρ' ὦτα, ex ſurditate abſceſſus ad aures contingere conſentaneum eſſe diximus, cùm iſtud conſentaneum rei conſecutionem, facilem ac promptam ex ſurditate ad abſceſſus propenſionem ſignificet. Quidam τὸ ὀπτακέως præter expectationem ac opinionẽ interpretantur, quòd huiuſmodi febres cùm aliquot diebus conquieuerint, paulò poſt tamen inopinatè repetant, & quarto quoque die moleſtiæ ſenſum quodammodo afferant, deinde quartanarum ſpem confirment. Ac quia id leniter fit & ſenſim, veluti procurata à natura morborum in abſceſſus ſeceſſione, μεθίστασθαι hîc de tranſitione quadam dicitur, in Prognoſtico verò καταστήσασθαι. Lib. autem 1. epid. * πυρετῶν ἀποστάσις εἰς τεταρταίους γίνεται. * *Sect. 2.*

καὶ μεῖζον τοῖσι ὑπὲρ τὰ τεσσεράκοντα ἔτεα γεγονόσιν] In Prognoſtico ſcribitur, οἱ τεταρταῖοι μᾶλλον τοῖσι τεσσεράκοντα ἐτέων καὶ γεραιτέροισι.

καὶ ἧσσον παλινδρομέουσι] παλινδρομεῖν propriè cùm dicatur Hippocrati de recurrentibus intrò humoribus, & eandem originem repetentibus, hîc tamen vt & in Prognoſt. ſimpliciter recurrere, repetere ac reuerti ſignificat, etſi vtraque ſignificatio quodammodo includi poteſt.

Quibus autem ſæpiùs recidiuæ contingunt, ſi ſextum menſem ſuperauerint, in tabem coxariam ferè incidunt.

[144] Τοῖσι δὲ πολλάκις ὑποτεσσεπαθεῖσιν, ἐὼν ἑξάμηνον ὑπερβήσωσιν, ἰσχιαδικὴ φθίσις ὀπτάκεος γίγνεται.

Sententia eſt ex ægri obſeruatione nata, in quo multa, craſſa & frigida materia redundans, ægerrimè ad abſceſſum ablegari poteſt. Eiuſmodi nanque recidiuarum fomes, in cauſariis corporibus nouas in dies querelas facit, tandemque ferè in marcorem corpus trahit. Quòd ſi in coxendicem (vt ferè aſſolet) depoſita materia diutiùs inhæſerit, coxariam aut coxendicum rabem inuehit. Coxa nanq; cùm pro articuli magnitudine, neruis, tendinibus, ac ligamentis multis ſcateat, doloris magni & vigiliarum cauſa eſt, ve-

A eſt, venæque in ea multa materiæ copia refertæ & oppreſſæ, alimentum ad crus tranſmittere nequeunt, indeque gracileſcit ac emarceſcit, quod ſæpè in coxendicum doloribus contingit, eaque tabes coxaria dicitur. φθίσις verò cùm Hippocrati dicatur quælibet corporis atrophia, marcor & extenuatio, quacunque ex parte illa originem ſumpſerit, inde denominationem accipit. Sic cùm plures ſint huiuſmodi tabis apud Hippocratem ſpecies, φθίσις ἰσχιαδικὴ dicitur, quòd in coxendice tabis rudimentum factum ſit. Libro quoque 2. de Morbis tabes dorſalis ſcribitur, quæ ex dorſi ſpina oritur, quam ἡ ὄπισθεν φθίσιν vocat lib. de Locis in homine. Et lib. περὶ τῆς τῶν παιδίων corporis tabem quæ ex renum vlcere prouenit, φθίσιν νεφρείπληκτα vocat. Ac præter eam quæ ex pulmonis vitio initium ducit, ac verè germana φθίσις dicitur, has omnes tabis ſpecies ex cerebri in partes ſubiectas defluxione ortum habere ſcribit Hippocr. lib. περὶ ἀέρων, vbi αἱ νῦσοι φθειναδες dicuntur, atque etiam huius tabis coxariæ cauſam aperit his verbis: ἄλλη νοῦσος ἐξῷ φλεβῶν ὅθεν ἀπὸ νωτιαῖον ἐστὸ κατὰ ῥόον κεφαλῆς. αἵδοτε δ' ἐνταῦθα ὅθεν ἱερὸν ὀστέον ἄκρον τῆς κοτύλης τῶν ἰσχίων. καὶ ἐὼ πυίει φθίσιν, καὶ μαραίνεται ὁ ἄνθρωπος ὧδε καὶ ὧδε, καὶ ζώειν οὐκ ἐθέλει. ἐκχὼ δὲ πυέει ἡ κεφαλὴ, καὶ ἅμα τὼ πόδε καὶ μύρω παρέπονται. καὶ αἰεὶ πλείως ἔλκωσται χρόνῳ πολ-

B λῷ μαλεξαμένου, καὶ ἐπιτύδηκε καὶ ἐπίσκει. Alius morbus per venas in ſpinalem medullam ex capite defluit. Inde autem in os ſacrum irruit, ſpinali medulla eò fluxionem deducente, & in coxendicum acetabula deponente. Et ſi tabem fecerit, homo hoc modo marceſcit, neque viuere expetit. Statim enim ſcapulæ dolent, ſimulque & pedes ac crura conſequuntur, & ſemper tandem pereunt multo tempore curati, ac neque voce defecit, & moritur. Eaſdem etiam tabis ſpecies ex fluxione celebrat Hippocrates libr. περὶ ἵππων κατ' ἄνθρωπον. Quin & ab Authore Iſagoges φθίσις ἰσχιαδικὴ & νεφρειπληκτὴ ex Hippocrate celebratur. Sextum autem menſem hîc addidiſſe videtur, ad indicandam propriam partis temperiem affectus diuturnitate corruptam, tum etiam morbi & fluxionis pertinaciam. Sic enim ſæpe morbi longi ſexto menſe ſoluuntur, vt morbi æſtiui hyeme, & contrà hyberni æſtate, vt ſcribit Hippocr. lib. 3. epid.

[145] Ὁκόσα πυρετῷ ἀντιδίδοται, καὶ μὴ ἀποσηματώδεα σημεῖα, κακοήθεα.

Quæcunq; febri ex aduerſo reſpondent, niſi abſceſſum faciant, malignitatem denunciant.

C Phraſis eſt obſcura & inſolens, vbi ἀντιδίδωμι dicitur de ſignis quæ febri inuicem quodammodo reſpondent ac opponuntur, qualia ſunt quæ abſceſſuum ſignificationem præbent, & priùs ac fuſiùs in Progn. deſcripta ſunt, vt morbi ſalutaris diuturnitas, & protractio, materiæ qualitas, velut tarditas atque momentum, vrinarum tenuitas atque cruditas, & eorum quæ hæmorrhagiam aut excretionem ſignificant priuatio. Ea nanque cùm velut ex æquabilitate quadam febri reſpondeant, eamque quaſi compenſent ac rependant, ἀντιδίδωμι dicuntur, etſi iſtud propriè in beneficij ac gratiæ repoſitione vſurparur. Poſſunt & ὁκόσα ἀντιδίδοται ſignificare ea quæ febri ex aduerſo opponuntur, eamque velut oppugnant, velut eam ſoluentia & liberantia, quæque aduerſus febrium vehementiam exhibentur eamque propulſant, qualia ſunt abſceſſum facientia. Quòd ſi ἐνδιδόναι aut ἐνδιδόντα legatur, vt volunt quidam, ea quæ febri cedunt intelligentur, & quæ cùm ſignificationem de ſe ediderunt, remiſſiores aut languidiores habent impetus, in ipſoque curſu, velut ſubſiſtunt aut fatiſcunt. Quæ ergo abſceſſuum ſignificationem oſtentant, ea ſi ſubſiſtant aut re-

D morentur, neque abſceſſum faciant, communi κρισίμων lege damnantur, & materiæ malignitatem denunciant, aut naturæ imbecillitatem ſuſpectam faciunt. Sunt qui ἀντιδιδόντα etiam legant, verùm quæcunque videre licuit exemplaria ἀντιδίδοται habent.

[146] Τῶν πυρετῶν, οἱ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι, μήτε μετὰ σημεῖον λυτήριον ἀφιέντες ὑποξηραίνοιτο.

Febres quæ neque diebus criticis, neque poſt apparentes ſolutionis notas dimittunt, repetere ſolent.

Hoc ex media Hippocratis diſciplina petitum, magnam ad prædictionem addit dignationem, & ex Prognoſtico ſumtum, etiam libello περὶ κρισίων repetitur his verbis: [ὑποτροφαὶ λαμβάνοντα] καὶ ὅσοις αὖ οἱ πυρετὸ παύσωνται, μήτε σημείων γιγνομένων λυτηρίων, μήτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι. Sic Prognoſtico 2. in morborum reuerſionibus hanc cauſam adſcribit. τοῖσι δ' ὑποτροφαὶ τεσσεσδίκαις, οἷσιν αὖ ἑκάστων αἱ γένωνται μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι, μήτε σημείων ἀγαθῶν δηφανέντων. Celſus etiam cap. 7. lib. 2. hunc locum cum cæteris qui apud Hippocratem ad hanc rem faciunt, ita expreſſit. Febris quæ ſubitò ſine ratione, ſine bonis ſignis finita eſt, ferè reuertitur. Exemplaria quæ-

E dam μὴ σημείων λυτηρίων legunt, vt & in Progn. reliqui cum impreſſis conſentiunt.

[147] Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων ἐν ἡμέρῃσι κρίνεται τεσσαρεσκαίδεκα.

In præcipitibus morbis, iudicatio in quatuordecim diebus expectanda eſt.

Placitum eſt 23. lib. 2. quod repetitur lib. περὶ κρισίων his verbis: τὰ ὀξέα νοσήματα κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσιν, ὡς ὀλίγα τὸ πολύ.

[148] Τεταῖος ἀκριβὴς ἐν πέντε, ἢ ἐν ἑπτὰ τεσσεσδίσιν, ἢ ὀ μακρότατον ἐν ἐννέα κρίνεται.

Tertiana exacta quinto aut ſeptimo, aut ſummum nono circuitu terminatur.

Aphor. eſt 59. lib. 4. & repetitur lib. περὶ κρισίων his verbis: τεταῖος κρίνεται ἐν ἑπτὰ τεσσεσδίσιν, ὡς ὀλίγα τὸ πολύ. Qua de re ampliùs ſcripſimus noſtris in lib. 1. epid. annotat. Cùm autem ſit τεταῖος (vt ſcribit Hippocrat.) ἀκρικρίσιμος, nonnunquam etiam ſolutionem

F quarto circuitu præcurrit, tandem autem & eam ſeptimo perfectè abſoluit, neque poſtea reuertitur, vt ſcribitur lib. 1. epidem.

[149] Οἷσιν ἀρχομένοισι πυρέσσειν αἵματος σταγόες ἐν ῥινῶν τοιαρμοῦ γιγνομένου, λευκὸν ὑποφέρουσιν ὀ οὖρον, ἑβδόμῃ ἐν τῇ τετάρτῃ, λύσιν ἐν τῇ ἑβδόμῃ σημαίνει.

Febricitare incipientibus, ſanguinis ſtillationes cum ſternutatione accedentes, & quod in vrina deſidet album quarto die viſum, ſeptimo ſolutionem afferre denunciant.

Sanguinis ſtillatio, cùm ſæpe ab Hippocr. conuellatur, nihil habet ad prædictionem momenti, præſertim ſi circa morborum initia contingat. Quòd ſi ex ſternutatione fiat, vt mali augurium leuat, ita ad ſolutionis denominationem nihil indicat. Sternutamentum verò (vt inquit Celſus ex Hippocrate in Progn.) inter bona indicia eſt, & aliàs, niſi in pulmonis morbis & deſtillatione, ſalutare habetur, quod etiam vulgus annotat. Sed præcipuam ſolutionis ſeptimo die futuræ ſpem oſtentat, coctionis ſignũ quar-

G to die emicans, quod in vrina ſubſedit album & laudabile. Nam ſi nubecula quarto die conſpicua, ſeptimo criſim prænunciat, eam prædictionem ſtabiliorem faciet multoq; magis confirmabit ſedimentũ laudabile die iudice viſum, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 71. lib. 4. Cæterùm exemplaria manu ſcripta Regia λεπτὸν vitioſè pro λευκὸν habent. Quod vitium etiam ad Vaticanas membranas redundauit, quas ſecutus videtur Caluus.

[150] Τὰ ὀξέα κρίνεται αἵματος ἐν ῥινῶν ῥυέντος ἐν κρισίμῳ, ἢ ἱδρῶτος πολλοῦ γιγνομένου, ἢ ὕδατος πυώδεος καὶ ὑαλώδεος γιγνομένου, ὑποστάσιν χρηστὴν ἔχοντος, ἢ ἀέρος γιγνομένου. καὶ ἀποσήματος ἀξιολόγου, καὶ χολίνης μυξώδεος καὶ αἱματώδεος, καὶ ὀξαπίνης καταῤῥαγείσης, καὶ ἐμέτων οὐ μορφηρῶν κτλ. κείσιν.

Morbi verò præcipites & acuti effluente ex narib. ſanguine iudicatione abſoluuntur, idq; die iudicatorio, ac ſudore copioſo exorto, vrinaq; purulenta ac vitrea affatim reddita, in qua quod ſubſidit lauda *b* ile fit, aut abſceſſu effatu digno, & aluo mucoſa & ſanguinea deiiciente, ac de repente prorumpente, vomitionibuſq; non prauis ſub iudicationem contingentibus.

Morborum abſolutionẽ per ſigna exequitur, quæ quòd ſolutionẽ prænuncient, λυτήρια dicuntur. Quæ cùm partim ſignorum

causarumq; simul rationem obtineant, partim verò signa tantùm dicantur, hîc signorũ & causarum, quòd præcipuã absolutionis authoritatẽ habeant, enumerationem facit. Atq; hæc cùm totam ferè iudiciorũ disciplinam adornent, propriè à Gal. describũtur cap. 14. lib. 1. περὶ κρίσεων & cap. 2. libr. 3. ista verò vt neque ante morborum statum certa salutis indicia esse possunt, sic non nisi die iudicatorio ostentata, ac die indice denunciata, stabilem habent iudicij authoritatem.

καὶ ὕρου πυώδους] Multæ sunt his in Prænotionibus vt & Prædictionum libro impropriæ & obscuræ vrinarũ appellationes, quæ antiquis expositoribus & Galeno non minimum negocium exhibuerunt, & ad germanam Hippocratis doctrinam, qua in Prognostico vrinarum cognitionem absoluit, referendæ sunt. Ex quarum albo hîc purulentæ vrinæ recensentur & vitreæ, quæ morborum absolutionem iudicatione procurant. Vt enim passim à Galeno vrinæ multum profluuium inter iudicatoria signa numeratur, ita & vrina benè colorata, in qua subsidit album, læue & æquale, certam salutis spem in coctione habet. Quæ duo cùm hîc disertis verbis sub conferta vrinæ copia & laudabili subsidentia exprimantur, purulẽtæ vrinæ obscuram cognitionem ita faciunt, vt non satis propriè ad probam & ab Hippocrate tam benè commendatam in Prognost. vrinarum in morbis coctionem, appellatio ista referri queat. Enimuerò cùm tanta sit subsidentiæ in vrinis cum pure passimque à Galeno ac præcipuè Comment. 1. in Progn. & lib. 1. de diff. feb. decantata similitudinis ratio, vt etiam non dubitarit Erasistratus febricitãtium in vrinis subsidentiam, merum pus esse credere, tantaque sit in puris generatione naturalium functionum benignitas, vt ad exactam totius commendationem non sit veritus Galenus semen puri esse simile dicere: non temerè cuipiam videbitur ad coctionis probitatem in vrinis significandam, puris notio esse expressa. Nam quemadmodum apud antiquos, atq; in veteribus artis præceptionibus apud Hippocratem putria concoctionem præseferunt, & σῆψις Galeno πῆψις rationem obtinet: sic ad puris generationem cùm magna sit naturæ ad coctionem perficiendam contentio, non infœliciter in vrinis præcipuè quæ coctione subsidentiam deponunt, puris nominatione, vrinarum à natura subactio ac commendabilis concoctio designatur. Sed certè cùm ista probitatis indicatura in laudabile sedimentum cadat, mihi videtur hîc author per purulentas vrinas aliò respicere, ac eas vrinas subindicare, quæ puri similes, crassæ, albæ, copiosæ, & cum multo sedimento morborum materiam solutione deponunt, & coctione finiunt. Nam cùm à natura procurata sit crudorum & crassorum succorum concoctio, ac decernendi ratione per vrinæ effluuium emissa, solutionis causa & signum in vrinis emicat. Qua ratione eædem sæpè ab abscessibus vindicant, vt in Archigenis puero aph. 2. sect. 4. lib. 6. epid. & aph. 74. libr. 4. & ex Prognost. apparet, præcipuè verò si iudicij firmitatem diei dignatione stabilierint. Quæ quidem cùm naturæ robur præseferant, & coctione probitatis notas acceperint, ob similitudinem purulentæ dicuntur. Atque eò quidem mihi spectare videtur quòd Zeuxis apud Hippocratem τὰ πέπονα ἔχει, ὅσα τὰ ἔχει πυώδη καὶ παχὺ ἔχοντα sumat, etsi à Rufo Ephesio reprehenditur, & quæ Galenus dilucidiùs explicans in Prorrh. Comm. 3. παχέα καὶ λευκὰ vocat, ἐπειδὴ διαύτη ὑποστάσεις ὀφείπει ἐν τοῖς ἀληθῶς πεπόσιν οὔροις. Sic & vrinæ quæ crassum & crudum succum coctione deponunt, purulentæ dicuntur, & Gal. Comm. 3. in Prorrh. τὰς πυώδεις εὐρήσιας ἀκύρως τὰς τῆς ὠμῆς καὶ παχέων οὔρων ὀκκρίσεις dici scribit. Et crassum illud excrementum & multum quod in vrinis sanorum desidem aut sedentariam vitam agitantium, & plurimo cibo se ingurgitantium ex crudorum succorum euictione apparet, πῦον dicitur ab authore eorum quæ extremo libro περὶ φύσιος ἀνθρώπου annexa sunt, & à Galeno his verbis apertissimè declaratur, ἀλλ' ἐπεὶ γέμει δοκεῖ τὰ ὠμὰ ὀνομαζόμενον χυμὸν, ὅταν πεφθῇ γε, πῦον ἔτι ἡγεῖται. καὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅπου γε καὶ ὁ Ἐρασίστρατος παῖς ἐν τοῖς ἔρεις ὑποστάσεις ὅτι τῆς πυρετοῦντων, τὸ ἕν τι ἔτι τὰ χυμὸν, ἀλλὰ πῦον ἡγεῖται, μιᾷ ὅτι τῆς ὑγιαινόντων τοῖς ἀδιαφορῦσιν ὑφίεται πολὺ τὸ τοιοῦτον ἀγνοῶν. πεθεάσθαι γοῦν παμπόλλοις τῆς αὐχῶς βιόντων εἰς χρόνων ἤνων ὀκκρινομένοις εἰς τῆς ἕραν, τῇ καλουμένῃ μύξῃ τῆς φλεγμονῆς πάμπολλα, καὶ ἴσιν αὐτῶν βραδεῖαν ποιησάμενον τὰ διέξοδον, πύῳ τῆς φλεγμονῆς φαίνεται τὸ ἀκριβέστερον, καθάπερ γε καὶ τὰ αἰσπνευστικῶν εἰς τὰ πλέον χρόνῳ καπνῳ ωσμένα πέπεται τὰ ὀλιγῶτα. (Sic enim legendus mihi videtur locus iste vitiosè nostris in exemplaribus exscriptus.) At hic mihi quidem videtur eum quem crudum humorem appellant, vbi fuerit percoctus, pus esse existimare. Et quid dicam? quandoquidem & Erasistratus ea quæ in vrinis febricitantium subsidunt, non hunc humorem, sed pus esse existimat: Neque in bene valentium vrinis, qui paulò voraciores sunt, multa huiusmodi subsidere ignorat. Permultos igitur vidimus, qui cùm diu in otio vixissent, permagnam eorum copiam quæ muco vocato sunt similia per vrinas excernerent. Ac cùm quibusdam tardè permearet, id quod excernitur puri simile esse visum est, non secus ac in respiratoriis organis, propterea quòd longo tempore tincta sunt, eiusmodi cocta esse videntur. At certè propriè magis succus crudus dici deber, cùm à pure multis notis distinguatur, vt scribit Gal. lib. 1. de Aliment. fac. Quæ cùm ita sint, hîc mihi purulenta vrina potiùs dici videtur crassa & alba, & quæ concoctione crudioris succi crassum, copiosum & album sedimentum deponit, & iudicatione morbos absoluere sæpe videtur, quàm si quis istud referat ad purulentam vrinam, quæ pus admixtum habeat, & vesicæ acrenum, aut etiam superiorum partium mitescentem coctione inflammationem significari credat. Etsi enim de vesica inflãmmata in Progn. scriptum est, λύει δὲ ὕρου πυώδες ἀνῆρ ἀθῦν, λευκὸν τὸ λοίπον ἔχον † ὑπόστασιν: nihil tamen tale priùs attigit, ac ne talium quidem partium ac vomicæ cuiusquam mentio priùs facta est, & hîc de iudicationis termino morborum acutorum agitur.

καὶ ὑαλῶδες ῥυομένη] Hîc ὑαλῶδες ὕρου, vitrea vrina dicitur, quæ pituitam crudam, vitream, viscidam & frigidam iudicatione deponit, indeq; vacuata morborum materia solutionem facit. Quam postea hic author διέξοδον ὑαλοειδῆ in cõuulsionis solutione vocat. Neque enim absurda est morbi illius absolutio, cùm plurima vitrea & albuminea pituita, frigida & viscida, cruda, compacta, velut morbi fomes magna copia deponitur. Ex quibus coniicitur ὑαλῶδες οὖρον idem significare quod & χονοειδὲς οὖρον, quod est Erotiano τὸ λευκὸν τῷ παχύ. Et verò sæpe χονοειδὲς οὖρον vsurpatur Hippocr. in vrinæ emissione, quæ genitali semini non absimile quiddam continet grandinosum, grumosum, compactum, viscidum, genitale semen consistentia & colore referens, quale quid in pituita vitrea & albuminea apparet, & in ægris ex multa, frigida, cruda & conferta materia laborãtibus videtur, in quibus ex magna flatuum permixtione ὀναιώρημα χονοειδὲς sæpe damnat Hippocrates, vt ægr. 1. lib. 1. epid. & ægr. 3. lib. 3. & ægr. 4. Ac huius explicationis ampliorem notionem facit quod scribit Gal. Comm. 2. in lib. 6. epid. τὸ χονοειδὲς ὑγρὸν ἢ τὸ διῳχωρήματα ῥυοῖτ' ἂν ποτε κρίσιμον, ὅταν ὁ καλούμενος ὑπὸ Πελεξαγόρου χυμὸς ὑαλώδης ὀκκενοῦται. Et quod in fine Comment. 1. in Prorrh. de eo quod χόνῳ ἐκκενοῦται, & genituræ simile defertur, obscurissimis verbis scribit, & quod χονοειδὲς ἐπληθὺν insinuat in fine Comment. 2. in Prorrh. Quæ omnia exempla, cùm ad huius rei notitiam fusissimè congesserimus nostris in libr. 1. epid. annot. non necesse hîc adscribere. ὑαλῶδες verò ὕρου idem dici quod χονοειδὲς satis probat quod postea huius libri author in opisthotono & posteriorum partium inflexibili distentione, vrinas genituræ similes solutionem adferre his verbis scribit: πυρετώδεα ὀπισθοτονώδεα, χονοειδὲς οὐρήσιες λύουσι. Quod enim priùs in vniuersaliori conuulsionis absolutione ὑαλοειδῆ διέξοδον dixerat, hîc οὐρήσιας χονοειδέας vocat, non secus ac in Theodori vxore lib. 7. epid. crebris conuulsionibus appetita, τὸ ὑρέμενον τῆς κάρφῃ ἔλκετο, γλίχρον, χονοειδὲς apposuit, quibus verbis morbi materiam confectam, viscidam & frigidam fuisse indicat, & quæ festucis diducta adhæresceret. Cui quoque non est absimile quod in Scopo scribitur lib. 2. epid.* qua de re etiam abundè illîc diximus. Quomodo verò vrina vitrea excretione solutionem morborum faciat, illud Hippocrat. lib. 6. epid. sect. 2. satis apertè indicat, ὦν φεύγῃ τὸ χονοειδὲς, τὸ τοιοῦτον ὅτι κρίσιμον, καὶ τῆς ἥτρων καὶ διαῦτα. Quod etsi valde est perplexum, hoc tamen innuere velle videtur Hippocrates, solas vrinas genituræ similes iudicatione depositas, eos qui ad imum ventrem aut etiam hypochondria sunt tumores, recentes & sine inflammatione, leuare posse, cùm ne copiosis quidem flatibus, aut multo stercore & viscoso demisso remitterentur. Eandem pene iudicij causam subit quod in Prorrh. † Hippocr. circa vmbilicum dolores cum palpitatione ex flatibus multis, per deiectiones genituræ similes cum flatibus erumpentes iudicatione leuatos scribit his verbis: οἱ φεῦ ὠμφαλὸν πόνοι παλμώδεες, ἔχοισι μέν τι καὶ χώμης φθεῖφορον. φεῦ κρίσιν ἢ δυσποίσι πνεῦμα ἄλις χόνῳ ἄκελον διέρχεται.

* Sect. 3. † Prorrh. 36.

καὶ ὑποσήματος ἀξιολόγου] ὑπόσημα ἀξιόλογον effatu dignum abscessum diximus, & qui morbi magnitudini aut dignitati respondeat, vt neque dignitate minor, neq; viribus superior appareat, aliòqui in abscessuum disciplina damnationem incurret, & eorum genere,

A nere, quæ in morbis μὴ κατ' λόγον τῶν ἀξίων fiunt, comprehendetur. Sic eos abscessus probat Hippocr. libr. 1. & 2. epid. qui ἀξίωσις τῆς φλεβοτομίας ἢ ὀκκρίσεως τῶν νοσημάτων fiunt. Quod his verbis submonuit Galen. Comm. 3. in Prorrh. ἐμάθομεν δὴ παρ' Ἱπποκράτους εἰπόντος ἀκριβῶς ὑποστάσεις τῶν), ἀξίας τὰ φλεβοτομίας τῶν νοσημάτων εἰς τὰ κάτω τῶν σώματος γινομένας. Ex Hippocrate autem dicente didicimus bonos esse abscessus, qui pro morbi ratione ad inferiores corporis partes demittuntur. Et Comment. 2. οὕτω γὰρ τι τοῖς ἐν τοῖς τῆς ὀπτεδημίων μεμφόμθα γενομένας ὑποστάσεις, ἢ μείοις, ὡς ἔφλω, ὡς μηδὲν ἀφελεῖν, ἢ μείζοις, ὡς μὴ δυνάσθαι φέρειν. Sic nempe in libr. de Morb. vulgaribus abscessus culpamus, vel minores (vt dixi) tanquàm nihil iuuantes, vel maiores, quàm qui ferri possint. Eadem quoque notione Galenus cap. 2. libr. 3. de Crisibus ἀξιόλογος ὑποστάσις vocat, per quæ subitam ad sanitatem conuersionem fieri conspicimus, his verbis: μόνη δὲ τίνων ἁπλῶς κρίσις εἰς ὑγίειαν ἀξιόλογος μεταβολὴ τοιαῦτα γίνεται, φησὶν) μὴ πάντως δὴ φανερᾶς ἴσιν ὀκκρίσεσιν, ἢ ἀξιολόγοις ὑποστάσεσιν. Sola igitur subita ad sanitatem mutatio simpliciter crisis nominatur. Et fit quidẽ omninò euidentibus quibusdam excretionibus, aut effatu dignis abscessibus. Hanc verò abscessium moderationem his verbis eleganter circunscribit Hippocrates lib. 1. epid. * ὅτι δυτέων ὑποστάσεις ἰσόμνον τε, ἢ μείζοις ὥστε ὑποφέρειν μὴ δυνάσθαι, ἢ μείοις, ὥστε μηδὲν ὠφελεῖν. In his abscessus fiebant, aut maiores quàm vt ferre possent, aut minores, quàm vt iuuarent. Qua de re etiam illîc plura scripsimus.

B

* Sect. 2.

καὶ κοιλίης μυξώδεος] Hîc ὑποστάσις κατ' ἄκρωμα indicat, cùm corpus integrum per humorum effluuium ac corporis emissatia quędam expurgatur, veluti per vrinas ac alui fusiones contingere sæpe solet. Mordaces nanque cumulati humores in corpore, tẽnuesque ac superflui plærunque & acres, aut pituitosi, interdum per vrinæ vias, nonnunquam etiam per intestinorum inuolucra, aliò ad iudicationem erumpente repurgantur, & φραγγουεριώδεις καὶ δισεντεριώδεις ὑποστάσις obueniunt, quarum non ratò meminit Hippocrates lib. 1. epid. & fusiùs prosecuti sumus nostris in lib. 2. epid. Comment. In huiusmodi ergo pituitosorũ humorum per aluum eluuionibus, mucosa quædam prodeunt, deinde inualescente acrimonia ramentosæ aut strigmentosæ egestiones fiunt, postea tandem cruentæ & in dysenterias tendunt. Ac videre est in quibusdam superfluam humorum congeriem crebriùs naturæ robore in aluum erumpere, & dysenteriam creare, quam αἱματηρὰν τὴν ἀπαπικὴν vocat Gal. lib. 5. & 6. de loc. aff. cap. 7. & 2. Quæ omnia sunt valentis naturæ, & in salutarem iudicationis spem sese erigentis, certissima indicia, vt testatur Gal. Com. 4. in lib. de artic.

C

καὶ ἐμέτων ἐμοχθηρῶν] Quales damnantur in Progn. syngeræ, aut virulentæ ac æruginosæ vomitiones, aut qualia ἐμίσματα ἄκρητα, ἀσώδεα, πυνῳδεῖ in Prorrh. suis decretis confodit Hippocr.

[151] Ὑπνοι βαθέες, μὴ τεραχώδεες, βεβαίαν κρίσιν σημαίνουσιν· οἱ δὲ τεραχώδεες μετ' ἀλγήματος σώματος, ἀβέβαιοι.	Profundi somni neque turbulenti, iudicij firmitatem denunciant, turbulenti verò non sine corporis offensione, instabiles sunt & infirmi.

D Somnus cùm requietem corporibus & medicinam quandam laboris afferat, interdum in morbis repẽtinam mutationem facit, & coctionis ratione iudicationis dignationem, etsi omninò leuem, habet. Nam quia simpliciter crisis subitam ad sanitatem conuersionem significat, quæ cum repentinis excretionibus aut effatu dignis abscessibus contingit, vt scribit Gal. ista non satis aprè somno conuenient, etsi in pueris præcipuè, ac verò in nonnullis aliis, profundo & alto somno morbos alleuari percipimus. Ac vt huius rei tabellare (vt ita dicam) testimonium in medium producamus, id his verbis confirmat Gal. Comm. 3. in Progn. ἐμάθετε δὴ τῶς αἱ κρίσεις ἄπασαι, μετὰ ἕνος φανερᾶς γίνονται κενώσεως, ἢ ὑποστάσεως. ἐν δὲ τῇ ἀπειρίᾳ πολλὰ μόνα δι' ὕπνων βαθέων τῶν μακρῶν, ὀξείας ἐπιπίπτοντα μεταβολαὶ ὡς δὴ τὰ βέλτιστα, οἱ ἔνιοι μὲ ἀξιοῦσι καὶ αὐτὰ ὀνομάζειν κρίσεις, ἔνιοι δ' οὐ συγχωροῦσιν. Edocti autem estis quòd omnes crises cum quadam euidente euacuatione fiunt, aut abscessu. Rarò enim pueri soli per somnum profundiorem ac longiorem, celeres in melius fecerunt mutationes, quas nonnulli quidem etiam iudicationes nominari existimant, alij nequaquam concedunt. Comm. quoque 2. in Prorrh. ἐώρακα μὲ οὖν ἐπ' ὀλίγων ἀρρώστων ἡσυχιαστικῶν ἑφεξῆς ἡμέρας τρεῖς ἢ τέτρασι, διελθόντων ὕπνον γινόμενον, ὡς ὅλης ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὠφελεῖσθαι μεγάλως. δοκεῖ δὲ πεφυκέναι θᾶττον πολλάκις, οὐ μιᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ δυοῖν ἡμερῶν ἑφεξῆς, ἐπὶ τὸ ὠφελεῖν μεγάλη ῥυόμενον τοιοῦτον. Vidi quidem in ægris quibusdam, qui tribus aut quatuor consequenter diebus vigilauerant, difficilem excitatu somnum exortum, qui tota die aut nocte magnum attulerit adiumentum. In pueris verò sæpiùs vidi eiusmodi superueniẽtem somnum, non vno solùm die, sed duobus ex ordine diebus magno illis fuisse adiumento. Quibus verbis quidnam in morbis conferat somnus satis intelligimus, cuius etiam momentum ac pondus ex Comm. ad aph. 1. lib. 2 facilè excipias. Nam & febres somno mitescere, & dolores leuari, & languores dissolui, firma sunt salutis indicia, præcipuè si neque inter dormiendum perturbatur aut commouetur æger, quiritatur, nugatur, aut delirat, neq; turbulentis insomniis diuexatur: qui sunt βαθέες τῶν μὴ τεραχώδεες ὕπνοι. Actuarius quoque lib. 2. Meth. med. cap. 2. somnos accedentes qui antea deerant, ægrum à languoribus leuare scribit, & in phrenitide similibusq; morbis iudicij firmitatem stabilire. Quin & salutis securitatem somnos in ægris confirmare scribit Hippocr. libello περὶ κρισίων his verbis: τοῖσιν ἐλαχίστῳ χρόνῳ μάλλοισιν ὑγιάζουσι, μάλιστα σημεῖα ἅπαντ' γίνεται. ὑπνοῦσι γὰρ οἱ δι' ἡμέρας τοῖσιν, καὶ ἀκίνδυνοι, τῶν τῶν νυκτὶ κοιμέωνται, τῶν τῶν ἄλλα σημεῖα ἀσφαλέα. His qui breuissimo tempore sani futuri sunt, maxima in totum signa contingunt. Sine dolore enim degunt & extra periculum, & noctu dormiunt, aliaque securitatis signa præseferunt. Hîc autem μετ' ἀλγήματος σώματος dicuntur, qui in aphorismis πόνου πειόνυς. Minutum est, admonendum tamen, quòd exemplaria Regia manu scripta pro μὴ τεραχώδεες, οὐ τεραχώδεες legunt.

E F

[152] Ἑβδομαῖοισιν, ἢ ἐνατοῖοισιν, ἢ τεσσαρεσκαιδεκατοῖοισι ῥύσιες ἐκ ῥινέων λύουσιν ὡς ὀλίγιστα πολὺ τὸν πυρετόν. ὁμοίως δὲ καὶ κοιλίης ῥύσις χολώδης, καὶ δυσεντεριώδης, καὶ πόνους χρωσάτων, ἢ ἰχῶνα, καὶ ἕδρον πεπονθὼς τρεῖς κρίσιν, ἐν γυναικὶ δὲ καὶ ἐπιμηνίων ῥύσις.	Quibus ex naribus fluxiones, quæ septimo, nono, aut decimo quarto die contingunt, vt plurimùm à febribus vindicant. Eodem verò modo & biliosus alui fluxus, & qualis in intestinorum difficultate fieri assolet, ac genuum & coxendicum dolor, vrinaque sub iudicationem concocta, & verò in muliere mensium profluuium.

G

Hæ alui fluxiones & alluuiones quæ morborum materiam iudicatione secernunt, ὑποστάσεων κατ' ἄκρωμα genere continentur, quales sunt περὶ ἔρροιαι χολώδεις καὶ διῴδροιαι Hippocrati celebratæ lib. 1. epid.* & περιπνεύσεις κοιλίης. Idem rursus libr. 1. epidem.** febres ardentes plurimis in intestinorum difficultatem concessisse ac constitisse scribit, quæ ægros eo veluti humorum depositu, periculo exemerit. In mulieribus verò sæpe profusam ac liberalem mensium abundantiam febres liberare exemplo est Laryssæa virgo ægr. 12. lib. 3. epid. post st. pest. idemque multis contigisse testatur Hippocrates lib. 1. epid.*** Quin & libello περὶ κρισίων mensium abundãtiam in febrium solutione ponit, sanguinis è naribus fluxum, alui secessionem, vrinæ copiam, sudores & vomitum, his verbis: καὶ τῶν οὖρα ὑποχωρέουσι, ἢ καὶ τῶν διῳχωρήματα κοιλίης, ἢ αἵματος ὀκ τῶν ῥινέων ῥύσιν, ἢ ὕρησιν πολλὴν, ἢ ἱδρῶτα ἢ ἔμετον. Codices manu scripti quidam ἐνδεκαταῖοισιν pro ἐνατοῖοισιν legunt, non magno certè momento, cùm dies vndecimus significationis potiùs quàm iudicij authoritatem habeat.

H

* Section. 2. ** Stat. 3. *** Stat. 3.

Quibus per febres alicunde ſanguis largiter effluxerit, iis dum ſeſe recolligunt, alui humeſcentes effunduntur.

[155] Οἱ ἐν πυρετοῖσιν αἱμορῤῥαγήσαντες ἰκανῶς ὁκόθεν- A
οῦν, ἐν τῇσιν διαλείψεσι κοιλίας καθυγραίνονται.

Aphoriſmus eſt 27. lib. 4. qui & poſtea in hoc præſagio aliis verbis repetitur, & ex Prorrh. 133. reſumitur. Codices editi κοιλίας habent, vbi manu ſcripti quidam κοιλίαι legunt, eadem notione.

Qui per febres tenuiter exudant, cum capitis dolore & aluo intercepta, ad conuulſiones proni ſunt.

[154] Οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδρώοντες, κεφαλαλγέες, κοι-
λίῃ ἀποτελαμμένοι, ἀπασμώδεες.

Hæc ex Prorrh. 115. repetuntur. Sunt autem iſta oppleti & humorum ſarcina grauati cerebri indicia, vnde appetita neruorum origine, propenſiores eſſe ad conuulſiones eſt vero ſimile, neq; tamen neceſſarium. Quam ad rem facit etiam Prorrh. ſent. 88. B
Sunt verò οἱ κοιλίῃ ἀποτελαμμένοι, qui aluo ſunt ſuppreſſa, intercluſa & intercepta, familiari admodum Hippocrati locutione, qui κοιλίῃ ἀποτελαμμένῃ ἐπεχομένῃ vocat, vt exponit Galenus. Idemque κοιλίας ἀποτελαμμένας ἐπεχομένας ſignificare ſcribit. Erotianus autem ἢ ἴσως τὰς ἀπειλημμένας καὶ ἐστεγνωμένας poni vult.

Quæ ſenſim feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas euadunt, & conuulſiones portendunt.

[155] Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασέως παραφρούσιες, καὶ θηριώ-
δη καὶ ἀπασμὸν σημαίνουσι.

Ex multis Prorrhetici ſententiis nata eſt hæc ſententia. Præcipuè verò ad eius notionem conducit Prorrh. 26. & 123. & antea ſcripta ſent. 85. Deliria in febribus perſæpe ex leuibus initiis magnum faciunt incremẽtum, & paulatim aduſta materia malignam qualitatem contrahunt, & in furentes, melancholicas ac vehementes mentis emotiones tendunt, in quibus ægri calcitrant, feriunt, mordent, ac contineri nequeunt. Et hæ ſunt μελαγχολικαὶ παραφροσύναι, ἐν αἷς καὶ πατοῦσι, καὶ λακτίζουσι, καὶ δάκνουσι, καὶ χολοῦσιν, ὡς ὑπὸ C
πολέμιοι εἰς ἰόντας νομίζοντες, hoc eſt ferinæ deſipientiæ, in quibus pedibus feriunt, calcitrant, mordicus impetunt, indignantur, & ingredientes pro hoſtibus habent, vt ſcribit Gal. Comm. 1. in Prorrh. Eæque ferè ex atrabilis incendio oriuntur, idque θηριωδεῖς παραφρόνεσι ſæpe vocat Hippocrates. ὀνειδίζεται δ' (vt ſcribit Galen. Comm. 3. in Prorrh.) ἤδη τῆς φωνῆς τοῦ τῆς ὀλιγοπαιδίας τὸ μελαγχολικόν. ἐπίμονον γὰρ ὄν τῶν εἰς τὸ κακουργεῖν τὰς πέλας ἢ μελαγχολικῶς παραφροούντων, ὅταν μαχόμενα ποιῶσι τινὰ κακουργίας, θηριώδεις αὐτὰς ὀνομάζει. Per hanc autem vocem melancholici affectus intenſionem declarauit. Cùm enim prompti ſint ad mala propinquis inferenda qui melancholia deſipientia laborant, vbi ingentia mala perpetrant, eas ferinas deſipientias appellat.

Conuulſio in febre ſuborta eademq; die deſinens, bono eſt.

[156] Σπασμὸς ἐν πυρετῷ ἠρμένος, καὶ παυόμενος
αὐθημερεὸν, ἀγαθόν.

Conuulſio in febre ſuborta, febrem primo die, aut poſtero, aut tertio finit. Quòd ſi horam qua prehendit ſuperet, nec deſinat, malo eſt.

[157] Σπασμὸς ἐν πυρετῷ ἠρμένος, παύῃ τὸν πυρετὸν D
αὐθημερεὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τείτῃ. ἐπιβάλλων δὲ τὴν
ὥρην ἐν ᾗ ἤρξατο, καὶ μὴ παυόμενος, κακόν.

Hæc conuulſionum placita non ſatis conſentiunt cum Hippocrat. diſciplina, nec authoritatis conſtantiam ſatis firmam tuentur. Vulgatum nanque eſt in Hippocr. OEconomia, atque multis reſcriptis reſtatum, præcipuè verò aph. 26. libr. 2. & 57. lib. 4. & 5. & 70. lib. 5. febres conuulſionibus ſubortas, eas diſcutere atque præſtabiliores eſſe, quàm ſi conuulſiones febribus ſuperueniant. Quod eſt aliàs paſſim etiam ab Hippocrate ſcriptis traditum. Conuulſiones verò in febribus ortas, eas ſoluere, non temerè in patentis monimentis reperias, cùm ne tanti ſit febris vt conuulſione ſanationem accerſas, nec tanto malo leuius dependendum ſit: Niſi ſi quis naturæ impetum & vehementem concuſſionem ac agitationem quæ fit in conuulſione, materiæ morbi depulſionem facere ac febrim ſoluere putet, non ſecus ac rigor morbum comitialem ſoluit, aut etiam quartana propter rigorem, E
aut τὰ παροξύνοντα παρὰ πλεῖστον πρόπον, ἀπασμῷ λύει, ſcribitur Prorrh. 113. & poſtea hîc repetitur. Vehementi nanque concuſſione, quæ in rigore aut conuulſione contingit, materiæ excretio procuratur, & à venis aliò, vt in habitum corporis aut neruos amandatur, ex eoq; motu calor excitatur, qui materiam exagitatam tenuat & in habitum diſſipat & ſudores, & humorum coctionem molitur. Quæ certiſſima eſt morborum depulſio, vbi excretione & coctione finiuntur, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 70. lib. 5. Aut certè exiſtimandum eſt vehementem cauſarum efficientium impetum ac motum febrem tollere, ὥςπερ ἤδη καὶ τοῖς ὀξέσι νοσήμασι τὰ παροξύνοντα τῆς νόσου ἐστὶν ὅτε κρίσις ἀγαθὴ ἐργάζεται, vt ſcribit Gal. Comm. ad aphor. 5. lib. 7. Sic enim perſæpe deteriores morborum ſucceſſiones, quæ veluti noua morbi acceſſione affectionem augere videntur, morbos ſoluere Hippocrati dicitur, vt vehemens, mentis alienatio furorem ſoluit (aph. 5. lib. 7.) & delirium ſuccedentes febribus ardentibus tremores (aph. 26. libr. 6.) aut inſania epilepſiam, vt multis exemplis teſtati ſumus noſtris in lib. 2. epid. Com. Quòd autem ad huius ſententiæ notionem attinet ea repetitur lib. περὶ κρισίων his verbis: ἀπὸ πυρετοῦ ἐχομένου ἀπασμὸς ἢν λάβῃ, παύεται ὁ πυρετὸς αὐθημερὸν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τείτῃ. Verùm videtur ex F
libello περὶ τόπων τῆς κατ' ἄνθρωπον illîc diminutè adſcripta, vt ſatis apparet ex iis verbis quæ ſequuntur & mendosè illuc ſunt tranſpoſita. Rectius igitur ſcribitur lib. de locis in homine, ἀπὸ ἀπασμοῦ πυρετὸς ἢν ὀλιγοπαιδίαν, παύῃ αὐθημερὸν ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἢ τῇ τείτῃ ἡμέρῃ. Quæ & in Hippocratis diſciplinam conſpirant, & his quæ poſtea in hoc præſagio de conuulſionibus ſcribentur ſunt valdè conſentanea. Etſi ægrorum obſeruatione eſt exploratum conuulſiones plaraſque febri ſuperuenientes eſſe ſalutares, nempe ſi in motu ſint, neque diu perſeuerent, neque à ſtabili cauſa ortæ ſint, ſed initio morbi accidant, ex repletione non inanitione, tranſlata nimirum materia à venoſo genere in neruos, per concuſſionem & violentum motum quem conuulſio intulit. Sic lib. 1. epid. ſtatu frigido & humido, conuulſiones pueris multis initio contingebant, idque in febribus ipſis. At certè ſuſpectum magis locum reddit codicum varietas. Nam & exemplaria quædam primam ſententiam cum ſecundæ parte permiſcent & confundunt, vt ex Caluo ſatis apparet.

Qui per febres intermittentes, inæqualiter incaleſcentes, aluum habent flatibus diſtentam, pauca trãſmittentem, iis poſt iudicationem lumborum dolore ſuborto, alui prorumpunt. Qui autem ad manus contactum exaſperaſcunt, torpore, ſiti ac corporis incontinenti iactatione vexãtur, ij aluo intercepta grauati exoluuntur. Interdum verò etiam prærubra in pedibus ambuſta eadem denunciant.

[158] Οἱ διαλείποντες, ἀνωμάλως δὲ χλιαινόμενοι, G
κοιλίης ἐμφυσωμένης, μικρὰ διαδίδοσης, ὀσφυαλγήσασι μετὰ κρίσιν, ῥυτέοισι κοιλίαι καταῤῥήγνυνται. οἱ δὲ
ῥιγώδεες τοῖς χρόα, νωθροὶ, διψώδεες, ἀσώδεες, κοι-
λίης ἀπειλημμένης βαρυνόμενοι ἀκλύονται. ἔστι δ' ὅτε
καὶ τὰ ἀξέρυθρα ἐν ποσὶ καταπαύματα, τὰ αὐτὰ ση-
μαίνει.

Eſt hoc ex obſeruatione empirica natum, & per ægrorum triclinia ſuggeſtum, huc traductum. χλιαίνεσθαι dicit Hippocrates de H
his qui intepeſcunt, aut ociosè ac ſenſim concaleſcunt, & febribus mitioribus ac moderatis detinentur, quales φλιαροὶ vocat Gal. & acutis opponuntur. In his igitur inæqualiter intepeſcentibus & incaleſcentibus, quòd calor modò deſinat, modò etiam repetat, magnam humorum inæqualitatem in corporis habitu ac primis venis ineſſe oportet, ex cuius permixtione, flatuum ſuborta copia

A copia, aluus diſtenta eſt, tandem verò vtcunque præparata materia, & ſuccorum acrimonia ſolicitata, naturæ robore ad iudicationem per aluum effuſa, in tranſitu lumborum dolorem attulit. Ac ſæpe inter ſigna alui erumpentis, lumborum dolorem ſubnotat Hippocrates. Qui verò febribus ardentibus diuexantur, quales vocat ἀθερμαίνας περὶ χεῖρας, quòd ad manus contactum vehementiſſimus ardor percipiatur, ſi torporis ſenſu tenentur, neruoſi generis ac animalium functionum læſionem ex ſpirituum à calore reſolutione ſentiunt. Quapropter neque mirum eſt eos degrauatos exolui, ac viribus proſtratis ἀκλύεσθαι, quod de virium proſtratione dicitur, vbi totum corpus ad motionum liberas actiones & ſenſationes velut eſt impotens & exolutum, velut etiam τὰ ναρκωδῶς ὀκλυόμενα explicat [44] Gal. in Prorrh. Sic ἀθερμαίνας νωθροὶ iunxit in Prorrh. & καυματώδεσιν annumerauit. In huiuſmodi autem febribus, ob ardorem aluus ſæpe reſiccatur ac ſupprimitur, vnde & grauitatis ſenſus maior. κατακαύματα porrò, quæ ſunt ambuſta, & incendioſæ quædam puſtulæ aut ambuſtiones in corporis ſummo ab vſtulatione enatæ, quales φλύκτιδας vocat poſtea, cùm ex acri & mordaci materia fiant concalfactu lancinante, vnde & æſtuoſi & ſiticuloſi ægri redduntur, huiuſmodi humorum pu-
B tredinem, aut etiam exurentes febres prænunciare, non alienum abs re videbitur. Quorum in pedes ſeceſſus, naturæ onus deponentis robore ſolicitatus, bono augurio eſt. His ſimiles ſunt quas initio libr. 2. epid. φλυκταινίδας ὡς ἐπὶ πυελικαύσεις dixit Hipp. Cæterùm vbi publicata exemplaria διαδιδούσης legunt, Regia exemplaria manu ſcripta διδούσης habent. Vitioſa verò ſunt quæ ὑστερικαλῆσαι legunt, quæ tamen ſecutus videtur Caluus, nulla cum huiuſmodi caſibus ſuperciliorum communione, etſi vtranque lectionem adſcripſit.

* *Comment. ad aph. 37. lib. 4.* [44] *Prorrh. 102.*

Hybernæ quartanæ ferè in morbos acutos tranſeunt.

[159] Οἱ χειμερινοὶ τεταρταῖοι πυρετοὶ, ὀπτιχέως μετα-
βαίνεται ἐς τὰς ὀξείας νόσους.

Quod in quorundam ægrorum obſeruatione ſemel atque iterum eſt annotatum, id non rectè in præceptionis exemplum tra-
C hitur. Certum eſt hybernas quartanas eſſe longiſſimas, plurimumque negotij ægris faceſſere, maliſque diuturnitatem plerunque graui moleſtia dependere: verùm in morbos acutos deſultorio quodam modo tranſire, non ſatis eſt artis vſu comprobatum, niſi externarum cauſarum ope contingat, vt ægri vitio, medici ignorantia, latente interna corporis noxia, grauiſſimis caſibus feneſtra patefacta ſit. Sic enim quandoque ex vitæ intemperantia, quartanæ vbi diutiùs afflixerunt, in continuas tranſeunt, nulla tunc ferè ſperabili ſalute. Hybernas verò quartanas vocat eas quæ hyeme ortæ ſunt (quales ſunt rariſſimæ) aut quæ inſtãte hyeme cœperunt, quas περὶ τὴν χειμῶνα σπανίζουσας dixit aph. 25. lib. 2. Hippocr. Mirum autem mihi videtur Caluum febres ſimpliciter dixiſſe, quartanas prætermiſiſſe.

In febre acuta continens capitis dolor, cum grauibus aliis ſignis, mortem minatur. Quòd ſi neque alia præterea ſigna mala ſunt, & viginti dies ſuperat, aut ſanguinis ex naribus, aut puris effluxum, aut abſceſſus ad inferiores corporis partes denunciat. Præcipuè quidem in his qui nondum trigeſimum quintum annum attigerũt, fluxiones, in ſenioribus autem abſceſſus ſperare conuenit. Si verò dolor vehemens circa frontem ac tempora affligat, fluxiones expectandæ ſunt.

[160] Κεφαλῆς πόνος σιωπῶνος μετ' ὀξέος πυρετοῦ, καὶ
ἄλλου σημείου τοῦ δυσχάλεπον, θανάσιμον. ἀνθ' ὧν σημείων
D φαύλου, ἐπιβάλλων τὰς εἴκοσιν ἡμέρας, αἵματος ῥύσιν,
ἢ πύον ἐκ ῥινὸς, ἢ ἀποστάσιας ἐς τὰ κάτω σημαίνει. μάλιστα
μὲν νεωτέροισι τοῦ τεσσαρακοντα πέντε, τὰς ῥύσιας· τοῖσι δὲ
πρεσβυτέροισι, τὰς ἀποστάσιας πρὸς δὲ χρόαν. καὶ μέ-
τωπον δὲ καὶ κροτάφους ὄντος τοῦ πόνου, καὶ σιωπῶντος τὰς
ῥύσιας.

Transitio eſt ad partium corporis affectus, primumque capitis dolores attingit, qui aut adiunctam habent febrim, aut ſine ea
E affligunt. Nunc verò capitis dolores cum febre continua attingit, quos Prognoſt. 3. aliis verbis celebrauit, vnde hæc ſententia huc eſt traducta. σιωπῶνος πόνου quem hîc vocat intenſum dolorem & continentem, ἰσχυρὸν καὶ ξυνεχῆ ὀδυνῶν in Prognoſtico dixit. δεύτερον verò cùm de morbo non periculoſo ac lethali, & de paruis malis neq; magni momenti dicatur (vt ſcribit [45] Gal.) ideoque ἀκίνδυνον ſignificet, hîc de ſignis exitialibus & perniciosis effert, quæ θανατώδεα in Prognoſtico, hîc φαῦλα vocat. Poſtremò intenſus ac vehemens dolor circa tempora ac frontem affligens, ſanguinis è naribus fluxionem prædicit, quem hîc σιωπῶνος πόνου publicata exemplaria, codices quidam manu ſcripti σιωπῶνον, vt priùs, ſcribunt. Hippocrates in Prognoſtico νεανικὸν ὀδυνῶν dicit, Galenus σφοδρὰν exponit, vehementem & intenſum, quòd recentes dolores plerunque intendantur ac inualeſcant, quemadmodum νεανικῶς apud Hippocratem contentionem ac vehementiam vt plurimùm ſignificat. Celſus cap. 7. lib. 2. hos Hippocratis locos latinos faciens, ingentem dolorem dixit. Niſi quis σιωπῶνον breuem aut velocem dolorem intelligat, quaſi vehementem; aut qui magis recenti conueniat, quòd morbi qui primis circuitibus iudicium ſubeunt, excretionibus ferè abſoluantur, qui diutiùs protrahuntur, per
F abſceſſum finiunt. Monendum etiam ſuccurrit, hîc vbi editi libri ἢ πῦον ἐκ ῥινὸς habent, codices manu ſcriptos Regios omnes ἢ πύον legere, vt ad ῥύσιν referatur.

[45] *Comm. 3. in Prorrh.*

Qui capitis doloribus & aurium tinnitibus citra febrem, aut tenebricoſa vertigine, & vocis tarditate, manuúmque ſtupore tentantur, in iis aut ſyderationem, aut morbum comitialem, aut etiam obliuionem ſperare conuenit.

[161] Οἷσι κεφαλαλγίαι καὶ ἦχοι ἀπυρέτοισι, καὶ σκοτο-
δινίη, καὶ φωνῆς βραδυτὴς, καὶ ναρκὴ χειρῶν, ἢ ἀποπλη-
κτοι, ἢ ὀπισθοπληξιαὶ πρὸς δὲ λόγου βούτοις ἔσεσθαι, ἢ καὶ ἐ-
πιλήψιμοι.

Hoc præſagium Hippocratis diſciplina maximè dignum, magnam in cerebro humoris frigidi redundantiam indicat, quæ à
G languido calore commota, flatus cum tenebricoſa vertigine excitat. Præcipuè verò ſyderationis metus eſt, ſi capitis dolor de repente ac ſine febre contingat, vt ex aph. 51. lib. 6. ſatis eſt teſtatum. Vertigo etiam morbi comitialis quodammodo eſt prænuncia. Vocis autem tarditatem (quam βαρύτητα vocat Prorrh. 2.) inexplicatum ſermonem ac veluti balbutientem linguam vocat, humore nimio irrigatis linguæ muſculis ac neruis. Quæ calamitas in ſyderatorum aut epilepticorum denunciatione apparet. Manuum quoque ſtupor ac torpor ſentitur, neruorũ propagine ac ſpina dorſi humoris affluxum ex poſteriore cerebri parte ſentiente, vnde etiam propter imbecillitatem neruorum, contremiſcunt apoplectici & epileptici. Ex eodem etiam fonte memoriæ deprauatio ac obliuio manat, per quam Lethargus ſignificari videtur. Cæterùm hîc ſecuti ſumus publicatos codices, qui ἀπυρέτοισι legunt, quòd febris his malis remedium afferat ex aph. 5. lib. 5. & 51. lib. 6. etſi in quibuſdam ἐμπυρετοῖσι legatur, alij etiam ἐν πυρετοῖσι habent. Codices manu ſcripti Regij omnes hanc dictionem omittunt, quod etiam fecit Cal. Vaticanos codices ſecutus.

Ex capite dolẽtes, & alto ſtupore (quem catochum dicunt) detenti, ac delirantes, cum alui interceptione & ferociente intuitu, floridi, in ſcapulas rigeſcunt, ac poſteriorum partium diſtentione tentantur.

[162] Οἱ κεφαλαλγέες, κατόχως παραφρούοντες, κοι-
λίης ἀποληφθείσης, ὄμμα θρασυνθέντες, ἀνθηροὶ, ὀπι-
σθοτονώδεες γίνονται.

Sententia est Prorrhetici 88. indeque repetenda est & eruenda explicatio.

Quę caput quodammodo concutiunt, cum intensa oculorũ rubedine, ac manifesto delirio, perniciem denunciant. Neque tamen hoc ad mortem comitatur, verùm circa aurem tumorem excitat.

163 Τὰ ὑποσείοντα κεφαλῆς ὄμματα ἐρεύθεα, τὰ δακρύοντα ἀφῶς, ὀλέθρια. ἐξαπιδνήσκει τοῦτο, ἀλλὰ παρ' οἷς οἴδημα ποιέει.

Obscurum est quid per τὰ ὑποσείοντα κεφαλῆς intelligatur, & τὰ σείοντα κεφαλῆς in affectata de industria obscuritate reponit Galenus in Prorrh. Ea tamen intelligi possunt quæ aliquo modo caput commouẽt & concutiunt, qualia sunt quæ in caput subuehuntur & illud tentant. Quo in genere malè habentia caput symptomata reponentur. Audiri quoq; possunt venarum ac arteriarum in capite pulsationes, palpitationes ac succussiones quædam, aut capitis motiones tremulæ & conquassationes ob neruorum ac virtutis imbecillitatem. Oculi verò prærubri meningum cerebri inflammationem, aut sanguinis sublati & incensi copiam denotant. Atque in huiusmodi redundantiæ copia promptè excitato incendio, deliria manifesta ac apparentia fiunt, quæ sunt pessimè affecti cerebri certissima indicia, & perniciem intentant. Ex quibus salus etiam sperari potest, si sanguinis ex naribus profluuium incendium restinxerit, aut copiam depleuerit, aut si humorum sæuitiam natura concoctione mitigauerit, & per abscessum ad aures deposuerit. ἐξαπιδνήσκειν autem de morbis dicitur, qui cùm diutiùs perdurarint & consenuerint, mortem tandem adferunt & ad eam concomitantur, vt aph. 39. lib. 2. & aph. 7. lib. 5. συνήθεσιν exponit *Aretæus, & χρονίζειν Gal. aph. 28. lib. 3. Hîc verò τὰ ὑποσείοντα κεφαλῆς lego, familiari Hippocrati phrasi, etsi reliqua exemplaria manu scripta ὑποσείοντα κεφαλῆς ὄμματα coniungunt, quæ secutus etiam videtur Caluus. Quæ lectio de inconstantibus ac volubiliter motis oculis intelligi potest, ac inter phrenitidis & insaniæ præsagia habetur. Scripti porrò codices Regij hîc ποιέει omittunt.

*Cap. 5. lib. 1. de Cur. acut.

Dolor capitis cum sedis ac pudendorum dolore, torporem ac impotentiam adfert, vocemque exoluit, neq; ista molestiam exhibent. Verùm ex his somnolenti ac singultuosi nono mense euadunt, & voce libera reddita in integrum restituuntur.

164 Κεφαλαλγίαι μεθ' ἕδρης καὶ αἰδοίων ἀλγήματος, καὶ νωθρότητα καὶ ἀκρησίλιν παρέχει, καὶ φωνὴν τὴν δαλοῦ. ταῦτα οὐ χαλεπά, ὑπνώδεες δὲ καὶ λυγώδεες γίνονται ἐνάτῳ μηνὶ ἐκ τούτων. φωνῆς λυθείσης ἐς ὃ αὖθις καθίστανται.

Coitio est signorum diuersi generis, neq; enim sedis aut pudendorum dolor aliquid habent cum capite consensionis. Dolor capitis affecto humiditate plurima ac frigiditate neruorum principio, ad motum impotentiam ac ex neruorum imbecillitate torporis sensum exhibere potest, & increscẽte damno atq; calamitatem sentientibus sextæ & septimæ coniugationis neruis, vocem præpedire, vnde & singultuosi fiunt. Sed neq; ista exiguæ calamitatis sunt indicia, neq; leue periculũ intentant, impeditis ac quodammodo sopitis animalibus effectionibus, ex quibus somnolenti redduntur. Neque verò vocis exolutio aut ἀφωνία apud Hippocratem exigui est momenti, præsertim si κεφαλαλγία accedat. Aut enim morbũ comitialem, aut apoplexiam, aut syderationem aliquam, aut conuulsionem non tenere suspectat. Quorum omnium absolutionem ac sensationum præpeditarum libertatem ac redintegrationem, φωνὴ λυθεῖσα significat, quæ vocem restitutam, liberam, expeditam ac explanatam denotat, & φωνὴ δεδαλευμένη opponitur, idemque quod φθόγξις denunciat, quæ ἀφωνίαν oppugnat aph. 5. lib. 5. Quinetiam Hippocrates lib. 2. epid. conuulsionis ac morbi comitialis depulsionem ex vocis libertate reddita fœliciter auguratur, his verbis: τῆς φωνῆς λυομένης πυκνὰ λύεται. ἡ γὰρ λύσις τῇ φθόγξι ὁμοίη. Inconsulta autem est & præter rationem in nonum mensem mali dilatio, cùm ista calamitas non tantas ferat inducias, vt & vitiosa est ἐξαπάτεως ratio κεφαλαλγίας παρίστη, quales multæ sunt impropriæ orationes in huius Præsagij ac Prorrhetici authore, nisi si huc mendum obrepsit & κεφαλαλγία legendum quod fecerunt omnes interpretes. Codices manu scripti Regij καὶ νωθρότητα καὶ ἀκρησίας καταχεῖ legunt, non satis integra lectione, quã tamen retinuisse videtur Caluus & ἀκρασίας legisse. Sunt qui etiam ἀκρησίλιν καταχεῖ scribunt, non ineleganti (vt reor) phrasi, quæ ex capitis dolore ac sensationum principio, velut ex mali fonte in neruorum riuos deriuatam & quodammodo effusam motionis impotentiam innuit. Atque hîc ἀκρησίαν αὐτὴ τῆς ἀκρατείας mihi sumi videtur, vt ἀκράτειαν Θερμωδὴ ex Prorrhetico, paulò post ἀκρατίλιν vocat Ionicè, ac debilitatem, imporentiam ac incontinentiam quandam & ὀκνησίαν significat, velut aph. 16. lib. 5. νεύρων ἀκράτειαν, neruorum imbecillitatem intelligit. Neque alia notione ἀκρατὴς γλῶσσα ** Hippocrati dicitur, ἀσθενέστερος ὡς μὴ διαῤῥοῦσα ἀκριβῶς ἢ φωνεῖ, ἢ ἀκίνητος ἢ τοῦ θελομένου, vt explicat Galenus, Varino verò ἀδιάῤῥωστος & ἀκρατὴς ἰσοῦ δυσκινησίας.

** Aphor. 40. lib. 7.

Lumbricis verò tenuibus & longis (qui ascarides dicuntur) in capitis dolore vexatis, consequente surditate & sopore, tubercula ad aures excitantur.

165 Ἀσκαριδώδεες ἢ ἠλιθμοὶ ἐν κεφαλαλγίῃ, κώφωσις καὶ κῶμα τὰ δακολουθοῦντα, τὰ παρ' οἷς ἐπαίρει.

Ascarides qui tenues sunt lumbrici in inferiore crassioris intestini parte geniti (vt scribit Gal. Comment. ad aphor. 26. lib. 3.) nihil habent cum abscessibus ad aures commune, nihilque ad eorum præsagium conferunt. Quare huius sententiæ principium quidam superioris fini connectunt, vt voce in integrum restituta verminosi euadant. At quibus caput pituita & humiditate oppletur cum frigiditate plurima, iis contingit sopore & surditate pressis, vt tubercula ad aures suboriantur. Huc accedit quòd eiusmodi sententia ex Prorrhetico repetita, in quo sæpe sopor & surditas parotidas denunciant, ne minimam quidem ascaridum significationem præbet. Præcipuè verò ex Prorrh. 168. desumpta videtur. ἐν κεφαλαλγίῃ κῶμα καὶ κώφωσις παρ' οἷς ἐξερεύγεται. Cui etiam subscribit Prorrh. 159. ἐν κωφώσεσι ὀπισθεν, τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε καὶ ἐὰν ἀσῶδες τι ὑπηρξεν τὰ τοῖσι κωματώδεσιν, ὀδυνᾶ τοῦπισθεν μᾶλλον.

Qui capitis dolore vexãtur, ac alto stupore (quem catochum vocant) cum dolore detinẽtur, oculos habent prærubros, in iis sanguinis profluuium sperandum est.

166 Οἱ κεφαλαλγέες, κατόχως ὀδυνώδεες, ὄμμα ἐξέρυθρον, αἱμορροῦν.

κατόχως ὀδυνώδεες qui alto stupore (quem Catochon vocamus & Catalepsin imitatur) detinẽtur cum dolore dici possunt. Nam etsi cataleptici præpeditis sensibus non dolent, hîc tamen comatosus quidam affectus catoches in modum, cum capitis dolore intelligitur, in quibus etiam ex humorum abundantia facies prærubra apparet, ideoque αὐθηροὶ, quod idem est quod ἐξέρυθροι, nuncupantur. Non me latet tamen de fixo pertinaci, inhærenti & firmo dolore, κατόχως illud explicari posse, quod familiare est huius Præsagij & Prorrhetici authori: velut τὰ κατόχως παροξυνόμενα in Prorrhetico, grauiter & firmiter affligentia, & κατόχως δακρύοντες paulò antea, vehementer ac pertinaciter delirantes intelligi possunt. Non secus ac hîc quoq; pertinax ac altè infixus capitis dolor sanguinis profluuium promouere potest. Est enim κεφαλαλγία commune ad parotidas & hæmorrhagiam signum. Sed præcipuè sanguinem profundunt oculi prærubri, vt ex hac Prorrhetici sententia indicatur, πρηχλὸν ὀδυνώδεα, ὄμματα ἐξέρυθρα, αἱμορροῦντα. Est vbi interdum neruorum principij, aut meningum aut etiam vẽtriculi inflammationem oculorum rubedo præsefert, vt scribitur aphor. 3. lib. septimi.

Quæ caput concutiunt, & aurium sonitus excitant, sanguinem è naribus profundunt, aut mulieri

167 Τὰ σείοντα κεφαλὴν, τὰ ἠχώδεα, αἱμορροῦν, ἢ γυναικὸς τὰ γυναικεῖα, καταβιβάζει, ἄλλως τε καὶ ἐὰν ἀήρ τις ἐπιῤῥάξῃ καῦμα τὰ δακολουθοῦντα. ἴσως δὲ καὶ δυσεντερικά.

menstrua deturbant, idq; præsertim si ad spinam ardor consequatur. Fortasse etiam difficultas intestinorum expectanda est.

Desumpta est hæc sententia ex Prorrh. 143. Quò magis publicatorum codicum vitium apparet, qui hanc sententiam cum superiore connectunt. τὰ σείοντα κεφαλὴν hîc de micantibus & palpitantibus temporum arteriis sumuntur, vbi sanguis feruidus & æstuans, aut vaporosus vasa inflat & attollit, vnde palpitationes & aurium sonitus excitantur, aut ex biliosi & concalefacti sanguinis agitatione, hæmorrhagiæ spes obiicitur. In mulieribus quoque mensium abundantia per vterum deturbari potest, præcipuè verò si in maioribus vasis feruidus ille sanguis ebullit, & in magna arteria & vena, quæ spinæ incumbit, exæstuat, vnde ad spinam ardoris sensus commouetur, & παλμὸς conspicitur, qui Agathino etiam πρυμὸς dicitur, vt scribit Galen. lib. 4. de differ. puls. Sic & interdum humoris transpositu, vbi materia illa acris & biliosa in aluum erumpit, suaq̃ue acrimonia intestina lacinat, intestinorum difficultas expectari potest.

Qui capite grauati ad synciput dolorem sentiunt, peruigilio torquentur, iis sanguinis eruptionem fore spes est, tum verò præcipuè si aliquis contẽtionis sensus ad ceruicem pertingat.

168 Οἱ καρηβαρικοὶ, τὴν βρέγμα ὀδυνώδεες, ἀγρυπνοι, αἱμορραγέουσιν, ἄλλως τε καὶ ἐὰν τις ἐς τράχηλον σωτείνῃ.

Repetitur hæc sententia Prorrh. 135. inter communia hæmorrhagiæ signa. Melior autem est lectio ἐὰν ἐς τράχηλον σωτείνῃ, pro ἐὰν. Quam etiam lectionem ex codicibus Vaticanis mihi secutus videtur Caluus, cùm dixit, si quid in ceruicem collúmve contendat.

Vomitus virulenti & æruginosi in capitis doloribus cum surditate & insomnia, promptam insaniam significant.

169 Τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσιν ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος, ἀγρυπνοῖσι τάχυ ἐκμαίνει.

Prorrh. 10. repetitur hoc præsagium & illic à Galeno explicatur.

Quibus capitis & ceruicis dolor, ac totius corporis impotentia quædam cum tremore adest, ab his sanguinis eruptio liberat, fortassisque ista tandem dissoluuntur. Verùm interim vesicæ intercipiuntur.

170 Οἷσι κεφαλῆς καὶ τραχήλου πόνος, καὶ ὅλου δέος ἀκρατὴς τρομώδης, αἱμορραγίη λύει. ἀπαρκεῖ *ἔτι χρόνῳ λύονται. εἰ δὲ κύστεις ἐν τούτῳ ἀπολαμβάνονται.

* οὔτι

Plethorica ista symptomata ac redundantem corporis succulentiam, ex qua capitis dolor, ceruicis contensio, ac tremula quædam corporis impotentia, & ad motiones grauitas impendent, liberalis sanguinis fluxus soluit. Quin & fortassis ista naturæ benignitate ac robore, tempore discuti possunt, eiusmodique copia in vesicæ alueum velut depositu quodam exonerari & ad effluuium ablegari. Ex quo præ materiæ abundãtia vesicæ interceptiones fiant, ac veluti φραγμοειδεῖς ἀποσέλαι, tot nominibus ab Hippocrate, in ea quæ κατ' ἀπόκοπον fit absolutione concelebratæ. Huicque præsagio exemplo esse potest ager primus lib. 3. epid. Aut certè naturæ ductu, effusa aliqua per partes superiores euacuatione, inferiores vias intercludi solenne est. Aliòqui sanè perplexa est hîc vesicæ interceptio, vt nec Prorrh. 152. (vbi hæc sententia repetitur) vllo modo expressa. Quòd si quis velicam suppressam ac veluti exolutam, ex neruorum affecto principio, & totius corporis ad motum imbecillitate tremula augurari volet, indeque promptam conuulsionem suspectare, cui sanguinis eruptio medelam afferat: næ ille mẽ non valdè iniquum habebit assensorem, ac proinde suæ opinioni sequentem sententiam & Prorrh. 120. accommodabit: vbi illud τὰ νεφροδῆ ἐκλυόμενα ob multiplicem ambiguamque significationem, istam neruorum imbecillitatem affectamque totius corporis inotricem facultatem partim respiciet, partim verò ad vesicæ suppressionem non ineptè omninò adaptabitur, si τὰ ἐκλυόμενα αὐτὰ τὰ ἐκκρινόμενα obaudias. Sed sanè ista mihi ad mali totius absolutionem potissimùm spectare videntur. Quidam verò codices λαμβάνονται pro ἀπολαμβάνονται habent. Verùm illam lectionem suspectam facit, tum vsitata Hippocrati phrasis, tum etiam perpetuus in prima lectione retinenda ex pluteo reconditorum codicum consensus, ex quibus Regij omnes πόνοι pro πόνος legunt.

In grauibus & acutis capitis doloribus, cum torpore & grauitatis sensu, procliues sunt conuulsiones.

171 Ἐν τῇσιν ὀξείῃσι κεφαλαλγίῃσι, καὶ τῇσιν ναρκώδεσι μετὰ βαρέος, ἐπέλαι σπασμώδεα γίνεται.

Hæc symptomata ex capitis repletione affectam & oppressam neruorum originem præseferunt, ad quas affectiones animalium functionum noxias, tum verò sensationum ac motionum prauitates consequi est consentaneum, non autem necesse, vt scribit Gal. Comm. 3. in Prorrh. Sic in capitis dolore cum sopore ac grauitate, suspectas conuulsiones facit *Prorrhetici author. Illud verò τῇσιν ναρκώδεσι Caluus ad temporum offensionem retulisse videtur & longè aliam habuisse lectionem.

* Prorrh. 103.

Ex capitis dolore liberat pus è naribus effluens, aut sputa crassa & inodora. Liberat quoque & vlcerum eruptio, interdum verò & somnus, ac alui fluxus.

172 Κεφαλαλγίῃ λύει πῦον διὰ ῥινῶν, ἢ τὰ πτύελα παχέα καὶ ἄοσμα. λύει δὲ καὶ ἑλκέων ἔκθυσις, ποτὲ δὲ καὶ ὕπνος, καὶ κοιλίης ῥύσις.

Plurima habentur apud Hippocratem ex capitis dolore solutionum exempla, humore noxio effuso, aut aliò translato & depositio. Præcipuè ad hanc rem facit aphor. 10. lib. 6. qui & libello περὶ κρισίων & multis locis ab Hippocrate repetitur. Lib. quoque de Morbis Hippocrates in capitis doloribus huiusmodi ferè solutionum meminit. Nam & pus è naribus aut auribus effluens, aut mucus & pituita per nares & os reiecta, aut sanguis effusus dolorem huiusmodi leuant. Hîc verò pituitam concoctione subactam per sputa crassa & inodora, & quæ nihil putredinis haberet intellexit, siue ex pulmonibus tussi, siue ex oris saliuatione reiiceretur. Est vbi etiam somnus capitis dolores benignos & leues discutiat, malignos interdum exasperet. Vlcerum verò eruptio & alui fluxus, humoris transpositi & aliò demissi rationem habent. Quæ ferè omnia solutionum remedia in capitis doloribus varia ratione adhibentur Prorrh. 2. Qui locus ad huius notionem non minimùm facit: ὁκόσοι ἢ αὐτοῖσι ἀμβλυώσσουσι καὶ ἀρευθὲς ὄψεται, ὅτι ἢν ὀφθαλμοὶ αὐτῶν γένεται, καὶ κωφοὶ ἔχει τὸ μέτωπον, τοῦτοισιν αἱμόῤῥοι ἔσται τὴν αὐτομάτου καὶ ἐξ αὐλίης. ἁπλοῖ εἰσι ὁ τρόπος. οἷσι δὲ ὀδυνῶν τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ μέτωπον, ἢν τε τὴν αὐτέμου τὴν μεγάλων γίνωνται, τὰ ἐκ τῆς ψυχῶν ὅταν διαφθείρωσιν ἰχῶρες, τούτους δὲ κόρυζα μὲν πλείως μάλιστα ἀπαλλάσσουσιν, ὠφελέουσι τε καὶ ἠπαροῖ καὶ βλέψαι ἐν τῇσι ῥοῖσι γινόμενοι, μᾶλλον μὲν ἀπὸ τὴν αὐτομάτου, εἰ δὲ μὴ, ἐξ αὐλίης, κόρυζα γίνωνται πλείως, ὥσπερ καὶ βῆξις ὀδυνῶν. οὗτοι δὲ ἠπαροῖ ὀδυνώμενοι, τοῖς ὀδυνῶσι μὴ παύωσι, φύματα αὐλίαν ὀδυνῶν καὶ ἀρχοίας τούτοισιν. ὁκόσοισι δὲ ὀδυνῶν αὐτὸν τὸ πρόσωπόν τε γίνωνται, τὰ πολυχρόνιοι, καὶ ἐν πάσῃ τῇ κεφαλῇ, ἰσχοῦσι τε ἐοῦσι καὶ ἀμβλυωσοῖσι, προσορᾶσθαι τούτοισι τὸ νόσημα πολλὰ χαλεπὸ πρὸ τὸ προσόψιον. τὰ δὲ καὶ ἐς τὸν τράχηλόν τε καὶ ἐς τὸν ὦτον ἢ ὀδυνῶν καταβαίνῃ πλὴν κεφαλῆς ἀπολιπούσα, καὶ αὖθις πάλιν παλινδρομέει ἐς τὴ κεφαλὴν, καὶ ἐπὶ χαλεπὸ πρὸ γίνεται. τούτων δὲ πάντων δεινόταται, ἢν ξυμπίνοι ὀκόσ' ἢ κεφαλῆς ἐς τὴ τράχηλόν τε καὶ τὴν νῶτα. τοῖς δὲ ὠφελείας τούτοισι προσεδόκησε ἐξ ἀποπασίων ἔσεσθαι, ἢ πῦον βηξάσιν, ἢ αἱμόῤῥοΐδες ἐρεύσιν, ἢ ἐξαιμάσσεται ἐν τοῖς σώμασι. κοιλιοπλέει δὲ καὶ πυρωθῆσι ἢ κεφαλή. Quem certè locum Celsus cùm suo more in vsum suum transtulerit, eius

versionem apponam ex cap.8. lib.2. At dolores capitis, quibus oculorum caligo & rubor cum quadã frontis prurigine accedunt, A
sanguinis profusione vel fortuita, vel etiam petita summouentur. Si capitis ac frontis dolores ex vento, vel frigore, aut æstu sunt,
grauedine & sternutamento finiuntur. Et rursus paulò pòst, Si sine causa longus dolor capitis est, & in ceruices ac scapulas transit,
rursusque in caput reuertitur, aut à capite ad ceruices scapulasque peruenit, perniciosus est, nisi vomicam aliquam excitauit, sic vt
pus extulliretur, aut nisi sanguis ex aliqua parte prorupit, aut nisi in capite multa porrigo, totóve corpore pustulæ ortæ sunt. Vbi
edititij codices pruriginem pro porrigine manifesto vitio ponunt, vt satis patet ex Hippocrate, & nos admonuimus nostris in lib.
2. Prorrh. annotat. Hic porrò admonẽdum est Caluum ex quibusdam codicibus pro παχία ταχία legisse, cùm vtranque lectio-
nem apposuerit, atque idem ὕπνοι pro ὕπνος legit.

Moderatus capitis dolor cum inexhausta siti, aut sudore febrem non soluente, gingiuarum abscessus, aut circa aures tubercula denunciat, nisi aluus erumpat.

171 Κεφαλῆς ἄλγημα μέτριον μετ' δίψης ἀνιδύσης, ἢ μετ' ἱδρῶτος μὴ λύοντος τὸν πυρετὸν, ἀποστάσιας ἐν οὔλοις B
ἐστιν, ἢ παρ' οὖς σημαίνει, μὴ κοιλίης ἐκπεσούσης.

Signa sunt ἐπιρρωῦῆ & minimè necessaria. Neque enim sitis habet aliquid cum gingiuarum abscessu aut aurium tuberculis com-
mune, neq; etiamsi infida est sudorum qui febres non soluunt aggressio, necessaria est ad capitis dolorem huiusmodi abscessuum
consecutio. Est autem peregrina, vt in opere tumultuario, & alioqui in hoc authore insolens sitis appellatio, ac vt mihi de men-
do suspecta est lectio, ita murari quidem subit, tam constantem fuisse reconditorum exemplariorum in ea dictione retinẽda con-
sensum, nisi quod reconditiora ἀνιδύσης legere videntur nec certè satis explicata literatura, quæ tamen lectio mihi præ cæteris am-
plectenda videtur. Neque sanè quid Cornarius per [sitim cibum capientem] indicare voluerit coniicere satis licet, etsi mihi videtur aut aliter legisse, aut istam dictionem aliò detorsisse, nisi quòd ἀνιδὴ dicitur ἡ τὸν σῖτον ἀναχωρέουσα, ventriculus cibum capiens. Cal- C
ui paulò æquior esse videtur conditio, qui [non peculiarem sitim] dixit, si eam non vulgarem, sed intensam intellexit. Verùm hic
mihi aliam lectionem secutus videtur, ac pro ἀνιδύσης μὴ ἰδίας ὕσης legisse, aut in affectata dictione non temerariam omninò significationem attulisse. Nos vt coniecturæ nostræ calculum ferremus, inexhaustam diximus, & ἀνιδύσης ex vetustioribus codicibus po-
nimus, ac ἀνιδυσίου δίψης quasi ἀνίδυμον, vsurpata magis dictione intelligimus, sitim inexhaustam, intensam, vehementem, profun-
dam, ac velut altè insidentem, & ex viscerum penetralibus exortam, aut quasi penetralem, & cui δύσπολλος δίψα opponitur. Siue
enim ἀνὴ priuantis, siue inrentionis sensum indicat, ex ἀνὴ & δύω aut ἀνδύω coagmentata est dictio, & vt ἀνίδυμον, βαθὺ, ἔγκατον, ἀνιάκδυτον,
καὶ ἄδυμον Hesychio significat. Et quia ἀνιδύεται ἐν τῇ κοιλίᾳ, ὀπίσω, ἐνυπνίοις καὶ ἀνδὴ καὶ ἀνδὴ καὶ ἀνδὴ ἀνιδύεται denotant, in ventriculo ac imis visceru pe-
netralibus conceptam sitim, dictionem istam indicare, aliquando cùm Præceptore Hollerio existimauimus, vt sit quasi ἀνιδυὴς ὕσις. Cuius opinionis nos nedum pœnitet aut pudet, cùm ista sitim intendant & incrementi fidem faciant, ac in prioris dictionis
notionem recidant: præsertim q. quòd sciam ἀνιδὴ ventriculum indicare Hippocrati, vt lib. περὶ τέχνης, & lib. περὶ ἀέρων, inferiorem D
ventriculum, vt alibi copiosius scribimus, & τὰ περὶ τὴν ἀνδὴ, τὰ περὶ τὴν γαστέρα explicet Gal. Comm. 4. in lib. de rat. vict. in morb. acut.
Et sanè ad sitim excitãdam plurimùm habet momenti ventriculus, cuius veluti focus in eo delitescit, vt ibidem testatur Galenus.
At verò quia hìc coniecturæ locus est, existimaui aliquando ob rei leuitatem & doloris capitis moderationem, ita & placidam ac
blandam sitim ex dictione ἀνιδύσης intelligi posse, vt sit idem quòd ἀνίδυμος, hoc est dulcis ac placida, qua notione sæpe ἀνίδυμον ὕπνον
effert Homerus, aut certè pro ἀνιδύσης, ἀπὸ ἀνίσης legi posse, cùm non longè remota sint in codicibus scriptis ab hac lectione vestigia:
& aliòqui solenne sit Hippocrati ἄπνοον, ἀνεφελῆ, ἄσιτον, μαλθακὸν, ὀλιγοσιτίας, ἥμερον significare. Et verò placabilis & moderata, aut
benigna sitis in capitis dolore humorum qualitatem satis denotat, ad quam huiusmodi abscessus consequi non est à ratione alie-
num, cùm in siti intensa præsertim cum febre & capitis dolore, non omninò leue damnum sit, nec huiusmodi abscessus, sed ferè
hæmorrhagia, aut sudor consequatur. Eiusmodi autem abscessus faciliùs denunciari potest, vbi in febre sitis quæ aliòquì ante a in-
tensa fuerat, mitescit, quod calorem ipsum deferbuisse, iamque materiam ipsam ad abscessus compositam indicat, idque præci- E
puè si sudores irriti adfuerint. Nec verò me latet quàm parum exquisita huius dictionis notatio ad rei cognitionem faciat, aut
quàm aptè alium in locum amandari queant. Cùm tamen ad dictionis notionem ad quam explicandam hoc in authore non in-
gratis incumbimus, plurimùm habeant ponderis, ea duximus huic loco pro deposito commandanda, quæ nobis in alium vsum
atque aliis etiam reseruaret. At verò longè post nostras istas lucubrationes Oplopœi viri doctissimi coniectura vti licuit, qui μὴ ἰδίου legendum non absurda omninò ratione existimat, à verbo ἱδρόω, quod ἱδρωῦν, sudare significat, vt sit non sudãtibus: cuius lectionis vestigia ex manu scriptis codicibus expressa esse voluit.

Capitis dolor cum sopore & grauitatis sensu, quodammodo conuulsionem accersit.

174 Κεφαλαλγὴς καρώδης μετὰ βαρέος, ποιεῖ σπασμῶδες.

Ad huius sententiæ explicationem facit quod antea scriptum est sent. 171. Parum autem valet ad artis constantiam huiusmo- F
di ambigua scriptio qua vtitur huius præsagij ac Prorrhetici author, cùm ἢ addit. Id enim aut rarum, aut leuem rei euentum prædicit. Sic in Prorrh. in eadem pene conuulsionis causa dixit, ἴσοις ἢ τούτοισι καὶ σπασμῶδες * ἢ παθὼν ἀφελῆ.

* *Prorrh.* 103.

Qui capitis dolore, siti, leui peruigilio detinentur, obscurè loquuntur, ad motum impotẽtes, humescente alui lassitudine vexantur. In iis fortasse insania metuenda est.

171 Οἱ κεφαλαλγικοὶ, δυσφώνεες, ἀπάγρυπνοι, ἀσαφέες, ἀδυνάτοι, ὅτι κοιλίη ὑγρὴ κοπώδεη, κεφαλαλγικῷ, δυσφώνεη, ἀγρύπνῳ, ἀσαφεῖ, ἀδυνάτῳ, οἷσι τὰ τοιαῦτα, ἐλπὶς ὀκτὼ ὧραι. Ex quo exemplaria omnia manu scripta Regia ἄγρυπνοι, non ἀπάγρυπνοι legunt. Sic ἐξίστανται meliùs legi apparet, cùm tamen codices omnes, tum publicati, tum reconditi, ἐξανίστανται legant. Quod certè Caluum impulit vt istud de frequenti ægrorum exurrectione sumeret, cui sæpiùs ab Hippocrate accommodatur.

Qui capite dolent cum leni aliqua surditate, manuum tremore, ceruicis dolore, nigricantes reddentes vrinas & densas, ij si nigra vomitione refuderint perniciosè habere suspicandi sint.

176 Κεφαλαλγέες, ἀπόκωφοι, χεῖρας τρομώδεες, βάχηλον ὀδυνώδεες, οὐρέοντες μέλανα δεδασυμμένα, ἐμέοντες μέλανα, ὀλέθριοι.

Hoc præsagium Prorrhetico 95. lucem affert, vnde desumptum videtur. Caluus sententiam istam præcedenti anteposuit. H

Tenuiter exudantes cum capitis dolore & aluo intercepta, ad conuulsiones proni sunt.

177 Οἱ κεφαλαλγέες, ἐφιδροῦντες, κοιλίαι ἀπειλημμένοι, σπασμώδεες.

Idem.

A Idem paulò ante sent. 154. de febribus est expressum, & ex Prorrh. repetitum.

178 Τὸ καρῶδες πάνυ βαθὺ κακόν.

Sopor profundus & altus omninò damnandus est.

Quod Prorrh. 63. hæsitanter nec non nisi ambiguè assensionem sustinens extulit, hìc definitè quodammodo pronunciat & vniuersali decreto configit: vt non dubium sit τὸ καρῶδες hìc κάρον νοσῶδη exprimere, ex cerebri offensa humore frigido & pituitoso grauati, qui etiam sensationum actiones præpeditas reddit, & κῶμα aut καταφορὰν refert, & διαδίεκρησις κατάστασις dicitur, ab eo profundo & alto sopore qui humorum benigna succulentia oppletum cerebrum significat non parum differens, quem βαθὺ καὶ διαδίεκρησιν ὕπνον vocat Galenus. Cuius rei coniectura inde etiam petenda est, quòd decursis in vniuersum capitis affectibus singulares partium capitis affectiones, vt cerebri, aurium, faciei, ipsius denique oris particulas prosequitur, hinc à comate initium faciens. Sed & antea præsagio 31. ad extremum tale aliquid attexuisse videtur.

B 179 Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι θηρώδεες μετὰ κεφαλῆς, ὀσφύος, βαχήλου, ὑποχονδρίου ὀδυνῶν: ἀναπνέοντες, ἢ ἐόντες φρενιτικοὶ; πυκτὴρ ἐν τούτοισιν ἀποσάζων, ὀλέθριον, ἄλλως τε καὶ τεταρταίοισιν ἐοῦσι, ἢ ἀρχομένοισι. Κακὸν δὲ καὶ κοιλίης ἐπίπλοησις ἐξέρευθος.

Qui inter initia sopore detenti, capitis, lumborum, ceruicis, præcordiorum dolore ac insomnia conflictantur, considerandi num phrenitici euadant. In his narium stillatio perniciem ostentat, tum verò vel maximè, si quarto die, aut inter initia cõtingat. Alui quoque prærubra proluuies, malo est.

Hæc sententia descripta est initio Prorrhetici, vbi & fusissimè à Galeno explicatur, & libello † περὶ κώματος. Quin & ab eodem
C expenditur Comment. 2. in lib. 3. epid. † *Cap. 6. & 7.*

180 Οἱ κωματώδεες ἐξ ἀρχῆς ἐφιδρώσαντες, οὐρεῖσι πέπροσι, καυστικοὶ, ἀκρίτως δὲ ἀναψύχοντες, ἀφθαχέων θανατικέες, νωθροὶ, κωματώδεες, ἀπασμώδεες, ὀλέθριοι.

Qui sopore oppressi circa initia, tenuiter exudantes, concoctas vrinas emittunt, cum magna corporis æstuatione, citra iudicationem verò perfrigescunt, & rursum ex breuibus interuallis peruruntur, torpore, sopore, aut cõuulsione tentati, perniciosè affecti sunt.

Concursus est multorum symptomatum, quæ si simul coëant, valde est perniciosus & lethalis, aliter paulò descriptus Prorrh. 102. ex quo hoc loco restitui potest: etsi κῶμα inter initia ex materiæ copia, progresso autem morbo, ex virium & spirituum exolutione adesse potest. Magnæ autem humoris abundantiæ cerebrum prægrauantis, & sensationum arcem occupantis, in æqualiD
terque corpus affligentis indicatura hoc præsagio valde suspecta redditur, vnde æstuantes citra rationem aut iudicationem perfrigerantur (id enim significat, ἀκρίτως, ἀθρόως, ἀκόμως, aut ἀσήμως) modò etiam ex breuibus interuallis peruruntur, quod δι' ὀλιγοχρόνου θανατικέες denotant. δι' ὀλιγοχρόνου tamen in Prorrhetico legitur, quod aliàs intensionem & celeritatem denotat.

181 Οἱ κωματώδεες ὕπνοι, καὶ αἱ καταψύξιες, ὀλέθριον.

Somni, quales sopore oppressis, & totius corporis perfrictiones, perniciem ostentant.

Cùm sit κῶμα εἰς ὕπνον καταφορὰ καὶ διαδίεκρησις κατάστασις (vt scribit Gal.) κωματώδεες ὕπνοι dicuntur, somni profundi quique cum alto & graui sopore fiunt, à quibus non facilè excitantur ægri, quod κῶμα βαρὺ dicitur Hippocrati lib. 3. epid. aliquando etiam κῶμα βαθὺ καὶ ὑπνῶδες, cui τὸ ἄγρυπνον κῶμα καὶ ἀχ ὑπνῶδες opponit. Quod cùm eueniat valde refrigerato neruorum principio & sensationis arce, accedente etiam humiditate, lethargicæ affectiones fiunt, vt scribit Galen. †† quas hìc per καταψύξις innuere videtur, præser-
E tim cùm celebre sit huius præsagij, vt Prorrhetici authori, per κῶμα lethargum denunciare, vt scribit Gal. in fine Prorrh. Aliòquì haud minus sunt lethales perfrictiones, quæ calidi natiui extinctionem consequuntur.

†† *Comment. 2. in Prorrh. & ad aph. 3. lib. 2.*

182 Κωματώδεας, κοπιώδεας, κεκωφωμένους, κοιλίης καταρρωγίης, ἐρυθρὰ διελθόντα περὶ κεῖσιν, ὠφελεῖ.

Sopore, lassitudine ac surditate tentatos, aluus erumpens & ad iudicationem rubra demittens, iuuat.

Ista prægrauati cerebri symptomata, transmissis per aluum humoribus, natura ad iudicationem contendente, non abs re leuantur. ἐρυθρὸν verò ad eum colorem qui ad ruffum accedit, extenditur, vt bilis rubra intelligatur, quæ egestiones rubras tingit, vnde nomenclaturam habet. Possunt etiam sanguineæ deiectiones materiam deturbare, quæ huius coitionis causa est, vbi à fer-
F uidiore sanguine pendet.

183 Κωματώδεες, ἀσώδεες, ὑποχόνδριον ὀδυνώδεες, σμικρὰ ἐμετώδεες, τὰ παρ' οὖς ἴσχουσι. πρόσθεν δὲ περὶ τὸ πρόσωπον ἐπάρματα μετὰ κώματος.

Qui sopore detinentur cum incontinenti corporis iactatione, præcordiorum dolore, & parua vomitione, ij tubercula ad aures habent. Sed & antea circa faciem tumores apparent cum sopore.

Digna artis complexione sententia ad parotidum denunciationem, quæ paulò aliter scribitur Prorrh. 165. & satis à Galen. explicatur. Codices quidam manu scripti αἱματώδεες pro ἐμετώδεες legunt, quemadmodum etiam in Prorrhetico scribitur. In extremo quoque pro μετὰ κώματος, κώματος legunt, quòd faciei tumor & rubor non sine æstu aut calore sursum repentem materiam indicet.

G 184 Τὰ ἐξαίφνης θαλαχρόσαντα ἀλυσμοὶ, αἱμορραγίαι.

Quibus in morbis subita fit mentis perculsio, cum inquieta corporis iactatione, iis sanguinis eruptionẽ fore spes est.

Prorrh. 136. & antea sent. 111. aliter scribitur hæc sententia, nec ita diminutè, & pro θαλαχρόσαντα ἀγρυπνήσαντα legitur, quòd insomnia ac delirium communia sint hæmorrhagiæ signa.

185 Τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα, ὀδυνώδεα ὑποχονδρία, θαμινὰ σμικρὰ φύοντα, τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα, κωματώδεες, ἢ ἐξ ἀγρυπνίας ἀσασμώδεες.

Qui sopore, corporis inquietudine, præcordiorum dolore affliguntur, cum frequenti & pauca sputatione; iis tubercula ad aures exoriuntur, ac fortassis sopore tentati ad aliquam conuulsionem deueniunt.

H Communia sunt hæc sursum ad cerebrum repentis humoris signa, vnde & sopor & parotides excitari possunt, quinetiam fortasse conuulsiones imminere. Quod verò scribitur de pauca & frequenti sputatione, id materiæ vacuatione abscessus ad aures emollit potiùs quàm excitet, vt scribitur Prorrh. 167. Extremam autem huius sententiæ partem quædam exemplaria distinguunt, plurima verò huic annectunt. Aliter etiam distinguit Caluus.

Quibus ſopore conflictatis, fatuitate & alto ſtupore (quem catochon vocant) detentis, præcordia variant, ac venter in tumorem præter naturam ſublatus eſt, cum ciborum faſtidio ac alui interceptione, tenui circa caput & thoracem oborto ſudore. In his animaduertendum eſt, num concitatus & magnus ſpiritus, aut genituræ ſimilis excretio prodiẽs, ſingultum prænunciet? aluus verò fortaſſis etiam biliosa demittat? Eos ſplendeſcens quiddam per vrinam redditum iuuat, aluus verò in his etiam commouetur.

[186] Κωματώδεα, μεμορωμένα, κάπυα, ποικίλλοντα ὑποχόνδρια. καὶ χειλίκιν ἐπηρμένοι, ἀπόσιτοι, ἀπολελαμμένοι, ἐφιδρῦντες. ἦρα τελέοισι ὀδολεῦν πνεῦμα καὶ ὁ γονοειδὲς διελθόν, λύγξα σημαίνει; χειλίκιν ὀξὺ ἦεν γελώδης τοῦ διέρχεται; ὁ λαμπτῶδες ἐν βουτέοισιν ὑρηδὲν ἀφελές. καὶ χειλίαι δὲ βουτέοισιν ὅπτα ἐράωνται. A

Coitio eſt & multum perplexa concurſio, quæ Prorrh. 92. repetitur, & à Galeno fuſiſſimis verbis explicatur. Ex quo vitioſo interductu diſparata in publicatis codicibus ſententia, reponenda eſt ſimulque coniungenda, etſi quidam diſtinctio non eiuſmodi probant. Codices ſcripti καυματώδεα pro κωματώδεα legunt, & Prorrhetico conſentiunt, vbi καυτικὰ ſcribitur, etſi κῶμα cum μωρώσει aptam habet ad communem cauſam cognationem. Hic ἀπόσιτοι, ἀπολελαμμένοι, ſcribitur, in Prorrh. αἴσιτοι ἀπολελαμμένοι legitur. Atque iſtis verbis vtraque Gal. expoſitio comprehenditur: etſi Galen. eam notionem quæ τοὺς ἐπηρμένους ἢ γαστέρα ſignificat magis amplectitur. Atq; hic mihi videtur locus diſertis verbis ab Erotiano indicari, cùm ſcribit ἀπολελαμμένους Bacchio denotare τοὺς πλήρεις ὄντας, Epicli verò ὑφῆς γέμοντας, ἢ καπνιζομένους, ἢ ἀπεκλημμένους, quam poſtremam explicationem amplectitur, vt ſit idem quod Galenus ſignificat, τοὺς ἢ κοιλίαν ἐπεγομένους. Idem quoque Erotianus τὸ γονοειδὲς ad οὖρον refert, & τὸ λευκὸν καὶ παχὺ exponit, & τὸ γονοειδὲς quibuſdam legi innuit, vt ſcripſimus in Prorrh. B

Vbi cerebrum ſyderatione periclitatur, quidam tribus diebus, quidam etiam ſeptem moriuntur, quos ſi euaſerint, ſeruantur. Ex quorum numero pereunt quibus per ſectionem os diſparatum apparuerit.

[187] Ἐγκεφάλου σφακελιζόντος, οἱ μὲν ἐν τῇσι τρίῃσιν ἡμέρῃσιν, οἱ δὲ ἐν τῇσιν ἑβδόμῃσι τελευτῶσι. τούτους ὑγιαφύλοντες, σώζοιτο. οἷσι δὲ διάλμηθῆσι τῶν ὀστέων διεγκὼς εὑρεθῇ τὸ ὀστέον, ἀπόλλυται. C

Hîc agitur de cerebro ex inflammatione ad ſyderationem & corruptionem tendẽte. Sic enim σφάκελον ſumi pro nondum confirmata ſyderatione & eo qui ad corruptionem fit congreſſu, ex Galeno indicauimus noſtris in lib. 2. epid. Com. Sumpta autem eſt hæc ſententia ex aph. 50. lib. 7. & libr. de Morb. 2. & 3. Vbi quintum etiam addit diem, & ſectionis viam ac modum aperit. Fit autem ſectio, vt via fiat puri & tetris vaporibus, ac faciliùs ad locum affectum remedia admoueantur. Dicitur autem διεγκὸς τὸ ὀστέον, os diſparatum aut diſiunctum quia inualeſcente corruptela caluariæ os à membranis quæ oſſi colligantur, præcipuè quâ parte D ſuturæ ſunt, ſeparatur, & ab iſta vnionis ſolutione mors imminet, maximè verò ſi membranæ iam nigricant, & motus cerebri nullus ampliùs apparet. Poteſt etiam intelligi os diſiunctum, quòd oſſis pars quædam corruptione putrefcens ab integra ſecedat, non æquè tamen vrgente periculo, velut in membranarum ab oſſe ſeparatione. Exemplaria omnia manu ſcripta pro σώζονται, ζῶσιν habent, quam etiam lectionem adhibuit Caluus.

Quibus ex poſteriore parte oſſibus fractis, capitis dolor ineſt, vehemens, & craſſa è naribus fluxio malo eſt. Ij dolore antea ad oculum ſuborto, rigore corripiuntur. Quinetiam oſſium ad tempora effracturæ, conuulſiones accerſere ſolent.

[188] Τοῖσι κεφαλαλγικῆσιν ὀστέα ῥαγεῖσιν ἐκ τῶν ὀπιθεν, ῥύσις ἐκ μυκτῆρος λαῦρος, παχεῖα, κακόν. ὀφθαλμὸν τρεψάγησαντες οὗτοι, ῥιγέουσιν. ἦρα αἱ κατὰ κεφαλὴν ὀστέων διαῤῥάγαι ἀπασμώδεες; E

Magnas & inſignes capitis offenſiones attingit. Cùm nanque os capitis poſterius ſit duriſſimum & craſſiſſimum, minorque quàm cæteris partibus cerebri portio illi ſubſit (vt ſcribit Hippocrates) non niſi in validè impactis offenſionibus rumpitur, eæq; noxiæ diuturniores eſſe ſolent, promptiuſque periculum effugiunt. Liberalis autem & magna ſanguinis è naribus fluxio, inſigne in poſteriorem capitis partem inflictum eſſe vulnus indicat, ex quo maiores venas, quæ in anteriorem partem feruntur, diruptas eſſe conuenit. Quam in rem in capitis vulneribus ſolemus ægrorum interrogationes adhibere, num ſanguinem è naribus aut ore effuderint, aut velut attoniti conciderint, aut conſopiti fuerint. Quæ lethalium vulnerum indicia adſcribit Hippocrates. Idem quoque in graui bus capitis offenſionibus, rubicundum aut ἐρισιπελατώδη faciei tumorem, aut amborum oculorum, aut etiam alterius, ex inembranarum cerebri affectione annotat, rigorem quoque & febrem, quæ hyeme tardiùs, æſtate autem celeriùs occupet. Quibus affectibus medicamento bilem deturbante conſulit. Ac aliàs quoque in oculorum doloribus alui profluuium plerunque moueri ſolet & ſalutare eſſe.* At verò ad grauium capitis offenſionum numerum temporum vulnera meritò adiungunturque, quòd temporum oſſa ſint admodum tenuia & imbecilla, magnuſque ad eum locum ſit venarum, arteriarum ac neruorum concurſus, proximaq; cerebri vicinia. Quamobrem periculoſa admodum ſymptomata conuehunt, conuulſiones & ſopores accerſunt, quòd (vt ſcribit Hippocr. lib. de art.) ὁ ἀπασμοῖσι τῷ πεπόνθοισι, πάντα τρόπον τὸ ἄῤῥον ὑπόσημαίνει σὺν πεπαμένῳ, τῷ ὅπ πληγαὶ κάμνοι καὶ κατρεῦσαι τῷ κροταφίνδες γίνονται. Qui locus quoque in eam cauſam pertrahitur Galeno Comm. 3. in Prorrh. Quin & Prorrh. 21. ſuſpectæ ſunt temporum præciſiones, his verbis: κράγε καὶ περὶ κρόταφον ὀστέων διαῤῥαγὴ ἀπασμὸν ὅπα καλέουσι; Hippocrat. quoque libello περὶ τῆς ἐν κεφαλῇ τρωμάτων temporum ſectiones cauet, quòd hæ offenſiones conuulſiones accerſant. Quod etiam exemplis quibuſdam docetur lib. 5. epid. Cæterùm quòd ad ſcriptionem attinet, reconditi quidam manu ſcripti codices ταχεῖα pro παχεῖα legunt, vt larga & celeriter offenſioni ſuccedens ſanguinis fluxio intelligatur, aut quæ celeriter cùm impetu aut vehementer decurrat. Quæ lectio non videtur aſpernabilis. Quidam etiam manu ſcriptus codex, ἦεν οἱ κατὰ κρόταφον ὀστέων διαῤῥαγαὶ legit: Alter quoque Regius codex διαῤῥαγὰς vitioſè, vt & Aſulanus διαῤῥαγάς. F G

Auris intenſus dolor cum febre acuta, ac cęteris aliquantò grauioribus ſignis, iuuenes quidem intra ſeptimum diem, aut etiam celeriùs, cum delirio necat, niſi puris copia ex aure, aut ſanguis ex naribus effluat, aut aliud quoddam laudabile ſignum extiterit. Ætate autem prouectiores tardiùs aut minùs tollit. Nam & in his aures ante ſuppurant, & delirium minùs infeſtat. Sed & in hac ætate multis morbus reuertitur, ac proinde interficere ſolet.

[189] Ὠτὸς πόνος σὺν πόνῳ, μετὰ πυρετοῦ ὀξέος, καὶ ἄλλου τοῦ σημείου τῶν ἐπιδεικνύντων, τοὺς μὲν νέους ἑβδομαίους κτείνει; καὶ σὺν τρομώτερον τὸν θανατοῦντας, μὴ ῥυέντος πολλοῦ πύου ἐκ τοῦ ὠτὸς, ἢ ἐκ ῥινῶν αἵματος, μηδὲ ἄλλου τοῦ σημείου χρηστοῦ γενομένου· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους βραδύτερον καὶ ἧσσον ἀναιρεῖ. τάχα γὰρ ὅπα φθείνει ἐκπυέειν, καὶ τὸν θανατῶδες καὶ ἀγαθὸν σημεῖον γίνεται. τοῖσι δὲ νεωτέροισιν ἐπὶ πολλοὶ βουτέων, καὶ οὗτοι ἀπόλλυται. H

Hoc præſagiũ luculentis verbis ab Hip. in Prog. deſcriptum eſt, paucis quidẽ immutatis. Sed illîc ſanguinis per nares effluentis altum

A altum eſt ſilentium. Et hunc locum ex Prognoſtico vertit Celſus cap. 7. lib. 2. his verbis, quæ in omnibus noſtris codicibus vitioſè adſcripta ſunt. Auris dolor acutus cum febre continua vehementiq;, ſæpe mentem turbat, & ex eo caſu iuniores interdum intra ſeptimum diem moriuntur, ſeniores tardiùs, quoniam neque æquè magnas febres experiuntur, neque æquè inſaniunt. Ita ſuſtinent dum is affectus in pus vertatur. Sic enim legendum eſſe ſatis teſtatur quòd hîc ſcribitur, τὰ τε γὰρ ὅπα φθείνει ἐκπυέειν, & quod in Prognoſtico ἐκπυίσκεται legitur. Sed publicati omnes codices (intus verſatur) habent, alieno aut prope nullo ſenſu.

[190] Κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ παρεγχόεσι τῷ βαχελουδοῦσα, κακόν. κακὸν δὲ καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν. ἀλγὲ δὲ τετέοισι καὶ ἐς ἰσχία πόνους.

In præcipitibus & turbulentis morbis obueniens ſurditas malo eſt. Quin & in longis morbis malum portendit, ac in his ad coxendices labores conuehit.

Huius præſagij prima pars repetitur ex Prorrhet. 33. Poſtrema verò ex ſolutionum legibus pendet, ex quibus & ſurditas in febribus abſoluitur, vt ſcribitur libello περὶ κρισίων. λύει δὲ ὃν τῶν ῥινῶν αἷμα ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκκαθαρθεῖσα χολώδεα, ἢ διεντερίη ὀδυνηρομένη, ἢ ὀδυνῶν ἰσχίων ἢ γονάτων. Quod etiam comprobat hiſtoria ægri 9. poſt ſt. peſt. libr. 3. Epid. quæ ad huius ſententiæ intelligentiam plurimùm mihi facere videtur. B

[191] Ἐν πυρετοῖσι κώφωσις, χειλίκιν ἐφίσησιν.

In febribus enata ſurditas, aluum remoratur & ſiſtit.

Hoc ex materiæ ſurſum repentis motu pendet, ſibiq; inuicem mutuas operas conferunt ſurditas & alui profluuium, vt ex aph. 28. lib. 4. patet. Non ſecus lib. 2. Epid. ὀδυνῶν ἐν τοῖσι κάτω χωρεῖσιν ἰσχυρὴ κωφότης λύει, ἅμα πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινῶν.

[192] Ὠτα ψυχρὰ καὶ διαφανέα, καὶ σπασταλμία, ὀλέθριον.

Aures frigidæ, pellucidæq; perniciem minantur.

In Prognoſtico & poſtea hoc præſagio ὅπα ψυχρὰ καὶ σπασταλμέα inter lethales faciei notas reponit, ſed hîc διαφανέα adduntur, quòd aures cartilagineæ, excarnes, & exangues ſiccitate contabeſcant & pelluceant, ideoq; facillimè contrahantur. C

[193] Βόμβος ἐν ὀξέσι, καὶ ἦχος ἐν ὠσὶ, θανάσιμον.

In præcipitibus morbis murmur edentes ac tinnientes aures, mortem prænunciant.

Hæc ſententia διοεισμοῖς indiget ad circumſcriptionem, & in conſilium cætera ſigna adhibenda ſunt. Flatuum enim magna copia ex craſſa & cruda materiæ abundantia denunciatur, qui ad aures conuoluti & agitati, vbi in anguſtiis reuoluuntur, ſonitus, tinnitus ac ſtridores faciunt. Quòd ſi in amplitudinem cauam effundantur, & locorum anguſtiis concludantur, murmur reſonans, ſtrepitum & bombos faciunt, quales in apibus aut veſpis inaudiuntur. Eſt igitur vbi natura huiusmodi materiæ abundantiam ac craſſitudinem ſuperat, ac in ea à calore natiuo ſubagitatione, flatus erumpunt, ac nullius periculi metus eſt. Interdum verò ex magna ſpirituum perturbatione, ac bilis quæ in vaſis feruet concitatione, flatus plurimi in cerebrum feruntur, quibus ſuccenſis delirium aut conuulſio, ac tandem pernicies imminet. D

[194] Ἠχοι μετὰ ἀμβλυωσμοῦ, καὶ κατὰ ῥινὰς βαρέος, τῷ βαχρυστικὸν, καὶ αἱμορραγές.

Aurium ſonitus cum viſus hebetudine, & ad nares grauitatis ſenſu, mentis exceſſum, ac ſanguinis ex naribus profluuium præſagiunt.

Iſta in febribus ardentibus intelligenda eſſe docet Prorrh. 18. & ſententia 131. huius præſagij ſuprà explicata. Hîc autem βαχρυστικὸν legitur, quod illîc ὀξίσπασται μελαγχολικῶς effertur. Quò certè reſpiciunt publicati codices, qui βαρίως βαχρυστικὸν legunt. Sed nos reconditis membranis ac locis annotatis, κατὰ ῥινὰς βαρέος ſcripſimus.

[195] Οἷσι κώφωσις μετὰ καρηβαρίης, καὶ ὑποχονδρίου ἐνάσιος, καὶ τοὺς αὐγὰς ἐνοχλεῖν, αἱμορροῦσι. E

Qui ſurditate cum capitis grauitate, ac præcordiorum contenſione vexantur, ſi oculorum acies perturbatur, in iis ſanguinis è naribus fluxum ſperare oportet.

Prorrhet. 147. hæc repetitur ſententia, vbi ex hoc loco τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα cum Galeno legimus, contra interpretum fidem. Sunt enim quæ τὰ σκοτώδεα τοῦ τῶν ὄμμα, hoc eſt, tenebricoſas viſus caligines, aut offuſas oculis tenebras, libr. 1. Epid. protulit Hippocrates, in hæmorrhagiæ ſignis, ac alibi per ἀμβλυωπὸν denotat. Atque ea verior eſt lectio quàm quæ πρὸς αὐτὰ habet, vt Prorrh. cùm etiam manu ſcriptorum codicum fide teſtata ſit. Etſi exemplaria Regia manu ſcripta duo aliter legunt, ex quibus vnum πρὸς αὐτὸ ἐνοχλεῖν habet, alterum etiam ἐνοχλεῖν ſcribit. Quæ lectio ad ξυμπτωσιν ὑποχονδρίου μετ' ὀδυνῶν ſpectat, quam Capitonis ſectatores lib. 1. Epid. adſcripſerunt, eámque reprehendit Galenus. Qua de re pluribus egimus noſtris in eum librum Annotationibus. Quò etiam Caluum reſpexiſſe codicibus manu ſcriptis innixum conſtat, cùm (præcordiorum diſtenſionem quæ vexet) dixit, & illud F πρὸς αὐγὰς omiſit. Codices quoq; manu ſcripti hîc ἐνθέσεις pro ἐνάσιος legunt, eôdem omninò ſenſu.

In acuta febre aures obtuſæ vehementem inſaniam portendunt.

[196] Ἐν ὀξεῖ πυρετῷ ὅπα κωφοῦσθαι, μανικόν.

Sic rectiùs & cum circumſcriptione libello περὶ κρισίων, ὅσοις αἱ ἐν τῇς πυρετῇς τὰ ὅπα κωφοῦνται, τούτοισι μὴ λυθέντος πυρετοῦ, μανιῶσι αἰάγκη. λύει δὲ ὃν τῶν ῥινῶν αἷμα ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκκαθαρθεῖσα χολώδεα, ἢ διεντερίη ὀδυνηρομένη, ἢ ὀδυνῶν ἰσχίων, ἢ γονάτων. Vnde aph. 60. lib. 4. decerptus videtur. Aures autem obſurdeſcentes obtuſas ex Celſo diximus, atq; hîc μανικὸν pro vehementi ac furioſa inſania, vt aliàs ſæpe, accipimus, quam certè ſurditas quæ à bile effervеſcente aut ab inflammatione cerebri excitatur, promouere poteſt.

[197] Οἱ δὲ κωφοὶ, ἐν τῷ λαμβάνειν τρομώδεες, γλῶσσαν τῷ βελελυμένοι, νωθεῖ, κακόν. G

Graui ſurditate tentati, dum aliquid prehendit tremuli, linguæ reſolutione ac torpore affecti, malè habere iudicantur.

Oportuit in hac concurſione neruorum ac ſenſuum principium valdè affectum fuiſſe, vnde ſubiectorum neruorum irrigatio, imbecillitas, aut obſtructio ſubſecuta, manuum tremores, linguæ reſolutionem, ac torporem attulit. Prorrh. 95. χῆρες τρομώδεες, κεφαλαλγέες, τραχήλου ὀδυνώδεες, ὑπόκωφοι, ex eadem cauſa producuntur, ſed coitio illa ex diſſimilis naturæ ſignorum mixtione perturbationem accepit. Sunt autem ἐν τῷ λαμβάνειν τρομώδεες, qui cùm aliquid prehendunt, ſiue cibum intelligas, ſiue quid aliud, tremulas habent manus, velut in Prorrh. χῆρες τρομώδεες dicuntur.

[198] Πεδσηχύσης ἀῤῥωστίης κώφωσις, καὶ ἔστιν ὑπόπυρον, καὶ ἀκάθαρτον, καὶ ἀμαυρὸν, τῷ βαχρυστικόν. Ὃ ἰκτερᾶσθαι ἐν τούτοισι κακόν. κακὸν δὲ καὶ ὅτι ἰκτέρου μόρωσις. τούτους ἀφώνους ἀποθανόμενοι ξυμβαίνει πτύειν. τάχα δὲ καὶ χειλίκιν πονηρὸν τούτοισι. H

Procedente morbo ſurditas, ac vrina ſubrubra, cum nullo ſedimento, ſed cũ ſublimamentis in medio innatantibus, mentis emotionem prænunciant. In his morbo regio corripi malum eſt. Quinetiam malo eſt ex morbo regio fatuitas. Hos voce defectos, absque ſenſuum læſione præfocari contingit. Ac fortaſſis etiam in his aluus malè afficitur.

Duas istas sententias in codicibus publicatis disparatas, ex Prorrh. 32. coniunximus, vnde explicationem mutuare debent. Ac A videtur signorum ista concursio ex Hermocrate lib. 3. Epid. non satis prudenter in istam vniuersalem artis complexionem deducta, vt cuiuis facta inter se casuum collatione patebit. Quod quidem Prorrhetici ac huius præsagij authori præter modum ac artis rationem est solenne, & à Galeno sæpe reprehensum. Cuius quidem etiam temeritatis fidem facit in Prorrhetico, cùm Hermippi subindicato nomine comprehensionem istam integram eleuauit (nisi si fortè Hermocratem illum in Epidemiis celebrem significare voluit) quod hîc omninò silentio suppressit. Sunt autem ἀκαθάρτα ὕδατα, quæ passim Hippocrati πυῤῥὰ καὶ μὴ καθαρὰ, in genere ἢ αἰωρεόμενον καὶ θολερῶν. Quæ cùm magnam venosi generis ex flatuum & cruditatis permixtione perturbationem indicent, exuberantem calidioris materiæ ac spirituum copiam subleuant, vnde & sublimamenta per medias vrinas suspensa feruntur, & capitis dolores ac deliria plærunque imminent, etsi ista nullam necessitatem inuehunt, vt scribit Galenus Comment. 3. in lib. 1. Epid. & Com. 3. in Prorrh. Vnde fit vt apud Hippocratem in Epid. ὀναιώρημα μετέωρον, mentis inconstantiam sæpe designet. Hîc autem quod dicitur ἀκαθάρτου ὕδατος ὀναιωρεύμενον, Galenus in Prorrhetico τὰ ἀκαθάρτα ὕδατα ἐν ὀναιωρήμασι ponit, quæ sublimamenta confusam ex magna perturbatione humorum agitationem denotant. Ac rursus quæ posuit in Prorrh. ὕδατα ἐξερυθρὰ, hîc ὑπέρυθρα vocat, quæ cùm crudioris & serosi sanguinis abundantiam indicent, ex calidiore materia multam subuectam exhalationem significant, vnde & surditas & delirium, vt ἐξέρυθρον hîc meliùs legatur. μώρωσιν verò fatuitatem aut stupiditatem intelligimus, quòd νωθρότης ex alio Hippocratis loco explicet Galenus in Prorrh. μώρωσις tamen habent exemplaria manu scripta, qua etiam sensuum hebetatio, extinctio & stupiditas intelligitur. μωρὸς enim μωρὸν & ἀμαυρὸν significat, hebetem & stolidum. Quod sequitur τότε ἀφώνοις αἰφνιδιόμενοις συμβαίνει γίνεσθαι legitur in Prorrh. quam lectionem etiam agnoscit Galenus Comment. ad aph. 51. lib. 6. eámque hîc secutus est Cornarius. Exemplaria tamen manu scripta πίγνεσθαι habent & publicatorum codicum fidem attestantur. Quæ etiam constare potest, dum voce defecta & laryngis musculis affectis, spiritus viæ ita coarctantur vt præfocatio impendeat. Quod verò in Prorrh. καταῤῥήγνυσθαι καὶ λίθω posuit, hîc πονηρεύεσθαι dicitur, quod cruciatu & torminibus malè affici aut diffluere significat. φλεγμονὴ ἀῤῥωστίης exemplaria etiam quædam scripta legunt, alia quoque φλεγμονὴ ὑγρίης. Vitiosa autem exemplaria C quædam quæ κατ' ὄρθρον pro καὶ ὄρθρον habent.

Quæ cum dolore exoriuntur ad aures tubercula, perniciem minantur.

199 Τὰ δὲ ὀδυνηρῶς παρ' οὖς φυσήματα, ὀλέθρια.

Ex insigni dolore inflammationis vis colligitur, quæ facilè cerebro consentit, indeq; mors sæpe consequitur, tum quòd frequenter parotides iam affecto morbo & viribus exhausto ægro ferè superueniunt, vnde symptomatum vehementia ægros sæpe conficiunt. Aliôqui salutares abscessus in Hippocratis disciplina parotides annotantur, quas tamen ferè insalubres his in regionibus experimur.

In febribus ex prægresso dolore rubores ad aures subnascẽtes, ignis sacri in facie spem faciunt. Quin & conuulsiones cum vocis priuatione & virium exolutione ad hæc consequi par est.

200 Τὰ παρ' οὖς ἐν τῷ ἔμπροσθεν φλεγμαίνοντος ἐρυθήματα ἐν πυρετοῖσι γινόμενα, σημεῖον μὲν ἐρυσιπέλατος D ὅτι πρόσω τοῦ ἐσωμένου. ἀτὰρ καὶ ἀπασμοὶ ἐν τῷ τοιούτεων γίνονται μετ' ἀφωνίης καὶ ἐκλύσιος.

Erysipelatos aut ignis sacri cum semper ista spem faciunt, sed interdum parotidum, interdum etiam hæmorrhagiæ designationem. Sunt enim ista repentis sursum materiæ cum calore indicia. Sunt autem hîc ἐρυθήματα tumores flammei ac rubores, qui sublatis in cerebrum cum sanguinis copia vaporibus in facie apparent, ac inter plethorica cerebri symptomata adscribuntur. Sic antea in abscessuum ad aures denunciatione, ὅτι τὸ πρόσωπον ἐρυθήματα, & Prorrh. 165. quæ circa faciem contingere solent, in consilium adhiberi admonet. In quibus τὸ ἔρευθος προσώπου, καὶ ὄγκων ἀθροὶ φύσιν annumerat Galenus. Consentaneum autem est cum vocis defectione ac virium exolutione conuulsiones plærunque ad istam humorum copiam consequi, quæ sunt multitudine grauati ac malè affecti cerebri noxiæ, vt scribit Galenus in Prorrh. Quin & in αὐτηροῖς, quos ἐξέρυθροις vocant, ex succorum in cerebrum E calore sublatorum copia, κεφαλήλγειαν καὶ ὀπισθότονον antea in hoc præsagio, vt & ex Prorrh. 88. annotauimus. † Fieri etiam potest vt materia ipsa intrò recurrens relicta ignobili sede, mentis arcem petat, vbi sua acrimonia vi neruis illata, conuulsionem accersit & vocis defectionem cum virium exolutione. Quod autem de tumoribus flammeis dicimus ad aures subnascentibus, quidam ad tubercula circa aures exorta referunt, quæ prægresso in facie rubore excitentur, & τὰ παρ' οὖς, vsitata Hippocrati locutione, pro tumoribus circa aures subortis accipiunt. Quam lectionem secutus Caluus videtur. Atque etiam ex tabulis in hanc rem velut à præcone testes citantur. Nam & membranæ scriptæ hanc habent lectionem, τὰ παρ' οὖς ὅτι τοῦ ἔμπροσθεν ἐρυθήματος ἐν πυρετοῖσι γινόμενα. Et quidam codices etiam manu scripti Regij vtranque lectionem addunt & φλεγμαίνοντος habent, vitiosè ex altera efficta lectione, cùm alterum tantùm aut φλεγμαίνοντος, aut ἐρυθήματος legi debeat. †*Sent.* 162.

In plurimis graueolentibus deiectionibus cum febre acuta, præcordiorum contensione, ex longo interuallo oborta ad aures tubercula, mortem adferunt.

201 Τὰ παρ' οὖς ὅτι πλείοισι δεξώδεσι, πυρετῷ ὀξέϊ, F ὑποχονδρίων σεσυτόνῳ, χρονιωτέρως ἐξηνέχθη, κλεινά.

Deiectiones graueolentes magnam putredinem & humorum corruptelam, aut naturæ imbecillitatem denotant. In febre igitur acuta cum viscerum inflammatione, tardiùs excitati abscessus ad aures, vires naturæ fractas ac subsistentes significant, vnde mors impendet. Etsi verò ad istam rerum notionem Præsagij sensus accommodari potest, ex antiquorum exemplarium in eam lectionem consentientium præscripto: Videtur tamen hæc sententia ex Prorrhetico 158. repeti debere, vnde deprompta esse potest, eademq; etiam ferè notione, aut meliore lectione scribitur postea hoc præsagio sent. 292.

Tubercula ad aures excitata in leuiter syderatis malo sunt.

202 Τὰ παρ' οὖς φῦλα ποῖσι τοῦδε πληκτικοῖσι. G

Hoc præsagium repetitur Prorrh. 160. & à Galeno explicatur.

In diuturnis morbis non suppurantia aurium tubercula, mortem adferunt. Iis autem alui ferè demittuntur. Quin & in his considerandum in quibus speramus abscessus circa aures futuros, num ex capite doleant, num superiorum partium tenuibus sudoribus diffluant, nunquid etiam subinde nouum rigorem sentiant, an fortè etiam alui affatim perrumpant, aut aliquo sopore detineantur. Videndum quoque num & in his vrina diluta cum sublimibus quibusdam in medio suspensis, albidis, & aliquantum variantia, exalbicantia, aut graueolentia appareant.

203 Τὰ παρ' οὖς ἐν μακροῖσι μὴ ἐκπυοῦντα. ἰατέα σημα. κοιλίαι δ' τοῖσι τοιούτοισι τάχα φίεσθαι. ἢ ἐάν γε οἶσι τὰ παρ' ὦτα κεφαλήλγησιν; ἢ ἐάν τι ἐφιδρῶσι τὰ ἄνω; ἢ ἐάν τι καὶ ὑπερῤῥιγέουσιν; ἢ ἐάν γε αἱ κοιλίαι καταῤῥήγνυται, καὶ τοι καὶ κωματώδεες, ἔστι καὶ ὁ ὑδαρὴς ὧδε ἔχει, σκαιωρούμενον λευκοῖσι, καὶ τὰ ἐπόικια, ἐκλευκαίνει δυσώδεα. H

In Epi-

A In Epidemiis Hippocrat. * τὰ παρ' οὖς ἐν ἀρμαῖσι μὴ ἐκπυόσιν τα, ἢ μωλυόμενα καὶ ἐόντ' ὑπεκμαίνοντα damnat, nisi huiusmodi materia intrò recurrens, per alui effluuium aut intestinorum difficultatem, aut vesicæ alueum, & vrinarum deturbationem, solutione deponatur, quod in plurimis nominatim expressit. Ac sæpe in huiusmodi circa aures tumoribus, materia intrò versa per aluum diffluentem elabitur. Quod effecit vt κόπτω φίρον τε legerint omnes interpretes. Sic enim in chartarum veterum entis reperio: Etsi φέρεσθαι absolutè positum demissam aluum significare potest. Quæ sequuntur in quibusdam codicibus distinctionem accipiunt, ac velut Prorrh. 163. sententiam per se complent, vnde explicationem mutuare debent, vt & ortum. Nam, vt satis apparet, huius præsagij author, signorum coitiones multas per Prorrheticum ac Hippocratis scripta diffusas, temerè collectas, ad doctrinæ complexionẽ, non bene subducta disciplinæ ratione simul cõfert. Hîc igitur κεφαλήλγικοὶ meliùs, vt in Prorrhetico, retineatur, nisi (quod quibusdam placet) κεφαλήλγικοί εἰσιν legatur, quòd quibus futuri ad aures abscessus spes fit, ij sæpe capitis dolore tententur, vnde & κεφαλήλγεια & κῶμα passim in his annotatur. Hinc etiam ἐφίδρωσις superiorum partium pendet, cerebro & superioribus partibus ma- B teriæ copia oppressis & imbecillitate degrauatis. Rigor quoque subinde mouetur ex biliosæ materiæ agitatione & subita naturæ commotione vacuationem molientis ac sæpe frustra tentantis, irrito conamine. Quod effecit, vt ex hoc loco & codicibus scriptis ac etiam Galeni Commentario, rigoris hoc membrum in Prorrhetico defectum reponendum existimauerimus. Quod sequitur de vrina aquosa cum innatantibus in medio sublimamentis albicantibus, etsi à Galeno satis est explicatum, sæpiùs tamen per Hippocratis OEconomiam in humorum ad cerebrum raptatione & libramento, suspensa in vrinis apparent, quæ flatuosæ & feruentis materiæ copiam sursum conuehi significant, vnde & deliria, & capitis dolores impendent: Quemadmodum paulò antè ὀναιωρεύμενα ὕδατα mentis emotæ signa posuit, & in Epidemiis sæpe ὀναιώρημα μετέωρον mentis inconstantiam prænunciat. Haud secus quoque ὕδατα διαφανέα, λευκὰ (quæ ὑδατώδη dicuntur) & omnimodam cruditatem præseferunt, humores ad cerebrum ferri portendunt aph. 72. lib. 4. Et in Epidemiis in tuberculorum ad aures prædictione, ὕδατα λεπτὰ, ἄχροα, ἄπεπτα καὶ καθαρὰ ponuntur. Albicantia verò huiusmodi sublimamenta, ex materia pituitosa, cruda ac flatuosa permixta videri queant. & in contentorum ratione concoctio- C nem quandam præseferre. Eámque subuectam flatuum aut materiæ copiam eò obnixiùs exemplaria manu scripta Regia respiciunt, quæ αἰωρεύμενον ὄρον legunt, etsi ὀναιωρεύμενον magis est huic scriptori familiare. Huiusmodi verò suspensa alba in aquosa vrina, partim coctionem, partim cruditatem indicantia, in longo & salutari morbo ad abscessum faciliùs inclinant. Reliqua huius prælagij pars potest ad deiectiones referri, quòd in maligna huiusmodi humorum cruditate, varia interdum deiiciantur, vt æruginosa, biliosis, flauis & albicantibus aut pituitosis permixta, & graueolentia, putredinem ac succorum corruptelam indicent. In Prorrhetico tamen ista ambigunt, & inter vrinas & deiectiones hærent. Sunt qui ἐν ὀξέσι pro ἐν μακροῖσι legant, quòd in diuturnis morbis ferè paruæ sint parotides & quæ vix suppurent. ἐν μακροῖσι tamen legunt omnia exemplaria.

* *Lib.* 1. *sent.* 1. § 2.

Tussiculæ quæ cum crebris oris sputationibus procedunt, tubercula ad aures emolliunt.

204 Τὰ παρ' οὖς λαπάσσοντα βηχία μετ' πτυαλισμῶν D ἰάσιμα.

Ex Prorrh. 167. repetitur hæc sententia. Crebra autem oris saliuatio ac sputatio defluente in oris capacitatem tenuiore humore abscessuum materiam & fomitem deplent, vnde emolliuntur, vacuantur, ac contrahuntur huiusmodi tubercula, quòd hîc λαπάσσει dicitur, in Prorrh. ἀπεπάσσει, eadem omninò notione. Ab huiusmodi enim abscessibus vindicantur & liberantur, cùm emollici fuerint & vacuati. λαπαρθῶσαι autem in Exegesi, κενεὸς ἢ τὸ κενωθῆναι, ἀφ' ἧς δὲ καὶ τὸ μαλαχθῆναι significat, vt aliàs pluribus à nobis explicatur, & ex tabulariis in eam significationem testes citantur. Caluus ex ambigua Prorrhetici scriptione alium sensum colligit, cùm tusses à tuberculis exortis emolliri vult & conquiescere. Quod etsi non est à vero alienum & aliquando contingere possit, hæc tamen notio est vniuersalior & Hippocrati familiarior.

In tumoribus ad aures vrinæ celeriter ac pauco tempore concoctæ damno sunt. Quin & perfrigerari itidem malum est.

205 Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαν- E νόμενα φλαῦρα. καὶ ὁ καταψύχεσθαι ὧδε πονηρόν.

Prorrheticum est 153. iisdem verbis expressum. πεπαυόμενα autem cùm concoctionem adhuc pendere ac fieri significet, nisi eadem bonitatis significatio perseueret, pernicies denunciatur. Idem igitur est ἐπ' ὀλίγον πεπαυόμενα, quod paruo tempore concoctæ permanentes, & non diu ita perseuerantes. Eiusmodi nanque coctionis inæqualitas vitium prodit. Istam autem sententiam sic cum cæteris interpunximus, quòd in multis cùm publicatis, tum scriptis exemplaribus, vitiosè superiori præsagio annectatur. Eadem etiam postea iisdem verbis in hoc præsagio repetitur. *Sent.* 587.

In diuturnis morbis suppurati ad aures tumores, nisi pus admodum album ac sine odore reddant, exitium, præcipuecq; mulieribus, afferunt.

206 Τὰ παρ' οὖς ἐν τοῖσι χρονίοισιν ἐκπυούμενα, μὴ F λευκῷ σφόδρα καὶ ἀνόδμῳ κτείνει, καὶ μάλιστα γυναῖκας.

Paulò antè parotidas quæ in longis morbis non suppurant damnauimus. At nunc quæ suppurant, nisi laudati puris commendabiles notas præseferant, hoc rescripto configuntur. Præcipuéque mulieribus exitium imminet ob delicatam & effœminatam corporis mollitiem, ac frigidam naturam. Caluus hanc sententiam duabus superioribus præposuit. In reconditis etiam manu scriptis exemplaribus quibusdam σφόδρα non legitur. Sed hîc σφόδρα λευκὸν non exactæ albedinis (qualis est nix) pus esse vult, sed eam quoad puris naturæ fieri potest maximè accommodatam ac appositam indicari vult, qualem ferè seminis genitali similem, ac vrinarum subsidentiæ facit Galenus. Sic & ἄνοδμον dici potest, non quod omninò odoris sit expers, sed quod quàm minimè fœtet, & ὡς ἥκιστα δυσῶδες, vt scribit Hippocrates. Nam cùm puris ortus ex mixta quadam, quæ secundum naturam est, causa, & ex ea quæ præter naturam est, petatur, sine odore omninò esse non potest. Quò respexisse auguror exemplaria quædam scripta, quæ G σφόδρα & εὐώδεα legunt, eaque ad tuberculorum magnitudinem & indolentiam referunt, quæ sunt extincti caloris natiui indicia. Sed certè longè petita videtur illa lectio, hæc verò maximè popularis & multis testimoniis confignata. Hîc quoque (vt antea) ἐν ὀξέσι quidam legunt. Sed ἐν τοῖσι χρονίοισιν leg. omnia exemplaria.

Ex præcipitibus morbis in febribus ardentibus maximè tubercula ad aures exoriuntur, ac nisi iudicatoriè soluantur & maturescant, aut sanguis ex naribus profluxerit, aut crassum sedimentum vrina acceperit, ægros interimunt. Priùs verò huiusmodi tumores subsidunt ac conquiescunt. Sed & insuper febres ipsas in consideratione adhibere conuenit, num intendantur aut remittant, atque ita de tota re sententiam ferre.

207 Τὰ παρ' οὖς μάλιστα ἐκ τῆς ὀξέων ἐν τοῖσι καυσώδεσι γίνεται, κλὶν μὴ κρίσιν ποιήσῃ, καὶ ἐκπτεπαύηται, ἢ ἐκ ῥινῶν αἷμα ῥυῇ, ἢ ἕως ἐπόησιν παχεῖαν λάβῃ, ἀπόλωται. τὰ πολλὰ δὲ τῶ τοιούτων οἰδήματα πρεσβυτικὰ (πρεσβυτικὰ δὲ καὶ τοὺς πυρετοὺς ἰῶ τε ὅτι τείνωσιν, ἰῶδε λύωσι, καὶ ὅτως ἀποφαίνεσθαι. H

Febres ardentes vt plurimùm sanguinis profluuio iudicantur, interdum quoque ad aures abscessu, atque præcipuè quæ per-

mixtam crassam & crudam plurimam biliosis humoribus materiam habent, ex quorum calore in caput aliquid subuehitur & in abscessus firmatur, vt antea sentent. 138. & aph. 31. lib. 4. exprimitur. Atque eæ febres plærunque iudicatione absoluuntur, & abscessuum maturatione, aut certè sanguinis ex naribus excretione, aut materiæ à natura euictæ per vrinarum crassum sedimentum depositione, rúncque ab abscessibus ferè vindicantur, vt scribit Hippocrates aphorism. 74. libr. 4. Verissimum autem est & experientia comprobatum, in moribundis duobus ferè diebus antea abscessus subsistere, conquiescere, ac velut subsidere & euanescere, quod πεξαποκαθίσταται dicit. Ac ista sunt fatiscentis ac intrò subsistentis naturæ pessima auguria. Cornarius rei consecutione ductus, propulsari dixit, quòd eiusmodi subsidentia velut deponantur. Sed nos videmur cum Caluo & reliquis interpretibus priùs rei naturam expressisse. Cæterùm exemplaria quædam Regia manu scripta pro καυσώδεσι καυματώδεσι legunt. Vt autem æquius de tota re æstimationem ac prædictionis sententiam feras, febrium ipsarum intentionem aut remissionem in consilium adhiberi iubet, temerarij iudicij assensionem sustinens, ad artis dignationem & authoramentum. Procedentibus enim ad solutionem morbi excretionibus, febrium symptomata imminui oportet, vt contra, frustrata iudicationis spe, omnia intendi & augeri. Quod effecit vt istam sententiam superiori coniungerem, contra publicatorum codicum fidem. A B

In surditate ac torpore ex naribus substillatio molestiam quandam exhibet. Iis vomitio ac alui perturbatio conueniet.

208 Ἐπὶ κωφώσει καὶ κωφρίῃ ἐκ ῥινῶν ἐπιστάζει, ἔχει τι δύσκολον. ἔμεσις τουτέοισι ξυμφόρη, καὶ χειλίης ταραχή.

Hoc præsagium Prorrh. 141. respondet, illiq; lucem non paruam adfert, vt ex hoc loco non sit difficilè illius genuinam lectionem eruere. Postea quoq; repetitur hoc præsagio sent. 334. Exemplaria quædam non malè κοπάζειν habent.

Ex surditate tubercula ad aures exoriri consentaneum est, idque præsertim si anxietas quædam contingat. Qui netiam iis qui sopore detinentur, tumores ad aures sperare magis oportet. C

Eadem scribuntur Prorrh. 159. & ad tuberculorum circa aures denunciationem plurimùm conferunt.

209 Ἐκ κωφώσιος ὑπολύσεως τὰ παρ' ὦτα, ἀλγέων τε καὶ ἐπὶ ὀσφῦς ἀνθρώπους τὴν γένη), ἀταρ καὶ τοῖσι κωματώδεσιν ὑπὸ τουτέοισι καὶ μᾶλλόν τι τὰ παρ' ὦτα.

Surditatem in febribus enatam sanguinis ex naribus profluuium ac alui perturbatio tollit.

210 Κώφωσιν ἐκ πυρετῶν ῥύσις ἐκ ῥινῶν λύει, καὶ χειλίης ταραχή.

Placitum est 28. & 60. lib. 4. aph. ac priùs in eam rem sententiam ex libello περὶ κρισίων adduximus.

Facies ex tumida depressa, ac vox læuior ac remissior euadens, spiritus quoque rarior ac lenior, postera die remissionem fore denunciat.

211 Πρόσωπον ἐκ μετεώρου πεπρησμένον, καὶ φωνὴ λιγοτέρη καὶ ἀραιοτέρη γινομένη, καὶ πνεῦμα μανώτερον, ἀμείνων ἐς τὴν ὑπόκρισιν σημαίνει. D

Prædictionis notas ex facie attingens, remissionis febrium denunciationem facit, si facies ex tumida atque inflammata (qualis esse solet in summis ardoribus, euecta sursum cum spiritu materia) deprimatur & subsidat, si vox quoque ex aspera & violenta, propter materiam in fauces ac pulmones decumbentem, lenior fiat ac minùs violenta. Spiratio itidem quæ ex materiæ affluxu in thoracem ac pulmones crebrior erat, difficilior, turbulentior & inæqualis, earumque partium incendium denotabat, si rarior, remissior, placidior, & æqualis euadat. Ita nanque febrilem calorem subsedisse ac desæuisse indicant. Eóque firmior spes futura est, si istud die iudicatorio & cum excretione critica contingat. Similis ferè scribitur sententia lib. 2. Epid. ἢν πυρετὸ ἔχοντος τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχαίνῃ, ὀνήσει χρόνῳ, τῷ ὑπνῶσαι λύσει. Longè verò apertiùs hanc sententiam explanant quæ scripta sunt in libello περὶ κρισίμων, vnde traducta videtur. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχαίνεται, καὶ αἱ φλέβες αἱ ἐν τῇσι χροιῇ, καὶ ἐν τοῖσι καυθοῖσι, καὶ ὅλῃ τῇσιν ὀφρύσιν ἡσυχίαν ἔχουσι πρόσπρον μὴ ἡσυχάζουσι, τότε γ' ἢν ἡ φωνὴ ἀραιοτέρη, καὶ λειοτέρη γένεται. καὶ τὸ πνεῦμα μανώτερον καὶ λειότερον, ἐς τὸν ὑπνῶσαι ἡμέρην αἴνεσις τῆς νόσου. Vbi pro λειότερον λεπτότερον scribitur, ex eadem prope rei natura. E

Faciei corruptela lethalis est, minùs tamen si ob peruigiliam, aut inediam, aut alui perturbationem contingat. Nam quæ ex his causis orta est corruptelæ species, vna die aut nocte in integrum restituitur. Huiusmodi autem faciei hę sunt notæ, oculi concaui, nares acutæ, collapsa tempora, frigidæ aures contractæque, cutis dura, color pallidus aut niger. Ad hæc quoque liuescens palpebra, aut labrum, aut nasus, mortem in propinquo esse significat.

212 Πρόσωπον ξυμφθορὴ, θανάσιμον. ἧσσον δὲ εἰ δὶ' ἀγρυπνίαν, ἢ λιμὸν, ἢ χειλίης ἐκτάσεξιν ἢ ὕπνου. καθίσταται δὲ ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ ὃ ξυμφθαρέν. ἠρέμα δὲ αὖ τοιοῦτον. ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, ῥὶς ὀξεῖα, κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ συνεσταλμένα, δέρμα σκληρὸν, χρῶμα ὠχρὸν ἢ μέλαν. πελιαρὸν δὲ ὑπὸ τουτέοισι βλέφαρον, ἢ χεῖλος, ἢ ῥὶς, συντόμως θανάσιμον. F

Ista ex Prognostici initio notam habent originem & explicationem. Hîc autem πρόσωπον ξυμφθορὴ dicitur, cùm facies à naturali sanorum habitu recedit, eique valde aduersatur, cùm ex morbo extabescit atque extenuatur, πρόσωπον νεκρῶδες vocat Galenus in Prognost. Atque ita in morbis ineundam rationem cum benè valentium facie præcipit Hippocrates. Sic quod postea dicitur, τὸ ξυμφθὲν παῦσαι ξυμφθαρέν, ad extenuatam & contabescentem faciem referri debet. καθίσταται verò est in integrum restitui & ad pristinum statum redire, aut ad naturalem statũ reduci, quod ἐπανορθώσεως τυγχάνειν exponit Galenus in Progn. Potest etiam καταπαύσασθαι significare, quod est sedari, consistere, conquiescere, desinere, finiri, considere, vt in Prognostico καθίσταται dicitur. Exquisita autem prædictionis ratio & plena iudicij æstimatio, vt hîc diminutè scribitur, ita ex Prædictionibus Hippocratis confirmanda & supponenda est. G

Vultus bene coloratus, tetricus ac superciliosus in morbo acuto, malo est. Insuper frons contracta phrenitidem denunciat.

213 Πρόσωπον ὀξὺ καὶ σκυθρωπὸν ἐν ὀξέι, κακόν. μετώπου ξυναγωγὴ ὑπὸ τοιούτοισι, φρενιτικόν.

Eadem damnatur Prorrh. 49. Est autem σκυθρωπὸς qui Scythico est vultu, tetrico, superciliosò, austero, toruo & inamœno aspectu, quod est tristium & morosorum, quibus hilares opponuntur. Quin & μετώπου ξυναγωγὴ frons est contracta, corrugata & caperata, superciliosorum & melancholicorum vulgò indicium, vt nil mirum sit melancholicam insaniam, & in acutis phrenitidem imminere. Caluus prius huius sententiæ membrum præteriit, & posterius antecedenti præsagio annexuit.

Benè colorata facies cum sudoribus diffluentibus absque febre, vetusta stercora subesse, aut inordinatam victus rationem præsefert.

214 Πρὸ εἰ πρόσωπον ὀξὺ καὶ ἱδρῶτες ἀπυρέτοισι, κόπρανα παλαιὰ ὑποτέοντα, αἱ σημαίνει, ἢ διαίτης ἀταξίαν. H

A Floridus faciei color (sic enim πρόσωπον εὔχροιον, εὐανθὲς exponit Galenus) materiæ cum spiritu & sanguine ad superiores partes momentum præsefert, ad quod alui inferioris exiccationem consequi par est, vt & sudorum copia diffluentis humidi abundantiam indicans, aluum sistit. Vt igitur non temerè vetustorum & resiccatorum stercorum denunciatio, aut prægressa inordinata victus ratio prætenditur, ita humorum copia vacuatione & purgatione deplenda est. Ista verò consequi ad hanc symptomatum coitionem, vt non est dissentaneum, sic neque est necesse. Et hanc sententiæ dignitatem eleuant exemplaria manu scripta Regia, istoq; modo distingunt. πρὸ εἰ πρόσωπον εὔχροια ἢ ἱδρῶτες ἀπυρέτοισι, κακόν. κόπρια παλαιὰ ὑποτέοντα οἱ σημαίνει, ἢ διαίτης ἀταξίαν. Quam lectionem secutus est Caluus, itaque in duas sententias distinxit. κόπρια verò dici videntur quasi oletula quædam, quòd inueterata stercora & resicata, duriuscula ac ferè cõglobata, aut disparata esse soleant, qualia quæ σπυρεδώδη dicuntur. Singularem autem esse obseruationem quandam, ὑποτέοντα οἱ σημαίνει.

Narium rubores alui liquidæ & diffluentis sunt indicia.

215 Τὰ κατὰ ῥῖνας ἐρυθήματα, χειλίης ὑγραινομένης σημεῖα. B

Disparatam habent ista naturam & heterogenea signa sunt, neque necesse est quibus facies rubet aut nasus, aluum diffluere, cùm contrà plærunque siccescat, & quibus aluus est liquida, his ferè facies palleat. Possunt autem rubores in naribus excitari ex tenui sanguine, aut vaporibus acribus sursum ab intemperatis visceribus sublatis. Quibus si imbecillitas etiam accedat, aluus liquida effluere potest.

Quæ ad præcordia aut pulmonem dolores faciunt, si in pus vertuntur, malum denotant.

216 Τοῖσι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ἢ τὸν πλεύμονα πόνοισι ἐμπυομένοισι, κακόν.

Neque enim contemnendæ sunt inflammationes, quæ viscera aut cauum thoracis appetunt, quas ex tumorum præter naturam legibus, resolui præstaret, non in pus verti. Eò accedit quòd pus nouas querelas facit & vlcus, ac in thoracis conceptaculo non temerè cohibitum, vt statim emitti debet, ne sua acrimonia sinus aut cũniculos agat, ita plærunque metus est, ne non satis sint libera ad exitum spatia, aut ne rupta vomica, vlcus non facilè coalescat, feréque ad huiusmodi vlcera tabes, aut hydrops, aut insignis virium exolutio sequitur. Nonnulli istam sententiam cum superiore coniungunt, nec malè, etsi etiam per se subsistere potest. C

Oculorum claritas, ac eorum album ex nigro aut liuido clarum fieri, ad iudicationem confert. Ac quò celeriùs clarescunt, eò celeriorem iudicationem, at tardiùs tardiorem significant.

217 Ὀφθαλμῶν καθαρότης καὶ τὰ λευκὰ αὐτέων ἐκ μελάνων ἢ πελίων καθαρὰ γένεται, χρήσιμον. ταχέως μὲν οὖν καθαιρομένων, ταχέα σημαίνει χρίσιν, βραδέως δὲ βραδυτέραν. D

Ex oculis magna vitæ ac necis significatio sumitur, & accommodatissimum est ad prædictionem oculorum lumen, vnde non paruum trahitur ad præsagium momentum, vt non abs re in Epidemiis scripserit Hippocrates, ὀφθαλμοὶ ὡς αὐγάζουσιν, ὅπῃ καὶ γνῶσιν. Quæ igitur per totam Hippocrat. Oeconomiam fusa sunt oculorum præsagia, huc plenissimè congesta, non omninò temeraria faciunt prædictionem. καθαρότης autem oculorum est lucidus ac luminosus oculorum splendor & claror (vt Plautino verbo vtar) qui ex animalis spiritus ac humorum puritate prouenit, quòd (vt scribit Galenus) αὐγοειδὲς πνεῦμα ψυχικὸν δι' εὐγενεστάτου πλήσιον εἰς ὀφθαλμοὺς ἀφικνεται. κρίσιμον autem sequutus sum ex scriptorum exemplarium consensu, ob eam quæ sequitur iudicationis æstimationem & quòd ea morbi absolutionem præseferat, quod decernere Celso dicitur. Etsi χρήσιμον retineri etiam iure optimo potest, ex optimis etiam codicibus. Eámque in sensus notionem pertrahunt quæ scribuntur libello περὶ κρισίμων, & apertè sententiam istam explanant. πῶς δὲ ὁκόταν τὼ ὀφθαλμὼ τὰ λευκὰ ἐν ἀρχῇ μὲν νοσου αὐγάζωσι μελαίνεσθαι, ἐὰν ἰσχύῃ ἡ νοῦσος. ταῦτα οὖν καθαρὰ γινόμενα, πελίδνα γένεται σκληρὰ, ἀσφέρια βραδύτερον, σφοδρὰ δὲ γινόμενον, θᾶσσον. Minutum autem est quòd pro πελίων πελιδνῶν legunt scripti quidam codices. E

Caligine obducti oculi, aut eorum album rubescens, aut liuescens, aut nigris venis refertum, nihil probi præsefert. Malum quoque est & lucem refugere, aut illachrymare, aut peruerti, atque ex his alterum minorem esse perniciem denunciat, & oculos crebrò disticere, gramias ac paruas sordes ipsis adhærescere, aut albescentem humorem concretum & tenuem (ęgida nominant) habere, aut eorum album augeri, nigrum autem imminui, aut nigrum à superiore palpebra contegi. Vitiosa quoque est oculorum cauitas, & vehemens oculi foras expressio, ac splendoris elisio, adeò vt pupilla extendi nequeat, & cilia retorta, ac fixi oculi ac continenter conniuentes, coloris immutatio, aut palpebras per somnum non committere, perniciem ostentat. Quin & distortus oculus malo est.

218 Τὸ ἀχλυῶδες τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ ὃ λευκὸν ἐρυθραινόμενον, ἢ πελιαινόμενον, ἢ φλεβῶν μελάνων πλεῖον ἐόν, ἐκ ἀστεῖον. φλαῦρον γὰρ ὃ τῶν αὐγῶν φύγῃ, ἢ δακρύῃ, ἢ ἀναστρέφεται, καὶ τὸν ἕτερον ἐλάσσω γίνεται, πονηρόν. καὶ ὃ τῶν ὀφρύων τυκνὰ ἀναρρίπτῃ, ἢ λημία μικρὰ περὶ αὐτῷ, ἢ αἰγίδα λεπτὴν ἔχῃ. ἢ ὃ λευκὸν μέζω γίνεται, ὃ δὲ μέλαν ἐλάσσω. ἢ κρύπτεται ὃ μέλαν ὑπὸ ὀφρύος βλέφαρον. πονηρὸν δὲ καὶ κοιλότης ὀμμάτων, καὶ ἔκθλιψις ἔξω σφοδρὰ, καὶ λαμπηδόνος ἔκθλιψις, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν κόρην ἐκτείνεσθαι. καὶ βλεφαρίδων καμπυλότης, καὶ πῆξις ὀμμάτων, συνεχέως τε μύῃ, καὶ χρῶμα μεταβάλλῃ, καὶ βλέφαρα μὴ συμβάλλῃ ἐν τῷ καθεύδειν, ὀλέθριον. κακὸν δὲ καὶ ἰλλαίνων ὀφθαλμός. G

Caligine obducti oculi, aut eorum album rubescens, aut liuescens, aut nigris venis refertum, nihil probi præsefert. Malum quoque est & lucem refugere, aut illachrymare, aut peruerti, atque ex his alterum minorem esse perniciem denunciat, & oculos crebrò disficere, gramias ac paruas sordes ipsis adhærescere, aut albescentem humorem concretum & tenuem (ęgida nominant) habere, aut eorum album augeri, nigrum autem imminui, aut nigrum à superiore palpebra contegi. Vitiosa quoque est oculorum cauitas, & vehemens oculi foras expressio, ac splendoris elisio, adeò vt pupilla extendi nequeat, & cilia retorta, ac fixi oculi ac continenter conniuentes, coloris immutatio, aut palpebras per somnum non committere, perniciem ostentat. Quin & distortus oculus malo est.

τὸ ἀχλυῶδες τῶν ὀφθαλμῶν oculorum caliginem significat, cùm quodam crassamento velut nubecula obducti, obtusam aciem habent. Est enim ἀχλὺς Galeno, σύνωσις ἀέρος, ὃν τῷ μεταξὺ νέφους τε καὶ ὀμίχλης ἔχουσα τὸ πάχος, ὡς ὀμίχλης μὲν μᾶλλον πεπυκνῶσθαι, νέφους δὲ ἧττον. aëris turbatio, medium inter nubem & nebulam habens crassamentum, adeò vt plus quàm nebula concreuerit, minus autem quàm nubes. Fit autem huiusmodi caligo aut propter affectus ficcitatem & calorem, aut propter spiritus animalis à crassis aut tetris vaporibus offusionem, aut eius extinctionem & humorum oculi perturbationem. Est etiam ἀχλὺς pupillæ affectus, velut superficiaria quædam & eminens tenuis exulceratio, totum oculi nigrum comprehẽdens, aëri caliginoso persimilis. Quod his verbis indicat Iagoges author, ἀχλὺς δέ ἐστι περὶ ὅλον τὸ μελαν ὑπὸ ἐλκώσεως ὁποπολαίου ἢ λεπτοτάτη, ἀέρι ἀχλυώδει παραπλησία. Cæterùm quod hîc de oculorum albo liuescente dicitur, in Prognostico venulis liuescentibus ac nigricantibus tribuitur. Celsus oculorum venulas pallidas extulit, cap. 6. lib. 2. H

Com. 2. in Prorrh.

H οὐκ ἀστεῖον] ἀστεῖον etsi venustum, elegans, vrbanum & gratum denotat, hîc tamen probum, mansuetum ac laudabile significat, vt ferino & maligno opponatur. οὐκ ἀστεῖον ergo intelligitur quod finistri aliquid portendit. Potest dici quod improbandum est, & nullo loco æstimandum, vt πρὸς ἀστεῖῳ φλαῦρον opponatur. Varinus annotat, τὸ ἀστεῖον λέγεσθαι τὸ δεξιὸν, καὶ θαυμάσιον, καὶ θαυμαστὸς ἄξιον, καὶ ἀποδοκιμῶν.

πυκνὰ ὄψιας πυκνὰ ἀμφιβρίπτων] In Prognostico ἀναμορευόμενοι ὀφθαλμοὶ dicuntur, Gal. ἀσπεικτοῖς ἢ κινουμένοις ἀμφιπεσοῖς exponit. In Prorrh. ἐνδεδινημένους vocat, instabiles oculos, mobiles ac volubiles significans, quales videre est in ea affectione quæ Græcis ὕπνος dicitur. In Epidemiis etiam ὄμματος ῥίψεις damnantur. A

ἢ αἰγίδα] αἰγίδα quid vocet non satis est explicatum, quòd vox sit rara & insolens. Nos albescentem humorem concretum vertimus, crassiusculum quiddam albicans oculorum pupillam occupans intelligentes, concrementum quoddam excrementosum ex vapore crasso ortum, nubeculam quandam aut caliginem referens, quod oculorum aciei prætenditur, eámque velut offuso quodam crassamento obscurat, leuisque cuiusdam suffusionis species esse videtur. Quod ealotis natiui, aut spiritus extinctionem, summam etiam resiccationem, aut humorum oculi perturbationem, facultatisque naturalis oculum regentis maximam imbecillitatem denotat. Sic Prorrh. 2. in oculorum vlceribus, aut pupillæ vitiis, quæ ex ophthalmia illabente acriore pituita contingunt, αἰγίδας inter ἀχλύας & νεφέλας reponit Hippocrates. Vbi αἰγίδες pro subalbicantibus cicatriculis ab authore γλωσσῶν ὀξηνάσεως sumi videntur. Sic enim scribit, ἀγλίη, ἡ ὀν τῆς ὀφθαλμοῖς ἐπιπολεῦσα ὀλίγη, καθάπερ ἐν τῷ μείζονι περιφέρηται, ἢ οἱ λευκανθίζοντες ὀξέος ἐπιπαρέοντος ἐν κακοκοιλίῃ περιγνόσεσιν. Idem quoque, περιβλεμμυῖς, ἡ ὀν τῷ μέλανι τῷ ὀφθαλμῷ ὀπτικὰ μπεσσα ὑαλῆ, ἀμφὶ τὸ ἥσυχα παχυτέρου ἔῃ τῆς αἰγίδος. Ex quibus huius loci (cuius proculdubio indicatura denunciatur) explicatio hauriendа est, ac manifestum vitium eluendum. Nam hæc dictio ἀγλίη vitiata est, ac pro ea αἰγὶς reponendum esse, tum nomenclaturæ ex elementorum serie ducta ratio, tum verò citatorum testium fides clamat. Neque enim in Prorrhetico aut his Coacis Præsagiis alius locus est qui αἰγίδα nominet, neque vsquam ἀγλίη ibi reperitur. Tum etiam quòd περιβλεμμυῖς illic inter vlcerum oculorum cicatrices annumeratur, ac vitiosè περιβλεμμὶς scribitur. Quòd si quis hîc αἰγίδα pro tenui subalbicante cicatrice sumat, quæ ex vlcere propter innatantem acrem in oculis pituitam orta sit, velut in Prorrhetico sumitur: næ ille parum Galeni fidem ἐν τῇ γλωσσῶν ὀξηνάσει æstimat, vnde proculdubio huius dictionis explicatio depromi debet. Atque αἰγὶς dicetur albicans quædam concretio, quæ ex caliginoso vapore ac crassiore quodam excremento pupillæ inhæret, eiúsque lumini obstruit. Caluus non inscitè guttam albam ex rei similitudine expressit, aut certè nonnihil ad nominis notationem respexit, cùm crassius illud excrementum velut turbine quodam agitatum, vi in oculum irruit, & suo concremento quasi guttam paruam imprimit. Quò etiam alludunt qui αἰγίδα oculorum turbinem ac vertiginem accipiunt. τὸ δὲ αἰγὶς (Varino) ἀπὸ τοῦ αἴσσω τὸ ὁρμῶ, καὶ αἰγὶς ἡ καθεῖς, καὶ ἡ ὀξεῖα ποιεῖ, καὶ αἱ ἀποτίλλεις τῷ ὀφθαλμῷ. Cæterùm exemplaria quædam manu scripta λευκὶω pro λεπὶω habent, cui lectioni suffragari videtur Exegeseos explicatio, οἱ λευκανθίζοντες ὀξὺ παρέοντος, hoc est, explicantes concretiones. C

καὶ τὸ λευκὸν μείζω γίνεσθαι] Pro λευκὸν λευκὶω vitiosè habent exemplaria quædam Regia manu scripta. Oculorum autem album augeri, & nigrum imminui, tensionis & contractionis signa sunt, & conuulsionem minantur. Resolutionis verò est indicium ac extinctionis nigrum à superiore gena contegi, quod in moribundis & animi deliquiis apparet, & hoc loco positum videtur pro eo quod in Prognostico ἀναμορευόμενοι ὀφθαλμοὶ posuit, quos etsi Galenus ἀσπεικτοῖς καὶ ἀμφιπεσοῖς κινουμένοις capiat, intelligi tamen possunt oculi in sublime retracti, ac velut suspensi, conuulsis qui sursum mouent musculis, vnde in caput contorqueri videntur.

κοιλότης ὀμμάτων] Hîc exprimit quos in Prognostico oculos ἐγκάλοις ἰσχυρῶς ἢ ὀξέρωπες vocat, oculos vehementer cauos aut exertos & prominulos, Celsus vehementer subsidentes, aut tumidiores factos vertit. Eleganter verò pro eminentibus & exertis oculis ἔκθλιψιν ἔξω σφοδρὰν posuit, quòd vaporum sublatorum impetu, spiritus, sanguinis, aut feruentis materiæ copia oculi intumescant & foras exprimantur ac velut extringantur. At verò cùm oculi magnam partem ad vitæ simul vsum & dulcedinem conferant, ideóque igneum quiddam plurimum habeant, atque in febribus aut internis incendiis tenuati spiritus & agitatio ne incalescentes, ignem facilè concipiant, λαμπηδόνος ἔκθλιψιν dixit, vbi ignei splendores ac fulgores ex oculis eiaculantur, & fit velut quædam luminis elisio ac euibratio, quale quid in oculis emissitiis qui huc & illuc aciem eiaculantur, cernitur. Quæ omnia sunt maximi incendij indicia, & in iratorum aut furiosorum oculis apparent, in quibus fulgores & splendores quidam emicant, velut foras emisso aut extruso cum spiritu lumine. Atque in eo spirituum & materiæ conferto impetu, tanta contensionis vis apparet, vt pupilla ipsa ad intendendum visus aciem sese explicare non queat, sed ad huiusmodi splendores velut ad solares radios contrahatur. Nam quemadmodum contractione visus acies subsistit & hebescit, ita & contensione vires exerit, quod dixit τὼ κόρλω ὀκτείνεσθαι. Quæ exemplaria λαμπηδόνος ἔκλαμψιν habent, etsi valde enixè oculorum fulgorem & resplendentiam exprimunt, nullus tamen contensionis impetus, aut eorum quæ vi foras emittuntur extrusio ac expressio tam aptè proponitur, quàm si ἔκθλιψιν retineas. Quanquam ὀκλάμπειν de resplendentibus oculis crebrò ab Hippocrate vsurpatur, & in Prorrh. ὀκλάμπουσις ἀπνέως ὀφθαλμοὶ dicuntur. Longè tamen alio sensu αἱ ἀπὸ νηπίων ὀκλάμψεις efferuntur in Epidemiis, etsi venustam istam translationis elegantiam quodammodo referre possunt. Quidam etiam codices ἔκθλαμψις vitiosè legunt, & vbi ἔκθλιψις ἔξω σφοδρὰ legitur, in manu scriptis duobus exemplaribus Regiis ὀξὼ desideratur, quam lectionem sequitur Caluus, qui etiam vtrobique ἔκπεσιν legisse videtur, vt & Cornarius λαμπηδόνος ἔκπεσιν. D E

καὶ βλεφαρίδων καμπυλότης] Hîc ciliorum curuitas intelligitur. In Prognost. βλέφαρον καμπύλον dixit, vt & cilia Plinius palpebras vocat. Caluus supercilia dixit, velut ὀφρύες ἀμφιστρέφεσθαι dicuntur aph. 49. lib. 4. & 75. lib. 7.

πῆξις ὀμμάτων] Exemplaria manu scripta πῆξις vitiosè legunt, quam lectionem etiam secutus est Caluus. πεπηγότες autem ὀφθαλμοὶ intelliguntur, vt in Epidemiis, & πεπηγὸς ὄμμα in Prorrh. & postea, oculi fixi & immobiles. F

μύειν] μύειν cùm genarum oculos claudentium officium sit, istúdque extremam imbecillitatem virtutis & musculorum indicet, conniuere potiùs quàm nictari diximus, quod neruorum generum musculos mouentium infirmitatem denotat, sitq; nictatio in oculis, quod tremor in reliquis membris.

χρώματα μεταβάλλειν] In Prognostico τὸ χρῶμα ἢ ὄμμαπτος πρεσσόπου ἠλλαγμένον obseruari iubet, & hîc ad oculos restringit, vnde etiam fortassis χρώματα dixit, quòd in his plures colorum species appareant, ac magna humorum ex hac colorum immutatione perturbatio ac inæqualitas designetur.

καὶ βλέφαρα μὴ συμβάλλειν] In Prognostico πρὶν ὑποφάσεις τῷ ὀφθαλμῷ ἐν πίσιν ὕπνοισιν obseruari præcipit, & aph. 52. lib. 6. quæ extremam virium exolutionem denotant. Sic prius ἐν πίσιν ὕπνοισιν ὑποβλέπουσας in hoc præsagio damnauit. Et huiusmodi suspectiones valde attendendæ sunt, cùm per somnum (vt inquit Celsus) palpebræ non committuntur, sed inter has ex albo oculorum aliquid apparet, neq; id fluens aluus expressit. G

ἰλλαίνων ὀφθαλμὸς] Quod hîc ἰλλαίνειν ὀφθαλμὸν, antea διαστρέφεσθαι dixit, vt & in Prognost. & ex aphorismis oculum peruerti Celsus vertit. Quid autem sit ἰλλαίνων ὀφθαλμὸς fusiùs aperuimus nostris in lib. 3. Epid. Annotationibus & in OEconomia.

In febre ortus oculorum rubor, diuturnam alui malignitatem præfert.

219 Ὀφθαλμῶν ἔρυθρος ἐν πυρετῷ ἠλιθίωνος, κοιλίης πονηίης χρονίης σημήνη.

Fieri potest vt cerebro humore acri & feruente oppleto (vnde etiam oculorum rubor contingit) dum deorsum deturbatur, aluus malè afficiatur, vt in lippitudinibus alui profluuium & procliue est, & confert. Neque tamen istud necesse est, cùm & oculorum rubor aut membranarum cerebri & osculi ventriculi inflammationem interdum causam habeat. πονηείη autem κοιλίης de maligna ventris afflictione dicitur, cùm aluus acri ac mordente humore irritata cum torminibus & cruciatu diffluit, ac doloris sensu pungitur. Ac antea πονηρεύεσθαι κοιλίαν dixit, quod in Prorrh. καταῤῥήγνυσθαι extulit. Et quod aph. 27. lib. 4. καταψυχαίνεσθαι κοιλίη ponitur, in Prorrh. πονηρεύεσθαι dicitur, quod de alui affectione intelligitur, cùm ex caloris natiui imbecillitate, aut cruditate, aut acidis ructibus affligitur, aut flatibus distenditur, aut humorum acrimonia irritata malè habet. H

220 Αἱ παρ'

A 220 Αἱ παρ' ὀφθαλμοὺς ἐπαναστάσιες ἐν τῇσιν νούσοις μαλθήσι, κοιλίαι καταῤῥηγνύουσιν.

Erumpentes circa oculos eminentiæ, dum ægri ex morbo recreantur, prorumpentis alui spem faciunt.

ἐπαναστάσιες παρ' ὀφθαλμοὺς dicuntur oculorum eminentiæ, aut assurgentes in tumorem oculi, intumescentibus palpebris & exruberantibus humorum copia membranis, & defluentis ex cerebro humoris redundantia, quæ si in aluum redundet, eam effundit. Intelligi possunt etiam ἐπαναστάσιες velut ἐπανασήματα Dioscoridi pustularum eruptiones, quę ex humorum acrimonia in cornea vlcera excitant, velut φλυκταινῶν ἐπανάστασιες dicitur. Nos vt vtrunq; assequeremur, erumpentes circa oculos eminentias diximus.

221 Ἐπὶ ὀμμάτων διαστροφῇ, κοπιώδεϊ, πυρετώδεϊ, ῥίγος ὀλέθριον. καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τούτοισι, κακόν.

Cum oculorum peruersione, febribus & lassitudinis sensu detento, rigor perniciem minatur. Atque in huiusmodi casibus soporati, malum denunciant.

B Hæc sententia repetitur Prorrh. 89. & adducitur à Galeno libello περὶ ῥίγους.

221 Ὀφθαλμῶν ἐν ὑδρὶ, πυρετῷ ὀπιγδομένῳ, λύσις. εἰ δὲ μὴ, κίνδυνος τυφλωθῆναι, ἢ ἀπολέσθαι, ἢ ἀμφότερα.

Lippitudine affecto suborta febris solutionem affert. Sin minus, cæcitatis, aut mortis, aut etiam vtriusque metus est.

Hoc præsagium temerariam sine distinctione habet assensionem. Plærunque nanque ex acrium humorum defluxione suborta oculorum inflammatio, tantùm non à febre præsidium, sed mali accessionem habet. Est etiam vbi crassioris sanguinis aut pituitæ copia lippitudinem facit, & vt interdum vino remediũ quæritur, ita febris remedio esse potest, concoquendo, resoluendo & tenuando. Quin & Prorrh. 2. Hippocrates in lippitudine ex febre auxilium petit. Et ex illo loco Celsus, intus ruptum oculum febriculam iuuare scripsit. ὀφθαλμία igitur quamuis ad oculos fluxionem vocat, vt libro περὶ ἀδένων, ἐπ' ὀφθαλμοὺς ῥέον. Cùm autem ex oculorum inflammatione, vlcerum, aut ruptionis oculi, aut etiam putredinis metus sit, cęcitatis aut mortis periculum impendêre potest, aut vtriusque, quod tamen non legit Caluus. Videtur enim ista duo membra, ἢ ἀπολέσθαι, ἢ ἀμφότερα, omisisse. C

221 Οἷσιν ὀφθαλμῶσι κεφαλαλγίη παρεγένετο, καὶ παρεκτείνοντος χρόνου πουλιῶ, κίνδυνος τυφλωθῆναι.

Quibus cum lippitudine capitis dolor accedit, & longo tempore perseuerat, cæcitatis metus impendet.

Ex capitis dolore perseuerat in oculos fluxio ac lippitudo, & ex diu trahente inflammatione putredo humorum imminet & suppuratio tandem oritur, sæpe etiam albugo aut suffusio nascitur, metúsque est etiam ne neruus opticus contabescat aut concidat, vnde visio deperditur. Prorrh. 2. scribit Hippocrates, εἰ δὲ καὶ σπασθῶν ἐπὶ τῇ πύστῃ, πλείας ἄρχηται ὀφθαλμὸς γίνεται. Vbi etiam multa hanc in rem scribuntur. Caluus hanc sententiam omninò præter misit. D

224 Ὀφθαλμῶν διάῤῥοια ἀπὸ ἑωυτοῦ, χρήσιμον.

Lippitudine laborantem, sponte aluus profluens iuuat.

Placitum est 17. lib. 6. Aphorismorum, & his verbis repetitur libello περὶ κρισίων, ὀφθαλμῶν ἐπὶ διαῤῥοίης δίψαι, ἀγαθόν. Celsus cap. 8. lib. 2. Omnis deiectio lippienti prodest. ἀπὸ πωλόμενον autem χωρὶς τῆς ὀξὺ αἰτίας, ἢ ὀξαίφνης significat ex aph. 78. libr. 4. Hîc verò spontaneum impetum magis ostendit.

225 Ὀμμάτων ἀμαύρωσις, καὶ ὁ πεπηγὼς, ἀχλυῶδες, κακόν.

Oculi hebescentes & obtusi, concreti ac caligantes, malum portendunt.

Prorrh. 46. repetitur hæc sententia. Est autem ἀμαύρωσις Galeno, ἢ ἀμυδρὰ τῶν ὀργάνων αἴσθησις, & oculorum hebetudinem, aut obtusam & elanguescentem eorum functionem indicat. Authori autem Isagoges ἀμαύρωσις δὲ ἐστιν ὅταν πανελὴς παρεμπόδισμὸς ἢ τῶν ὁρατικῶν φαντασιῶν αἰτίας. In morbis autem acutis τὸ ἀμαυροῦσθαι τὰς ὄψεις ἀῤῥωστίαν καὶ νέκρωσιν σημαίνει τῆς ὀπτικῆς δυνάμεως, vt scribit Galenus.* Sic τὸ ἀμαυρὸν κακὸν, in Epidemiis scribitur, & οἱ πεπηγότες ὀφθαλμοὶ, ὅπερ ἐστὶν ἀκίνητοι, ἢ πολλοπάτιν ἐοδὲ κινοῦντα νέκρωσιν ἢ κατὰ τὰς μῆς δυνάμεως, ὑφ' ἧς ἀκινοῦνται τοιοῦδεν ὅτ' ἄχρι κατὰ φύσιν. Ἀχλυῶδες autem retinui ex Prorrhetico & manu scriptis quibusdam, quam etiã lectionem agnoscit Galenus, etsi publicata exemplaria ἀχνῶδες legunt, quam lectionem amplectitur præceptor Hollerius. Sic in Epidemiis de oculis scribitur, κακὸν ἢ ὅταν ἐπιξηραινόμενον τῇ ἄχνῃ, cùm præ extrema ariditate & summa imbecillitate sordes in oculis velut lanugo, aut tenuis spuma, tenuissimáque ramenta concrescunt. Sic enim τὸ πεπηγὸς iungunt. Cui etiam lectioni suffragatur quòd Hesychius τὸ ἀχνῶδες ἄχνῃ ὅμοιον exponit. Codices manu scripti Regij ἅμα καὶ τὸ πεπηγὸς legunt. Caluus hanc sententiam Hippocrate dignam prætermisit.

*Com. 1. in lib. 6. epid.

F 226 Ὀμμάτων ἀμαύρωσις ἅμα ἀψυχίῃ, σπασμῶδες σιωπόμενος.

Oculorum hebetatio cum animi defectione promptam conuulsionem denunciat.

Hoc præsagium extrema pars est Prorrhetici 113. Oculorum autem obscuratio cum animi deliquio, quòd neruorum principium appetitum indicet, non simpliciter ac ex necessitate conuulsionem accersit, sed velut ex accidenti.

227 Ὀμμάτων ὀρθότης ἐν ὀξεῖ, καὶ κίνησις ὀξεῖα, καὶ ὕπνος παρεγχώδης, ἀγρυπνίη ποτὲ ἢ καὶ φάξιες ἐκ ῥινῶν, οὐδὲν ἀγαθόν.

In præcipiti malo rectus oculorum obtutus ac motus pernicitas, somnus turbulentus, peruigilium, interdumq; sanguinis ex naribus stillationes, nihil boni denunciant.

G Vt manifestum est phreniticorum præsagium, ita non æquè explicata est literæ scriptio. ὀμμάτων ὀρθότης dici videtur rectus & intentus oculorum obtutus, ὀφθαλμοὶ ἀπνέες interdũ vocantur. Quin & ὀμμάτων θράσος & ὄμμα θρασὺ fortassis concipi potest, ac ferociens aut truculentus oculorum aspectus in animi notione reponi, cùm ex truci illo obtentu intentam ac velut directam oculorum aciem erigunt ægri. Quæ latè sparsa sunt per totam Hippocratis περιγραφὰς phreniticorum indicia, cúmque ex siccitate tensionem quandam inducant, conuulsionem promptissimè minantur. κίνησις autem ὀξεῖα, ὀνομαζόμενος καὶ ἀσπεικτοῖς ὀφθαλμοῖς, hoc est, instabiles ac perniciter motos oculos, inordinatéque proiectos significat. πυκνὼ κίνησιν eandem in Prorrhetico quam hic ὀξεῖαν vocans, cum scribit, ὦν δὲ αἱ ὄψεις πυκνὰ κινέουσαι, μανίας τὸ πρὸς ἐλπίς. Qui affectus etsi penè sunt inter se contrarij, insaniam tamen prædicunt: vt non temerè videatur hæc sententia libro sexto Epidem. exprimi his verbis, ὄμμασι θρασὺς περιφρουτικὸν, καὶ ῥίψις. At quàm manifestè insaniam prodant sanguinis ex naribus stillationes, multis ex Prorrhetico locis apertè satis apparet. In eo verò quod sequitur magna est exemplarium varietas. Quidam codices vnico contextu ista omnia comprehendunt, quod de phreniticis aut etiam conuulsionibus explicentur. Sunt qui in duas sententias distinguunt, quos etiam cum interpretibus secuti sumus, ac post πῆξις ἐκ ῥινῶν, ἐκ ἀγαθὸν ex illis adscripsimus, quam etiam lectionem Caluus & Cornarius sunt secuti, etsi κακὸν aut φρενῶν malim. In quibusdam etiam codicibus illis in verbis lacunæ asterisci subnotatæ deprehendunt. Et in tanta varietate nihilò sanè deterior quàm ex salua integritate lectio eruitur, cùm in turbulento huiusmodi opere ac veluti suffarcinato centone, velut H

ad incitas redacti, rarò nec sine labore expeditum ac explanatum sensum emendicemus. Poterunt ergo ista aut coniunctè, aut disparatè legi, & ad phreniticorum prædictionem referri. σείεις autem, non σίσεις, scribendum.

Qui in febribus ad tactũ nullũ ardoris sensum præferunt, phrenitici fiũt, idq; magis si sanguis fluxerit.

218 Πρὸς τοὺς ἁφὴν μὴ παρεκταίοντας, φρενιτικοὶ γίνονται, καὶ μᾶλλον ἢν αἷμα ῥυῇ.

Περὶ τοὺς ἁφὴν μὴ παρεκταίοντας intelliguntur qui febribus ardentibus & malignis detenti, nullum ardoris sensum ad manus contactum, aut in attrectando exhibent, sed in penetralibus concepto intrò incendio, vruntur & ardent, corporis autem extrema planities friget. Quæ est febris pestilentis & maximè exitialis damnabilis nota, & aphorism. 48. libr. 4. fugillatur. Antea quoque παρεκταίοντας πρὸς χεῖρα cos vocauit. Huiusmodi autem sententiæ mihi videntur exprimere quod in Prorrhetico scribitur, his verbis, τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα καύματα ἐν τῷ πυρετῷ, πυρετὸ παρεμφυχθέντος, κακόν. &c, κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, σμικρὰ δὲ μέλανα ἀπυεσα. ἢν δὲ τὰ πρὸς τὴν ἀγκλῶνα χαλῶσαι, μικτὴν δὴ τὴν τοιοῦτοι ῥηγνύμενος, κακόν. Istud nanque, καὶ μᾶλλον ἢν αἷμα ῥυῇ, sunt qui de subsistente & præparata aut infra modum commota hæmorrhagia accipiant, quod in huiusmodi incendio interno ac ardentibus febribus præsentissimum minatur exitium. Verùm mihi quidem potiùs de sanguinis fluxu sumendum videtur, cui ῥέειν accommodat Hippocrates, quique materiæ sursum sublatæ momentum ac impetum ostendit, indeq; celeriorem phrenitidis præsensionem conficit. Solétq; in exitialibus huiusmodi febribus & malignis, sanguinis profluuium etiam liberale, lethali admodum ostento, nec nisi pestifera conditione excitari. Ferè enim statim excitato vehementi delirio ægri pereunt, vt in statu pestilenti videre sæpe contingit. Ideóque μᾶλλον καὶ ἢν αἷμα ῥυῇ legit Præceptor Hollerius.

Lingua circa initia quidem horrida, in eodem verò colore perseuerans, procedẽte verò tempore vbi exasperatur, liuescit, finditur, mortem denunciat. Quòd si admodum nigrescat, decimo quarto die iudicationem promittit. Periculi autem maximè plena est nigra & ex virore pallescens.

219 Γλῶσσα δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν πεφρικυῖα, τοῖ δὲ ἀρχόμενοι ἀβαρθύουσα, περισσίοντος δὲ τοῦ χρόνου βραχυνομένη, καὶ πελιαινομένη, καὶ ῥηγνυμένη, θανάσιμον. σφόδρα δὲ μελαινομένη, ἢν παραρεσκαιδεκάτῃ κρίσιν ἡλυέσθαι δηλοῖ. χαλεπωτάτη δέ ἐστιν ἡ μέλαινα καὶ χλωρή.

Lingua cùm rata sit, fungosa, & spongiosa, insignibus vasis plena, promptissimè succorum corporis colores imbibit, vt non abs re scriptum sit in Epidemiis, γλῶσσα οὖρον σημαίνει. & γλῶσσα ὁμόχροος τῇσι φλεγμασίσι, διόπερ παύτῃ γινώσκομεν τὰς χυμούς. Hic autem videtur describi linguam qualis solet esse in magno febrium ardentium incendio, primùm horrida, ex resiccatione densata & contracta deinde aspera, denique rimis dehiscens. Quibus veluti gradibus ex humiditatis inopia in perniciem itur (vt scribit Galenus*) demúmque lingua fuliginosa & nigra, exhalante intus concepto incendio, conspicitur. Ac videtur hîc πεφρικυῖα dici, quam θαασσῶσα in Prorrhetic. & paulò pòst vocat. Horrida ergo lingua est, siue inæqualitas quædam in motu indicetur ab agitatione humorum ac spirituum, siue à leui in superficie cutis asperitate inhorrescat, cùm humidi inopia (quo summa cutis cõtinuitas exæquatur) exasperatur aut stringitur. Non secus ac Ouidius† de leui maris agitatione primóque maris æstu quo eius planities exasperatur, æquor exhorrescere dixit, exigua cùm summum stringitur aura, quo φρίκα Homeri exprimere videtur, quam primùm leuiter agitato mari sæpe tribuit, & explicat Galenus Comment. 3. in lib. 6. Epidem. vbi φρικῶδες exponit de cutis rugosæ inæqualitate cui πόλιον opponitur. Qua notione etiam πυρετικὴ γλῶσσα scribitur ab Hippocrate libr. 3. de Morb. in febre ardente. πεφρικυῖα tamen laudo, & huius scriptionis coniecturam maximè probo, sed πεφρυγμένη. aut φρυγῶσα, torrida & arida magis dicitur. Quinetiam χλωρὴ γλῶσσα Hippocrati dicitur pallida, & quæ bilis pallidæ colore infecta est, quemadmodum γλῶσσα χλωρὰ, χολώδεις in Epidemiis notat Hippocrates. Illîc enim (vt testatur Gal.) αἱ χλωραὶ γλῶσσαι ἤρξαντο ἀπὸ φῶς αὐτὰ τῷ ὠχρῷ, ἀπὸ τῆς ὠχρᾶς χολῆς βαφθῆναι. Idque ex vulgi consuetudine qui χλωρὸν pro ὠχρὸν sæpe vsurpat, quod his verbis refertur Galenus, χλωρὰς οὖν γλῶσσας ἔφην αὐτοὺς ὀνομάζειν οἱ ἰατροὶ τὰς ὠχρὰς ἐν τοῖς ἀρρωστοῦσι, ὅς αὐ ἔστι τὸ χλωρὸν ἕτερον ἢ χρόα μεταβάλλειν, τὴν ὠχρὰν ἀπὸ τῆς χολῆς. Et si χλωρὰ γλῶσσα hîc verè dicuntur ex virore pallidæ, quæ ex bilis flauæ incendio ac feruore & in bilẽ æruginosam mutatione contigerunt in febribus acutis ac deurentibus, atque ideo maximum periculum denunciant, μέλαινα autem γλῶσσα dicitur quæ ex fuliginosa adustione in febribus ardentibus nigricat, & vehementem resiccationem semper coniunctam habet, quemadmodum ex his Galeni verbis apertum est, τοῖς δὲ αὖ οἷς ὕδωρ ἐστὶ ξηρὸς ἱκανῶς, ὀκτὼ πυρετῷ ὁλοκαυστοῦ, οὓς δὴ πῦρ καταφλέγον τὸ αἷμα. λιγνοῦ μᾶλλον ἢ καθ' ἁπλῶ, ὥστε πλήσιον αὐαινόμενον ἐργάζεται, διὸ καὶ μέλαινα ἡ πλείστη αἱ τοιαῦται φαίνονται γλῶσσαι. Quamuis enim μέλαινα γλῶσσα ἀπὸ μελαίνης χολῆς καὶ μὴ τῆς ἐν μεταφορᾷ μελαίνης fiant, vt scribit Hippocrates, quia tamen hoc loco ex linguæ indicatura morborum acutorum specimen facere videtur, præstat ἀπὸ λιγνοῦδους ἐγκαυσιος nigricantem linguam deduci. Quod & facit Galenus libr. 8. de Placitis Hipp. & Platonis, illam Hippocratis libr. 6. Epid. sententiam producens. Ac vt magis ista ad febrium ardentium incendia referri existimes, æquum videtur eorum originem à capite arcessere, vt & genuitatis indicaturam præferant, & ad sui cognitionem ampliores faciant aditus. Sumpta autem videntur ex libello περὶ κρισίμων, atque in istum locum ex his verbis translata, καθάπερ οἱ τῇσι φλεγμαινούσῃσι ἐκ ὑγιείας γίνεται. φύσει γὰρ ἄπαξ, ὡς ἀνάγκη, ἀπὸ πυρετάσας. δίψα μὲν οὖν πολλὴ ἔχει τὸν ἄνθρωπον ἐν πυρετῷ σφοδρῷ. γλῶσσα δὲ ῥήγνυται τραχυνομένη, καὶ ξηρὴ γίνεται. ἐν τῷ χρώματι αὐτῆς, τὸ μὲν πρῶτον ὠχρὸν ἐστι, οἷον καὶ ἔωσε. περιόντος δὲ τοῦ χρόνου, μελαίνει. καὶ ἢν μὲν ἐν ἀρχῇ μελαίνοντο, θάνατος αἱ κρίσιες ἦσαν. ἢν δὲ ὕστερον χρονιώτερα. Quæ sanè ex lib. 3. περὶ ἑπτὰ repetita videntur, vbi hunc in modum scribuntur, ἡ δὲ καυσώδης λεγομένη. δίψα τε ἔχει πολλὴ, ἐν ἡ γλῶσσα πέφρικε. τὸ δὲ χρῶμα αὐτῆς, τὸ μὲν πρῶτον ὠχρὸν, οἷον καὶ ἔωσε, ξηρὴ δὲ σφόδρα. περιόντος δὲ τοῦ χρόνου σκληρύνεται, ἐξηρανθεῖσα, καὶ παχύνεται, ἐὰν μελαίνῃ. ἢν μὲν ἐν ἀρχῇ ταῦτα πάθῃ, θάνατος αἱ κρίσιες γίνονται, ἢν δὲ ὕστερον, χρονιώτερα. Quod autem de lingua nigricante ad celeriorem iudicationem dicitur, ex eodem libro deductum est. Scribit enim in καθεκπνευμονίᾳ, ἡ δὲ γλῶσσα ξανθὴ. περιόντος δὲ τοῦ χρόνου μελαίνει). ἢν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ μελαίνῃ), θάνατος αἱ ἀπαλλαγαί. ἢν δὲ ὕστερον, χρονιώτερα. πλευτῶσι δὲ καὶ ῥήγνυται ἡ γλῶσσα. καὶ ἢν περιόντος τὸν δέκατον, ἔχει). Quæ etiam reperuntur libello περὶ κρισίμων. Porrò quod ad literam attinet, duo exemplaria Regia manu scripta ἐν τῇ παραρεσκαιδεκάτῃ κρίσιν δηλοῖ legunt. Vbi κρίσις vt aliàs crebrò, tam eam morborum immutationem ex qua pernicies imminet, quàm quæ salutis spem concipit, innuere videtur.

*Com. 1. in Prorrh. †Lib. 4. Metamorph.

Linguæ bifulcum velut saliua alba obductum, febris remissionem indicat, eo quidem quod agnatum est crasso existente, eodem die, si verò tenuius fuerit, postridie, perendie quoque si adhuc tenuius fuerit. Eadem etiam significatio est, si hæc circa summam linguam contingant, minus tamen firma.

220 Γλῶσσα δὲ ὀξυκρόου ὡς ἐπὶ σάλω λευκῷ καταλείφεται, σημεῖον αὐέσεως πυρετοῦ, παχέος μὲν ἐόντος τοῦ ὀπτῆμερος, αὐθήμερον. λεπτοτέρου δὲ ἐς τὴν ὑστεραίην. ἐπὶ λεπτοτέρῳ τεταμένῳ. τὰ δ' αὐτὰ σημαίνει καὶ ἐπ' ἄκρῳ τῇ γλώσσῃ γινόμενα. ἧσσον δέ.

γλῶσσα λευκὴ ἀπὸ φλέγματος vt scribit Hippocrates, Quæ igitur velut saliua quadam alba aut pituita obductæ sunt, remissionem febri, significant, cùm desaeuiente febrium ardentium feruore ista appareant, velut testineto in corporis penetralibus incendio, ac humectato ventriculo, & humorum in vasis concoctione procurata, vnde linguæ ariditas & asperitas infuso quodam rore demulcetur. Ac quò crassior huiusmodi salinatio ex tenui processerit, eò breuiorem fore remissionem, ex concocta magis morbi materia sperandum est. Atq; hîc λεπτότερον pro minus crasso sumitur, quemadmodum aph. 69. lib. 4. λεπτὸν ὕδωρ non ita crassum lotium dicitur, vt satis apparet ex libello περὶ κρισίμων, vbi ista aliis verbis repetũtur & valde vitiosè scriptis in nostris codicibus, quę sic legenda sunt, παῦτα ἢν χρὴ σκοπεῖν πρὸς τὰς κρίσιας. Ἢν εἰ παχὺ τὸ δικρῶν ἢ γλάσσης, ὡς ἂν σιάλῳ λευκῷ ἐπαλείφῃ), ἢν ὀπτὴ τῇ γλάσσῃ πυτὸ ἢ ὀ γεφύρη), ἥσσον δέ. εἰ μὲ ἢ ὠμὴ σμικρὰ ταῦτα εἴη, ἐς ἢ τεῖτον αὔεσις ἢ νόσου. λῶ δὲ ἢ παχύτερον, αὔριον. λῶ δ' ἢν παχύτερον, αὐθημερινῶν. Hæc igitur ad iudicationes in considerationem adhibere oportet, & si linguæ bifurculum velut saliua alba obducatur, etsi in summa lingua hodiem contigerit, minus tamen. Siquidem igitur tenuia hæc extiterint, ad tertium diem morbi remissio expectanda, sin verò quid crassius, in crastinum, si autem adhuc crassius, eodem ipso die. δίκρουν autem legit Galenus in Exegesi, & hunc locum subindicans, exponit, τὸ ὅλῳ δίκραιον, ὅπερ Θ διχῆ ἐς ὀνομάζουσι, velut biceps & bifidum. δίκραια verò Erotianus ex lib. περὶ τόπων τῶν κατὰ ἀνθρωπον exponit τὰ διῃρημένα εἰς δύο, Θ ὅλῳ δίχηλα, Θ διώρυφα. Sed apud Hipp. δίκραια & δίκραιον legitur, quemadmodum apud Galenum in Exegesi legendum existimo. Nam quod scribitur, τὸ ὃ καὶ τὸ Θ ἥδικρον δηλοῖ, prò ἥδικρον, δίκραιον legendum censeo, nisi si cui ἡ δικρόα placeat, cùm δικρόα etiam substantiuè reperiatur. Dicitur autem δίκραιον, bifidum, bifulcum, & δίκραιον velut δικράεσσον, biceps, & τὰ δίκραια ligna bifurcata. Hîc autem variant exemplaria, cùm manu scripta καταλείπεται pro καταλείφεται legant, & μένοντος pro μὲ ἐόντος. Quam lectionem secutus est Caluus, & ferci potest, si febrium ardentium transitum spectes. καταλείφεται tamen malim ex libello περὶ κρισίμων. Vitiosi sunt etiam publicati codices, qui sententiam istam nullo sensu disparant, cùm coniunctè legenda sint omnia. *Lib. 6. epid.

Lingua tremula cum narium rubore & aluo humecta, si reliqua quę sunt circa pulmonem nullam iudicationis significationem præferant, malo est, ac celeres perniciosas purgationes denunciat.

221 Γλῶσσα τρομώδης μετ' ἐρυθήματος τῶν ῥινῶν καὶ κοιλίης ὑγρῆς, τὰ δ' ἄλλα ἀσήμως ἔχοντα τῶν πλευμόνα, πυρετὸν, καὶ ὀξείας καθάρσιας ὀλεθρίους σημαίνει.

Linguę tremor animalis facultatis summã imbecillitatem ac motionum inefficacitatem præsefert, in phreniticis siccam cerebri intemperiem referens, interdum etiam ad profusam humorum abundantiam, cerebri facultates prægrauãtem & neruos irrigantem consequens, non secus ac in reliquis membris oppressa onere animalis facultas, velut fatiscentibus viribus, tremebundas actiones obit. Decumbentibus igitur huiusmodi humoribus in ventris alueum, irritari aluus potest, præsertim si qualitate aliqua externa vires acquisierint, nec in pulmonum cauitatem redundarint. Hunc enim in sensum accõmodari posse videntur hæc verba, τὰ δ' ἄλλα ἀσήμως ἔχοντα τῶν πλεύμονα, vt in reliquis nulla pulmonis affecti significatio edatur. Possunt etiam ista ad peripneumoniam lethalem referri, hac notione. si in reliquis nulla circa pulmones iudicationis significatio extiterit, vt ἀσήμως ἀκρίτως accipiatur, vt nulla salutaris iudicij aut melioris spei signa sese ostentent. Grauissima autem & maximè lethalis est peripneumonia, ad quam cerebri inflammatio velut quædam mali fit accessio. Eoq; sensu καθάρσιες eæ quæ per sputa fiunt euacuationes sumentur, vt aph. 8. lib. 5. aliò qui de iis quæ per aluum repurgantur intelligi possunt.

222 Γλῶσσα τοῦδε λόγου ἀπαλλοιουμένη, καὶ ἀσώδης μὲν ἱδρῶτος ψυχροῦ ὅτι κοιλίη ὑγρὴ, μελάνων ἐμέτων ὅτι σημεῖον. Ὁ κοπιώδες ἐν τούτοισι κακόν.

Lingua præter rationem mollis reddita, ac nauseabunda, cum sudore frigido, ab aluo liquida, nigræ vomitionis significationem affert. In his lassitudinis sensus malum denunciat.

Plena est obscuritatis sententia, tum ob insolentes, quibus hic author non rarò vtitur, dictiones, tum etiã propter non satis artis legibus accõmodatam signorum, quę hic adhibentur, disciplinam, sed quę omninò ambiguam, nullam autẽ propriam affectuum speciem circumscribant. Quæ veluti ramenta, quòd in hac cumultuaria opera tam frequenter, quàm non sine tædio, occurrant, nobis cũ summo stomachi fastidio conuerrenda fuere, ac nisi quis probet, reuerrat licet, vt loquitur parasitus Plautinus. Mihi igitur accõmodatè satis ad phreniticos referri videtur hæc sententia, in quibus non temerè resiccata lingua & aspera, mollis ac humescens, & tenui saliuatione obducta, non longè postea vomitionem affuturam prædicit. Adeò vt ista sententia mihi Prorrh. 31. exprimere videatur. τὰ ἐν τοῖς φρενιτικοῖσι μὲ καταψύξεως ἀνελίσσοντα, μέλανα ἀνεμεῖ). Sed dictionis insolentia obscuritatem parit. ἀπαλλοιουμένη γλῶσσα dicitur quæ lenis est & mollis, aut humescẽs, velut asperę, duræ, ac pręsiccitate cõtractę repugnans, & quę humiditatis copia ac saliuatione imbuitur & tenerescit. Quòd cùm impendente in phreniticis vomitu repente fiat, παῦτα λόγου ἀπαλλοιουμένη dici existimanda est. Caluus debilitatam & resoluta linguam dixit, ob eius mollem laxamq; substantiam, exoluto calore & spiritu, & motionis imbecillitatem, vt mihi videatur aliam secutus lectionem, & ἀπολυομένη potiùs quàm ἀπαλλοιουμένη legisse. ἀσώδης autem lingua, vt nouè dicitur, sic non temerè ad æstuabundos ac nauseabundos ægros refertur, eaq; intelligi videtur, quæ nauseæ sensum sentit, & ex stomachi redundantia, vnde ventriculi os mordetur, fastidij plenitudinem ac restagnantem in gulam tenuem saliuam combibit, indeq; ciborum gustum non percipit, affectis tertiæ coniugationis neruis & nimio humore perfusis. Ex eoque humorum morsu os ventriculi subuertitur, & in promptam vomitionem refundit, dum æstuatione nauseabunda conflictatur æger, quæ ἀσὼ dicitur. Sudor verò frigidus humoris vomitione refusi qualitatem indicat, vt & καταψύξις, ac idem in nigrorum vomitu efficere potest. κοιλίη ὑγρὴ τὸ κοπιῶδες, cùm sint communia morborum symptomata, propriam nullam affectuum naturam hîc circumscribunt, sed planè ambigunt, etsi commota & irritata bile flaua aluus, & lassitudinis affectio ex mordaci humorum acrimonia orta, ad phrenitidis causam aliquid leuiter addit. Fusis quoque & liquatis per aluum humoribus, aut in habitum corporis compulsis, & à febre carnosarum partium humiditate consumpta ista oriri possunt.

223 Αἱ θαμὰ δὲ γλῶσσαι ἐπὶ καὶ κοιλίῃ ὑγρῇ ὁτέοτε ποιέουσι. μελανθεῖσαι δ' ἐν τούτοισι, τὰ χωὶ θάνατον σημαίνουσιν. ἢ σὰ γε θαμὰ γλῶσσα σημαίνει ἐκ ἱδρυμένου γώμου;

Linguæ tremulæ quibusdam etiam aluum humectam nõnunquam reddunt. In his autem si nigricent, etiã mortem denunciant. Ac fortassis lingua tremula instabilem mentem & à sede constantiæ deturbatam significat.

Sunt hæc phreniticorum symptomata, in quibus obtensam calorem ac siccitatem, affecto neruorum principio, imbecillis reddita animalis facultas, tremulas actiones ac conuulsiones sentit. Ex eadem incendij intensione lingua nigricat & mens à sede constantiæ deturbatur. Hîc autem meliùs quàm Prorrh. 20. assensionem sustinet, cùm inde tamen translatum videatur. Aluus etiam lubrica nihil habet hîc commune aut proprium, vt superioribus sententiis est demonstratum, & quòd raritatem euentus habeat ac nullam perpetuitatem (vt his verbis satis apertè ostenditur) ratis prędictionis legibus non comprehenditur. Potest quoque ob largam humiditatem & mollitiem linguæ imbecillitas & tremor fieri, vnde humiditate etiam imbutus ventriculus, aluum fluidam reddit, vt in balbutientibus accidit, aph. 32. lib. 6. Quod etiam repetitur in fine huius prælegij.

224 Αἱ δασύφωνα καὶ ξηραὶ, φρενιτικαί.

Linguæ densæ & peraridæ, phrenitidẽ portendunt.

Prorrh. 3. repetitur hæc sententia, & eandem habet explanationem. Siue igitur δασύφωνας γλώσσας, τραχείας accipias ex Galeno, siue πεφρικυίας vt supra, siue σκληρὰς aut παχείας, vt in lib. περὶ νόσων, eandem tamen habeat ex resiccatione originem.

225 Ὀδόντες συνεείξιν ἢ τρίξιν, ὦ μὴ σιωπῶντες ἐκ παραλίω, μανικὸν καὶ θανάσιμον. ἤδη δὲ τῶν φρενιτικῶν τοῦ ποιεῖν τοῦτο, πάντελῶς ὀλέθριον. ὀλέθριον δὲ καὶ ξηραίνεσθαι τοὺς ὀδόντας.

Dentium collisio aut stridor, præter consuetudinem à teneris contractam insaniam ac mortem denunciat. Quòd si iam delirantibus id accidat, prorsus exitiale est. Quin & dentes resiccari perniciem denotat.

Habet hæc ſententia ex Prognoſtico reperita artis theorematum communitatem. Nam quæ à conſuetudine aut ſanorum actionibus abſunt, ea præter naturam fieri dicuntur. In febribus autem iſta accidere inaudienda ſunt, quod & in Prognoſtico addit. Repetitur etiam in Prorrhetico his verbis, ὀδόντων πρίσις ὀλέθριον, οἷσι μὴ σώιηθες καὶ ὑγιαίνουσιν. σωιεείζειν autem hîc paſſim ſcribitur quod dentes inter ſe committere aut contendere ſignificat, cùm σωιεφείδειν aut ξωιεφείδειν ſæpe ſcribat Hippocrates, quod collidere & conſerere dentes ſignificat, indéque ξωιέφεισις ὀδόντων & aliquando ξωιέρξις, cùm dentes inter ſe conſeruntur, concludunturque, & confirmantur, vt alibi ſcripſimus. Quod autem hîc etiam de reſiccatione dentium dicitur, in febribus ſubauditum, caloris intenſionem denotat, velut aph. 53. lib. 4.

Dentis ſyderatio abſceſſum ad gingiuas enatum ſoluit.

236 Ὀδόντος σφακελισμὸς ἀπέσημε τὸν ἐξελθόν ῥυόμενον λύει.

Fit interdum vt gingiuarum abſceſſus corrupto dente qui exciderit, via puri inde facta, tollatur, idq; præſertim ſi is dentis vitio contigerit. Interdum quoque vſu videtur euenire, vt quamuis dentis vitium abſceſſum non fecerit, tamen dens qui exciderit, leuiorem abſceſſum, velut pure liberatum, faciat, idque in dies experimur in iis fluxionibus quæ ad dentium dolores conſequuntur.

Ad dentis ſyderationem vehemens accedens febris cum delirio, mortem minatur. Quòd ſi ſeruentur ægri, vlcera pus colligent, & oſſa abſcedent.

237 Ἐπὶ ὀδόντος σφακελισμῷ πυρετὸς ὀξὺς ἐπιῤῥυήμενος σφοδρὸς, καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον. λοὺς δὲ σωζοῖ, ἕλκεα σκληρύνει, καὶ ὀστέα ἀφίστησι.

Dentium dolor cùm à Galeno lib. pharm. κατ' ἐπ. in inteniſſimis doloribus numeratur tantam adeſſe febrem, vt delirium aut mortem minetur periculo proximum eſt. Vlcera autem purulenta oſſa corrumpunt, vnde & ſanies emanat, & teſtulæ ac ſquamę excidunt, indéque abſceſſum facere dicuntur. Codices, manu ſcripti quidam, καὶ ἕλκεα σκληύνει, ὀστέα ἀφίσταται legunt. Aſulanus ἕλκεα καὶ σκληύνει. Eſt autem σφάκελος aut σφακελισμὸς propriè oſſis corruptio, rectéq; in dente ponitur.

Quibus ad palatum humor colligitur, plærunq; in pus vertitur.

238 Οἷσι πρὸς τὸν ὑπερῴον ὑγρὸν σύστασις γίνεται, ὡς τὰ πολλὰ πύεται.

Quæ ad internam oris cauitatem collinuntur & coeunt, ob natiuam oris humiditatem & temperiem, plærunque vel ſine magno negotio in pus vertuntur. Hîc autem πωίεσθαι idem quod aliàs συρρέεσθαι & συλλέγεσθαι ſignificat, vnde etiam συρροφὰ & σύγρεμμα apud Hippocratem. Sic lib. 2. περὶ νούσων φλέγμα συρὸν ἐς τὸν ὑπερῴον dicitur, quod in tumorem attolli & pus colligere vult.

In vehementibus circa maxillas doloribus, periculum eſt vt os fluctuet.

239 Τὰ περὶ γένυας ἀγχόνη καὶ σφοδρὰ, κίνδυνος εἰς ὀστέου ἀνάπλυσιν ἐλθεῖν.

Vt eſt hic author crebrò in obſcuris ac impropriis dictionibus iactatus, ita quid hîc ἀνάπλυσις ὀστέου indicet, non eſt facilè explicatu. Maxilla inferior cùm ab Hippocrate inter rara oſſa annumeretur, promptè pure imbuitur, fluitat, ac velut humore exundat, ex quo facilè corrumpitur. Huiuſmodi igitur humoris in os redundantiam velut reſtagnationem, concepto pure ἀνάπλυσις oſſis & fluctuatio ſequitur, quòd veluti fluctuet & enatet pure redundans, aut quòd ſubiecta carne corrupta demergatur (vt accipit præceptor Hoilerius) ac veluti deſidat, & cauum relinquat. Sic libr. 4. Epid. de vlcere excedente, indéque corruptis dentibus & tandem excidentibus, οἱ ὀδόντες ἀνέπλυν dixit Hippocrates, etſi alij ἀνέπεσον legunt. Cornarius hîc ὀστέ ν ἀνάπλυσιν oſſis eductionem dixit, quòd os pure eroſum ac imbutum decidat & deſquametur, ὀστέου λεπίδωσιν & ψίλωσιν vocat Hippocrat. lib. de fract. Caluus in os recurrere dixit, translatione ex propria nominis notatione ſumpta. Hic porrò ἀλγήματα, vt aliàs ſæpe, pro ea diſpoſitione quæ dolores infert, inaudienda ſunt. Exemplaria manu ſcripta quædam Regia εὐρῶν pro ἐλθεῖν ſcribunt, minùs rectè, vt opinor.

Contractum labrum bilioſæ alui perruptionem denunciat.

240 Χεῖλος συσπασθὲν σημαίνει κοιλίης χολώδεος καταῤῥηξιν.

Iſta labri inferioris contractio oris ventriculi morſum ex humorum acrimonia denotat, quorum impetu irritata aluus in bilioſam proluuiem prorumpere poteſt. Caluus iſtam labri contractionem ſuperiori ſententiæ connectit & σκοπῶνον etiam legiſſe videtur. In exemplari etiam quodam Regio manu ſcripto καταῤῥαγησομένῳ καὶ καταῤῥαγεισομένῳ adſcribitur. Quæ dictiones καταῤῥηξιν explanant, vt ſatis apparet.

Sanguis ex gingiuis cum humecta aluo profluens, perniciem minatur.

241 Τὰ ἀπὸ οὔλων αἵματα ὅτι κοιλίη ὑγρὴ, ὀλέθρια.

Sanguis ex gingiuis facilè & ſæpiùs profluens, inſignem cacochymiam & ſanguinis vitium, aut oris putredinem denotat, non ſecus ac vitiatas gingiuas & oris fœtorem in lienis tumore annotat Hippocrat. Prorrhetic. 2. Aluus verò humorum acrimonia irritata effundi poteſt ſine vllo periculo. Poteſt quoque ad venoſi generis imbecillitatem alui profluuium, velut hepaticum ſympto ma conſequi, & malo eſſe. Caluus ſuperioris ſententiæ partem huic annexuit.

In febre ſputi excreationes liuidæ, nigræ, bilioſæ, ſubſiſtentes quidem malę ſunt, ſi verò pro ratione excernantur, vtiles.

242 Πτύαλου ἀναχρεμψίες ἐν πυρετῷ πελιδναὶ, μέλαιναι, χολώδεες, ὅπισθεν μὲν κακόν. ἀπεχωρέουσαι δὲ κατὰ λόγον, χρήσιμον.

Ex aph. 47. lib. 4. & 71. lib. 7. repetitur hæc ſententia. Ex quibus pro ὅπισθεν πᾶσαι legunt optimè quidam, etſi tamen hoc modo mihi conſtare poſſe ſententia videatur, vt indicentur excreationes quantumuis malæ, ſi rite & ordine, hoc eſt die critico ac prægreſſis coctionis ſignis, & cum ægri leuamento excernantur, vtiles eſſe & naturæ robur indicare; contrà verò ſi ſubſiſtant.

Quibus ſalſa ſputa cum tuſſi ſubſiſtunt, iis corpus velut efflorescentibus puſtulis rubeſcit, ante obitum verò exaſperatur.

243 Οἷσιν ἀνεμώδεα πτύελα, καὶ βηξὶ ὑφίσταται, τούτοισι χρὼς ἐρυθραίνει, οἷς ἐξανθήματα. πρὸ τοῦ τελευτῆς βαχμίεται.

Iſtud cùm valde ſit arbitrarium, & in vno obſeruatum, non rectè ad artis complexionem eſt traductum. Artem verò negabat eſſe vllam Carneades apud M. Tullium, niſi quæ cognitis penitusq; perſpectis, & in vnum exitum ſpectantibus & nunquã fallentibus rebus contineretur. Neq; (vt ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrh.) τὴν ἀπατεῶνα, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀληθεστάτην, ἢ ὡς τὸ πολὺ γινομένων εἰς τὰς προῤῥήσεις χρήσιμον. Poteſt autem ex humoris acrimonia & ſaſſugine in thoracẽ à capite defluente tuſſis excitari, & huiusmodi ſputũ reiici. Ac deinde inualeſcente ſuccorum acrimonia & corruptela, ſuppreſſo ſputo puſtularum eruptio fieri, ac veluti in cutem efflorescere, vnde & cacochymia totum corpus occupat, deinde etiam atrophia, macies ac tabes. Ac ferè conuenit hæc ſententia cum ea quæ poſtea in hoc præſagio adſcribitur 443. Poteſt etiam iſtud de faciei colore accipi. Nam ſuppreſſa in pulmonibus materia & concalefacta, vapores in caput plurimi & acres ſuſtolluntur, vnde facies rubet, in eaque puſtulæ poſtea excitantur & vlcera, quæ ſcabritie quadam ſub mortem exaſperantur.

244 Ἀνάχρεμ-

A 244 Ἀνάχρεμψις πυκνὴ, λοὺς δηλοῖ καὶ σημεῖον παρεστῶ φρενῖτιν.

Exſcreatio frequens, ſiquidem etiam aliud quoddam ſignum affuerit, phrenitidem portendit.

Iisdem planè verbis ſcribitur Prorrh. 6. & à Galeno definitis diſtinctionum cancellis circumſcribitur. Niſi quòd illic Galenus φρενῖτικὰ agnoſcit, etſi inſolens eſt phraſis & abſurda. Hic autem φρενῖτικὸν conſtanter exemplaria omnia retinent.

245 Αἱ μετ' ὀκλύσιος ἀφωνίαι, κάκισται.

Vocis defectiones cum virium exolutione peſſimæ.

Ex Prorrh. 24. & 96. huc eſt traductum.

246 Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασέες τε καὶ θυμώδεες, πονηρὸν καὶ

B θηριώδες.

Quæ breui tempore durant feroces mentis emotiones, malæ ſunt & in ferinas euadunt.

Idem etiam ferè ſcribitur Prorrh. 26.

247 Οἷσι φωνὴ ἅμα πυρετῷ ὀκλείπει μετ' ἀκρισίας, τρόμωδεες θορυβοῦσιν.

Quos vox cum febre & abſq; vlla iudicatione deficit, ij tremuli intereunt.

Ex Prorrh. 91. huc eſt translatum hoc præſagium & paulìſper immutatum. Illîc nanque μετ' κρίσιν legitur, quod hîc μετ' ἀκρισίας ex perpetuo exemplarium omnium conſenſu retinetur. Ἀκρισίαν igitur accipimus iudicationis defectum, aut quam κακὴν κρίσιν interpretatur Galenus, & μετ' ἀκρισίας idem quod ἀσήμους ſignificat. κῶμα etiam in Prorrh. cum tremore additur, cuius hîc altum vbique eſt ſilentium.

C 248 Αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι, παρασμώδεα τρόπον, σιγήσασαι σιγῇ, ὀλέθριαι.

Vocis defectiones in febre quæ conuulſionis ſpeciem pręſeferunt, & in mentis emotionem cum ſilentio deſinunt, perniciem oſtentant.

Eadem ſententia repetitur Prorrh. 54. iisdem pene verbis, niſi quòd ἀφίσανται pro σιγήσασαι legitur.

249 Αἱ ἐν πόνου ἀφωνίαι, δυσθάνατοι.

Quibus voces cum dolore deficiunt, ij tandem non ſine ſummo cruciatu vitam cum morte commutant.

In Prorrhetico vt hîc quoque, ad præcedentem ſententiam conſequitur hoc præſagium.

250 Αἱ μετ' ὀκλύσιος κατόχως ἀφωνίαι, ὀλέθριαι.

Vocis defectiones cum virium exolutione, ac alto ſtupore quem catochon vocant, perniciem minãtur.

Iisdem omninò verbis repetitur hæc ſententia Prorrh. 96. Illud autem κατόχως vt ambiguam habet notionem, ita præſagij ſen-

D ſum variat. Poteſt enim ad altè infixam pertinacem, nec facilè eluibilem vocis defectionem referri: poteſt quoque ad propriam catoches notationẽ, quæ cum virium exolutione & vocis defectione coniungitur, accommodari. Quem in ſenſum accipit Galenus in Prorrhetico, etſi non dubia alterius notionis ſignificatio præſentiri poteſt.

251 Αἱ κεκλασμέναι φωναὶ, μετὰ φαρμακείου, ἢ ἀπὸ πονηροῦ; τουτέων οἱ πλῆθοι ἐφιδρῶσι, καὶ χιλιάς καθυγραίνονται.

Confractæ voces poſt medicamenti purgantis potionem, conſiderandæ num prauæ ſint. Horum plærisque tenues ſudores diffluunt, & alui humectantur.

κεκλασμένη de oculis dici ſolenne eſt Hippocrati in Prorrhetico & Epidemiis, pro palpebrarum peruerſione, at de voce cùm non ſit ita vſitatum, quid per κεκλασμένας φωνὰς hîc intelligatur, non eſt æquè explicatu facilè. Quòd ſi quis κεκλασμένη vt & κεκλασμένη ad

E diſtortionem ac peruerſionem referat, velut κεκλασμένας φωνὰς dictæ ſunt Hippocrati, voces implicatæ, præpeditæ, ac ex diſtillatione in fauces interceptæ, tanquam peruerſæ ac diſtortæ. Sic hoc loco κεκλασμένας φωνὰς ſumi poſſe videntur, voces confractæ, interruptæ, aut omninò peruerſæ, cùm ex humorum defluxione in muſculos laryngis, contenſio conuulſiua aut prope reſolutio indicatur, & vox ipſa intercipitur aut deficit. Quod certè non paruam periculi ſpem concipit, idque præcipuè ſi neruorum principium in conſenſionem adducitur. Aut etiam κεκλασμένας φωνὰς intelligi videntur, voces ex ſpiritu in faucibus eliſo interciſæ, velut abrupræ & effractæ, aut quaſi interruptæ, ſubſiſtente videlicet inter reſpirandum & efflandum ſpiritu, idq; propter ſummam reſiccationem & muſculoſi generis conuulſionem, qualis in phreniticis apparet, aut etiam ſummam virium imbecillitatem. Sic in fullone phrenitide affecto lib. 7. Epid. φωνὴ κεκλασμένη ponitur, & in Nicoxeno febre ardente laborante, φωνὴ κεκλασμένη, cum ſumma virium exolutione. Sic enim σώματος ἔκλυσις δεινὴ additur. Et in Pherecyde cum magnis animi defectionibus φωνὴ κεκλασμένη ſcribitur. Quæ ſanè præſentiſſimã perniciem denotant, & appetitæ mentis, aut inſtantis cõuulſionis certiſſima ſunt indicia. Sunt

F qui hanc dictionem ad querulam & gemebundã, aut ſuſpirioſam vocem referant, velut offenſante ac interſpirante ſpiritu, vt κεκλασμένας φωνὰς, κλαυθμώδεες intelligantur, de quib. tamen paulò pòſt agetur. Alij elanguescentes & obſcuras voces effractas intelligunt, velut quæ vix obaudiantur, ex iisq; ſummam virium exolutionẽ concipiunt. Quæ certè ſunt indubitatæ perniciei non leuia auguria. Ac ſi quis popularem loquendi vſum interponere cupit, quem Hippocrati valde vſitatum fuiſſe clamat Galenus, poſſunt κεκλασμένας φωνὰς intelligi voces quaſſatæ & quas vulgus Gallicum non malè quaſſas vocat, quæque ex organorum reſiccatione exaſperantur, ac veluti conuoluto in faucibus ſono refringuntur, vixque nec niſi turbatæ educuntur, & à planis & liquatis vocibus (vt eſt in Hoſtij carmine apud Macrobium) aut claro & defœcato earum ſono deflectunt. Quòd ſi à medicamento tanta reſiccatio, aut etiam conuulſionis ſuſpicio contingit, aut etiam tanta virium imbecillitas, vt animales motiones, eæque præcipuè quæ thoracem mouent & ſpiritum concipiunt reſtitent ac veluti earum actiones intercidant ad extrema ventum eſſe, ſummeq; appetitas vitalitatis arces cenſendum eſt.

G 252 Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα οἷς τοῖσι πνιγομένοισι παρέχει, πονηρόν. ἢ ἐπί γε καὶ θανατικόν;

In vocis defectione reſpiratio velut iis qui ſuffocantur conſpicuè elata & viſui expoſita, perniciem minatur. Animaduertendum etiam eſt num delirium prænunciet.

Prorrh. 25. repetitum hoc præſagium, atque illic à Galeno explicatum. Caluus exemplaribus deceptus παρέχει πνεύματος genuinam ſignificationem, & mirificè à Galeno multis locis celebratam, corrupit, & παρέχει πονηρὸν vitiosè ſimul iunxit, cùm præſens malum dixit, quod etiam Prorrhetico retinuit.

H 253 Αἱ ἐν κεφαλαλγίῃ ἀφωνίαι ἅμα ἱδρῶτι πυρετώδεες, χαλῶσι μὲν ἐπ' αὐτοῖς, ἀμείνω δὲ γενόμενα. ὑπαρρίγοιοι τούτοισιν, καὶ πονηρά.

In febre cum ſudore, vocis ex capitis dolore defectiones, ſi per ſe reſoluuntur ægri, ac præter voluntatem excrementa demittantur, malúmque remitti videatur, diuturni morbi metus eſt. In his ſubinde obortus rigor damnari non debet.

Paulò aliter ac meliore ſcriptione legitur hæc ſententia Prorrh. 94. Cornarius ἐπανιόντα pro αὐτίκα legiſſe videtur, vt & in Prorrhet. à Galeno inductus, contra tamen omnium quos videre licuit codicum fidem. Quorum conſenſum ex Galeni etiam ſententia ſecuti ſumus. A

Vehementes inſaniæ cum vocis defectione, perniciem intentant.

254 Αἱ μετ' ἀφωνίης ὀκτάσιες, ὀλέθριαι.

Huiusmodi vocis defectiones neruorum principium valde appetitum, & calidi extinctionem ſignificant. Exemplaria quædam manu ſcripta regia pro ὀκτάσιες συτάσιες legunt. Quam lectionem ex membranis Vaticanis ſecutus videtur Caluus cùm (conſiſtere) dixit. Melior tamen eſt vulgata lectio. Nam quænam concrementa intelligantur non ſatis eſt expeditum.

Vocis defectiones rigore ſubinde correptis lethales, fereq; ij capitis dolore conflictari ſolent.

255 Αἱ τοῖσιν ὀπισθοτονέουσιν ἀφωνίαι, θανάσιμαι. εἰσὶ δὲ κεφαλαλγέες οἱ τοιοῦτοι ὀπισθοτόνοι. B

Vocis defectiones quæ ex appetito neruorum principio prodeunt, maximè ſuſpectæ ſunt, præcipuéque in febribus. Capitis igitur dolore conflictari ferè conſentaneum eſt, vnde & origo indicatur, iſtaq; potior eſt vocis huius ὀπισθοτόνου ſignificatio, quàm quæ mali moderationem in maxima pernicie deſignet.

Vocis defectiones cum virium exolutione, in acuta febre ſine ſudore, ſunt quidem lethales, cum ſudore verò minùs, at temporis diuturnitas ſignificatur. Ac fortaſſe quidē quibus ex morbi reuerſione tale quid contingit, ſecuriſſimè habent. Ex iis autem maximo in periculo verſantur, quibus ſanguis ex naribus perfluit, & alui effunduntur.

256 Αἱ μετ' ὀκλύσεως ἀφωνίαι, ἐν πυρετῷ ὀξέϊ ἀνδρῶσι, εἰσὶ μὲν θανάσιμοι, ἧσσον δὲ τοῖσι ἱδρῶσι, χρόνον δὲ σημαίνει. ἴσως δὲ καὶ οἱ ἐξ ὀπισθοτόνου παθόντες τοιοῦτον, ἀσφαλέστατοι. ὀλεθριώτατοι δὲ τῶν τοιούτων, οἷσι τὰ ἐκ ῥινέων, καὶ οἷσι κοιλίαι καθυγραίνονται. C

Viditur hæc ſententia conuenire cum ſuperiore 253. eiúsque veluti eſſe explicatio quædam, præſertim ſi χάλασις ἐπ' αὐτοῖς αὐτῶν τῆς ὀκλύσεως ſumatur, & pro ἐπανιόντα legatur, & τὰ ἐπανερχόμενα νοσήματα intelligantur, quam notionem etiam indicat Galenus in Prorrh. Aliôqui in acuta febre crudioris ſucci magna copia cum virium exolutione & vocis defectione non minimùm ſuſpecta eſt. Sudor autem cùm humoris abundantiam indicet, & iudicationis alacritatem præſeferat, malum non temerè mitigat, & leniendo producit, præſertim affectis iam viribus, naturáque ad ſolutionis impetum fatiſcente. Qua ex occaſione in morbi reuerſione peſſimè habent, quos planè iam profligatis viribus, ſanguinis ex naribus excretiones, aut alui effuſæ prorſus è medio tollunt. Profluentibus autem ſudoribus & malum pauliſper alleuantibus, in morbi recurſu ſecuriſſimè habuerunt. Pro ἀσφαλέστατοι membranæ quædam ſcriptæ ἀφέλεσθαι legunt, quas ſecutus eſt Aſulanus, eadem prope notione. Hac enim dictione ſignificantur integerrimè, perfectiſſimè, & valde moderatè ſe gerentes. Cornarius in hac ſententia legiſſe videtur, ἧσσον δὲ τῶν τοῦ ἐφιδρούσιν, contra omnium quos adhuc videre licuit exemplarium fidem, atque etiam ipſo refragante ſenſu. D

Vox acuta eiulabunda, ac oculorum hebetudo, conuulſionem minantur. His dolores ad inferiores partes demiſſi, toleratu ſunt faciles.

257 Ἡ ὀξυφωνίη κλαυθμώδης, καὶ ὀμμάτων ἀμαύρωσις, ἀπασμώδες. οἱ ἐς τὰ κάτω πόνοι τοιοῦτοισιν εὔφορον.

Damnatur Prorrh. 47. ὀξυφωνίη κλαυγώδης. vbi & κλαυθμώδης legi annotat Galenus, vnde hæc ſententia deducta videtur. Vox autem acuta obaudienda eſt quæ in febribus ob inſtrumentorum voci deſtinatorum reſiccationem contingit, vnde voces ſtridulæ & eiulabundæ, aut planctum referentes pendent, vt ſcribit Galenus, intenſione ac remiſſione modò diſparatæ. Accedens quoq; oculorum hebetudo periculum auget, ac proſtratam cerebri ſenſationem arguit. Atque ex his non temerè conuulſiones porrendi denunciantur, quas leuiter alleuare poſſunt dolores ad inferiora demiſſi, ex μεθέσεως ratione, quod ex fine Prorrh. 114. huc videtur translatum. & paulò pòſt repetitur. Exemplaria quædam ἡ ὀξυφωνίη κλαυθμώδης legunt vitiosè, vt apparet, ex codicum pluralitate & Galeni authoritate. E

Alui ſolutio quæ præter rationem accidit, cum voce tremula, in his diutiùs perſeuerante perturbatione pernicies intentatur.

258 Ἅμα φωνῇ τρομώδεϊ, λύσις κοιλίης παρὰ λόγον, ἐν τοιούτοισι διεκνέουσι χρονίοισιν ὀλέθριον.

Vox tremula animalis facultatis imbecillitatem ac inſtrumentorum vocem concinnantium intemperiem ſiccam plærunque conſequitur, vnde & phrenitis & conuulſio frequenter imminet. Temeraria autem ventris ſolutio & quæ præter rationem accidit, vt nec malum ſoluit, ita ex Hippocratis diſciplina, communi τῶν παρὰ λόγον, ἢ ἀκρίτως, ἢ ἀσήμως ῥηιζόντων decreto conuellitur. Quin etiam quæ diutiùs perſeuerat, velut noua morbi acceſſione, perniciem auget, ægrumq; conficit, & aliôqui in præcipitibus ac vehementibus malis plærunque ſuſpecta eſt. Illud autem ἐν τοιούτοισι διεκνέουσι χρονίοισιν non leuiter mihi ſuſpectum eſt, etſi in eo retinendo magnus eſt omnium codicum conſenſus. F

Crebræ & quæ cum ſopore quodam conſiſtunt vocis defectiones, tabem denunciant.

259 Αἱ πυκναὶ καὶ καρώδεες ἀφωνίαι ξυστᾶσαι, φθινώδεα προσημαίνουσι.

Æquius eſt conuulſionem ſuſpectari ex Prorrh. ἔστι γὰρ καὶ αἱ μετὰ κώρου ἀφωνίαι ἀπασμώδεες αὖται; Etſi magna frigidi atque humidi in cerebro coaceruatio ſoporem inducens, & in demiſſas faucium partes illabens, vocem intercipiens, longa & diuturna defluxione thoracem conſumens, tractuq; temporis vitium acquirens, tabem creare poteſt.

Spiratio frequens quidem & parua; aut inflammationem aut dolorē principalium partium indicat, magna verò & ex longis interuallis deliriū aut cōuulſionem. Et frigidus quidem ſpiritus lethalis eſt, mortem quoq; affert febriculoſus & fuliginoſus, frigido tamē minùs. Et magnus quoq; foras expiratus, paruus verò intrò, & paruus foras, magnus verò intrò. Peſſimus quidem ad mortemq; proximè accedit & qui protēſus eſt ac vrgens, & obſcurus, duplicataq; intrò reuocatio, qualis inſpirationem conduplicantibus. Facilis autem ſpiratio in omnibus morbis qui cum febre acuta infeſtant, & in quadraginta diebus iudicantur, magnum habere ad ſalutē momentū exiſtimanda eſt. G

260 Πνεῦμα πυκνὸν μὲν καὶ σμικρὸν ἐόν, φλεγμονὴν καὶ πόνον, ἐν τοῖσι κατὰ εἴσοισι τόποισι σημαίνει. μέγα δὲ καὶ ἀραιὸν πολλῶν, παρὰ φρένα σωίλιον ἢ ἀπασμόν. ψυχρὸν μὲν θανάσιμον. θανάσιμον δὲ καὶ πυρετῶδες καὶ λιγυρῶδες πνεῦμα. ἧσσον δὲ ψυχρόν. καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεόμενον. σμικρὸν δὲ εἴσω. καὶ τὸ μικρὸν ἔξω, μέγα δὲ εἴσω. κάκιστον δὲ καὶ πλησίον θανάτου. καὶ τὸ σκληρὸν καὶ κατεπῆρον, καὶ ἀμαυρόν. καὶ διπλῆν εἴσω ἐπανάκλησις ὁποῖον ἐπιφαίνεται. εὔπνοια δὲ ἐν πᾶσιν, ὁκόσα ἐν πυρετῷ ὀξέϊ, κλιμακτηριάζοντα ἡμέρησι κρίνει, μεγάλῳ ἐκβήματι ἐς σωτηρίαν. H

Ad hanc

A Ad hanc ſpirationis collectionem quicquid vsquam eſt ab Hippocrate in genuinis eius libris de hac traditum, huc non temerè videtur collatum, & ex Prognoſtico & Epidemiis ſuffarcinata eſt ſententia: vt planè inde mihi videatur huius Præſagij author ingenium ſuum prodere, & ex vndiq; corrogatis ſententiis, hos veluti centones condere. Atque huius ſententiæ initium vt eſt ex Prognoſtico tranſlatum, ita originis fidem non vſquequaque retinet. Nam cùm in Prognoſtico ſpirationis crebræ caput ſolùm propoſuiſſet, indeq; duplicem coniugationem elici poſſe ſpem faceret Hippocrates, hoc totum in vnam coniecit huius præſagij author, & in frequenti & parua ſpiratione ſpectari contendit. At verò Galenus libris περὶ δυσπνοίας iſtam Prognoſtici ſententiam accuratiſſimè explicans, tota mente contendit, crebram & paruam ſpirationem partium thoracem mouentium, aut ei conſenſionis iure confœderatarum, dolorem aut laborem ſignificare, magnam quoque & cerebram earundem partium incendium denotare. Nec ideò tamen quę hîc produntur velut ab Hippocratis inſtitutis aut Galeni mente aliena explodenda ſunt, ſed altiùs inueſtiganda, & ad totam de difficultate ſpirandi tractationis normam expendenda ſunt. Itaque quod in Prognoſtico vniuerſali B mentis notione de crebra ſpiratione ad magnam & paruam collecta reponitur, id ipſum hoc loco quodammodo ſuccinsum; & in vno defectum, in altero ſpirationis membro, alia tamen ratione, ſpectandum exhibet, videturque hîc author velut fuco factō teſtatiſſimam illam Prognoſtici ſumptionem imitari velle. Et certè iis qui ſunt in tractatione Galeni de ſpirandi difficultate abundè verſati, ſatis eſt vſu cognitum, crebram & paruam ſpirationem partium thoracem mouentium, & ſpirationem ipſam concinnantium laborem & anguſtiam, interdum etiam dolorem denotare. Phlegmonem quoque earundem partium, & laboris ac anguſtiæ ratione ſubindicari, velut in peripneumonia ac pleuritide laborantibus ſatis eſt teſtatum, dum phlegmonē pro tumore præter naturam duro & dolorem inferente obaudiamus, non quemadmodum in Prognoſtico, pro partium incendio & exæſtuatione, quam πύρωσιν aut φλόγωσιν vocat Galenus: ſic nanque magna & crebra ſpiratio induceretur. In hanc ergo crebræ & paruæ ſpirationis ſpeciem variæ affectionum formæ concluduntur, quas τῶν κοιλέων πάθων, hoc eſt principalium partium denominatione comprehendit: in Prognoſtico verò earum dignitatem ſepti tranſuerſi limitibus circunſcripſit, & partes ſepto tranſuerſo ſuperiores C vocauit. At ſanè videtur earum dignatio longè lateque ſparſa, primùm ad omnes ſpiritus vias redundare, & ad ipſam præcipuè ſpirationis officinam, & quæ ipſam conflant inſtrumenta, referri, velut ſunt pulmones, aſperæ arteriæ, totus thorax eiuſque capacitas, & quæ ſepto tranſuerſo circunſcribuntur: deinde verò communionis quadam ratione ad eas etiam partes ſpectare, quæ ſpirationis velut ſunt adminiſtræ, & in ſpirandi muniis primis illis partibus quodammodo ancillantur. Quo in numero accenſentur ventriculus eiuſq; oſculum, hepar, lien, peritonæos tunica, colon, tenuium inteſtinorum pars ſuprema, & hypochondria contegentes muſculi. Quibus partibus laborantibus crebram & paruam ſpirationem effici ſcribit Gal. multis in locis libris περὶ δυσπν. præcipuè verò lib. 2. vbi de earum quoque inflammatione agit, quem adeò locum ſuis verbis adſcribam: εἰ δέ τι τὸ τέρνον, ἢ τὰ πλευρὰς, ἢ ὦν περὶ τὰ κοῖλα ἢ φαρυγξὰ πασχέωσι τῷ φλεγμαίνει, καὶ ἀραὶ τὸ μικρὸν πυκνὸν ἐξ αὐλίκης ἀναπνεῖν, ὡς ὁ τῷ πρόσθεν ἐπεδείκνυτο λόγῳ, γεάφω δὲ καὶ ἤξιωσα ἑπτακράτης, ὅτι τὸ τῶν δυσπνοίας εἶδος, οὕτω τὰ ἀρχὼ ὅτι δύσπνοις ἐνθύετο. πολὺ δὲ ἥδιστα τὸ τοιοῦτον τῆς δυσπνοίας εἶδος, ἑκάστης σχεδὸν ἡμέρας ὁράμενον ὑπὸ τῶν πρὸς πνευμονικῶν καὶ πλευρικῶν, ὅ σωματικοῦ, καὶ παντὸς ἀπλῶς οἷς ἂν κρῖνῃ τὸν θώρακα ὁ τῶν πνεύμονα φλεγμαίνῃ. ὁ τῶν ἥπατος ὑφ' φλεγμονῆς, ὁ μάλιστα τῶν D κρῖνῃ καρπὰ, ὁ τῶν σπληνὸς, ὁ τῶν κεφαλῆς αὐτῆ, ὁ τῶν πρὸς πνεύμα, τὸ δοῦπον εἶδος ἔστιν τῆς δυσπνοίας. ἀλλὰ ὁ οἷς ἡ γαστὴρ φλεγμαίνει, καὶ μάλιστα τὸ στόμα τε καὶ ὁ στόμαχος αὐτῆς, καὶ οἷς ἢ ὑμένων ἦς. ἢ ἢ μυῶν τῶν κατὰ ὑποχόνδριον, ἢ αἱ φρένες αὐτὰ, οὗτοι ἅπασι μικρὸν καὶ πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα. πολλάκις δὴ καὶ οὐ ἑτέρων οἷς ἢ λεπῶν, καὶ μάλιστα ἢ κρῖν τὸν καὶ τὸ κοῖλον τὰ ἄνω, μειζόνως φλεγμαίνοντα, δυσπνοεῖν ὅτιος ἰωάγκαστ τῶν αἷ θρόπων. φλεγμονῆς νῦν ἀκουόμενοις, τὸ σκληρὸν καὶ θερμὸν καὶ ὀδυνῶντες ὄγκον, καὶ θώρακα τῷ Ἑρασιστράτῳ καλεῖν ἔδος δεῖ, ὁ οἷς νεωτέροις ἀεῖς πᾶσιν, ὑπὸ τῶν ἀπὸ τῶν φλόγωσιν ὅτιος ἀνόμαζον οἱ παλαιοὶ. σχεδὸν οὐδεὶς ἀγνοεῖ. δι' δεικτικὰ δὴ ἐν τῷ περὶ τοῦ πυρὸς λόγῳ, ὁ δὸ τοῖς ὑδεικτικοῖς, καὶ τοῖς ἀφεμπεπτικοῖς, ἢ πόματος, ἢ σιτίων, ὁ τῶν κυνόσις, ὁ οἷς περιόδοροι μικρὸν ὁ πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα, ὁ καθόλου φαίαι, πᾶσιν ὅσοις ἐν χωρεῖται τὶ τῶν αἰσπνευστικῶν ὀργάνων. οὕτω δὲ ὁ οἷς ἀθμαλεωδῆς, ὁ τῶν πνευμαπωδεῖσι, ὁ οἷς ἐμπύοις, ὁ οἷς ἢ ῥάχις διέρραται μεγάλως, ὁ οἷς ἀπέπλων φυμῷ συνασις, ἢ ἐν θωρακι, ἢ ἐν πνεύμονι, ὁ ὅλως ἅπασιν οἷς σπάρρος, ἢ ὅλως οἷς ἀξιόλογος ὅπου δὴ τῶ περειρημένων μορίων ὄζιν ἀπὸ πάντων, μικρὸν ὁ πυκνὸν αἰσπνεῖν αἰάγκη. Nam ſi pectus, aut latera, aut ea quæ ſunt circa iugulum & fauces, alicui inflammatione tentari contingat, atque idcirco paruam & crebram ducere ſpirationem ex neceſſitate, velut priore libro eſt demonſtratum, Hippocrates neque difficilis reſpirationis genus, neque prorſus quod difficulter ſpira- E bat, adſcribendum duxit. Frequens enim eſt hoc difficilis ſpirationis genus, & ferè quotidie cernitur in peripneumonia & pleuritide laborantibus, & in angina, ac in omnibus ferè quibus aliquid circa thoracem & pulmonem inflammatione tentatur. Quin & ad hepatis inflammationem, præcipuéque gibbarum partium, & ad lientis, maximeque ipſius capitis, & peritonæi inflammationem eiuſcemodi difficilis ſpirationis ſpecies conſequitur. Sed & quibus ventriculus inflammatione laborat, magiſque ſi eius oſculum & ſtomachus, & quibus membrana aliqua, aut ex muſculis qui ſunt circa hypochondria, aut ipſum ſeptum tranſuerſum fuerit inflammatum, iis omnibus parua & crebra fit ſpiratio. Sæpe verò aliquod etiam ex tenuibus inteſtinis, maximéque ex his quæ circa ieiunum ſunt, & ſupremæ coli inteſtini partes, valde inflammatæ, ita difficilem ſpirationem induxerunt. Phlegmones nomine nunc intellecto duro, calido, & dolente tumore, quemadmodum Eraſiſtratus vocare conſueuit, & recentiores medici omnes, quandoquidem veteres φλόγωσιν hoc nomine donaſſe nemo ferè eſt qui neſciat. Demonſtratum verò eſt ſuperiore libro quam ob cauſam aqua inter cutem laborantibus, aut iis qui ſe potu aut cibis ingurgitarunt, & prægnantibus, iiſq; qui ventre ſunt F prominulo, parua & frequens inſit ſpiratio, atq; in vniuerſum loquendo, iis omnibus qui in reſpirationis inſtrumentis anguſtiam aliquam ſentiunt. Hunc enim in modum & anheloſos & pulmonarios, & ſuppuratos, coſque quibus ſpina dorſi vehementer diſtorta eſt, aut quibus cruda tubercula, aut in thorace aut in pulmone coaluerunt, ac in totum eos omnes quibus tumor aliquis indolens (ſcirrhum vocant) aut alius aliquis tumor effatu dignus in quacunq; priùs commemorata particula exiſtit, paruam & crebram ſpirationem ducere neceſſe eſt.

μέγα δὲ καὶ πολλῶν] Hoc ex Prognoſtico deſcriptum luculentam habet Galen. explicationem libris de diff. ſpirandi: ſed nec vtrobique conuulſionis vlla eſt mentio. Et cuiuis in hac ſpirandi tractatione vel mediocriter verſato ſatis eſt perſpectum, conuulſioni eam ſpirationem attribui, quæ interciſa, eliſa, offenſans, intrò reuocata aut retracta dicitur, & à Gal. abundè iis libris tractata, à nobis etiam ex illius mente lib. 2. epid. & lib. 1. in Philiſco fuſiſſimè explicata. Quin & placitum 68. lib. 4. propriam conuulſionis ſpirationem his verbis ſatis indicat: ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα περιεκόπτου, κακοῦ, ἀπασμὸν δὲ σημαίνει. Quod etiam multis in difficultatis G ſpirandi tractatione docet Galenus. Quod igitur hîc ſcribitur magnam & raram ſpirationem delirium indicare id & Hippocratis & Galeni monimentis eſt teſtatum. Quinetiam ſcripſit Celſus, vbi quis raro & vehementer ſpirat, inſania timenda eſt. Verùm conuulſionem ea ſpiratione indicari, neque eſt perpetuum, neque Hippocratis doctrinæ admodum conſentaneum. Vt igitur in hocincondito & tumultuario opere multa ab authore è germanis Hippocratis fœtibus eruta, non ſatis aptè ſunt collocata, ita & hîc conuulſio delirio addita ab eo videtur, quòd ſenſerit Hippocratem in quibus coniunctam delirio conuulſionem ſignificare voluerit, magnæ & ratæ ſpirationi πνεῦμα αἰσκαλόμενον ἢ αἰσπασμένον addidiſſe, vt vtroque affectu pariamomenta faciente, ſua cuique peculiaris nota adderetur. Quod in tota Hippocratis theoria & verò Epidemiarum πρεσκηματείᾳ eſt ſolenne. Illic enim ex tantro ægrorum numero, in ſolo Philiſco & Dromeadæ coniuge, magnæ & raræ ſpirationi proprio quodā modo delirium denuncianti, huius interciſæ ſpirationis notas addidit, vt vtriſq; affectibus per totum morbum intuleſcentibus, eorum per ſpirationis notas ſigna ederentur. Nam etſi conuulſionum in Philiſco altum eſt omninò ſilēcium, eas tamen non leuiter ſuſpectari docuimus no- H ſtris in lib. 1. epid. annotationibus. Atque (quod ſemel finiam) vt mihi videtur magna & rara ſpiratio delirij eſſe propria, quòd non omni ſed ſoli conueniat, ita ad conuulſionem interciſa ac intrò reuocata ſpiratio affecta eſſe videtur. Non enim omnem conuulſionem indicat, cùm multi conuulſionibus tentati, nullum talis ſpirationis ſignum ediderint, vt cuiuis notum eſt ex ægr. 4. & 8. lib. 1. epid. & ægr. 4. lib. 3. & 11. & 14. lib. 3. poſt ſtatum peſtil. Sed quibus eliſa huiuſmodi ſpiratio adfuit, eos conuulſionibus ex-

positos fuisse est credibile, etsi non est semper ab Hippocrate expressum, vt in Philisco & Lycia suspicari licet. A

ψυχὸν μὲ θανάσιμον] Alterum difficilis spirationis genus indicatur, quod parua & rara spiratione continetur, vt scribit Gal. lib. 3. περὶ διαπνοίας, vbi hunc locum ex Prognostico peritum luculentis verbis explicat.

θανάσιμον ἢ καὶ πυρετῶδες] Etsi febrile intus conceptum incendium spiratio ista indicat, tandemque calidi natiui extinctionem affert, non ita tamen præsentem perniciem ac frigida spiratio præsefert, quæ iam in propinquo exitium adesse significat, quod his verbis in Prognostico innuit Hippocrates. ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται, vt scribit Galen. lib. περὶ διαπνοίας. febrilem autem & fuliginosam spirationem eam esse quæ ex fuliginoso & crasso intus incendio ac terrestri materia exhalat, & flammæ instar acris est, mordet & exæstuat, tandemque calidum natiuum depopulatur, & minus noxiæ quàm frigidus spiritus affert. Ea que spirationis species per θερμὸν πνεῦμα in epidemiis denotatur, vtque frigidæ opponitur, ita magnam, crebram & velocem spirationẽ designat. Quæ omnia indicantur à Galeno his verbis lib. 1. περὶ διαιτ. ἃ γὰρ ἂν ἐξικνῆται τὴν ἀναπνοὴν καὶ καπνὸν καθιστάμενα καλοῦμεν, ὧν πᾶν ἢ θερμαίνει ἢ ψύχει, χειμὼν οἷοί τε ὦσι καὶ πάντα, ὅσ' ἂν ἡμῖν πᾶν συμφύτῳ θερμῷ, καθάπερ καπνὸς πᾶν πυρί. φαίνεται γὰρ ἀναρρῶν ὅλῃ τοῦτο δριμείᾳ πάντα καὶ θερμῇ καὶ καπνώδεϊ καὶ ὕλῃ περιεστῶτα, οἱ δὲ ἐνοῦ μενα, δεδίχθαι μὲ εἰς ἑαυτὰ καὶ τὸ πυρὸς δεῦ κάμνω, οὐ μὴν πάντα γε ὑπ' αὐτοῦ κεκρατεῖσθαι. φλὸξ γὰρ οὐ οὕτως ἐγείρουσ, ὥσ' ἐκ καπνός. ὥσπερ οὖν ἵλης θερμασίας καπνώδους ἐν τοῖς σώμασι τῶν ζώων πλεονεκτούσης, καὶ ἐκπνοὴ λέγ μεγάλη τι ἅμα γίνεσθαι καὶ ψυχρὰν, ὡς αὖ ἀμέρπει. δῆλον δὲ ὅτι καὶ τὸ θεῦ ἀμμου ἐρρῶσθαι χρὴ πλωικαίνα, καὶ τὸ ὀργάνων μηδὲν πεπονθέναι. Quæ enim velut in fauillas conuersa, & fuliginosa, & fumosa excrementa appellamus, in caloris genere, ea omnia terrestria sunt ac veluti semicocta ad calorem innatum relata, quemadmodũ fumus ad ignem. In eo enim manifestè apparent acria omnia, & calida, & fumosa materiæ recrementa, quæ quidem ostendunt susceptam esse in seipsa ignis vim, non tamen omnia ab ipso esse superata. Sic enim flamma euaderet, neque adhuc fumus esset. Quare vbi fumosa caliditas in animantium corporibus redundarit, si quis expirationem simul magnam & velocem fieri dixerit, non vtique errauerit. Constat autem & tunc facultatem integram esse oportere, nullumq; instrumentum malè affectum. Caluus pro λιγυῶδες, λυγμῶδες etiam & ἀχλυῶδες legisse videtur, nullo nostrorum codicum consensu.

καὶ τὰ μέχρι ἔξω πνεόμενον] Hic explicantur complexæ respirationis differentiæ, quæ κατὰ διάστημα spectantur, vt scribit Gal. & in spiratione & expiratione continentur, & in spiritus magnitudine aut paruitate concluduntur. Et hæ quidem ex libris epid. peritiæ. hîc integræ supponuntur, etsi altera parte diminutæ adscribuntur lib. 2. epid. Verùm illic integras ex lib. 6. & Gal. libr. 3. de diff. spir. reposuimus. Quibus ex locis huius loci explicatio petenda est. C

καὶ τὸ ἀκτεῖνον] Aliæ sunt respirationis differentiæ quæ ad motionem referuntur, & in velocitate ac tarditate spectantur, ex libr. 2. epid. translatæ, & illic à nobis ex Galeni sententia explicatæ. Quòd autem in omnibus exemplaribus δι' ἀμαυρὸν adscribitur, id valde perplexum sensum facit. Ad ἀκτεῖνον relatum tardam respirationem & protensam, obscuram quidem esse significabit, ideoque tanquam valde suspectam damnabit, cùm ferè huic rara & parua spiratio coniuncta sit, indeque calidi natiui extinctio summaque perfrictio denotetur. Quòd si ad καπνῶδον referatur, aliam habebit notionem, & ad extinctionem progressum significabit, & pro vsus necessitate præsentissimum adesse exitium, velut in præfocatis ac strangulabundis, & præcipiti virium lapsu, aut extrema partium vitalium & caloris natiui refrigeratione moribundis accidit, καὶ ἢ καλυμάνας ἀπολαίς, ἢ ἢ ὑστεικαῖς πνῖξι, in quibus ἄσημον πνεῦμα adesse scribit Hippocr. & Galenus σμικρὸν & δῆλ. τῶν ἀφανὲς exponit in fine lib. 3. de diff. spir. Atque in hunc modum τὸ δι' ἀμαυρὸν aut obscuram spirationem præferet, quòd (vt scribit Gal.) ὅσα μὴ δίδημα ἐφῶς πνεύματα, μηδ' ἔστιν ἡμῶν καπνὸ ἐλα, τοῦτ' ἄσημα κεκλήκεν ὁ Ὑπποκράτης, eoque spectare videntur exemplaria quæ δ' ἀμαυρὸν legunt: aut certè extinctionem & languorem significabit, quo in sensu ἀμαυρὸν etiam ponitur, & præsentissimum exitium denotabit. Caluus ἀμαυρὸν nigricantem spiritum dixit, non explicata satis ratione, quòd ἀμαυρὸν de obscuro & fusco dicatur: nisi si caliginosam ac fuliginosam ideoque obscuram & fuscam spirationem intelligit, quæ ex plurimis fuliginosis incensis excrementis ducitur, & quæ paulò ante explicata est magnumque & velocem spiritum facit. Præceptor Hollerius ὀκτεῖνον πνεῦμα de longo & producto spiritu accipit, qui longius protenditur & per quedam media suspiria educitur, vt & ἀμαυρὸν, de obscuro & adeo paruo, vt ferè nullus appareat. Cæterùm hanc scriptionẽ hoc modo distinximus, ac exitij præsentiam huic sententiæ addiximus, refragantibus reliquis exemplaribus, cùm priori sententiæ tam certò intentata pernicies iure accommodari non possit. Etenim quæ magna est intrò spiratio & foris parua, cùm calidi natiui intensionem, & fuliginosi recrementi defectum indicet, vt scribit Gal. lib. 1. περὶ διάτ. tam præsentem mortem intentare nequit. At sanè cùm tam operosa sit harum vocum explicatio, quòd & in epidemiis, vnde ferè cætera desumpta sunt, earum sit altum silẽtium, & verò hoc loco perplexa significatio: per quidem mirum videatur, in spirationis tractatione, ex hoc præsagio locos istos non fuisse à Galeno pertractatos, nisi si in eam cognitionem reiectos fuisse arbitrãmur, in qua eorum quæ Hippocrati attribuuntur quæstionem exercere posse sperauerat, quod in his quæ ad difficultatem spirandi attinent omninò instituerat, vt scribit extremo lib. 3. de diff. spir. D

διαπνὴ ἐσω ἐπανάκλησις] His verbis altera spirationis inæqualitas, quæ interrupta, elisa ac desinens dicitur, comprehenditur. & in vtraque spirationis parte spectari debet, etsi inspirationis modò scriptor meminerit, vt fusissimè scripsimus nostris in libr. 2. epid. Commentariis, vbi huius loci ex Galeno explicationem attulimus. Quorum verborum sensum ad Hippocratis mentem non satis aptè mihi videtur accommodasse Caluus, cùm duplo maiorem spiritum si includatur, quàm si expiretur, dixit. Etenim tam in inspiratione quàm expiratione elisionem ac offensionem illam spectari iubet Hippocrates, vt ex Galeno libris περὶ διάτ. satis est manifestum. E

εὔπνοι. α ἢ] Hic locus ex Progn. repetitus inde etiam explicationem sumere debet, & ex Galeno lib. 3. περὶ διάτ. Meliore autem notione scribitur in Prognostico, quæ huc referri debet. F

Ceruix dura cum dolore, & maxillarum cõnexio, ac iugularium venarum palpitatio vehemens, cum tendinum distensione, perniciem minantur.

261 Τραχήλου σκληρὸς καὶ ἐπώδυνος, καὶ ἢ φλεβῶν σφαγιτίδων παλμὸς ἰσχυρὸς, καὶ τενόντων ξυνάσεις, ὀλέθριον.

Sunt hæc plethorica symptomata, & perniciem fereque conuulsionem minantur, præcipuè verò si ista affecto neruorũ principio contingant, non ex singulari aliquo partium affectu, vt scribit Gal. Com. 1. in Prorrh. Præcipuè verò ceruicis musculorum phlegmone denotatur hoc placito, & musculorum temporalium conuulsio, vnde maxillæ inferioris consectio fit. παλμὸς autem phlegmonis magnitudinem indicat, ex aspectabili arteriarum percussu, ἀπὸ τοῦ σφυγμοῦ, vt in Prognost. & aphor. 21. lib. 7. Sic enim παλμὸς ἀπὸ τοῦ σφυγμοῦ apud Hippocratem sumi scribit Galen. in Prorrh. ξύνασιν autem νευόντων neruosorum tendinum distensionem intelligit, qui à temporalibus musculis, à temporum ossibus descendentibus, comprehenduntur, ceruicemque inferioris maxillę circumcirca totam circundant. Possunt & manducatoriorum musculorum etiam tendines intelligi. Hos enim neruosos tẽdines ex vtrisque maxillæ capitibus oriri scribit Hippocrates, ex quibus annexi sunt musculi temporales & masticatorij. Ideoque quòd vicinia cerebrum afficiant, promptè conuulsiones & sopores inducunt. G

Faucium gracilium præfocãtes dolores, vbi ex capitis dolore ortum duxerint, conuulsiones adferunt.

262 Τὰ ἐν φάρυγξι ἰσχυρὰ ἀλγήματα πνιγώδεα, ἀπὸ κεφαλῆς ἀλγηδόνος ὁρμώμενα, σπασμώδεα. H

Hanc sententiam ex ægrorum particularium obseruatione natam, nec dum perpetuitate constantem, ostendit Prorrh. 104. vbi quibusdam immutatis verbis scribitur, & Thrasynontis consobrinæ exemplo ambiguitatem facit. Ac in his casibus conuulsiones su-

A nes suspectas potiùs quàm necessarias, hæc Prorrhetici verba satis indicant, ἴσως δὲ σπασμώδεις. Qua phrasi, aut paruas, aut raras esse conuulsiones innuit Hippocrates (vt scribit Galenus) Solent autem hi ferè sub mortem strãgulari, etsi appetito neruorum principio possunt etiam conuulsiones non immeritò suspectari.

263 Αἱ τραχήλου καὶ μεταφρένου ψύξιες δοκέουσαι, καὶ ὅλου τοῦ σώματος, σπασμώδεες. ἐν τουτέοισι κριμνώδεες οὐρήσεις.

Ceruicis ac dorsi perfrictiones, quæ etiam totum corpus peruadere videntur, conuulsiones denunciãt, in quibus vrinæ hordei tosti nõ exactè moliti crassioribus fructulis similia continent.

Ex Prorrh. 113. scripta est hæc sententia, & antea quoque ab hoc authore in hoc præsagio adumbrata. Vbi ὑμενώδεας οὐρήσιας posuit, & ex Galeno probauimus, cùm in † Prorrh. ἀφρώδεες scribantur. κριμνώδεες verò vrinæ, quæ hordei tosti negligentiùs moliti B crassioribus fructulis similia continent; cùm à nobis sint sæpiùs explicatæ in epidemiis, summamque materiæ inæqualitatem & ex febrili materia colliquationem indicent, non absurdè conuulsiones suspectant, præsertim si partium solidarum tabitudinem præseferunt. At verò quia interdum huiusmodi κριμνώδεες vrinæ magnam pituitæ vitreæ & crudæ exassatæ copiam per vrinas repurgari indicio sunt, & summæ inæqualitatis & cruditatis ex flatuum permixtione suspicionem augent, quales quæ κρίματα γονοειδῆ continent, & celebrantur ægr. 3. lib. 3. epid. nil mirum est in tanta flatuum & cruditatis materia, præsertim si neruorum principium appetitum fuerit, conuulsiones subortiri posse. Eamq; causarum coniunctionem in spumantibus vrinis spectari iubet Galenus in Prorrh. atque huc inclinat vt ὑμενώδεας vrinas, velut conuulsionis indices magis probet, vt antea diximus, & cuiuis non mediocriter in Galeni & Hippocratis signis versato satis apparet, ad quas κριμνώδεες propiùs accedere & facilè ab iis deflexisse videntur. Et profectò mirum est in retinenda hac lectione tam constantem extare exemplarium omnium consensum: vt hinc vel nullo negotio discas, in tam inconstanti & temerario præsagio æquiùs assensionem sustineri posse quàm iudicium interponi. C

† *Sent.* 83.

264 Οἷσι κατὰ φάρυγγα ἐρεθισμοὶ, ὀπτικέως τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα.

Quibus ad fauces irritamenta fiunt, iis moderata aurium tubercula excitantur.

Ερεθισμὸς cùm vox sit ambigua & variæ notionis apud Hippocratem, & Galen. quodcunque naturæ irritamentum vires dissoluens significet, siue causam habeat prægressam, siue nullam, (vt scripsimus in epid.) hîc vellicationem quandam, aut morsum, ac pruriginem ex humoris in fauces illabentis acrimonia ortam, & dolorem prouocantem significare videtur, non secus ac aliquando cutis pruritum indicare (vt scribit Gal. Comm. 2. in lib de rat. vict. in morb. acut.) & ex caustìcis medicamentis morsum, & ex cucurbitulis offensionem Archigeni denotat apud †† Galenum. Ex hac igitur faucium irritatione, humoris cerebrum grauantis & in subiectas partes demissi iudicium sumitur, vt aph. 15. lib. 2. & ex ista humoris defluxione veluti quadam deriuatione, credibile est aurium tubercula alleuari. Quam in notionem non malè ὀπτικέως accommodari videtur. Sunt qui per ἐρεθισμοὺς βῆχας βραχέα ἐρεθιζούσας, hoc est tusses leuiter irritantes, probabili ex aphorismis coniectura intelligant, vt quibus fauces irritantur à tussi, iis lenia circa aures tubercula fiant, ex Prorrh. 167. βήχα μὲ πνευματοῦ ὄντα, τὰ παρ' οὖς ἀπαμάσσει. Aut certè ἐρεθισμοὶ pro rubore, ac D faucium flammea quadam incensione aut leui tumore sumuntur, qualia ἐρυθήματα in tuberculorum ad aures denunciatione passim inculcat Hippocrates, ex sursum repente sanguine cum spiritu. Atque iis iungi potest ὀπτικέως, vt fecisse Caluum apparet, aut dubiam euentus (vt ferè fit) significationem indicare. Præceptor Hollerius ἐρυθισμοὺς, & non secus ac ἐρυθήματα flammeos tumores indicare non infœliciter augurabatur, sed dictionis insolentia non minimùm suspecta est.

†† *Lib. 3. de loc. aff.*

265 Φαρυγξὶ ἐπώδυνος, ἰσχνὴ, μετὰ δυσφορίης, ὀλέθριον ὀξέος. E

Vehementer dolentes fauces, absq; tumore, cum labore & molestia, præceps exitium minantur.

Repetitur hæc sententia Prorrh. 86. sed hîc πνιγώδης malè omittitur, vt patet ex aph. 34. lib. 4.

266 Οἷσι πνεῦμα ἀνέλκεται, καὶ φωνὴ πνιγμώδης, ἀσύνδυλός τε ἐγκάθηται, τουτέοισι ὀπτὸ τῆσι τελευτῆσιν ὀξὺ συναπόντος λινος ὁ πνεῦμα γίγν.

Quibus spiritus retrahitur, & vox strangulabunda est, iis ceruicis vertebra intrò desidet, & ad exitũ velut ex conuulsione quadam respiratio ducitur.

Prorrheticum est 87. fusissimè à Galen. explicatum, istamque sententiam exposuimus nostris in lib. 2. epid. comment. Exemplarium magna pars ἀσύνδυλος ἐγκάθηται τουτέοισιν legit, quæ secuti sumus.

267 Φάρυγξ βηχωδὴς ἐστὶ ὀλίγον, καὶ χειλίν κενεῆσιν ἀναστάσεσι, μετώπῳ ἀλγήματα, ψηλαφώδεες, ὀδυνώδεες. τὰ ἐν τεταίνων αὐξανόμενα, δεξκηλα. F

Fauces leuiter exasperatæ, & aluus inanibus exurrectionibus fatigata, frontis dolores in ægris palpantibus & more inuestigantium sensim contrectãtibus, aut dolore affectis, si quæ ex his increscũt, molestiam exhibent.

Ex Prorrh. 109. videtur desumpta sententia, & quibusdam partibus diminuta, indeque restituenda, & quæ ob diuersi generis casuum coaceruationem parum ad præsagij doctrinam conferat. Caluus ψηλαφώδεες, ὀδυνώδεες omisit.

268 Τὰ κατὰ φάρυγγα ἰσχυρὰ ἀλγήματα, ὃ παρ' οὖς ἔπαρμα καὶ σπασμοὺς ἐργάζεται, καὶ τραχήλου κενώτεα δήγματα. G

Vehementes faucium dolores aurium tubercula & conuulsiones excitant, itemq; ceruicis ac colli dolores.

In faucium affectibus non necessariam esse conuulsionem ex superioribus decretis satis patere potest. At affecto neruorum principio, ad ceruicem ac dorsum (quæ ex spinali medulla riguos habent neruorum riuulos) noxiam pertinere æquum est, ac inde conuulsiones facilè præsentiri. Quòd si foras materia conuertitur, & ad aures diuertit, parotidas facit, si ad collum & dorsum spectat, ibi dolores & tumores excitat, ex aphor. 37. lib. 6. & 49. lib. 7. Caluus ceruicis & dorsi dolores in sequentem sententiam reiicit, quod etiam faciunt exemplaria nonnulla, secuti tamen sumus pluralitatem & omnes interpretes.

269 Μετὰ πυρετοῦ ὀξέος, σπασμοὶ ὀλέθριον.

Conuulsiones cum febre acuta perniciem denunciant.

H Conuulsiones in febre acuta non parum suspectæ sunt ex Hippocratis doctrina, vt patet ex aphorisf. 66. libr. 4. & 26. libr. secundi & 57. lib. quarti, & priùs quoque ostendimus. Exemplaria quædam hanc sententiam cum prioris fine connectunt & sic legunt: καὶ τραχήλου καὶ νώτου ἀλγήματα, μετὰ πυρετοῦ ὀξέος καὶ σπασμοὺ, ὀλέθριον. Quam lectionem ex codicibus Vaticanis videtur secutus Caluus.

Ceruicis cubitorumq; dolores conuulsiones minantur, ex facie autem ad fauces ista procedunt.

270 Τραχήλου καὶ πηχέων ἀλγήματα, σπασμώδεα. ἀπὸ προσώπου δὲ ἕως τῶν, καὶ ἐς φάρυγγα. A

Conuulsiones meritò denunciant neruosarum partium affectiones, si conspirante neruorum principio contingãt, quod hæc verba indicant [ἀπὸ προσώπου ἕως τῶν] Galenus nanque in Prorrh. idem quod ἀπὸ κεφαλῆς significare scribit, quod etiam Prorrh. 104. effertur, ἄλλως τε καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ὁρμῶνται. Progressum autem ex capite & facie, per fauces, in ceruicem, scapulas & cubitum ista denotant, ex Prorrh. 114.

Pallidis, gracilibus & crebra oris saliuatione laborãtibus, in somnis sudores boni sunt. Nempe quidem & horum plurimos sudore leuari non improbãdum. Quibus si dolores ad inferiora decumbant, toleratu faciles existunt.

271 Ὠχροὶ, ἰσχνοὶ, σιαλίζοντες, ἐν ὕπνοισιν ἱδρῶτες ἀγαθοί. ἢν δὲ καὶ τὰ ἱδρῶτι κουφίζεσθαι, ὅσοισι πλείστοισι καὶ πονηρόν; οἱ ἐς τὰ κάτω πόνοι ξυντείνουσιν B εὔφορα.

Hæc valde sunt obscura, & in Prorrhetico superiori sententiæ connectuntur, varieque leguntur. Quin & ex Gal. Commentario huius lectionis varietatem petas licet, quæ etiam exemplaribus manu scriptis contestata est. Meliùs certè coniũgi videntur, & ad conuulsionum denunciationem (quamuis parum conferant) referri, vt ad Galeni mentem in Prorrhetico accedamus, cùm conuulsiones legitimis sudoribus iamiam superato morbo soluantur, & humorum transpositu ad inferiores partes leuentur. Caluus hanc sententiam codicum varietate plurimùm conturbauit, & ὄχλοι & ὠχροὶ legit, idemque sententiæ huius initium ἀπὸ προσώπου fecit.

In dorsi ac pectoris dolore, cruentæ mictionis suppressio, laboriosum exitum affert.

272 Ἐν ἀλγήματι νώτου καὶ στήθεος αἱματώδης οὔρησις ἐπισχεθεῖσα, ὀλέθριος ὅτι πόνος. C

Hoc præsagium ex obseruatione quadam enatum obscuram habet cognitionem, paruamq; doctrinæ complexionem. Cruenta vrina si propriè intelligatur, per quam sanguis demittitur, ea si subsistat, ex sanguinis grumis, & ex ea putrilagine cõcepto intus incendio, laboriosum & cum dolore exitium portendi æquum est, tuncque ad febrem attendendum est. Quòd si αἱματώδης οὔρησις dicitur quæ ἐξέουθρα ἔσται demittit, velut omnibus in confesso esse testatur Galenus, & malè affectos renes & imbecillitate laborantes indicat, vnde & dorsi & pectoris, hoc est ventriculi dolor (sic enim sæpiùs apud Hippocr. sumitur) cõtingere potest, huius suppressio curata intemperie non ita molesta est. Dubium verò est num hîc per dorsi & pectoris dolores, earũ partium nempe neruosarum, membranosarum & frigidarum perfrictionem aut rigorem indicet, quem vrinæ suppressio præcedere solet, vt ex Hippocrate apparet, (aph. 9. sect. 1. lib. 6. epid. & Prorrh. 110.**) in quo etiam antea cruentas vrinas damnauit. Atque ad huiusmodi affectiones promptè conuulsiones sequuntur, de quibus hîc agere videtur. **Sentent. 22.

Ceruicis dolor in omni quidem febre malum. In his verò pessimum in quibus etiam vehementis insaniæ metus est.

273 Τραχήλου πόνος, κακὸν μὲν ὅτι πυρετῷ παντί. κάκιστον δὲ ἐν οἷσι καὶ ἀκμαιότατα ἐλπίς. D

Repetitur iisdem verbis hæc sententia Prorrh. 73. Hippocrates quoque libr. primo epidemiõn ***, ceruicis dolores & capitis grauitates cum febre valde suspectas habet, & in phreniticis quidem conuulsiones cum æruginoso vomitu & præceps exitium accersere scribit. ***Stat. 2.

Pectoris dolor cum febre, & aluus perturbata cum torpore, nigras deiectiones præsefert.

274 Ἐπὶ στήθεος ἀλγήματι πυρετώδει, καὶ κοιλίη ταραχώδης, ναρκώδης, σημεῖα μελαινῶν ἀποχωρησίων. E

Quod semel est in quibusdam ægris obseruatum, id malo prædictionis exemplo ad vniuersi generis naturam refertur. Signorum nanque diuersi generis complexio, ad cuiusq; proprios fontes deducenda est, non temerè ad vniuersas notionum quæstiones (si rerum vsum quærimus) accommodanda. Hîc igitur aluus perturbata & diarrhœa in pleuriticis doloribus & peripneumonicis significatur, quæ vt vires exoluit & hepatis imbecillitatem indicat, ita non necessariò nigras deiectiones conuehit, nisi ex bilis adustione quæ in atram vertitur. ναρκώδης autem κοιλίη cùm ad varias causas referatur, hîc sentiendi facultatem sopiram sequi videtur, etsi δακνώδης quidam legunt, vt ad biliosarum deiectionum morsum ac irritamentum referant, ex sentent. 83. antea adscripta.

Vbi fauces in morbis acutis graciles sunt, paruæ ac dolentes, atque vbi os hiarit, si gracile appareat, nec facilè contrahi possit, mentis emotionem metuere oportet, indeq; succedens phrenitis perniciosa est.

275 Τὰ ἐν ὀξέσι τῇ φάρυγγα ἰσχνὴ, μικρὰ, ὀδυνώδεα, ὅτε χανοῖ μὴ ῥηϊδίως συνάγοντι ἰσχνά, τὸ στόμα χρουστικά. ἐκ τούτων φρενιτικοὶ, ὀλέθριον. F

Ex variis colli & faucium affectionibus longo sententiarum ambitu decursis, & ad anginam sensim irrepentibus, tandem ad anginæ genus periculosum deuenit, quod in Prognostico describitur, vbi neque in ceruice, neque in faucibus, alicuius præter naturam affectus signa conspicua eduntur. Et huius sententiæ explicatio ex Prorrhet. 11. (vnde huc translata videtur) peti debet. Quod sanè me impulit vt μικρὰ, ὀδυνώδεα, ad τὰ κατὰ φάρυγγα referrem & dispararem, non, vt cæteri interpretes, coniungerem. Neq; enim in huiusmodi angina modicus inest dolor, cùm ex Hippocr. in Prognostico plurimum molestiæ & negotij exhibeat. Quin potiùs his verbis indicatur nullum subesse in externis colli partibus ad fauces pertingentibus, tumoris aut doloris sensum. Nam etsi per φάρυγγα ἰσχνὴν Hippocrates, vt sæpe aliàs, fauces minimè tumentes, sed graciles intelligit, voluit tamẽ etiam externum colli prospectum adhibere, vt nullo apparente in his partibus proprio affectu, promptior ex neruorum principio offensa pereretur, vnde & mentis emotio & phrenitis penderent. Quæ etsi non necessariò ad huiusmodi anginæ genus consequuntur, præsens tamen exitium denotant, vt scribit Galenus. Atque ea verba mihi respicere videntur quod in Prognostico scribitur, ὁκόσαι μήτε ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν ἕκκηλον ποιέουσι, μήτ' ἐν τῷ αὐχένι. Quinetiam vt externam colli faciem prospectandam admoneret, adiunxit ὅπ χανοῖ μὴ ῥηϊδίως συνάγοντι ἰσχνά, vt significaret ore adaperto nullum subapparere tumorem aut molem in faucibus, neque tamen os claudi aut adduci posse, vt latens quoddam vitium valde suspectum faceret. Ita quæ intus hîc adaperto ore præmonstratur gracilitas, priùs illis verbis in externarum colli partium specie in consideratione veniret, vbi nullus tumoris, doloris, aut molis sensus percipereturi. Etsi in quibusdam exemplaribus manu scriptis, ἰσχνῷ in his vltimis verbis desideratur, nec eius vestigia vlla in Prorrhetico apparent. Quòd si quis hoc in præsagio exemplarium aut interpretum authoritatem non dedignatur, & μικρὰ ὀδυνώδεα coniungere velit, is gutturis affectum præfocantem, ac etiam sine dolore tumorem obaudire poterit, velut aph. 34. lib. 4. causas easdem ex Galeno inducens. Caluus pro ἰσχνῷ συχνῷ legisse videtur.

Vbi febricitanti fauces exulcerãtur, si aliud quoq; ex grauioribus signis affuerit, periculum denuncian dum est.

276 Φάρυγξ ἑλκουμένη ἐν πυρετῷ μετ' ἄλλου σημείου τῷ δεινοτάτῳ, κινδυνώδης. H

Hæc sen-

A Hæc sententia experientia confirmatam habet veritatem. Febres enim sunt periculosissimæ, in quibus fauces aut exulcerantur, aut inflammantur. Humoris enim malignitatem, feruorem & acrimoniam indicãt, siue à capite, siue alunde in fauces irruat, vnde & febres creantur grauissimæ, & seuissima inducuntur symptomata, crebræ virium exoluiones. ἄσαι & continentes corporis inquietudines, iactationes, quandoque etiam totius corporis colliquationes, tum demum ita exulceraris faucibus nihil deglutire possunt. Quod autem hîc σημεῖον δύσκολον, τοι πρὸν in Prognost. dicitur, vbi his verbis ista sententia repetitur. φάρυγξ ἑλκουμένη σὺν πυρετῷ δεινῷ, ἀλλ' οὐ καὶ ἐν σημεῖον ὅπ τῷ ἤδη προκεκριμένων πυνθάνῃ, προσλέγει οἷς ὁ κινδυνώδη ἔοντα τὸν ἀνθρώπου.

277 Ἐν πυρετοῖσιν ἐξαπίνης πνίγεσθαι, καὶ καταπίνειν μὴ δύνασθαι, χωρὶς οἰδήματος, κακόν.

Per febres repente strangulari, & deuorare non posse, citra tumorem, malum est.

Eam quoq; anginæ speciem hic respicere videtur de qua agitur aph. 34. lib. 4. & 60. lib. 7. Et hunc locum propriè quidem mihi B respexisse videtur Celsus cùm scribit. Neque is seruari potest, qui sine vllo tumore febricitans subitò strangulatur, aut deuorare saliuam suam non potest. Neque enim alibi difficilis deglutitionis mentio subit.

278 Τράχηλον ὀπισθοφλιῶσι μὴ δύνασθαι, μηδὲ καταπίνειν, θανάσιμον ὡς τὰ πολλά.

Collum neque conuerti, neq; deuorare posse, plærunque lethale.

Quin & alterum anginæ genus ex vertebratum colli peruersione attingitur, quod pluribus lib. 2. epid. aperuimus, & ex aph. 35. lib. 4. & 61. lib. 7. desumitur, & his verbis disertè expressit Celsus. Cuiue in eodem febris corporisque habitu ceruix conuertitur, sic vt deuorare æquè nihil possit. Hoc enim præsagium in febre intelligendum venit, etsi eius nulla hîc fiat mentio, quòd de acutis agatur. Hîc verò vt in aphorismis tumor non excluditur, vt inde inflammationem colligas, & maiorem neruorum, vicino- C rum & colligatorum corporum contractionem coniicias. Quanquam exemplaria quædam istas duas sententias simul cõiungunt, quod fecisse Caluum apparet, neque κακὸν priori sententiæ addidisse, sed legisse ὁ πρόχυλον.

279 Υποχόνδριον ὀξὺ χρὴ μαλθακὸν εἶναι, καὶ ἄπονον καὶ ὁμαλές. φλεγμαῖνον ὀξὺ ἢ ἀνωμάλως ἔχον, ἢ ἀλγοῦν, σημεῖον ἀρρωστίης ἐστὶν οὐκ ἀνήθεος.

Præcordia verò sine vllo doloris sensu æqualiter mollia esse oportet. At inflammatione tentata, aut inæqualiter affecta, aut dolore vexata, non contemnendę ægritudinis notas præseferunt.

Ordine quedam ad præcordia delapsus, eorum affectiones attingit, & ferè ex Prognostico repetit.

280 Οἴδημα δὲ ἐν ὑποχονδρίοισι σκληρόν τε ἐὸν καὶ D ἐπώδυνον, κάκιστον μὲν εἰ τῷδε πάντων εἴη τῷν μερέων. τῷν ὀξὺ οὐκ τοῦ ἑνὸς μέρεος, ἀκινδυνώτερον ὃ οὐκ τῷν ἀειραρῶν. σημαίνει ὀξὺ ἐν ἀρχῇ μὲν τὰ ἰσχιάσματα θάνατον σύντομον. ὑπερβάλλοντα ὀξὺ τὰς εἴκοσι, τοῦ πυρετοῦ μένοντος, ἐμπύησιν. ἢν δὲ τοῦ τε ἐν τῇ προσόψει πελιδνοῦ. ῥῆξις αἵματος ἀφ' ῥινῶν κάρτα ὠφελεῖ. τὰς δὲ πολλὰ κεφαλὴν δ- E τοι πονέουσι, καὶ ὄψις ἀμαυροῦται. καὶ μᾶλλον εἰς τῶτα προσγίνεσθαι, προσδέχου τὴν ῥῆξιν. ἡλικίησι δὲ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἐτέων. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισιν, ἧσσον.

Præcordia verò tumida, dura ac dolentia, si in vniuersum sic affecta sunt, maximum quidem malũ portendunt: si verò altera parte duntaxat, ex sinistra minus periculum impendet. Cæterùm per exordia quidem mortem prope affore ista denunciant, vbi verò vigesimum diem superarunt, & febris detinuerit, in pus vertuntur. Atque intra primum circuitum istud contingit, ac sanguinis è naribus fluxus plurimùm cõducit. Etenim plærunq; his caput dolet, & oculorum acies hebescit: atque tum sanguinis eruptio magis expectari debet, idq; circa quintum & trigesimum ætatis annum. In senioribus verò non item.

Locus ex Prognostico notus est vnde ista sunt petita. * Celsus etiam præcordia in flammata, dolentia, dura, tumida, intenta, suspecta habet, magisque si hæc dextra parte quàm sinistra sunt. Caluus istud εἰ τῷδε πάντων εἴη τῷν μερέων parum expressit, & τὸ πα- εόπτων legisse videtur. Meliusque scribitur in Prognostico, εἰ παρ' ἄκραν εἴη τὸ ὑποχόνδριον. Quod sequitur γίνεται ἢ πέπ, ambiguum est quonam referatur. Codices publicati prioribus coniungunt. Nos ad vtrunque accommodamus, & poussimùm ad sanguinis eruptionem ex Prognostico retulimus, ex quo etiam melius legatur, γίνεται ἢ ὀυπιεσιν ἐν τῇ προσόψει πελιδνοῦ ῥῆξις αἵματος ἀφ' ῥινῶν, contra tamen omnium codicum fidem. Omnes enim γίνεται ἢ ἐν τῇ προσόψει πελιδνοῦ legunt, & duo vetustissimi Regij manu scripti hîc subsi- F stunt omninoque deficiunt, nihil de sanguinis ex naribus fluore apponentes, etsi locum ex Prognostico integrum maximè adscribi oportuit. Quæ etiam calamitas ad Vaticana exemplaria permanauit, vt satis pater ex Caluo, qui hîc quoq; Coacarum Prænotionum interpretationi finem imposuit, nulla hiatus aut vastitatis aliôqui vel minima iniecta suspicione, quod per sanè mirum mihi videtur. Nos verò, etsi nihilô sumus meliore fortuna, omnem tamen aleam subire oportet, & reliqua spatia emetiri.

*Cap. 4. lib. 2.

281 Τὰ μαλθακὰ ὀξὺ καὶ ἀνώδυνα τῷν οἰδημάτων, χρονιώτερα ὀξὺ τὰς κρίσιας ποιέεται, καὶ ἧσσόν ἐστιν ὀπτικίδυνα. τὰς ὀξέας ἐξίκοντα καὶ τῶτα ἐπαρβάλλοντα, τοῦ πυρετοῦ μέ- G νοντος, ἐμπυοῦται. τὰ δὲ πλήσια δὲ σημαίνει τοῖσιν ὑπο- χονδρίοισι καὶ τὰ περὶ κοιλίαν, πλεῖστον ἧσσον ἐκπυοῦται τῶτα ἐκείνων, ἤκιστα δὲ ἐπὶ ὀμφαλόν. καὶ γίνεται δὲ τῶτα μὲν ἐν γυναῖκι, τὰ δὲ δύο κεχυμένα. θανάσιμα δὲ ἐστιν αὐτῷ, ὅταν ἐν ἑσπέρῃ. τῷν ὀξὺ λοιπῶν ἐμπυη- μάτων, τὰ μὲν ἔξω ῥηγνύμενα, βέλτιστον μὲν ὡς εἰς ἐλάχιστον καὶ ὀξύτατον συλλέγεσθαι. τὰ δὲ εἴσω, μήτε ὀγκῷ, μή- H τε πόνῳ, μήτε χρώματι ἀφανὲς ἐν τῷ ἔξω ποιέεται. ὃ ὀξὺ ἐναντίον κάκιστον. ἵνα ὀξὺ τῶτων ἀφανὲς πάθος πάθῃ, ἀ ἀφανεσημάνεται.

At verò molles & doloris expertes tumores, longiore spatio finiuntur, nec ita graue periculum afferunt. Quòd si neque intra sexaginta dies desinunt, ac febris detinet, suppurationem expectare oportet. Idem verò haud secus quàm in præcordiis perpendi- tur in tumoribus qui circa ventrem fiunt, nisi quòd hi quàm illi minùs suppurant, minimùm verò qui sub vmbilico constituuntur. Atque hi quidem in tunica concluduntur, illi autem sursum diffundũtur. Ex quibus etiam mortẽ magis afferunt, quicunq; intrò rumpuntur. Reliquas autẽ suppurationes quæ quidẽ foras erumpunt, maximè sanè conducit, in quàm exiguum & acutissimum locum colligi. Quæ autem intrò vergunt, vt neque tumore, neque dolore, neque colore, manifestas foris notas edant. Quod verò contra fit, pessimum est. Harum autem quædam propter puris crassitudinem nullam de se significationem ostendunt.

At recẽtes præcordiorũ tumores inflammationis expertes, ac dolores qui in ipsis fiunt, murmur circa præcordia exortum soluit, sed potissimùm quidẽ vbi per vrinas ac deiectiones elapsum fuerit, sin minùs, vbi etiam hoc ipsum trãsmissum fuerit. Quinetiam ad infernas sedes deuolutum iuuat.

Τὰ δὲ πεόσφατα τῶν οὐ ποῖσιν ὑποχονδρίοισιν ἐπαρμῷ, ἢν μὴ σὺν φλεγμονῇ, καὶ τὰς ἀπ' αὐτῶν πόνους λύει βορβορυγμὸς γιγνόμενος ἐν ὑποχονδρίῳ, καὶ μάλιστα μὲν διεκπεσὼν δι' οὔρων καὶ ἀφαιρεθῇ. εἰ δὲ μὴ καὶ αὐτὸς ἀφαιρεθείς. ὠφελεῖ δὲ καὶ ὑποκαταβὰς ἐς τὰ κάτω χωρία. A

χρονιώτερας] χρονιωτέρας ex manu scriptis codicibus & Prognostico legimus, & libello περὶ κρισίων vbi istud repetitur. Atque ex eodem præconio & melioribus codicibus publicatis, καὶ ἥκιστα ὑπόκινδυνα scripsimus. Celsus cap. 7. lib. 2. ista sic expressit, At si præcordia tumorem mollem habent, neque habere intra sexaginta dies desinunt, hæretque per omne id tempus febris, tum in superioribus partibus fit abscessus. B

ἥκιστα δὲ ἐπ' ὀμφαλοῦ] Sic in epid. ' suppurationes vmbilico circunscribit Hippocrates. τοῖσιν ἐμπυήμασιν ὀμφαλὸς ὅρος. Celsus. Cumque omnis longus tumor ad suppurationem ferè spectet, magis eò tendit is, qui in præcordiis, quàm is qui infra est.

' *Lib. 6. sect. 2.*

καὶ γίνεται τοῦτο μᾶλλον] Aptè sanè videntur ista ad suppurationum differentiam referri, vt partim quidem ad cutem prorumpãt, partim verò profundum & interiora petant. Quod scripsit Gal. in Progn. ἀφορίζεται δὲ τὸ καθ' αὑτὸ πῦον, οἷον μὲν ἐπὶ τοῦ δέρματος, πολλάκις δὲ καὶ βάθει, νὴ τὸ ἄνω, partium corporis superficiem respiciat, ὁ χιτὼν verò τὸ βάθος, interiorem latitudinẽ quæ peritonæo circunscribitur.

Σαυάσιμα δὲ οὐ τῶν αὐτῶν] Tumores omnes tolerabiliores sunt qui extra vergunt, quàm qui intrò procedunt, vt satis patet ex Prognostico. Sunt tamen & suæ vtrisque leges. Nam qui foras vertuntur, minima mole concludi, maximeque extra vergere, & in acutum fastigiari debent. Et in epidemiis, φύματα ἔξω ἐξοιδέοντα, & τὰ ὀπίσθια, & τὰ καρυῴδεα probat. Qui verò intus excitantur, maximè probantur, si in externa superficie nullas sui manifestas notas edant, neque tumore, aut dolore, aut colore, significationem vllam præbeant, sed intus contrahantur. Quas suppurationum leges his verbis " Celsus expressit. Ex suppurationibus verò hæ tolerabiles sunt, quæ in exteriorem partem feruntur & acuuntur. Et ex his quæ intus procedunt, hæ leuiores, quæ contra se cutem non afficiunt, eamque & sine dolore esse, & eiusdem coloris, cuius reliquæ partes sunt, sinunt esse. Idem, Ex suppurationibus hæ pessimæ sunt, quæ intus tendunt, sic vt exteriorem quoque cutem decolorent. Ex his deinde, quæ in exteriorem partem prorumpunt, quæ maximæ, quæque planissimæ sunt. C

" *Cap. 8. lib. 2.*

δύο πάχος πύου] Duæ sunt puris intus delitescentis causæ, puris crassitudo, & loci quo concluditur densitas, aph. 41. lib. 6. proditę, & à Galeno in Prognostico repetitæ, dum scribit: μὴ φθείσαι πῦον εἰς τὸν ἐκτὸς χῶρον ἀφικέσθαι διὰ γλισχρότητα, ἢ πάχος, ἢ τὸν τῆς κοιλίας κατῶνος πυκνότητα. D

Τὰ δὲ πεόσφατα] Idem disertis pene verbis ex Prognostico repetitum, & ex aph. 73. lib. 4. expressum. Celso verò adumbratum cap. 3. lib. 2. sed non sine manifesto vitio nostrorum omnium codicum. Sic enim locus legendus est, Si non inflammatio in superioribus partibus dolorem tumoremque fecit, bonum signum est sonus ventris inde ad inferiores partes deuolutus, magisque etiam si sine difficultate cum stercore excessit. Aut certè vt volunt quidam scribendum, Si sine inflammatione in superioribus partibus, dolorem tumoremque quid fecerit, bonum signum est sonus ventris, &c. Quam lectionẽ Castellani codex & Pantinus retinent.

Præcordiorum pulsus cum turbatione mentem emouet, idque præcipuè si oculi frequenter moueantur.

Σφυγμὸς ἐν ὑποχονδρίῳ μετὰ θορύβου τοῦ καρδιακοῦ, καὶ μᾶλλον τῶν ὀμμάτων πυκνὰ κινέοντα. E

Mentis perturbationem aut delirium non solùm elicit in Prognostico Hippocrates, sed & insaniam expectandam significat, idemque præsagium secutus est Celsus, cùm scribit "', Protinus timendam insaniam vbi quis venas concitatas habet præcordiis duris & tumentibus. Vbi etiam oculorum frequentem motum addit.

"' *Cap. 7. lib. 2.*

Oris vẽtriculi dolor ac præcordiorum pulsus cum febre in qua totus corporis habitus perfrigeratur, malum denunciant, idque præsertim si cum tenuibus sudoribus contingunt.

Καρδίης πόνος καὶ σφυγμὸς ὑποχονδρίων, πυρετοῦ τοῦ ψυχροῦντος, κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν ἱδρῶσιν.

πυρετοῦ τοῦ ψυχροῦντος] Phrasis est ex Prorrh. repetita, febrem indicans quæ interna depascitur (externo corporis habitu perfrigerato, quod est malignæ febris certissimum indicium. Cùm autem per se mala sint quæ concursionem istam faciunt, hoc symptomatum inter se concursu certior pernicies intenditur. Vitiosa sunt autem exemplaria quæ ὑποχονδρίῳ & ἱδρῶσι legunt. F

Ingruentes ad præcordia dolores, cùm alias praui sunt, tum verò si aluos profundant. Deteriores autem si paruo tempore fiant. Quin & inde suborta ad aures tubercula, aliæque suppurationes malignitatem præferunt.

Ἐς ὑποχόνδριον ἐμπίπτοντα ἀλγήματα, ἄλλως τε πονηρὸν, καὶ ἢν κοιλίας καθυγραίνῃ. κακὸν δὲ καὶ ὀλίγα γινόμενα. καὶ τὰ παρ' οὖς τε δυσιάτατα ἐκ τούτων, κακοήθεα. καὶ τὰ ἄλλα ἐκπυήματα.

Magnam & periculosam præcordiorum ac hepatis inflammationem esse oportet, quæ recentèr orta, paruoque tempore adeò vehementer vires affligat & aluum profundat. Aliõqui sanè in huiusmodi casibus aluus suppressa plurimùm damnatur, quod etiam postea docet. Et Gal. Comm. 2. in Prorrh. in hepatis inflammatione aluum effusam suspectam esse satis testatur. Quin & inde oborta ad aures tubercula aliæque suppurationes, morbum producunt, humorumque malignitatem & irritum naturæ conatum denotant. G

Oris ventriculi dolores cum intestinorum cruciatu, interaneorum animalia deiiciunt.

Καρδιαλγικὰ καὶ μετὰ τρόφου, κοιλίης θηρία καταρρήγνυται.

Ista de lumbricis aluum infestantibus accipi, testatur quod scripsit Hippocrates in epidemiis. "" τὸ θηριῶδες φθινοπώρου & αἱ καρδιαλγίαι. τὸ θηριῶδες nanque & θηρίον de lumbricis aluum torquentibus Hippocrati dici ostendimus nostris in lib. 2. epid. Commentariis, vbi & huius sententiæ meminimus, indeque explicatio peti debet. Intestinorum autem cruciatus & tormina (quæ per φόρους intelligimus) ob vehementem morsum fiunt (vt scribit Gal. Comm. ad aph. 11. lib. 4.) interdum quoque à flatibus.

"" *Lib. 6. sect. 1.* H

Oris ventriculi dolor seniori crebrò adueniens, repentinam mortem denunciat.

Καρδίης ἄλγημα πρεσβυτέρῳ πυκνὰ ὀπτφοιτῶν, θάνατον ἐξαπίναιον σημαίνει.

Vehemen-

A Vehementem & frequentem esse oportet oris ventriculi dolorem, qui ob nimis exquisitum eius sensum ac debilitatem, eamque quam habet partium consensione cum corde conuenientiam, in senibus repentinum minatur exitium. Quod ob vitalis facultatis imbecillitatem & præcipitem virium lapsum, dissipatis spiritibus, & conferto affluxu suffocato calore, velut in syncope & ἐκλύσει accidit aph. 41. lib. 2. πυκνὰ verò pro πυκνὰ in quibusdam codicibus scriptum vitiosum est, & ὀπτφοιτῶν pro ὀπτφοιτῶν Ionicum est, vt & ἐξαπίνεον pro ἐξαπίναιον in codicibus publicatis malè scribitur.

Præcordia sublata subsistente aluo, malum denũciant, præcipuè verò in his qui ex lõgo interuallo cõtabescunt, & quibus alui diffluunt.

Οἷσιν ὑποχόνδρια μετεωρίζεται, κοιλίης ὑπόστασις, κακόν. μάλιστα δὲ φθινώδεσι τῶν μακρῶν, καὶ οἷσι κοιλίαι ὑγραίνονται. B

ὑποχόνδρια μετεωρα, & ἐμπεφυσημένα & φυσώδη vocat Galenus in aphor. 64. lib. 5. dicunturque tumida & inflata, aut in altum sublata, & ἐπαιρόμενα, sublimia & intumescentia ex aliquo præter naturam affectu. ὑπόστασις autem κοιλίης pro remorata & subsistente aluo ponitur, & in omnibus codicibus constantissimè retinetur idem significans quod ὄπισθασις, aut certè κοιλίης ὄπισθασις legẽdum, quæ phrasis aliòqui Prorrhetici authori perfamiliaris est, qua subsistentem & suppressum aluum indicat. Quam etiam notionem secutus videtur Cornarius & reliqui interpretes. Sunt qui ὑποτάσσης κοιλίης legunt. φθινώδεες autem τῶν μακρῶν qui ex longis interuallis & iam diu contabescunt intelligi videntur, aut qui propè consenescentibus ac diu trahentibus morbis tabitudinem contraxerunt, & ita inueteratum malum corporis habitum compararunt, vt intumescentibus vitalitatis penetralibus, velut iam fatiscentibus viribus, aluo fusa & humescente colliquescunt.

Quibus præcordia inflammatione tentãtur, & pus colligunt, iis sub mortem nigra deiiciuntur.

Ἐν ὑποχονδρίῳ φλεγμονὴ ἀποπυητική ἐστιν, οἷς τὸ τῶν θανάτων μέλανα ἀφαιρεῖ. C

Nigras deiectiones vocat, quæ sunt sanguini atro non dissimiles, aph. 21. lib. 4. aut qualis fex sanguinis & limus, quales solent in hepaticis affectibus deturbari, ex superassato sanguine, vt scribit Gal. libr. 5. de loc. aff. atque eæ plærunque sunt lethales. Cæterùm codices edititij omnes istam sententiam superiori coniungunt, & cum aluo effusa præcordiorum inflammationẽ ponunt, vt Prorrh. 155. aptè congruere videatur. ἐκ γροφωδέων ὑπόστασις ἰκνώδης, ὑποπέλιος, καὶνὴ. ἢν δὲ τοῦτο ὑποχονδρίων ὀδυνῶσι καὶ ὀδυνῶσι δὲ ξιόνες ἐκλύουσι. Ista nanque de hepaticis, vt & τοῦ γνώσιν istam de iecoris inflammatione intelligi, nemini est dubium. Nos tamen membranarum reconditarum lectionem secuti sumus.

Præcordiorum contensio cum sopore & incontinenti corporis iactatione, capitis dolore vexato, tubercula ad aures excitat.

Ὑποχονδρίων σύνταση μετὰ κώματος ἀσώδους, κεφαλαλγικῷ, & παρ' οὖς ἐπαίρει. D

Ex Prorrh. 169. vbi eadem sententia repetitur, explicatio sumi debet. κώματος autem legimus ex manu scriptis codicibus cum interpretibus. κώματος tamen habent exemplaria omnia publicata, sed in Prorrh. κώματος leg.

Ex præcordiorum tumore, biliosis spiratio magna & febris acuta, tubercula ad aures suscitat.

Μετὰ ὑποχονδρίων ἐπαρσιν, οἷσι χολώδεσι πνεῦμα μέγα καὶ πυρετὸς ὀξὺς, & παρ' οὖς ἐπαίρει.

Adumbrata est hæc sententia Prorrh. 164. & antea hoc in præsagio sent. 107. quodammodo expressa, sent. verò 126. disertis verbis repetita. Hic verò πνεῦμα μέγα dicit, spirandi difficultatem in his obaudiens quos πνευματιῶντας aliàs & πνευματίας vocat, τοὺς μέγα καὶ πυκνὸν ἀναπνέοντας. πνευματώδεις in Exegesi dicuntur, etsi aliòqui πνευματώδεις ἐμπεφυσημένοι, & qui magnam flatuum copiam ventre colligunt, dicuntur aph. 72. lib. 5. & Comm. 3. in Prorrhet. χολώδεες etiam nuncupantur (ac fortè χολώδεες) quos ἱκτεριῶντας in Prorrhetico dixit, ex bilis suffusione nomenclaturam adeptos, qui tamen parum aut nihil ad parotidum sublationem conferunt, vt & in biliosis febribus & acutis cum magna spirandi difficultate, potiùs eruptionis sanguinis ex naribus, quàm abscessum ad aures spem haurias. Quod etiam in præcordiorum tumore contingit, vt tubercula ad aures exoriri rari sit in his exempli. E

In præcordiorum dolore cum aliquo murmure, succedens lumborum dolor in febribus, aluos plærunque humectat, nisi flatus eruperit, aut vrinæ copia prodierit.

Ἐν ὑποχονδρίων ἀλγήματι ὑποβορβορύζοντι, ὀσφύος ἄλγημα ἐπιγιγνόμενον ἐν πυρετοῖς, κοιλίας ὑπεπολὺ καθυγραίνῃ, ἢν μὴ φῦσα καταρραγῇ, ἢ οὔρου πλῆθος ἔλθῃ.

Placitum est 73. lib. 4. aphorismorum huc omninò translatum, ac paulò ante superiore quadam sententia ex Prog.* expressum. Quod effecit vt ἐν ὑποχονδρίων ἀλγήματι ὑποβορβορύζοντι simul iungerem, adstipulantibus codicibus manu scriptis, quæ malè in publicatis exemplaribus disparantur. Cur autem ἐν πυρετοῖς addatur, ex Gal. in aph. petas licet. F

*Sentent. 281.

In præcordiis ex longo interuallo afflictis & graueolente aluo, subnatum ad aures tuberculum, mortem adfert.

Ἐπὶ ὑποχονδρίῳ χρονίῳ, καὶ κοιλίη δυσώδει, παρ' οὖς ἀπόστημα κτείνει.

ὑποχόνδριον χρόνιον hîc vocat quæ in Prorrh. ὑποχόνδρια μετέωρα χρονιώτερα, quemadmodum ὑποχόνδριον χρόνιον antea sumpsit Callius sent. 128. Sic κοιλίαι δυσώδεις, τὸν εἰλεὸν δυσώδη, quonamcumque modo fœtidum tenuioris intestini morbum intelligas. Ex Prorrh. enim 158. repeti videtur hæc sententia, & antea lõgè meliore notione expressa sent. 201. vt certè nõ leuiter suspecta sit hęc scriptio.

Ex præcordiorum doloribus aluus aliquantum viscida paulatim transmittens, stercoracea pauca effundit, ac fortassis sanguinem profundit.

Τοῖσιν ἀπὸ ὑποχονδρίων ἀλγήμασιν κοιλίη κατὰ μικρὸν ὑπόγλισχρα ἀφαιδεῦσα, βεγχέα κατεφόδεα ἐκκλοῖ, ἀδρὰ καὶ αἱμορραγές. G

Nil necesse est sanguinis profusionem consequi, vt ne ad confectam illam diuersi generis symptomatum concursionem, quæ Prorrh. 146. describitur, ac etiam postea iisdem verbis hoc in Præsagio repetitur, vnde quodammodo decurtata hæc sententia videtur. Codices publicati ἐκχλοιοῖ pro ἐκχλοῖ legunt. ἐκχλοιοῦσθαι sanè apud Hippocratem pro χλωραίνεσθαι, quod est ex pallido virescere, ex Galeni interpretatione significare scripsimus nostris in lib. 2. epid. Comment. & fusiùs in Œconomia Hippocr. eique dictioni frequens addiximus testimonium, quod in ἐκχλοιοῦν non temerè reperias. Ac fortassis tam varia huius dictionis scriptio, non minimam vitij suspicionem iniicit. In Prorrh. enim ἐκλύουσι scribitur, & in hoc præsagio (vbi eadem Prorrh. sententia repetitur) ἐκχλοιοῦσι. Qua dictione cutis color ex viridi pallescẽs aut flauescens indicatur, quòd in hac cõcutione bilis quædam sit refusio.

Quos de repente absq; febre præcordiorum aut oris ventriculi dolor, aut crurum, & inferiorum partium affligit, aluúsque intumescit, venæ sectio, aut alui fluxus solutionem adfert. Iis febricitare noxium est. Nam & longæ & vehementes febres subnascun-

Οἷσιν ἐξαίφνης ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν, ὑποχονδρίου καὶ καρδίης πόνος, καὶ τῶν σκελέων καὶ κάτω μερέων, καὶ κοιλίη ἐπῆρται, λύει φλεβοτομίη, καὶ κοιλίης ῥύσις. πυρέσσειν βλαβερὸν τούτοισι. μακροὶ γὰρ οἱ πυρετοὶ καὶ ἰσχυροὶ γίνον- H

tur, ac tusses, & spirandi difficultas atque singultus fiunt. Quibus in solutionem spectantibus, vehemens coxarum dolor, aut crurum, aut purulenta sputatio, aut oculorum orbitas succedit.

τα, καὶ βῆχες, καὶ πνεῦμα, καὶ λυγμοὶ γίνονται. λύεται δ' ἢν μελλόντων τούτων, πόνος ἰσχυρὸς ἰσχίων, ἢ σκελέων, ἢ πύου φύσις, ἢ ὀφθαλμῶν ἀπόστασις ὅλου. A

Non temerè præcordiorum & oris ventriculi repentinus dolor fluxionis magnitudinem arguens, sanguinis missione, aut alui tumor fluore soluitur. Reliqua verò solutionum exempla humorum depositum testantur, & plærunque in morbo magnam habent vim & liberationis famam, vt libr. 2. epid. videre est. Ista verò sententia quodammodo exprimi videtur libello περὶ κρισίων his verbis: ὅσοισιν οἰδέα γίνεται ἐξαπίνης, τὸ ὑποχόνδριον ἐπῆρται αἴφω, & ἐὰν περὶ ἢ νόον πλευρὶν περισκελέες αἱ οἰδέαι γίνονται, ζυσέοισι λύσις φλεγμονὴν καὶ κάθαρσις κάπω. ἢ γὰρ λαμβάνει πυρετὸς ἰσχυρὸς ἀδιωπαπόνων ἢν χωρέων. Qui locus tamen vitiosè scribitur in nostris codicibus, & pro περισκελέες οἰδέαι, ἢ περὶ σκέλεα οἰδέαι, ex hoc loco scribendum videtur, etsi περισκελέες οἰδέαι graues & vehementer irritantes dolores dici possunt, quemadmodum sumpsit Cornarius. B

Qui præcordiorum doloribus, oris ventriculi, iecoris, ac earum quæ sunt circa vmbilicum partium conflictantur, cruenta alui deiectione liberantur, secus autem, moriuntur.

291 Οἷσιν πόνοι ὑποχονδρίων, καρδίης, ἥπατος, τῶν περὶ ὀμφαλὸν μερῶν, αἵματος διεχωρήθαντος, σώζονται, μὴ διεχωρήθαντος δ', θνήσκουσιν.

Vt non necesse est huiusmodi partium dolores cruenta egestione liberari, ita nimis temerè enunciatum est aluo cruenta non egerente mortem affuturam. Certum est tamen plurimi & synceri sanguinis interdum ex aluo egestionem, vniuersum corpus plærunque euacuare, haud secus quàm per hæmorrhoidas aut muliebre profluuium contingit, vt scribit Galen. libr. 2. & 5. de loc. affect. eamque δυσεντείαν αἱματικὴν vocant medici. Aliôqui sanguis extra vasa contentus putrescit, & in grumos coit, exitiumque creat. C

Præcordia non mollia, & facies bene habita, non nisi liberali sanguinis ex naribus profluuio, aut conuulsione, aut coxendicum dolore, solutionem accipiunt.

296 Οἷσιν ὑποχόνδρια λαπαρὰ, πρόσωπον ἐρρωμένον, οὐ λύονται χωρὶς αἵματος ῥύσιος ἐκ ῥινῶν πολλοῦ, ἢ σπασμοῦ, ἢ ὀδυνῶν ἰσχίων.

Hîc truncata videtur sententia & ex libro περὶ κρισίων & libr. 2. epidemiῶν. integra apponenda. ἐὰν αἱ φλέβες σφύζωσι καὶ τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον ᾖ & τὸ ὑποχόνδριον μὴ λαπαρὸ, ἀλλὰ ἐπηρμένον, χροιὴν ἢ νῆσος, & αὖ ἄνευ σπασμοῦ οὐ λύεται, ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινέων ῥύσιος, ἢ ὀδυνῶν ἰσχιήων. Et lib. 2. epid. * ἰῶ αἱ φλέβες σφύζωσιν ὡς τῆσι χεροί, & τὸ πρόσωπον ἐρρωμένον, & τὸ ὑποχόνδριον μὴ λαπαρὸ ᾖ, χροιὴν ἢ νῆσος γένεται. αὖ ἄνευ σπασμοῦ οὐ λύεται, ἢ αἵματος πολλοῦ ἐκ τῶν ῥινῶν, ἢ ὀδυνῶν ἐς τὰ ἰσχία. Quibus etiam ferè respondet sent. 128. antea hoc præsagio commemorata. Nam quibus ver bis hæc eadem sententia repetitur in fine libelli περὶ κρισίων, ea planè sunt depraua ta, vt scripsimus nostris in lib. 2. epid. Comm. D quibus iustissimis vindiciis huic sententiæ integritatem & explicationem asseruimus. Hîc autem μὴ λαπαρὸ legò ex lib. 2. epidem. & lib. περὶ κρισίων, & sent. 128. antea hoc præsagio scripta, etsi λαπαρὸ retineri possunt, quòd scribatur in Prognost. πολὺ ὑποστάσιας αἴφω γίγνεται, οἷσι τὸ ὑποχόνδριον λαπαρὸν τε & οἰδέων διέμπλεον. Verùm ista potiùs de abscessibus ad aures quàm de sanguinis profluuio accipienda videntur.

* Sect. 6.

Præcordiorũ dolores in febre, ægro fari nequeunte, si absque sudore soluantur, malum indicant. His ad coxendices dolores decumbunt.

297 Αἱ περὶς ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδυνῶν αἰαῦδω, ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, κακόν. τούτοισιν ἐς ἰσχία ἀλγήματα.

ἀιαύδως in Prorrh. scribitur quod hîc αἰαῦδω. Galenus quoque ἰδρῶτα μὴ λυόμεναι legit. Sed rectè cohærere potest αἰαύδως, ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, vt sit, ἀπόνοιαι αἴφω ἰδρῶτος λυόμεναι. Sic enim ἀνιδρωτὶ, τὸ μὴ ἐν ἰδρῶτι, ἢ ἄνευ τοῦ ἰδρώτος significare scribit Galenus Comment. 3. in Prorrh. ἀνιδρωτὶ igitur potiùs quàm ἀνιδρῶτι, aut ἀνιδρῶτα (quod habet exemplar Germanicum) legendum est. Et tamen non parum mihi suspecta est hæc prognosis, velut diminutè ex Prorrh. decerpta, & quæ hîc paulò post integra repetatur. E

Quæ contingunt in febre circa ventrem palpitationes, mentis emotiones adferunt. Quin & sanguinis ex naribus profluuium cum horroris sensu interdum accedit.

298 Οἰκτὶ χειλίῳ ἐν πυρετῷ παλμοὶ ἐκστάσιας ποιέουσιν. αἱμορροίη δὲ φεικώδης.

Prorrh. 144. aliter scribitur hæc sententia, & ὑποχονδρίου ὕπασις ὑπόμακρος, ὀγκώδης, additur, vt præcordiorum tumorem cum inflammatione intelligas, atque illud Prognostici faciliùs quadret. ἰῶ δ' & σφυγμὸς ἀνίη ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, θόρυβον σημαίνει, ἢ παραφροσύνιον. Et certè ad institutum præcordiorum sermonem ista potiùs pertinebunt, aut paulò post ad ea quæ de ventre & vmbilico dicentur ableganda sunt. At sanè quidem si in hoc tumultuario centone ordinem requiras, haud aliter feceris quàm si cum ratione insanias. Hepatis igitur aut diaphragmatis, ac oris ventriculi inflammatio, ac mediorum & rectorum epigastrij musculorum, mentis alienationem aliquando adferre potest, interdumque sanguinis ex naribus profluuium denunciare. Quo in naturæ conatu, sursum sublatis humoribus totum corpus concuritur, & horroris sensum inuehit. Quam in notionem ista vsurpari debent, αἱμορροίη δ' φεικώδης. F

Dolores in febre ad præcordia assilientes, sine sudore soluti, maligni sunt. In his dolores ad coxendices cum ardente febre, atq; aluus affatim erumpens, perniciem ostentant.

299 Αἱ ἐς ὑποχόνδρια ἐν πυρετῷ ὀδυνῶν αἰαῦσουσαι, ἀνιδρωτὶ λυόμεναι, κακοήθεες, τούτοισιν ἐς ἰσχία ἀλγήματα ἅμα πυρετῷ καυσώδει, χειλίῳ καταῤῥαγεῖσα, ὀλέθριον. G

Ordinis ista perturbatio, & eorundem præpostera repetitio, tumultuariam operam indicat. Sententia autem integra legitur Prorrh. 90. Sed pro αἰαύδως quod superiore sententia retinebatur, hîc αἰαῦσουσαι legitur, quod de sursum remeantibus ac assilientibus doloribus dicitur Hippocrati in Progn. Præceptor Hollerius huiusmodi dolores palpitatorios ac subsultantes capit, παλμώδεις vel σφυγμώδεις, vt inflammationis magnitudinem indicent.

Dolores circa vmbilicum cum palpitatione, mentis quidem alienatæ significationem quandam præbent. At iis sub iudicationem conferta & crebra pituita cum dolore prodit.

300 Οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες, ἔχουσι ῥοφῶδε & γνώμης παραφοροσύνη. περὶ κρίσιν δ' ὀδυνῶν τούτοισι φλέγμα ἅλις συχνὸν σὺν πόνῳ διέρχεται. H

Scribitur hęc eadẽ sententia pror. 36. sed paulùm immutatis verbis. Illîc enim πνεῦμα ἅλις ξὺν πόνῳ διέρχεται legitur. Sed φλέγμα ἅλις agnoscit Gal. Redundãtibus. n. crassiorib. & frigidis succis, plurimi flatus in corpore subnascũtur, qui tandẽ naturæ robore euicti, iudi-

A iudicatoriè valde multam pituitam deponunt, cum singulari contensione & dolore. Pituita enim huiusmodi, siue vitrea (quam potiùs albumineam dixeris) siue salsa, intestinorum inuolucris retenta, eademq; peruadens, intensissimos dolores non sine contensione excitat, vt non malè ξὺν πόνῳ, aut ξὺν πόνῳ legatur. Sic enim Galenus, διέρχεται οἱ αὐτῶν κριπώδες φλέγμα συχνὸν καὶ πολὺ μετὰ πόνου, ὥστε μετὰ θυμίας ἀρρωστίας, ὁποῖα κατὰ τὰς γενεσιουργίας γίνεται. Codices publicati φλέγμα ἅλες legunt, pituitam condensam & coaceruatam intelligentes, quæ intestinorum ambitus peruadens, sua quantitate pungit & lancinat, singularemque dolorem ciet.

301 Μετὰ χειλίης ὑποστάσιν ὑποχόνδρια μετέωρα, κακόν. μάλιστα δ' οἷσι φθινώδεσι τῶν μακρῶν, καὶ οἷσι χειλίαι ὑγραίνονται.

Ex alui suppressione sublata præcordia malum denunciant, præcipuè verò in his, qui ex longo interuallo contabescunt, & quibus alui humectantur.

Hîc etiam κοιλίης ὑπόστασις accipienda vt priùs, vbi hæc eadem sententia * repetitur. Crebra autem huiusmodi sententiarum repetitio, scripti huius fidem eleuat, & ex plurimis schediis aut tabellis excerptas huiusmodi prænotiones, in tumultuariam aut incompositam operam temerè congestas testatur.

* Sentent. 287.

302 Τοῖσιν ἀλυσμώδεσιν ἐν ὑποχονδρίῳ τὰ παρ' οὖς ἐπαρθέντα κτείνει.

Anxietate vexatis præcordiis oborta ad aures tubercula mortem adferunt.

ἀλυσμώδεος ἐν ὑποχονδρίῳ vocat quibus præcordia exæstuant, anxietate aut angore premuntur, & ex feruente intus acri materia magna corporis iactatione conflictantur. Quibus hæmorrhagiæ aut parotidum spes affulget potiùs quàm mortis metus. Quod scribit in Prorrh. ἢν ἕλκεσιν ἀσώδεσιν ἀχρεοπνίσι τὰ παρ' οὖς μάλιστα. Istud itaque nullam rectam circumscriptionem, & indefinitè traditum aliò transferendum, vt illud ἐν ὑποχονδρίῳ, ὑποχόνδριον σώπνευν aut μετέωρον indicet, quemadmodum antea sent. 201. ex Prorrh. 157. est expressum. Hinc enim deduci videtur, vt C οἷσιν ἀλυσμώδεσιν pro ὅσοι ἕλκεσι δεσώδεσι scriptum sit. Aut certè cæteris additis expleri sententia poterit, & certior spes parotidum concipi, velut antea ex Prorrhet. descriptum est, ὑποχονδρίων σώπασις μετὰ κώματος ἀσώδεος, κεφαλαλγικῷ τὰ παρ' οὖς ἐπάρσι. Neque tamen confestim præsens exitium minantur.

303 Τὰ κατὰ χειλίῳ σκληρύσματα μετὰ πόνου, πυρετοῖσι φεικώδεσιν, ἀποσίτοισι, σμικρὰ ἐφυγραινομένης, καὶ θαρσιν δ' διδόντα, ἐς ἐμπύησιν ἥξει.

Alui durities cum dolore, in febribus horroris sensu insignibus, ac cibi fastidio laborãtibus, nisi paulùm humectata aluo purgationem faciat, ad suppurationem tendet.

τὰ σκληρύσματα μετὰ πόνου vocat τὰ σκληρὰ & ἐπώδυνα οἰδήματα, nempe inflammationes ipsas, quibus τὰ μαλθακὰ & αἰώδυνα in Prognostico opponuntur. Horum ergo tumorum suppurationem, etsi tardiùs in ventre quàm in præcordiis contingit, hæc prognosis e- D docet. Dicuntur autem πυρετοὶ φεικώδεες Galeno Comm. 1. in lib. 1. epid. ὅταν τὸ μὲν χρὶ πλέον ᾖ αἰαῦδεσώς τε & ὀλιγόδοσος καλουμένης τῆς παροξυσμοῦ, αἱ φέικαι γίνονται τοῖς νοσοῦσιν. Quæ vt sunt tabis comites, ita & sæpiùs suppurationum significationes edunt. Dixit autem κάθαρσιν οὐ διδόντα popularimore, quod significat οὐ καθιστάμενα. Nisi enim purgatione concedant humores, aut alui fluxu diffipentur, aut aliôqui resoluantur, non subsidebit tumor, ideoq; spatio temporis mutationem secundum qualitatem molietur, ac puris collectionem (si vires ferunt) faciet, vt scribit Gal. Comm. 1. in Prognost. Hæc eadem sententia in fine huius Præsagij repetitur, vbi ἐφυγραινομένης καθαρσιν κοιλίης, meliore notione scribitur.

304 Υπὸ ὀμφαλὸν πόνος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, φαρμακείῃ μὴ λυόμενα, ἐς ὑδρωπιώδες ξηρὸν ἀποτελεῖται.

Supra vmbilicum labor, ac lumborum dolor, qui remediis non cedit, in hydropem siccum desinit.

Placitum est 11. lib. 4. aphorismorum paulò aliter & meliore notione scriptum. Illic enim flatuum causam addidit, vbi circa vmbilicum intestina torquentur, (ῥόφοις Græci nominant) ac lumborum dolor est, qui neque medicamentis, neque aliis remediis cedit. Nam neque à solo medicamento purgante soluitur, sed interdum alia præsidia medico admouenda sunt, & quandoq; lumborum dolor aluo humescente dissoluitur, aut flatus erumpit, & vrinæ multitudo subit, vt scribitur aph. 73. lib. 4. ** Celsus quoque aphorismum illum exprimens, vbi ea neque tempore, neque remediis soluuntur, dixit, & coxarum dolores, pro lumbis, suo more posuit. ** Cap. 7. lib. 2

305 Τὰ δὲ ὀσφύος ἀλγήματα χρονιώτερα, πυρετῷ παροξυνόμενα τεταμογλῶς, ποιεῖ τὰ δεμβώδεα αἵματα διαχωρέειν.

Diuturni lumborum dolores, qui cum febre ad tertianæ naturam propius accedente ingrauescunt, sanguinis grumosi secessuri spem faciunt.

Ex obseruatione natum est præsagium. Sanguinis grumus humoris extra venas & propria conceptacula effusi alienam sedem F indicat. Neque tamen necesse est hunc per aluum effundi, etsi plærunque lumborum dolores alui effusione deturbantur. Nam quod experientia constat & in plurimis est obseruatum, diuturni huiusmodi lumborum dolores sanguinis grumos per vrinas effuderunt, quibusdam antea interuallis & frequenter, idque sine ordine febre cum rigore insidente & sæpiùs repetente. Febris autem huiusmodi crebrò & cum rigore repetens, tertianæ naturam ferè referre videtur ac interna suppurationis comes est, aut humorum acrimoniam & putrilaginem suspectam facit, quæ iam prope vasorum tunicas arrodit. Sanguinis igitur per aluum aut vrinas erupturi spes esse potest, cùm διαχώρησις excretionem, aut ἔκκρισιν quancunque, aut vacuationem significet, & de omni humore quacunq; corporis parte prodeat, dicatur, vt patet ex aph. 18. lib. 2. Aliôqui ad dysenteriam cruentam, quam αἱματεσὴν vocat Galenus, istud referri poterit, qua constat plærunque lumborum dolores velut materiæ depositione solui. Potest quoq; sanguis iste in hæmorrhoidas depositus, lumborum dolores alleuare. Sed tunc nec febris cum rigore subinde repetens affligit, quam necesse est putrilaginem quandam intus conceptam comitari.

306 Τὰ ἐν ὀσφύϊ ἀλγήματα, αἱμορροϊκά.

Lumborum dolores sanguinis profluuiũ excitant. G

Infida sunt hæmorrhagiæ signa lumborum dolores, nec ab Hippocr. in Prog. aut lib. 1. epid. enumerata, etsi Prorrh. 36. in diuersi generis signorum concursione, nôn nisi ambiguè adscribuntur, his verbis: τοῦπις πάσις ὀσφύος, ἀλγήματα ἐν τοῦπισιν αἱμορραγικά. Quin & muliebre sanguinis profluuium ex lumborum dolore significari potest, præsertim si ad spinam calor sentiatur, aut etiam materia illa in vasis ebulliens, per aluum secedere, ac in intestinorum difficultatẽ erumpere potest, (vt scribitur prorrh. 143.) aut verò per hæmorrhoidas purgatio significari, vt Prorrh. 130. quod paulò post hîc quoque repetetur.

307 Αἱ δὲ ὀσφύος ἀλγήματος αἱμορροίαι, λαῦραι.

Ex lumborum dolore liberales sunt & largæ sanguinis fluxiones.

Ampla sunt & insignia quæ spinam & lumbos perreptãt vasa, ideoque ebullientem magnam materiæ copiam liberaliter effundunt & deturbant. H

308 Οἷσιν δὲ ὀσφύος ἀλγήματος αἰαδρομὴ ἐς κεφαλὴν, καὶ χεῖρες ναρκώδεες, καὶ καρδιαλγικὰ,

Quibus lumborum dolor in caput recursat, & manus torpore affectæ, ac oris vẽtriculi dolorẽ sentiunt,

aut aurium ſonitus, ij liberaliter ſanguinem profundunt. Sed & his aluus effunditur, & mentis perturbatione, vt plurimùm, tentantur.

καὶ ἠχώδεα, αἱμορῥαγικὰ λάβρως, καὶ κωλίαν καταῤῥήγνυται Ϛούτοισι, καὶ γώμην Ϛ᾽ εκχώδεες ὀξὺ πολύ. A

Prorrh. 139. repetitur hoc præſagium iiſdem pene verbis, niſi quòd hîc ἠχώδεα ſcribitur, in Prorrh. ἰχωρώδεες, nec niſi ambigua ſcriptura, cùm Galenus teſtetur in quibuſdam exemplaribus χολώδεας ſcribi. Certum tamen eſt aurium ſonitus ad profluuij ſanguinis prædictionem magis accedere, pro reptantis ſurſum materiæ momento. Atque ideò ἠχώδεες legendum eſſe in Prorrhet. vt ſint quibus aures ſonant & tinniunt. Hîc verò γώμας Ϛ᾽ εκχώδεες dicuntur, ſed in Prorrh. Ϛ᾽ εκχώδεες, idque ſine addito, quod etiam mentem perturbatam denotat.

Quæ ex dorſi dolore initia ducũt ægritudines, difficiles.

309 Αἱ ὀκ νώτου ἀλγήματος ἀῤῥωστίης ἀρχαὶ, δυσχολοι. B

Dorſi dolor propter ſpinalis medullæ naturam & conſenſionem facilè per neruos cerebro communicat, ac etiam propter poſteriorum partium mollitiem ac frigiditatem, facilè alteratio ſentitur ad lumbos & dorſum. Hinc eſt quòd morborum principia cum rigore ferè ex lumbis & dorſo initia ducant, vt patet ex aphor. 69. lib. 5. & aph. 15. ſect. 3. lib. 6. epid. Ex ſpinalis etiam medullæ affectibus, interdum partium reſolutiones, aut ſtupores ſequuntur, interdum etiam tuberculorum durorum (vt loquitur Hippocrates*) exortus. Quorum omnium moleſta eſt & difficilis ſolutio. δύσκολον autem, vt aliàs, graue & moleſtum ſignificat, & de morbo qui non facilè ſoluatur dicitur, nec aliôqui periculoſo aut lethali.

*Lib de art.

In intenſo lumborum dolore & alui ſubductione largiore, ſumpto veratro, ſpumoſorum crebra vomitio prodeſt.

310 Εν ὀσφύος ἀλγήματι σκυτόνῳ, καὶ ὑποφορῇ πλέονι, ἀπὸ ἐλλεβόρου ἐμέσαι ἀφρώδεα, συχνὰ, ὠφελεῖ. C

Lumborum dolor alui ſubductione creberrimè ſedatur, ſed longum alui profluuium vomitus ſæpe compeſcit & morbum ſoluit, aphor. 15. lib. 6.

Spinę peruerſionem & ſpirandi difficultatem ſanguinis fluxus liberat.

311 Ράχιος διαστροφὴν καὶ δύσπνοιαν, αἵματος ῥύσις λύει.

διαστροφὴ ſpecies eſt luxationis, qua non ſolùm articulus, ſed & ea quæ articulos connectunt neruoſa corpora leuiter deprauantur & ſede ſua dimouentur. Quin & διεστραμμένα dicuntur quæcunque peruertuntur, & vitiato naturali ordine, præpoſterum aut peruerſum occupant, vt ne id ſolis articulis attribuas, vt videre eſt apud Gal. initio Com. 3. εἰς τὸ κατ᾽ ἰητρεῖον. Eam autem ſpinæ peruerſionem, quæ ex inflammatione orta eſt, ſanguinis profluuium iuuare poteſt, & ex qua ſpiritalium partium compreſſione, ſpirandi difficultas pendet.

Dolentibus lumbis ſi oris ventriculi dolor acceſſerit, futuræ per hæmorrhoidas vacuationis ſignum eſt, aut etiam eam præceſſiſſe ſignificat.

312 Εν ὀσφύϊ ἐπαδινώσῃ καρδιαλγικὰ προσελθόντα σημεῖα αἱμορροΐδεα, ἢ καὶ προγεγενημένα. D

Inſtantis aut etiam prægreſſæ & futuræ per hæmorrhoidas purgationis ſunt hæc ſymptomata, lumborum diuturnus dolor ac oris ventriculi, vt explicat Galenus ad Prorrh. 130. quod his iiſdem verbis repetitur. Exemplaria verò pauliſper variant, quædam enim σημεῖα αἱμορροΐδη ἢ legunt, alia σημεῖα αἱμορροΐδη, ἢ καὶ προγεγενημένα, habent. Hæc enim diſtinctio potior eſt, etſi in impreſſis codicibus aliter diſtinguitur.

Quæ ex lumbis in ceruicem & caput redundantia, leuis ſyderationis more reſolutionis ſenſum inducũt, conuulſionem ac mentis emotionem minantur. Videndumque eſt num talia conuulſionibus ſoluantur, aut in huiuſmodi habentibus alui malè habeant, atq; eadem diutius perſeuerent.

313 Τὰ ὀξὺ ὀσφύος ἐς ῥάχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα, τὸν θολούντα τὸν θρεπλικτικὸν ἔθνον, ἀσασμώδεα, τὸν θορυβώδη. ἆρα καὶ λύεται Ϛ᾽ τοιαῦτα ἀσασμοῖσιν; ἢ τῶν τοιούτων κωλίαν νοσέοισι ἀμὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων; E

Eadem ferè repetuntur Prorrh. 118. niſi quòd iſtius præſagij extremum aliter legitur. In Prorrh. enim ὀκ τῶν τοιούτων ποικίλως διαγοσέοισι, Ϛ᾽ ἀμὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες, ſcribitur. Ex quibus variè morbum trahere, qui huiuſmodi caſibus conflictantur, eademq; diutiùs perſeuerare ſignificatur, eamque explicationem exemplo amplificat Galenus. fieri quinetiam poteſt vt talia per aluum deturbentur naturæ robore, atque iiſdem perſeuerantibus & diutiùs trahentibus, tam varia malorum congeries diſſoluatur.

Ex recurſatione doloris in lumbis, oculorum peruerſio aut diſtortio, mala eſt.

314 Εξ ὀσφύος αἰαδρομὴς πόνου, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, κακόν. F

Scribitur Prorrh. 69. hoc præſagium iiſdem verbis, & à Galeno quadantenus ſugillatur Comm. in ægr. 11. lib. 3. epid. Quid autem ſit ἴλλωσις ὀφθαλμῶν ſcripſimus in libr. 3. epid. & aliàs pluribus huius vocis notatio explicata eſt. Vitium autem eſt in publicatis codicibus, qui legunt ἐξ ὀσφύος αἰαδρομὴ πόνου, pro ἐξ ὀσφύος αἰαδρομῆς πόνου. Sic enim in Prorrhetico legitur, vbi πόνου omittitur.

Dolor in pectore fixus cum torpore, ſuborta febre malum indicat, iiſque celeriter mortem oppetunt.

315 Πόνος ἐς στῆθος ἱδρωθεὶς νωθρώτητι, κακὸν ὀξὺ πυρετῷ. οὗτοι ὀξέως ἀπόλλυται.

Paulò aliter effertur Prorrh. 70. hæc ſententia. νωθρότης autem vt magnam cerebri noxiam atque extremam corporis refrigerationem, facultatumque omnium proſtrationem indicat, ita non temerè morbis acuris aut febribus ſuccedit, vniuerſaliſque eſt enunciatio, νωθρότης ὀν ὀξέσι κακόν. Atque huius ſententiæ ſenſus eſt, vt ſuborta febre perniciem indicet, parumq; refert an hoc modo intelligas, an verò ſuborta febre celeriter intereant, quæ eſt Prorrhetici intelligentia.

Lumborum dolores ad os ventriculi recurſantes, cum febre, horrore, ſi tenuia & aquoſa vomitione reiecerint, delirarint, voce defecti ſint, ij poſt nigrorum vomitionem moriuntur.

316 Εξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀυαδρομὴ ἐς καρδίαν πυρετώδεες, φρικώδεες, ἀναμέσαντες λεπτὰ, ὑδατώδεα, παρενεχθέντες, ἄφωνοι, ἐμέσαντες μέλαινα τελευτῶσι.

Repetitur hæc ſententia Prorrh. 83. atque hîc meliùs quàm illîc ſcribitur, vt ex Gal. Comment. ſatis apparet.

Lumborum ac tenuioris inteſtini diuturni dolores & circum præcordia labores, in ægris vnà cum febre cibum faſtidientibus, eos, dolor intenſus ad caput progreſſus, non ſine conuulſionis ſpecie celeriter interficit.

317 Τὰ κατ᾽ ὀσφῦν καὶ τὸ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα, καὶ τοὺς ὑποχονδρίου πόνοι, ἀπόσιτοι ἅμα πυρετῷ. οὗτοι ἐς κεφαλὴν ἄλγημα σκότωσιν ἐλθὸν, κτείνει ὀξέως ἔθνον ἀσασμώδεα. H

Prorrh.

A Prorrh. 100. aliter paulò ſcribitur hæc ſententia, quæ hîc nonnihil diuerſam habet notionem, & tamen à Galeno agnoſcitur.

318 Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα, οὗτοι κακοί. ἆρα τούτοισι τρόμωδεα ἦξ καὶ φοῖδες ὀν ῥίγει;

Qui lumborum dolore conflictantur, ij malè habent. Num his tremores fiunt, & maculæ rubentes quales in tibiis, cum rigore?

Circunſcriptione indiget hæc ſententia, aliôqui temerè valde pronunciata. Neq; enim quiuis lumborum dolor periniciem aut tremores adfert. Rectiùs igitur ad Prorrhet. 42 referatur, vnde & apertiſſimè deducta videtur & diminutè ac vitioſè exſcripta. Lumborum nanq; dolor ſi diuturnus eſt cum æſtu implacido & tenui ſudore circa caput & thoracem oborto, perniciem affert. Quòd ſi ſpinalis medulla quæ eſt ad lumbos, noxiam ſenſerit, neruorum affectum atq; inde tremorem conſequi conſentaneum eſt, & vocem tremulam affecto neruorum genere fieri, velut in rigore conſpicuè tremula cernitur. Sic enim ex Prorrh. conſtans & integer ſenſus erit, vt & lectio, ſi ſcribatur: Ϛ᾽ φωνὴ ἀς ὀν ῥίγει. Cuius quidem lectionis veſtigia, quamuis lubrica, in Aſtilano codice remanent. Etſi enim vitioſa eſt lectio & aſteriſco notata [καὶ φωνῆ δὺς ὀν ῥίγει] ex ea tamen iſtam veluti genuinam eruas licet. Quòd ſi φοῖδες retineatur (quod faciunt omnes interpretes ex codicum conſenſu) eæ ex vitioſo humore aut feruentibus ſuccis ſub cute aut in aliqua parte reſtitantibus & per rigorem impulſis excitari par eſt. Id autem rari eſt exempli, & ex vnius aut alterius obſeruatione ad prædictionem traductum. Sunt autem φοῖδες Galeno in Exegeſi, φαύσιγγες, οἱ ἀπὸ τοῦ πυρὸς ὀν τῇ κνήμαις ἐπανιστάμενοι κόκκοι ἐρυθροὶ, maculæ aut circuli rubentes qui ex ignis vicinia in tibiis oriuntur. Heſychio etiam φοῖδες, Ϛ᾽ ἀπὸ πυρὸς, ὀν σώματι γινόμενα ὀκ φυσήματος, ἢ φλυκταίνας ſignificant. φῶδες Erotiano exponuntur Ϛ᾽ ὀκ πυρὸς γινόμενα, μάλιστα ὅταν ὀκ ψύχοις ὀν τῷ πυεῖ καθίστωσι σροχοῦλα ὅθεν φλογίσματος, quædam ex igne contracta incendia, præcipuè vbi ex frigore ad ignem propiùs acceditur. Eamque dictionem Diocles Caryſtius ἀπὸ τοῦ φωτὸς Ϛ᾽ ἐρεύθους deriuari ſcribit. Sunt qui etiam παῖ φλυκτῶδες puſtulas ſignificare putent. φῶδον meminit in Pluto Ariſtophanes, vbi Scholiaſtes φλυκταίνας explicat. Apollodorus φῶδες Ϛ᾽ ὀκ πυρὸς ἐρυθήματα Ϛ᾽ ὀθόνια καύματα eſſe ſcribit.

C 319 Αρα τοῖς ὀσφυαλγέσιν, ἀσώδεσιν, αἱμέμεσιν, ὀλίγα θραστέως τὸ θυμοῦσθαι, ἐλπὶς μέλαινα διελθοῦν;

Conſiderandum eſt in lumborum dolore conflictatis & anxietate citra vomitum, & pauliſper ferociter deſipientibus ægris, num nigra per ſeceſſum proditura ſint?

Hic ſymptomatum concurſus repetitur Prorrhet. 85. ideoque hæc ſententia nobis à ſuperiore diſtinguitur, quòd per ſe ſententiam faciat, & parum cum priore conueniat. Videntur autem eſſe materiæ copia grauantis aut in venis turgentis ſymptomata, vnde & lumborum dolor, anxietas, cibi faſtidium, & nauſea ſine vomitione originem ducunt. Poſſunt quoque iſta internum incendium, aut alicuius viſceris phlegmonem conſequi.

D 320 Οσφύος πόνος καρδιαλγικῶν, μὴ δυναχρέμψιος βιαίης, ἔχει τι σπασμῶδες.

Lumborũ & oris ventriculi dolor cum forti ſcreatione, conuulſionem quodammodo ſuſpectam facit.

Capitis dolor additur Prorrh. 106. vnde huc traducta videtur hæc ſententia.

321 Υπάφωνον ἅμα κρίσει ῥῖγος.

Subabſurdus eſt qui cum iudicatione rigor fit.

Vitioſa ſunt hîc omnia exemplaria, quod etiam Aldinus codex aſteriſco notatus ſatis indicat. Quare & ex Prorrh. 107. (quod ex Galeni Commentario in contextum repoſuimus) tranſcribenda hæc ſententia venit, atq; ita legenda, ὑπάφωνον ἅμα κρίσει ῥῖγος, vt ſuſpectus ac ſubabſurdus ſit rigor naturæque munia atque totam κρίσεως O Economiam interturbans, qui vacuationibus criticis intermiſcetur, eaſque diſtinet potiùs & moratur quàm promoueat. Etenim legibus naturæ conſentaneum eſt, vt vacuationes criticas rigor præcedat, non comitetur aut ſubſequatur. Galenus in Prorrhetico ὑπόφοβον ex codicum varietate agnoſcit, quod E eſt Cornarij interpretatione approbatum, eaque etiam notione ὑπόδεινον hîc quædam exemplaria legunt, vt aliquatenus horrendus ſit rigor cum iudicatione coniunctus.

322 Οσφύος ἄλγημα, ἀνὺ τοῦ φάσιος πυκνὰ ὀθοφοιτέον, κακοηθέος ἀῤῥωστίης σημεῖον.

Lumborum dolor abſque cauſa manifeſta crebrò inuadens, morbi malignitatem indicat.

Lumborum multæ cùm ſint partes, cuiuſnam partis dolorem ſignificet non ſatis eſt expreſſum, atque adeò indiſtinctè admodum pronunciatum eſt præſagium. Vero tamen eſt ſimile trahentes & diuturnos lumborum dolores, ſi nullam manifeſtam occaſionem prodant, ac crebrò repetant, occultam aliquam perniciem præſeferre. Frequens enim recurſus maligni & pertinacis morbi index eſt. πυκνὰ ὀθοφοιτέον eadem phraſi (vt ſupra*) effertur.

*Sentent. 286.

F 323 Οσφύος ἄλγημα μὴ καύματος ἀσώδεος, πονηρόν.

Lumborum dolor cum æſtu implacido & anxio, malum ſignificat.

Apparet ex Prorrh. 42. decerptum eſſe hoc præſagium, ideoque μὴ καύματος meliùs legitur, etſi μὴ κάματος habent exemplaria quædam, quæ ſecutus eſt Cornarius.

324 Οσφύος σκύπασις ὀκ γυναικείων πλήθεος, ὀκπυητικόν. καὶ Ϛ᾽ ποικίλως ἰόντα, γλίχρα, δυσώδεα, πνιγώδεα ὀθὶ τοῖσι τρεφρηλοῦσιν, ὀκπυητικόν. οἶμαι ὃ καὶ θορυβῶν τὰς τοιαῦτας. G

Lumborum contenſio ex menſium copia ſuppurationem fore indicat. Quin & variè prodeuntia, glutinoſa, graueolentia, ſtrangulatum cum antea commemoratis inducentia, ſuppurationem denunciant. Fortaſſis verò & tales aliquantum delirare cõtingit.

Ex ſuppreſſa muliebrium abundantia inflammationem ſubnaſci, indeque ſuppurationem fore docet diſertis verbis Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικ. & Gal. Comm. in aph. 57. libr. 5. Quin & malè habiti menſes, graueolentes & fœtidi permixta humorum acrimonia & corruptela, vterum interdum lacerant & pus deducunt. Cui rei adhibenda maxima cura eſt, & vt ſcribit Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικ. χρὴ δὲ μαλάττειν ἀσφρεώδεα ποιέοντα ἑλκέων τοῦ ὀν τῇσι μήτρῃσιν. ἅπερ δὲ ὀν ἀπαλῷ ἔοντα Ϛ᾽ εὐεπαφοδήτῳ, Ϛ᾽ νευρώδει τῇ κοιλίῃ. Remorati quoque menſes, aut craſſiores, aut glutinoſiores, aut etiam ex morbo, aut obuoluto & conniuente vteri oſculo, ſtrangulatum, febres, & interdum deliria conuehunt, grauioreſque multò nonnunquam caſus, quorum mentionem facit Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. φυσ.

325 Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα καὶ πλευρὸν ἀνὺ τοῦ φάσιος, ἰκτεριώδεες γίνονται. H

Qui lumborum & lateris dolore abſque vlla occaſione tentantur, ij in morbum regium incidunt.

In ictericis iam diu confirmatis & morbum trahentibus, lumborum & lateris dolor plurimùm fatigat, idque vbi induruit hypochondrium aut viſcus aliquod, aut inflammatione vexatur hepar. Aliôqui lateris & lumborum dolor parum ad icterum denunciandum conferunt, & ſigna ſunt ἐπροφῶν, indiſtinctumque pronunciatum faciunt.

Ex ſanguinis eruptionibus vehementes die iudicatorio obuenientes perfrictiones, peſſimæ.

326 Αἱ ἐν κρισίμοισιν ἐκ τῆς αἱμορραγιῶν παρεψύξιες νεανικαὶ, κάκισται.

Vehementes totius corporis perfrictiones diebus iudicatoriis ex hæmorrhagia obuenientes, tantùm non naturam leuant, vt morbum recrudeſcere & nouas ſubortas iniurias ſignificent, ideoque damno ſunt. Aliter paulò ſcripta eſt hæc ſententia Prorrh. 134. vbi vehementes ſanguinis eruptiones cum perfrictionibus iudicatoriis ſugillantur, & aliam agnoſcit lectionem Galenus, iudicatorias totius corporis perfrictiones, vehementes ſanguinis eruptiones ſiſtere & remorari. Quam notionem etiam amplectuntur exemplaria quædam manu ſcripta, quæ κράτησαι pro κάκιστα legunt, niſi quòd perfrictionibus vehementiam, non ſanguinis eruptionibus attribuit.

Sanguinis ex parte aduerſa profluuium, malũ eſt, velut ſi in lienis tumore ex dextra nare effluat. Et circa præcordia idem ſpectari oportere exiſtimandum eſt.

327 Τὸ ἀνάπαλιν αἱμορραγέον, πονηρὸν, οἷον ὅτι τοῦ λοιμοῦ μεγάλου ἐκ τῆς δεξιῶν. καὶ ὑποχονδρια ὡσαύτως.

Celebratiſſima eſt hæc ſententia & ex media Hippocratis OEconomia petita, & in humorum tranſmutatione & effluxibus inſigniter decantata. In naturæ nanque motibus ſemper ſpectandam eſſe εὐθυωρίαν, directionem, rectum partis ſitum, & τὸ κατ' ἶξιν, vbique docet Hippocrates, veluti ea quæ ex oppoſito & aduerſa parte fiunt, perpetuò damnantur. Sic in ſanguinis profluuio τὸ ἀνάπαλιν αἱμορραγέον πα cleuat Hippocrates, & in abſceſſium doctrina τὸ ὅλον τοῦ σώματος ῥέπουσα lib. 2. epid. Ad hunc verò locum explicandum plurimùm facit quod ſcribitur lib. 2. & 6. epid. κατ' ἶξιν τὸ πλευρῶν ἔκπυσις ὀδυνώδης, τὸ ὀκτάσεις ὑποχονδρίων, τὸ παλιωδες ἐπάρσεις ἐκ ῥινῶν ῥήξεως. Quòd autem hæc ſententia repetatur Prorrh. 125. hîc eam ex melioribus codicibus diſtinximus, etſi quædam exemplaria ſuperiori connectunt. Huius etiam pronunciati meminit Galenus Comment. 1. in Prognoſt. & Comment. ad aphoriſ. 21. lib. primi.

Qui ex vulnere ſubinde rigentes ſanguinem profundunt, ij malignè habent, ac inter loquẽdum de repente moriuntur.

328 Τὰ αἱμορραγοῦντα, ὑπερριγοῦντα φύματα, κακοήθεα, ὀξυλεγέμενοι λαθραίως τελευτῶσι.

Prorrhet. 128. ex quo tranſlata videtur hæc ſententia, pro ὑπερριγοῦντα ἐφιδρούντα legitur, eamque lectionem agnoſcit Galenus.

Quibus quinto die liberales ſanguinis profuſiones contingunt, & ſexto nouo oborto rigore corripiuntur, ſeptimo perfrictionibus tentati celeriter recaleſcunt, iis alui malè afficiuntur.

329 Τὰ πεμπταῖα αἱμορραγοῦντα λαῤῥοῦς, ἕκτῃ ἐπιρριγώσαντα, ἑβδόμῃ παρεψυχθέντα, ἀνάθερμαινθέντα ὀξέως, τούτοισι κοιλίαι πονηρεύονται.

Liberalis ſanguinis ex naribus profuſio quinto die contingens, interdum illuſtrem habet iudicationis prærogatiuam, vt lib. 1. epid. in Merone, interdum verò paruam, vt inter morbi initia, præſertim verò ſi rigor ſexto die, aut perfrictiones ſeptimo, cum febris reuocatione, velut malorum cumulus, ſuccedant. ἀναθερμαίνεσθαι enim Galeno τὸ ἀνακαυρεῖν ſignificat, & οἱ ὀκ παρψύξεως ἀναθερμαινόμενοι damnantur in Prorrhetico. In naturæ motibus rite procedentibus rigor hæmorrhagiam præcedit, & tunc totum conatum ad totius corporis expurgationem intendit. Eſt interdum vbi ſanguinis largam fluxionem rigor ſequitur, eamque ſiſtit, vt ſcribitur in Prorrh. οἷσιν ἐξ ἀρχῆς αἱμορραγίαι λαῤῥαι, ῥίγος ἴσχει φύσιν. Sed vbi ſanguinis profluuio ſuccedunt rigores, diuturni ſunt & maligni, vt ſcribitur in Prorrh. ὃς αἱμορραγίας ῥίγεα μακρά, aut (vt alij ſcribunt) πυνθανόμενα. πονηρεύεσθαι autem κοιλίαν de alui vitiis & affectionibus intelligitur Galeno, quæ ad caloris natiui imbecillitatem ſuccedunt, & ἐξυγραίνεσθαι aut καταῤῥήγνυσθαι ſignificat.

A ſanguinis eruptione nigrorum per aluum egeſtio malo eſt. Quin & prærubræ ac æruginoſæ deiectiones damno ſunt. Quibus eiuſmodi ſanguinis eruptiones quarto die contingunt, tandem ſopore & cõtuulſione conflictati moriuntur, prægreſſis nigris deiectionibus & ventre in tumorem ſublato.

330 Μετ' αἱμορραγίαν μελάνων διαχώρησις, κακόν. πονηρὸν δὲ καὶ τὸ ἐξερυθρα ἰώδεα. τεταρταίοισιν αἱ διαπαντα αἱμορραγίαι, κωματώδεες ἐκ δισσῶν ἀπαθέντες θησαυροῖσι, μελάνων προσθελθόντων, καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης.

Scriptum eſt hoc præſagium prorrh. 127. paulò tamen aliter, ibique eſt à Gal. explicatum. De nigris autem deiectionibus habes Hippocratis & Gal. ſententiam aph. 21. & 23. lib. 4.

In præcipiti malo quæ poſt ſanguinis eruptiones & nigrorum per aluum refuſiones ſurditas obuenit, malum denunciat. In his ſanguinis egeſtio perniciem affert, ſurditas autem ſoluit.

331 Μετ' αἱμορροίας καὶ μελάνων διαχωρήσιας ἐν ὀξὺ κώφωσις, κακόν. αἵματος διαχώρησις τούτοισιν ὀλέθριον. κώφωσις δὲ λύει.

Repetitur hæc ſententia Prorrh. 129. paulò tamen immutato ſenſu. Illic enim in ſanguinis eruptione parcitatem damnat, & ſurditatem diſcuti ſanguinis per aluum egeſtione ſcribit. Hîc verò ſurditas huiuſmodi ſanguinis egeſtionem ſoluit, ex aphoriſ. 28. libri quarti.

Quibus ſanguinis eruptiones diu perſeuerant, in iis temporis progreſſu aluus malè afficitur, niſi vrina concocta prodierit. Ac fortaſſis tale aliquid diluta vrina denunciat.

332 Οἷσιν αἱμορραγίαι πλείοσι, παρεγίνοντο χρόνου κοιλίαν πονηρεύοντες, ἢν μὴ ὕδωρ πέπον ἔλθῃ. δοκέει δὲ ὑδαπώδες ὕδωρ τοιοῦτον τι σημαίνειν.

Iiſdem verbis repetitur hæc ſententia Prorrh. 133. & aliis verbis effertur aphoriſ. 27. libr. 4. quem antea expreſſit hoc præſagio ſent. 154. Non neceſſe tamen eſt poſt ſanguinis eruptiones aluum ſemper effundi, cùm ex hæmorrhagia interdum reſiccetur, & ἐξ αἱμορραγίας δύσπαλπρος γαστὴρ notetur in Prorrh. Sed quòd ſpiritu cum ſanguine exhauſto, calorem natiuum languere plerunque accidat, vnde & concoctiones deficere, cæteraque naturæ munia ignaua eſſe contingat, ac vrinas dilutas & aquoſas velut caloris imbecilli indices prodire. Ac ſanè ſuperfluum videretur huius prælagij extremum membrum ex Prorrhet. 132. tranſlatum, niſi ex manu ſcriptis exemplaribus in Prorrh. adſcriberetur, & à Galen. in Commentario ſubindicaretur, vt noſtris in Prorrh. Scholiis teſtati ſumus.

Quibus ex larga & frequenti ſanguinis eruptione, copioſa fit nigrorum deiectio, cum alui verò ſuppreſſione ſanguinem profundunt, iis aluus

333 Οἷσιν ὅλῃ αἱμορραγίῃ λάβρα πυκνῇ μετ' μελάνων ξυχνὴ διαχώρησις, ὑπεστάσης δὲ αἱμορροοῖ, οὔτοι κοιλίης

ὀδυνώ-

A ὀδυνώδεες, ἅμα δὲ ποτὶ φύσησιν δύφορεοι. ἔρρει οἱ ποιοῦσι ἐφιδρῶσι πολλοῖσι ψυχροῖσι; ὃ δ' ἀνατεθραυσμένον ἔρρει ἐν τούτοισιν ὑ πονηρὸν, οὐδὲ ὃ ἐφιστάμενον γονοῤῥές. ὅλπαπολὺ δ' ὅτοι ὑδατώδεα ὑρέουσιν.

dolore conflictatur, vnà autem cum quibusdam flatibus tolerabiliùs ferunt. Ac fortè hi copioſis, frigidis & tenuibus ſudoribus diffluunt. In his returbata vrina mala non eſt, neque quod in ea inſidet genitali ſemini ſimile. Vt plurimùm autem hi dilutas vrinas reddunt.

Repetitur hoc præſagium Prorrh. 140. Ac neque hoc loco magis reputauit variam ſignorum vim hic author & efficaciam, ſed indiſtinctum præſagium effecit, paulùm variata dictione. Quod autem hîc legitur, ἅμα δ' τῆσι φύσησιν εὔφοροι, in Prorrhetico meliùs ſcribit, ἅμα δὲ πνι ῥύσῃ εὔφοροι. Vnde etiam probatur manu ſcripti exemplaris lectio quæ habet, ἅμα δὲ τῆσι ῥύσισιν. inde enim deducta
B videtur. Sed nos ἅμα δὲ ποτὶ legimus.

334 Οἷσιν ἐκ ῥινῶν ὅλῃ κωφώσῃ καὶ νωθεσύνῃ μικρὰ ἀποτάξῃ, ἔχει τι δύσκολον. ἔμετος τούτοισι συμφέρει καὶ κοιλίης παραχή.

Quibus cum ſurditate & torpore paucus è naribus ſanguis ſtillat, nonnihil moleſtiæ exhibet, iis vomitus & alui perturbatio confert.

Præſagium eſt Prorrh. 141. hîc repetitum & iam antea expreſſum, vbi neque pro dignitate ἀποτάξις ſatis reputatur cùm non in leuibus malis apud Hippocratem reponatur. Vomitus autem & alui perturbatio, etſi humorum tranſpoſitione & vacuatione iuuare poſſunt, diſtinctione tamen indigent, quam ex Galeno haurias licet.

*Sent. 208.

C 335 Αἱ ἐν ἀρχῇσι μεγάλαι αἱμορραγίαι, τὸν ἀνακαμβαίνοισι κοιλίας καθυγραίνοισι.

Quæ magnæ ſunt in principiis ſanguinis eruptiones, dum ægri vires recolligunt, aluos effundunt.

Neque ſolùm morborum initiis iſtud contingit, ſed quandocunque aut vndecunque largæ ſanguinis effluxiones fiant, vt antea ſent. 154. & 332. ex aphoriſmis ſcriptum eſt.

336 Τὰ ἐκ ῥινῶν λάβρα βίῃ ἀποληφθέντα, ἔστιν ὅτε ἀπασμὸν ὅλῃ καθαίρει, φλεβοτομίη λύει.

Largæ ſanguinis ex naribus eruptiones per vim ſuppreſſæ, interdum conuulſiones accerſunt, vnde liberat venæ ſectio.

Aliter effertur hæc ſententia Prorrh. 145. atque vtraque lectio vera eſt. Vehementes enim, multæ ac liberales ſanguinis è naribus eruptiones, prompte ad conuulſiones deducunt: Aut quæ per vim ſiſtuntur largæ ſanguinis eruptiones, hoc eſt, fronti,
D ceruici, aut capiti adhibita nimia refrigerantium remediorum copia (quod interdum fieri ſolet) conuulſionibus viam aperiunt. Quæ Galeni explicatio hanc lectionem, quæ βίῃ ἀποληφθέντα habet, magis probat. Quomodo autem venæ ſectio remedium offerat, à Galeno petendum eſt.

337 Αἱ ἑνδεκαταῖαι γάξιες, δύσκολοι, ἀνῴγως τε κἠν δὶς ὑπεστάξῃ, καὶ ἢν ὑπεστάξῃ.

Sanguinis è naribus ſtillationes quę vndecimo die contingunt, moleſtiam afferunt, tùm verò præſertim ſi bis ſanguis ſtillarit, aut rurſus nares ſtillare cœperint.

Prorrh. 148. aliter ſcribitur hoc præſagium. Verùm in vniuerſum in Hippocratis doctrina ſanguinis ſtillationes (quod antea ſcripſimus) multis decretis conſiguntur, non eæ modò quæ vndecimo die contingunt, id tamen præſertim ſi diebus criticis appa-
E rent. Quòd ſi diebus indicibus ſtillare nares cœperint, ac poſtea diebus iudicatoriis ſtillatio repetierit, inter peſſima ſigna, non δύσκολα tantùm reponendum, cùm fractum & irritum naturæ conatum ſignificet. Idque videtur eſſe ὑπόταξις Hippocrati. In Prorrhetico codices Regij manu ſcripti huius præſagij lectionem propius aſſequuntur, cùm κἠν πε ὑπεστάξῃ legunt. Hîc verò vtraque lectio, tum manu ſcriptorum tum etiam publicatorum exemplarium appenditur, vt facilè appareat alteram ab aliquo margini aſcriptam in contextum irrupiſſe, atque pro κἠν πε ὑπεστάξῃ, κἠν δὶς ὑπεστάξῃ appoſitum fuiſſe. Atque certè parum referre videtur, an καὶ ἢν ὑπεστάξῃ, an κἠν πε ὑπεστάξῃ, an verò κἠν δὶς ὑπεστάξῃ legatur.

338 Ἐπὶ αἱματος ῥύσει πολλῇ, ἢ λυγμὸς, ἢ ἀπασμὸς, κακόν.

In copioſa ſanguinis fluxione, aut ſingultus, aut conuulſio, malum denunciant.

Ex aph. 3. lib. 5. & 9. lib. 7. deſumpta eſt hæc ſententia Hippocrate digniſſima.

F 339 Τοῖσιν ἕως ἐπὶ τῶν ἑβδόμων διώκαμεν μετ' ἀχροίης, καὶ πνεῦμα ἀζιζόμενον ἐν τῇσιν ὀδοῖσι, καὶ γῆς ἐπιθυμίαι, αἵματος φθορὴν καὶ ἐκλυσιν σημαίνει.

In his qui ad ſeptimum progreſſi ſunt cum caloris fœdatione, inter ambulandum ſpiratio coaceruata, & terræ appetentia, ſanguinis corruptionem ac virium exolutionem denunciat.

Phraſis eſt admodum inſolens & obſcura, ideóque ſuſpecta. Cornarius διώκαμεν διακαμβαίνοισι, aut aliud quid tale, ad faciliorem intelligentiam, aut legiſſe aut ſub intellegiſſe viſus eſt. Mihi nil aliud hac ſententia ſubindicari videtur, quàm in his qui diuturna coloris fœdatione, aut viſcerum impuritate laborarunt, cum denſa & concitata ſpiratione, & terræ appetentia, inſignem humorum cacochymiam ac corruptelam, indéque virium exolutionem portendi. Cuius ſententiæ notio ex Prorrhetici ſecundi verbis petenda videtur. οἷσι δὲ τὰ χρώματα νέοις ἐοῦσι πονηρά· ὅτι πολὺ χρόνου, ξανθοχρόως δὲ μὴ ἐκπρόσθεν τρόπον, ὅτοι καὶ ἢν ὠδῆν καὶ ἢν γυναικῶν, κεφαλὴν ἀλγέουσι, καὶ λίθοις τὰ καὶ γλὼ τρώγουσι, καὶ αἱμορροΐδας ἔχουσι. τὰ δὲ χλωρὰ χρώματα ὅσα χρόνια εἰσὶ, καὶ μὴ ἰωμοειδέα εἴσι, τὰ δὲ ἄλλα τὰ αὐτὰ
G ποιέει αὐτοῖσι ξυμβαίνει, αὐτὰ δὲ ἢν λίθων τύπτις καὶ τῆς γῆς τρώξιας τὰ ὑποχόνδρια λυπέει μᾶλλον, ἢ τὰς ἑτέρας. δοκέουσι δὲ πολὺ χρόνου ὠχροὶ φαίνουσι, καὶ τὰ προσωπα ἐπιρρεόντα ἔχουσι, εἰδέναι χρὴ τύπτις πλὴν κεφαλὴν ὀδυνωμένοις, ἢ πρὸς τὰ ἀπάγχια δίψιμα ἔχουσι, ἢ ἐν τῇ ὄδῃ καυσὸν τι ἐν ἐουσῇ. ποιοῖ δὲ πλείστοισι ἢν πάντων φαινομένων, ἐκ ἑνὸς τινὸς ἢν κακῶν φαίνεται, ἀλλ' ἔστι ὅ τι πολλὰ, ἢ καὶ πάντα. Quibus ſententiis paulò diffuſiùs, quod hîc preſſiùs, exprimitur. Celſus autem cap. 7. lib. 2. his verbis contrahit. Quibus diu color ſine morbo regio malus eſt, hi vel capitis dolotibus conflictantur, vel terram edunt. Qui diu habent faciem pallidam, & tumidam, aut capite, aut viſceribus, aut aluo laborant. Hîc autem ἀχροΐη pro colore fœdo & deprauato ponitur, qualis in magna crudorum & vitioſorum humorum coaceruatione & cacochymia conſpici ſoleat, vnde & terræ ac rerum aridarum appetentia, velut in mulieribus malacia aut pica laborantibus, cæteráq; ciborum faſtidia læſo ventriculi oſculo contingunt, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 61. lib. 5. Diximus autem ad ſeptennium progreſſos, vt diuturnam coloris deprauationem indicaremus, ac ſuſpectam & inſolentem phraſim qua poſſemus ratione, codicum ope deſtituti, exprimeremus. Exemplaria quædam Regia manu ſcripta, τοῖς νέοις ἐπὶ τῶν ἑβδόμων legunt, quæ lectio Prorrhetici
H ſecundi ſenſum magis refert. πνεῦμα autem πνεύμενον, ab ἄλις quod frequens eſt apud Hippocratem, inter oſcuras & inexplicatas dictiones reponendũ. Ac videtur ea dictione coaceruata ſpiratio intelligi, velut concitata & denſa, qualis vitio laborantibus viſceribus ac præcordiis, vel minimo labore contingit. Quod effecit vt illud ἐν τῇσιν ὀδοῖσι, inter ambulandum dixerimus, quòd inſigni cacochymia laborantibus, vbi vel minimùm ſe commouent, difficilis illa reſpiratio contingat. Quibus ſic ſe haben-

tibus non est difficilè sanguinis vel humorum corruptelam, aut languentibus præcipuis visceribus, virium exolutionem, ac cæ- A
tera quæ Prorrhetico secundo describuntur, suspicari. Præceptor autem Hollerius ἀιωρόμενον πνεῦμα magis probat, hoc est, spiritum anxium, vt ab ἄμα aut ἀήματος deducatur, aut ab ἀΰειν & ἀΰτζειν. Sed nos istius dictionis notationem & testimonia aliàs expressimus. Porrò hîc est admonendum omnia exemplaria γῆς ὀπωπυμίω legere, ista tamen mihi potior lectio visa est, vt γῆς ὀπωπυμίη scribatur.

Diuturnis in morbis paruæ apparentes sanguinis ex naribus fluxiones, perniciem ostentant.

341 Ἐν τοῖσι μακροῖσι τὰ μικρὰ ὀπιφαινόμενα αἱμορροώδεα, ὀλέθρια.

In longis morbis, qui coctione aut abscessu leuari debent, non parum suspectæ sunt paruæ & ex interuallis sanguinis ex naribus fluxiones, vt quæ hepatis & venosi generis affectionem & exolutionem indicent. Quin & μικρὰ ὀπιφαινόμενα vocantur, quæ non pro dignitate morbi leuant aut apparent. B

Tenebricosas vertigines circa initia sanguinis ex naribus fluxio soluit.

341 Τὰ σκοτώδεα ἐξ ἀρχῆς αἱμορροίη ῥινὸς λύει.

σκοτώδεις dicuntur Hippocrati tenebricosa vertigine vexati, aut quibus tenebrosæ caligines circum oculos versantur. Quibus igitur in capite magna caliginosorum vaporum & flatulentorum humorũ abundantia ex feruidiore sanguine collecta est, aut ex humorum efferuescentia tanta fit turbulentorum spirituum agitatio, vt tenebras oculis offundat, eos leuare potest circa initia sanguinis ex naribus fluxio, aliôqui maioris morbi metus iniicitur, & epilepsia aut apoplexia timenda est. Illud verò ἐξ ἀρχῆς ad vertigines quæ initio cientur ex plethora quadam particulari, aut ex recursu quodam sanguinis symptomatico in febre acuta, & fumidis vaporibus ab impuro stomacho, aut inflammatis visceribus exhalantibus, quarum solutionem sanguinis ex naribus profluuium non temerè procurat. Videntur autem hæ duæ sententiæ antea vno præsagio comprehensæ & ad aurium tubercula C
relatæ, sent. 105.

Vbi sanguis ex naribus effluxit, totius corporis perfrictio cum tenuibus sudoribus morbi malignitatem denunciat.

342 Τὰ ἐκ ῥινῶν σμικροῖς ἱδρῶσι παρεψυχόμενα, κακήθεα.

Prorrhetico 126. †scripta est hæc sententia, & antea quoq; hoc præsagio expressa. †*sent.* 40.

In corporis perfrictione cum temporis sensu, sanguinis detractio, mala est.

343 Αἵματος ἀφαίρεσις ἐν καταψύξει νεανιθρόμενη, κακόν.

Istud indistinctè pronunciatum cautione indiget. Neque enim in his fluxionibus in quibus humores corporis concrescunt, fixi sunt, ac congelantur, quales sunt apoplexia, aut catalepsis, aut in quibus (vt loquitur Hippocrates) †ὀξυθαρέος τοῦ αἵματος, καὶ ἅμα D
πνευμάτων ἐξαιμάνων ἐν ἀπορίῃ κατὰ φύσιν ὁδοὶ βαδίζειν, καταψύξιες γίνονται τῶν πῆς τούπνου, καὶ σκοτώσιες, καὶ ἀφωνίη, omnino interdicenda est sanguinis missio, sed accurata priùs præparatione opus est, vt frictionibus, ligaturis, corporis concussione & motu, fotibus, vnctionibus, ac cæteris id genus, vt sanguis crassior & frigore congelatus recalescat, attenuetur, & liberiùs effluat, aliôqui periculosa est sanguinis missio in tanta frigiditate. Quod consilium ex Hippocrate etiam ineundum est, cùm scribit, ᾽ἀλλὰ χρὴ τὸς πόνους παρεσκευακότας φλεβοτομέειν ἐν ἀρχῇσιν εὐθέως, μετεώρων ὄντων πάντων τῶν λυπούντων πνευμάτων καὶ ῥευμάτων, εὐσωμοτόμα γὰρ ἔσται. Verùm hæc sententia de torpida perfrigeratione accipitur, quæ caloris natiui extinctionem & virium exolutionem sequitur. Sunt qui sanguinis detractionem ex naribus intelligant, vt præceptor Hollerius. Certum autem est hæmorrhagiam ex naribus in morbis cum perfrictione & torporis sensu non parum esse suspectam.

†*Lib.4.de rat.vict.in morb.acut.* ᾽*Lib.4.de rat.vict.in morb.acut.*

Qui suppressa aluo sanguinem ex naribus fundunt, & vna cum sanguinis profluuio subinde rigent, iis aluus intestinorum læuitate laborat & obdurescit, aut tenues lumbrici (ascarides dicti) infestant, aut vtrunque.

344 Ὅσοι κοιλίης ὑπεγείσης αἱμορροέουσι, καὶ ὑπαρρίγου- B
σιν ἅμα τῷ αἱμορροΐῃ, τούτοισι κοιλίαι λαφεντεριώδεα πιέει, καὶ ὑπόσκληρον καὶ ἀσκαρίδας, ἢ ἀμφότερα.

Prorrhetico 138. aliter legitur hoc præsagium & cum dubitandi nota, quæ & in quibusdam manu scriptis exemplaribus retinetur, licet vitiosa sit scriptio, ἄρα τῷ αἱμορροΐῃ, pro ἄρα τὸ αἱμορροεῖν. Quæ Dioscoridis videtur esse lectio, cuius meminit Galenus in Com. Prorrh. Et aliôqui facilis est lapsus communis lectionis ἅμα pro ἄρα.

Qui statis temporibus sanguinem fundunt, si siticulosi sint, neque sanguinem profuderint, comitiali morbo pereunt.

345 Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισιν αἱμορροώδεα, διψώδεα, μὴ αἱμορραγήσαντα, ὑπολιπιχῶς θνήσκει. F

Prorrh. 131. repetitur hoc præsagium ac paulò aliter exprimitur.

Ex venis in ano sanguinem fundere solitis aliquantum apparentibus, tenebricosæ vertigines obortæ, paruam ac sensim factam partium resolutionem indicant, ex quo liberat venæ sectio. Et quicquid huiusmodi apparere solet, mali aliquid denunciat.

346 Ἐξ αἱμορροΐδος ὅσον ὑπεφανείσης σκοτώδεα ἐλθόντα, παρεμπληκτικὸν μικρὸν καὶ ἐπ᾽ ὀλίγον σημαίνει. λύει φλεβοτομίη. καὶ πᾶν ὅ τι ἂν φαινόμενον, κακόν τι σημαίνει.

Hæc vacuationem intra modum subsistentium genere concludantur, & velut exemplum quoddam proponuntur, quo fatiscentes naturæ vires subindicantur. Præcipuè verò venarum per anum sanguinem fundere solitarum suppressio hoc præsagio G
sugillatur, ex qua Plethorica symptomata plurima & morbi ex redundantia gignuntur, de qua scribitur libris Epid. ac præcipuè aph. 28. sect. 3. lib. 6. & Galeno Com. ad aph. 10. sect. 6.

Quos palpitationes in totum occupant, num voce defecti intereunt?

347 Οἱ παλμώδεες δ᾽ ὅλου, ἄρα καὶ ἄφωνοι τελευτῶσι;

Hoc præsagium pene iisdem verbis repetitur Prorrh. 30.

Ex tremoribus quæ conuulsiones fiunt cum sudoribus, recidiuas minantur. In his iudicationem facit nouus subinde obortus rigor. Sed is priùs ardore circa ventrem exorto prouocatur. Somnus in his multus conuulsionem minatur, & frontis grauitates, ac mictio molesta est.

348 Τὰ τρομώδεα σπασμώδεα θυμώματα ἐφιδρῶσι, φιλυπόφροφα. τούτοισι κρίσις ὑπαρρίγωσασιν. ὑπαρρίγοῦσι δ᾽ αὖτοι ὑπὸ κοιλίαι καύματι παρεγκληθέντες. ὕπνος πο- H
λὺς ἐν τούτοισι σπασμώδες, καὶ τὰ ἐς μέτωπον βαρέα, καὶ ὄρθρος δυσκολαίνουσα.

Præsagium

A Præsagium est Prorrhetico 105. repetitum, & ab interpretibus Hippocratis (vt scribit Gal.) varia lectione exagitatum. Cuius pars extrema ex Prorrh. 109. velut ex concursione, ita variis diuersæ naturæ casibus suffarcinata, huc est temerè assuta. Verùm hic πρὸς μέτωπον βαρέα legitur, vbi in Prorrh. πρὸς μέτωπον δυσκόλως βαρέα.

349 Οἱ εὐγερὲς πνίγουσιν ἄπειροι σπασμοί, καὶ χερσί.

In vteri strangulatu non antea expertę conuulsiones, faciles sunt.

εὐγερὲς hîc facilè & πνίγουσιν significare videtur, vt non antea cognitas aut expertas in vteri strangulatu conflictatis conuulsiones, minimè suspectas, aut periculo vacare indicet. Potest etiam significari propensio quædam ad conuulsiones, q̃ huiusmodi mulieres vteri suffocatione laborantes, ad conuulsiones valde sint procliues, & aliôqui vterus ipso valde animatus & sensilis, conuulsionibus non parum sit opportunus, vt ex multis historiis lib. Epid. & Galeno lib. 6. de loc. aff. satis patet. Quem in sensum et- B
iam sumpsimus Prorrhetici sententiam 119. vbi hoc præsagium repetitur, etsi ἄπειροι in omnibus exemplaribus legitur, quòd illic ἀπύρως, vt hîc ἄπυροι legendum esse fortè coniicias. Cui lectioni suffragatur postea hoc præsagio sent. 531. & 554. Neque verò refert ἐν ὑστερικοῖσιν, an verò ἐν ὑστερικοῖς legas, vt in Prorrhetico. ὑστερικὰ enim vteri strangulatus significant, vt & ὑστερικαὶ dicuntur quæ strangulatu ab vtero suffocari videntur.

350 Τὰ σπασμώδεα ἀνιδρῶτι πύελα τῷ δαρρέοντα πυρετώδη ἐόντι, ἀνήθεα. τούτοισι ἐπεὶ χιλίαι τὴ καθυγραίνουσι. τάχα δέ τι καὶ ἐς ἄρθρα ἀποσήσουσι.

Cum conuulsionibus & sudore febrienti defluentia sputa, minimè mala sunt. His præterea alui aliquãtulum madescunt, ac fortassis aliquid ad articulos abscessurum sperandum est.

τὰ σπασμώδεα πύελα videntur ab Hippocratis Oeconomia aliena. Et certè apparet hoc esse translatum ex fine Prorrhetici 121. vt totam istam sententiam ex Prorrh. 122. assumptam esse constat. Quanquã istius quoq; lectionis meminit Gal. & ἀνιδρωτὶ quos- C
dam legisse scribit, vbi ἀνιδρῶτι habent exemplaria publicata quædam etiam cum manu scriptis ἀνιδρῶτι, vt hîc meliùs retinetur. Hic quoque meliùs εὐήθεα quàm ἀνήθεα legitur, cùm εὔθεπτα Galenus exponat in Prorrhetico. Variant hîc etiam exemplaria. Quædam nanque τέπισιν ἐῦ legunt, vt & meliora ἀποσήσουσι pro ἀποσήσουσι.

351 Οἷσιν ἐν σπασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ οὐκ λαμπόμενοι, ἀτενέες, ὥστε παρ᾽ ἐωυτοῖσιν εἰσὶ, ἀγρυπνοέοντί τε μαχρότερος.

Quibus in conuulsionibus oculi intentè splendent, iis mens non constat, & diutiùs morbum trahunt.

Videtur ex Prorrh. 124. huc translatum esse præsagium. Sunt autem phreniticorum indicia oculi immoti, fixi & intenti, aut intentè relucentes, quod ex media Hippocratis doctrina hauriendum est, vt ὀμμάτων ὀρθότης. ὄμμα θρασύ, aut ὀμμάτων θράσος. Et huic D
sententiæ lumen adfert quod scriptum est lib. 6. Epid. †ὀμμάτων θράσος τῷ δακρυωτικῷ. Vitiosa sunt autem exemplaria edititia, quæ ἐκλαμπαύοισιν aut ὀκλαμπαύοισιν aut ὀκλαμπαίνοισιν legunt, pro ἐκλάμπουσιν. In iis enim velut in ira admodum percitis oculi relucent ac micant. Quod expressit in Turno Virg. ᾽ —*totoq; ardentis ab ore*
Scintillæ abfistunt, oculis micat acribus ignis.

ἀπνὲς autem aut ἀπνέες, aut ἀπνεῖς (vt in Prorrhetico) legendum. †*Sect.* 1. ᾽*Æn. lib.* 12.

352 Τὰ σπασμώδεα τῷ πόνῳ παρεξιώμενα κατόχως, τὰ παρ᾽ οὖς ἐπαίρει.

Quæ conuulsionis in morem affligunt, eum alto stupore, quem catochum vocant tubercula ad aures attollunt.

Prorrhetico 161. iisdem ferè verbis exprimitur hoc præsagium, nisi quod αἰώρησιν pro ἐπαίρει ponitur.

353 Τρομώδεσιν, ἀσώδεσι, μικρὰ τὰ παρ᾽ οὖς ἐπαίρεται σπασμοὶ σημεῖον χιλίης πονηρὸν ὀμφῆς. E

In tremulis & anxietate vexatis, parui ad aures tumores excitati, conuulsionem denunciãt, si aluus malè affecta sit.

Videtur ex Prorrh. 162. expressa sententia, quæ meliorem tamen hîc nacta est intelligentiam. Ad finem Prorrh. parotidum prędictio conficitur, in sopore, anxietate, capitis dolore, surditate, ac cæteris id genus tentationibus vexatis, quæ signorum naturam cõprehendũt. Est autem vero simile in tremulis ex cerebri intemperie, ac neruosi generis imbecillitate, cum magna corporis imbecilitate, paruarum parotidum exortum tantùm non leuare morbum, vt etiam conuulsionis spem accersant, cùm non nisi pro morbi dignitate apparentes abscessus probet Hippocratis doctrina. Quod etiam potiùs continget malè affecta aluo, & morbi fomitem continente, humoribus ad cerebrum raptis & illuc momentum facientibus.

354 Τὰ σπασμώδεα καὶ τετανώδεα πυρετὸς ὑπεγδόμενος λύει. F

Conuulsiones & neruorum distentiones succedens febris soluit.

Hippocratica est sententia ex aph. 57. lib. 4. petita & libello περὶ κρισίων ad finem repetita. Quin & in Epistola ad Demetrium Regem his verbis exprimitur, ὅταν σπασμῶν πυρετὸς ὑπεγδόμενος, ἴσχει τὴν νόσημα.

355 Σπασμὸς ὑπὸ τρώματος θανάσιμον.

Ex vulnere conuulsio lethalis.

Ex aph. 2. lib. 5. desumptum præsagium, quod etiam hîc postea (vt in tumultuario opere) repetitur.

356 Σπασμὸς ὑπὸ πυρετῷ γινόμενος, ὀλέθριον. ἥκιστα δὲ παιδίοισιν.

Conuulsio febri succedens, periculum denunciat, minimùm verò pueris.

Hæc sententia cum sequente ex Prognostico petitæ sunt, & in eandem notionem coalescunt. Conuulsio igitur febri succedens, G
etli merò suspecta est, in pueris tamen timenda est, si in febre aluus nihil deiiciat, neq; somnus accedit, sed terrentur, flent, ac colorem mutant. At in his nupertime editis necdum septimum annum excedentibus, minus periculum est (Aliôqui promptissimè conuulsionibus prehenduntur, præsertimq; ij qui crassissimi sunt, & aluos duras habent, vt scribitur aph. 25. lib. 3.) ἥκιστα δὲ καὶ διωνύσιοι (vt scribit Hipp.) οἷσιν αὐ οἰκείη τῆς φύσιος ἐστὶ ἡλικίης ἡ νοῦσος ἦ. Grandiusculos autem & adultos non adeò in febribus conuulsio prehendit, & aliôqui maius periculum denunciatur, & vehementis admodum malitiæ signum aliquod adesse oportet.

357 Οἱ φρικώδεστεροι ἑπτὰ ἑτέων ἐν πυρετῷ ἤχ ἀλιεύει ἢ ἐπὶ σπασμοῦ. εἰ δὲ μὴ, ὀλέθριον.

Adultiores & qui septimum annum excesserunt, conuulsione in febre non prehenduntur, aliôqui periculum denunciatur.

358 Σπασμὸς λυθεὶς πυρετὸς ὑπεγδόμενος ὀξὺς, μὴ πρότερον γεγονώς. εἰ δὲ εἴη πρότερον γεγονὼς, παρεξιωμένος. ὠφελεῖ δὲ καὶ ἔρρυσις διάξοδος ὑαλώδης πολλὴ, καὶ ῥύσις χολίης, καὶ ὕπνοι. τῷ δὲ ἀζαπίνης σπασμῶν λυθεὶς, πυρετὸς, χολίης ῥύσις. H

Conuulsionem soluit febris succedens acuta, quæ priùs non aderat, aut si priùs adfuit, ingrauescens. Cõfert autem & vrinæ vitreæ copiosus pertransitus & alui fluxio, & somnus. Conuulsiones autem de repente ortas febris soluit ac alui fluxus.

Ambiguum est quid intelligat per ὕρου διέξοδον ὑαλοειδῆ. Neque enim frequens est admodum ista vrinarum apud Hippocratem attributio. Mihi certè significare videtur ὕρου ὑαλῶδες, ac eam vrinam quæ multam pituitam vitream, aut potiùs albumineam, crassam, frigidam & glutinosam continet, ac eadem quæ in multis Epidemiῶν historiis γονοειδὴς ὕρησις, ac postea in hoc Præsagio, dicitur, & in pluribus conuulsione laborantibus ab Hippocrate in Epidemiis adscribitur. Qua de re fusissimè scripsimus nostris in libros Epid. Annotat. Cùm autem conuulsiones fiant ab humoribus frigidis, lentis, ac pituitosis, qui partibus neuosis inserti sunt, nil mirum est huiuscemodi materiæ per vrinas excretione, tanquam causæ vacuatione, morbum depelli. Adde quòd etiam antea in morborum iudiciaria absolutione [1], ὑαλῶδες ὕρου posuit, quod illic pluribus verbis exposuimus. Quòd verò ad scriptionem attinet, meliora exemplaria scripta cum interpretibus secuti sumus, etsi publicatis sua constare potest lectio, εἰ ὃ ἔτι, παρέ πρου γεγονὼς, παροξυνθεὶς ὑ ὠφελεῖ. Quod verò sequitur, quidam codices per se legunt. Sed cùm constet eadem notione comprehendi, ex melioribus exemplaribus huic sententiæ attexuimus. Repentinæ autem conuulsiones dicuntur, quæ à proprio principio & sine manifesta causa inuadunt, ac ex repletione ortum habent, vt his verbis testatur Galenus. *ὅταν οὖν πινὰ ὑγιαινόντων ἐξαίφνης συμβῇ καταδυῶσι, τὸν τοῖς πόνοις κατασμὸν αὐταρκῶς ὑπὸ πληρώσεως γεγονέναι. Cuius quidem conuulsionis cùm duo sint curationis scopi, concoctio & excretio (vt scribit Galenus†) febris suo calore huiusmodi materiam attenuat, digerit, calfacit, dissoluit ac concoquit, quod etiam faciunt somni, alui verò fluxu deponitur, vacuatur & excernitur. Quem in locum etiam vacuationis ratione, subeunt, sudores, vomitiones, ventris subductio (vt scribit Gal. Com. 6. in lib. 6. Epid.) & vrinarum abundantia, cuius meminit sent. sequente.

[1] Sent. 151. * Com. ad aph. 26. lib. 2. Com. ad aph. 70. lib. 5.

Loquendi impotentia in conuulsionibus multùm perseuerans, malo est. Quæ verò parum durat, aut linguę syderationem, aut brachij, aut eorum quę in dextra parte sunt, denunciat. Soluitur autem magna vrinarum confertim & de repente prodeuntium abundantia.

359 Ἐν τοῖσι κατασμοῖσιν ἀυαυδίη ὀλίγη πολὺ, κακόν. Ὃ δὲ ὀλίγη μικρὸν, ἤτοι γλώσσης ἀποπληξίου, ἢ βραχίονος, καὶ τοῦ ὀλίγη δεξιὰ σημαίνει. λύεται δὲ ὕρησιν ἐξαπίνης ἐλθοῦσιν, πολλοῖσιν, ἀθρόοισιν.

Illud ἐν τοῖσι κατασμοῖσιν, quod vitiosè in publicatis exemplaribus superioris sententiæ fini adscribitur, cum interpretibus huic sententiæ annexuimus, quæ apoplexiæ præsagium instituere videtur. Longa enim & diu perseuerans sermonis impotentia, vt valde appetitum cerebrum, summamque animalis facultatis oppressionem, & multam humoris frigidi copiam & contumaciam indicat, ita non temerè totius corporis syderationem, aut validam apoplexiam suspectat. Quæ verò parum durat loquendi impotentia, vt minora omnia habet, ita & debilem apoplexiam minatur, quæ partium aliquarum resolutione plerunque dependitur & absoluitur. Quinetiam cùm κατασμῶν nomine epilepsiam non raro intelligat Hippocrates (vt constat ex aph. 70. lib. 5.) quòd epilepsia totius corporis conuulsio quædam sit, vt scribit Galenus Comment. 6. in lib. 6. Epidem. potest hoc præsagium de morbo comitiali intelligi, qui interdum probro quodam & quorundam partium intertrimento reliquam vitam contaminat. Nam & præcipuas partes appetit, & vultum ipsum fœdissimis peruersioribus, aut nobilium sensuum priuatione deformat, & partium quarundam impotentiam ac syderationem affert, vt fusius ex Aretæo vetustissimo & nobilissimo scriptore nostris in lib. 2. Epid. Commentariis scripsimus. Ex quo etiam Hippocrates ipse in morbi comitialis solutione, ἰσχίων ὀλιγίη, ὀφθαλμῶν διαστροφὰς & κάτω πλωσιν ponit. Ἀποπληξίου autem resolutionem Hippocrati & partis cuiusdam paralysin per abusionem significare non est admodum insolens. Sic quoque αὐαυδίη loquendi aut sermocinandi impotentiam sumimus, non vocis priuationem (vt Cornarius) quòd multùm ab ἀφωνίᾳ differ, vt aliàs persæpe docuimus. Nec sanè mirum est inde linguæ syderationem portendi, cùm αὐαυδία vocem præpeditam, ac voci destinatorum organorum resolutionem significet, vt testatur Galenus Com. 3. in lib. 3. Epid. Multa autem, conferta ac repentina vrinæ copia conuulsionis causam vacuatione liberare potest, quæ est rite instituta à natura mali absolutio.

Sudores autem partim quidem sensim procedentes, iuuant partim verò vniuersim effusi, & quæ effatim fiunt sanguinis detractiones nocent.

360 ἱδρῶτες δὲ, οἱ μὲν κατὰ μικρὸν, ὠφελέουσιν. οἱ δὲ ἀθρόα, καὶ αἱ τοῦ αἵματος ἀφαιρέσιες αἱ ἀθρόοι, βλάπτουσιν.

De sudoribus consummata est doctrina & prædictio in Prognostico & libello περὶ κρισίων. In criticarum autem vacuationum genere, quod vniuersim & affatim effunditur ex iudicationis legibus damnatur. Sudores verò acceruatim & confertim effusi, & sanguinis detractiones quæ cumulatè fiunt, syncopas ac denique mortem etiam afferunt. Quinetiam quod toto genere præter naturam est, si affatim deturbetur, periculum affert, vt patet ex aph. 27. lib. 6. ἐλέγχει γὰρ τὴν φύσιν τὸ ἀθρόον, vt scribit Aretæus. Siceriam Hippocrates ἱδρῶτας ἐν τῇσι κρισίμοισι γινομένοις σφοδροὺς, & πυκνὰς, ὀξυνδινώδεις vocat. Hanc autem sententiam, quòd de conuulsionibus probè dicatur in iisque locum habeat, priori sententiæ annectunt quidam. Nos codicum pluralitatem secuti sumus.

In neruorum distentionibus & iis quæ in posteriorem partem fiunt, dissolutę maxillæ mortem afferunt. Quinetiam lethale est in posteriorem partem distentione sudare & corpus dissolui, ac in eodem malo per nares reuomere, aut vbi per initia vox defecta fuit, clamare aut nugari. Postridie enim affuturam mortem significat.

361 Ἐν τοῖσι τετανοῖσι καὶ ὀπισθοτόνοισι γλῶσσα λυόμενα, θανάσιμον. θανάσιμον καὶ ἱδρῶτα ὀπισθοτόνῳ, καὶ τὸ σῶμα ἀναλύεσθαι, καὶ ἀνεμεῖν ὀπισθοτόνῳ ἀναῤῥίνων, ἢ ἐξ ἀρχῆς ἄφωνον ἐόντα βοᾶν, ἢ φλυηρῆν. ἐς γὰρ τὴν ὑστεραίην θάνατον σημαίνει.

Neruorum distensiones aut rigores cùm annumerentur conuulsionibus valde præcipites afferunt exitus, & triplici genere distinguuntur. Modò nanque scapulis caput, modò mentum pectori annectitur, modò recta & immobilis ceruix intenditur. Tetanum rigorem Celsus vocat, reliquas species emprosthotonum & opisthotonum dicunt, & quod hîc de duobus generibus effertur, Cornarius ad reliquam etiam distentionis speciem extendit. Maxillæ autem dissolutæ perniciem denunciant, cùm sint πέπανσι (vt scribit Aretæus[1]) μυῶν τῶν ἐν γνάθοισι & πονόνων πάσεα. Quin etiam lib. 3. de Morb. in tetano, αἱ γλῶσσαι πεπήρασιν ὡς ξύλα. Et libr. περὶ τῶν ἐν τῇσι κεφαλῇσι, αἱ γλῶσσαι πήγνυνται. Quod etiam vtrobique opisthotono attribuitur, & Aretæus omnibus distentionum generibus concedit. Sudores verò quòd syncopas minentur ac mortis rudimentum afferunt, corpûsque ac vires exoluunt, meriò suspecti sunt. Quod autem hîc scribitur de reiectione per nares in posteriorum partium distentione, inter mortis notas adscribitur ab Hippoc. lib. 3. περὶ νούσων, his verbis, καὶ ὁκόταν ἀποθνήσκειν μέλλῃ, ἀνεμέει διὰ τῶν ῥινῶν & τὸ σῶμα, & τὸ ῥόφημα, & τὸ φλέγμα. Lib. verò περὶ τῶν ἐν τῇσι κεφαλῇσι (quod etiam repetitur libello περὶ κρισίμων) ὁκόταν δὲ θανατώδης ᾖ, τὸ ποτὸν, καὶ τὰ βρώματα, ἃ τρέψειν ἐδόκουν, αὐτὰ τὰς ῥῖνας αὐτῶν ἐπέρχεται ἐνίοτε. Aretæus etiam author sua vetustate memorabilis, id his verbis indicat. [1] ξυνέστι μὲ αὐτοῖσι, ἀθρόον μὲ ἅπασι εἰρῆσθαι, πόνοι καὶ ἀποστάσεις πονόντων καὶ ῥάχεος, καὶ μυῶν τῶν ἐν γνάθοισι καὶ κεφαλῇσι. ἐρεύδοιτο δὲ τὰ κάτω γλῶσσα τοῖς τὰ ἄνω, ὡς μηδὲ μοχλοῖσιν ἢ σφιγγὶ διὰ ῥηϊδίως ἔτι διωσθῆναι. καὶ δὲ καὶ βίη διαταχρὸν τὰς ὁδόντας ἐνταξὶ τῆς ὀγδοῦ, & καταπίνοιεν, ἀλλ' ἐκρέοιεν, ἢ ἐν τῷ σώματι ἴδροιεν, ἢ ἐς τὰς ῥῖνας αὐτὰ ἀκόντιζεν. ὁ, τε ἐν ὑγιαίνοντι ἱδρὼς σπανιώτερος ἔστω, καὶ τὰ παρόδυνα σκληρὰ καὶ ὀπτεταμένα ἐόντα, ἐξυμπίπτει ἐς τὰ ἔνθλιψιν τοῦ καταπινομένου. Hæc quidem ipsis inesse dicuntur, omnes quidem subitò atque

A rò atque affatim inuadit affectus, tendonum & spinæ labor & intentio adest, ac musculorum qui sunt in maxillis & thorace. Inferiorem enim maxillam superiori ita annectunt, vt neque vectibus, aut cuneis facilè dirimi possit. Quòd si quis per vim dentes seducens humorem instillauerit, non deglutiunt, sed effundunt, aut in ore continent, aut in nares retruditur. Angustia enim faucium impingitur, & tonsillæ duræ & intentæ, eius quod deuoratur impulsioni non cedunt. Etsi hic locus in nostris codicibus non satis mihi videtur integer. De vocis autem defectione, clamore, aut nugis, sic scribitur libr. 3. de Morb. καὶ βοᾷ καὶ φλυαρέει ἐνίοτε, καὶ ὁ δεύω παῦ ἐαυτὸν κατέχει, ἀλλ' αἰκάλοσει ἐνίοτε. ὅταν ἡ ἀδυμία ἔχῃ. ὅταν δ' αὖτη ἡ ἀδυμία, ἡσυχίαν ἔχει. ἐνίοτε δ' & ἄφωνοι γίνονται ἅμα ἀμυσκόμενοι, ἢ μανικοί τε καὶ μελαγχολικοί. ὅτοι τειταῖοι ξυνίασι τῆς φωνῆς λυθείσης, & αἱ εμέουσι διὰ τῶν ῥινῶν. Et vociferatur, & nugatur quandoque, neque seipsum potest continere, sed interdum exilit, vbi dolore vexatur, vbi verò dolor remittit, quiescit. Nonnunquam etiam simul ac morbo prehenduntur vox deficit, aut insania, aut atra bile vexantur. Hi intra tertium diem voce libera moriuntur, & per nares reuomunt.

B 362 Γυρετώδεα ὀπισθοτονώδεα, γονοιδέες οὐρήσιες λύουσι.

Febres cum posteriorum partium distentione, vrinæ genitale semen referentes soluunt.

γονοειδέας ὑρήσας, vrinas genitali semini quiddam non absimile continentes, eas esse quæ multam pituitam vitream, albumineam, glutinosam, lentam & frigidam continerent, multis in locis diximus, præcipuè verò nostris in libr. 1. & 3. Epid. Annotat. Quomodo verò eiusmodi vrinæ conuulsiones, veluti deposita materia, liberent, antea satis explicatum videtur, & aliàs attingendum.

C 363 Τὰ κύναγχικὰ τὰ μήτε ἐν τῇ βραχήλῳ, μήτε ἐν τῇ φάρυγγι, μηδὲν ἀδηλον ποιέοντα, πυιγμὸν ὑ νεανικὸν ὑ δυσπνοιαν παρέχοντα, αὐθημέρους ὑ τεταίους κτείνει.

Anginæ in quibus neque in collo, neque in faucibus quicquam apparet, sed quæ vehementem suffocationem ac spirandi difficultatem adferunt, eodem aut tertio die necant.

Quæ de angina hîc scribuntur præcipua capita, proprium habent in Prognostico locum, vnde & tractationem & explicationem eruere debent.

364 Τὰ δὲ ἐπάρματα ὑ ἔρυθος ἐν τῇ βραχήλῳ λαμβάνοντα, τὰ μὲν λοιπὰ τῶν ἀπλήσια, χρονιώτερα δέ.

Quæ verò tumorem ac ruborem in collo capiunt, in reliquis quidem eodem modo se habent, verùm diuturniores sunt.

Secundum anginæ genus hîc describitur, in quo attollitur ceruix & fauces rubent. Hîc verò ceruicem tantùm posuit, vt in Prognostico solas fauces addidit. Quòd autem scribitur, τὰ μὲ λοιπὰ τῶν ἀπλήσια, hunc habet ex Hippocrate & Galeno sensum, τὰ μὲ δηλὰ τῶν ἀπλησίως πόνου παρέχοσιν, καὶ ὀλίθρια καρτῶ. Hoc enim anginæ genus superiore non minùs periculosum est, ac in reliquis non minore quidem dolore afficit, verùm diuturnius spatium accipit, nec perinde vt prædictum, celerrimè interficit.

D 365 Ὅσοισι δὲ συνεξέρυθείη ἢ τε φάρυγξ, καὶ ὁ αὐχὴν, καὶ ὁ τῆθος, χρονιώτερα. καὶ μάλιστα ἐξ αὐτῶν σώζονται, ἐὰν μὴ παλινδρομέη τὰ ἐρυθήματα. ἐὰν δὲ ἀφανίζηται μήτε φύματος συγραφέντος ἔξω, μήτε πόνου ἀναχρεμπτομένου τρηχέος ὑ ἀπόνου, ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὀλέθρια γίνεται. ἆρά γε ἔμπυοι γίνονται; ἀσφαλέστατον δὲ ὁ ἔρυθρος ὑ τᾶς ἀποστάσας ὅτι μάλιστα ἔξω τρέπεται.

Præcipuè autem malum prorogatur quibus non solùm fauces, sed ceruicem quoq; & pectus vnà rubor occupat. Maximè verò potest inde secunda valetudo contingere, si rubores ad interna maximè reuertantur. Quòd si euanescant, neq; in exteriores partes cõuersum sit tuberculum, neq; pus facilè & sine dolore excreetur, aut neque ista diebus iudicatoriis contingant, perniciem denunciant. Ac fortasse etiam suppurati fiunt. Securitatis autem indicium est, ruborem & abscessus ad externas quàm maximè partes vergere.

Reliquum & tertium anginæ genus, cùm in fauces, aut ceruicem, aut pectus fluxio conuersa est. Quod autem hîc συνεξερευθείη legitur, quidam codices ξυνεξαιρεῖη (vt in Prognostico) scribunt. Interpretes tamen συνεξερευθείη legunt, & de rubore accipiunt.

Λοῦ μὴ παλινδρομέη τὰ ἐρυθήματα] In Prognostico καὶ μὴ παλινδρομέη τὰ ἐρυσίπελας εἴσω scribitur, & ea est communis & laudabilis tumorum omnium nota. Atque vt hoc est securissimum anginæ genus, ita ab Hippocrate expressum placito 49. libr. 7. & 36. lib. 6. Ἐπὰν κυναγχικὴ ἐχομένω, οἴδημα καὶ ἐρύθημα ἐν τῷ τράχηλῳ ἐκφανῆ, ἀγαθόν. Ἔξω τὸν τρέπεται τὸ νόσημα. Libro verò 2. de Morbis, εἰ δὲ οἱ οἴδημα ἐκφύη καὶ οἱ δύσκεται πρὸς τὰ τήθεα καὶ ἐρυθρὸν ἔῃ, καὶ καίηται, ἐλπίδες πλέονες σωτηρίης. Et rursus, ὅταν δὲ ἐξοιδήσῃ ἐς τὰ τήθεα, οἱ πλέονες ὀκρεύγουσιν.

μήτε φύματος συγραφέντος ἔξω] Eadem verba repetuntur in Prognostico. συγρίφεσθαι autem Hippocrati dicitur de humoribus vitiosis qui in partem aliquam confluunt, in eoq; colliguntur & coaceruantur. ὅταν πυὸς χυμοὶ μοχθηροὶ συρρέωσί τι & ἀφορίζωσι καπά τι μόριον, ὅ, τι τοῦ, ὡς ἔφην, συρρέφεσθαι λέγεται ἐν τῷ δεμοείῳ, vt scribit Gal. Com. in lib. de rat. vict. in morb. acut. Sic τῶν νοσημάτων συγρεφαὶ dicuntur, αἱ ὑπὸ τῆς ὀγκουμένοις μοείοις γιγνόμεναι, collectiones quæ ad partium tumores consequuntur. Hæc igitur verba, μὴ φύματος συγραφέντος ἔξω, significant si nullum foris tuberculum colligatur aut nullo extra apparente tuberculo ad suppurationem se colligente, aut ad vomicam comparato.

ἆρά γε ἔμπυοι γίνονται;] Suppurati quidem deueniunt, si morbus ad pulmonem diuertat, vt scribitur in Prognostico & libr. 2. de Morbis, vbi etiam eorum curationem procurat, his verbis. Λοῦ τῆς φαρύγγος καὶ δυσκηκίης & τῆς οἰδήματος, γραφῆ ἐς τὸν πλεύμονα ἡ νοῦσος, πυρετὸς εὐθὺς ἐπανέλαβε & ὀδύνη τῆ πλευρῇ, & ὡς ὄπτο πολὺ ἀπέθανε, ἐπ' αὐ τῶν ῥήματα. Λοῦ τῆς φαρύγγ ἡμέρας πέντε, ἔμπυος γίνεται. Λοῦ μὴ μὲν βίῃ ὀπτάλεσθαι αὐθέκα. Λοῦ τῆς ὑπολάβῃ ὑποχρεμψάμενος & ὀπτὰ καθαρὸν ἐς, ὑγιὴς γίνεται. πῶς οὖν ἔς τ' αὐ ἡ ὀδύνη τὸ πλευρὸν ἔχει, χλιαίνει τὸ πλευρὸν, & περιφέρεται τῆ πλευμονίῃ. Λοῦ τῆς φαρύγγ ἡμέρας, & πυρετὸς αὐτῆ, ἢ τῆ βίῃ ἔχει, τὰς μὲ περὶ πνεῦμα ἡμέρας ῥοφήμασι διαχρῆται. ἐπλοῦ τῆς τῶν οἰδέων ἀρξῇ, ὡς λιπαρὸ πᾶν & ἀμόκατα τῶν ἐσθίῃ. Λοῦ δὲ πι βίῃ μὴ ἔῃ, ἀλλὰ χυνόσκεῳ ἔμπυον γινόμενον, & ἐπιπόσεται ἐπλοῦ μάλιστα & ἐκθλίψῃ σκόροδα ἐν θέτω ὀμμὰ ὡς πλεῖστα, & ὅπτ πυέτω οὖνον οἰνῶδε ἀκρητέστερον. & Λοῦ μὲ ὅ πως οἱ ῥαγῇ τὸ πῦον. Λοῦ τῆς μὴ, τῇ ὑστεραίῃ λύσας θερμὰ δυμάσω. & Λοῦ ῥαγῇ, ἴσῃ ἐς ὡς τὰ ἔμπυον. Quòd si subsidentibus faucibus & tumoribus, morbus ad pulmonẽ vertatur, febris statim corripit, & lateris dolor, atq; vbi istud contigerit, plęrunq; moritur. Ast vbi dies quinq; euaserit, suppuratus fit, nisi eum confestim tussis prehenderit. Quæ si inuaserit, exscreatione repurgatus conualescit. Huic, quoad lateris dolor affligit, latus calefacere oportet & adhibere quæ pulmonum inflammationi conueniunt. Si verò dies quinq; superauerit, & febris remiserit, tussis autem vexet, primis quidẽ diebus sorbitionib. vtatur. Atq; vbi cibis vti cœperit, quàm maximè pingues & salsissimos edat. Sin autem tussis non adfuerit, verùm suppuratum fieri dignoscas, cœnato cùm dormire volet, allia cruda plurima edenda præbero & insuper vinum generosum meracius propinato. Atq; si sic quidem pus eruperit, bene habet: sin minus, postridie calida loto suffitum adhibere oportet: & si eruperit, velut suppuratum curare.

H 366 Ἐρυσίπελας ὑ ἔξωθεν μὲν ὀπτὸν λεῖον, χρήσιμον. εἰ δὲ τῆ βρέπει, θανάσιμον. βρέπει δ', ὅταν ἀφανιζομένου τοῦ ἐρυθήματος βαρυνθῇ τὸ τῆθος, καὶ δυσπνοώτερος γένηται.

Erysipelas verò foris quidem extare vtile, intro autem vergere lethale. Cuius quidem rei indicium est cùm rubore euanescente pectus grauatur, & ægriùs spiritum trahit æger.

Exemplum est particulare loci vniuersalis, quod repetitur placito 25. lib. 6. & libr. 1. de Morbis. Locus est autem communis & valde celebratus in abscessuum doctrina, vt quàm longissimè abscedant, & quàm maximè extra vergant, vt fusiùs scribitur lib. 2. Epid. Sect. 1. A

Quibus angina ad pulmonem diuertit, partim quidem intra septem dies pereunt, partim verò liberati, pus intro colligunt, nisi pituitosa sursum educantur.

367 Οἷς δὲ κυνάγχη ἐς τὸν πλεύμονα τρέπεται, οἱ μὲν ἐν τῇσιν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. οἱ δὲ ἀναφυγόντες, ἔμπυοι γίνονται, μὴ γινομένης αὐτοῖς διαγωγῆς φλεγματώδεος.

Placitum 10. lib. 5. aphorismorum lib. 2. de Morb. propriè expressum, loco paulò antea à nobis adscripto. His verò verbis Celso est adumbratum, Si angina subitò finita est, in pulmonem id malum transit, idq; sæpe intra septimum diem occidit. Quod nisi incidat, sequitur vt aliqua parte suppuret. B

Quibus in vehementi pulsatione stercus de repente deiicitur, lethale.

368 Οἷσι ἀναφὴ σφοδρότητος σφυγμοῦ, κόπριον ὀξαπίνης ἀναχωρέει, θανάσιμον.

Huius præsagij obscura est notio ob vocis ambiguitatem. σφοδρὸν σφυγμὸν vehementem pulsum, magnum & elatum intelligi, & de conspicua ac euidenti arteriarum pulsatione Hippocrati dici, multis loci testatum fecimus. Sumitur etiam de palpitatione, & vehementi partis inflammatæ pulsatione. Vnde ad inflammationis magnitudinem ac perniciosum anginæ genus referri videtur, in quo conspicua est & euidens arteriarum in temporibus & ceruice pulsatio, ex quo morbi vehementia & malignitas non immeritò suspectatur, vt lib. 6. Epid. οἷσι δὲ καὶ φλέβες αἱ κατὰ κρόταφον καὶ αὐχένα ἐπαίρουσαι, ἐπόνουν. Quale quid etiam refertur lib. 2. Epid. Quod sequitur de subita stercoris deiectione, id musculorum ani resolutionem & facultatis animalis extinctionem, vt in moribundis obstrangulatum, significare videtur. Ideoq; πνιγμοῦ pro σφυγμοῦ quidam legunt, vt referatur ad aph. 42. lib. 2. C

In angina laborantibus subarida sputa gracilescentibus faucibus, malum prænunciant.

369 Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι τὰ ἐπτύξεα πύσματα ἰσχνῶν, κακόν.

Quæ multæ postea sequuntur anginæ circumscriptiones, corrogatam habent vndique authoritatem, & ex præcipuis Hippocratis fontibus ductam, neque tamen assatis idoneam doctrinæ tractationem. Hîc verò ἰσχνῶν valet quod alibi dixit Hippoc. ἰσχνῶν ἐόντων πάντῃ πάντῃ φαύγματα, & οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φαύγγι.

In anginis linguæ tumores absque vlla significatione euanescentes, periculum denunciant. Quinetiam dolores citra euidentem causam disparentes, perniciem ostentant.

370 Τὰ κυναγχικὰ ἐν γλώσσῃς οἰδήματα ἀσήμως ἀφανιζόμενα, ὀλέθρια. καὶ τὰ ἀλγήματα ἀφανιζόμενα χωρὶς προφάσιος, ὀλέθρια. D

Locus est communis ex media Hippocratis theoria deductus, & καθόλου λόγος passim celebratur, quem hîc singulariter effert, & ad linguæ tumores in angina transtulit. ἀσήμως autem ἀκρίτως καὶ ἀμόρφως, ἢ παραλόγως valet, aut αἴτιον σημείων λυπηρῶν, cui proprium & vsitatum ea in locutione verbum ἀφανίζεσθαι adiunxit. Quæ cùm alterius sint tractationis in mediam Oeconomiam reiicienda, & aliàs à nobis lib. 2. Epid. amplissimis exemplis sint comprobata & explicata dum scribit, ὁκόσα ἀσήμως ἀφανίζεται δύσκριτα. Et τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥηίζοντα, κίνδυνον. Et in Prorrh. τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥασώνησαν θάνατον σημαίνει.

Angina laborantes nisi celeriter cocta expuant, perniciosè habent.

371 Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσιν οἱ μὴ ταχὺ ἀναπτύοντες πέπονα, ὀλέθριοι. E

Angina cùm valde præceps sit, nisi breui per sputa expurgetur, aut ægrum celeriter opprimit, aut suppuratum facit. Vitiosa autem sunt exemplaria quæ ταχὺ pro ταχὺ (quod est ταχέως) legunt.

In angina absque vlla significatione redundantes in caput dolores cum febre, periculum indicant.

372 Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως εἰς κεφαλὴν ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια.

Ista cùm perseuerante febre contingant, sunt potiùs morbi incrementa quàm alleuationes, præsertim cùm legitimæ μετάστασεις, morborum aut solutionis nullas notas edant, quod ἀσήμως dixit.

In angina absque vlla significatione delati ad crura dolores cum febre perniciosi.

373 Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως ἐς σκέλη ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ, ὀλέθρια. F

Et hæc quoque temeraria est & infida transpositionis nota, neque minimùm suspecta.

In angina laborantibus citra iudicationem præcordij dolor, cum impotentia & torpore obueniens, latenter necat, etsi moderatè admodum habere videatur.

374 Ἐκ κυναγχικῶν ἀκρίτως ὑποχονδρίου ἄλγημα, μετ' ἀκρασίης καὶ νωθρότητος ἐγιγνόμενον, κλεῖν λαθραίως, εἰ καὶ πάνυ δοκεῖεν ὀπτῆσθαι κακῶς ἔχειν.

Hoc quoque periculosum est transpositionis exemplum, vbi absque iudicatione contigerit. ἀκρασίη autem αὐτὴ ἡ ἀκρατοῦς ponitur (vt antea quoque)[g] & partis incontinentiam, imbecillitatem, impotentiam & languorem quendam significat, ac ferè plerunque Hippocrati cum torpore iungitur, vt[h] antea quoque, & Prorrhetico 151.

[g] *Sent. 165.* [h] *Sent. 171.*

In angina laborantibus absque vlla significatione gracilescentibus faucibus dolor intensus ad pectus aut ad aluum progressus, purulentas deiectiones facit. Aliôqui autem tale quid solutionem præsefert. G

375 Ἐκ κυναγχικῶν ἀσήμως ἰσχναινόντων ἐς στῆθος ἄλγημα καὶ ἐς κοιλίην ἐλθὸν σκώληκας, ποιέει πυώδες ἀναχωρέειν, ἀλλὰ καὶ λυομένου τοῦ πυέτου.

ἀσήμως ἰσχναινόντων valet παραλόγως ἢ αἴτιον παρεφάσιος ἰσχνῶν ὄντων πάντῃ πάντῃ φαύγματα, absque vlla ratione gracilescentibus aut detumescentibus faucibus. Transpositionis autem morbi exemplum est insigne admodum & rarum, si ad thoracem delatus per aluum pus effundat, quòd non ita solennis sit, sed rara, thoracis per aluum expurgatio, à Gal. tamẽ celebrata lib. 6. de loc. aff. & Com. in aph. 30. lib. 7. Illud autem, ἀλλὰ καὶ λυομένου τοῦ πυέτου, perplexum est, eam tamen mihi significationem habere videtur, vt aliôqui morbi solutionem præseferat per aluum effusi, etsi longa sit & difficilis per eam viam puris deiectio. Codices quidam σκώληκας πυώδες coniungunt, quod sententiam nostram magis amplectitur, etsi mihi vulgata lectio magis arridet. Corn. λυομένου pro ὀλλυομένου sumpsit. Quidam etiam ὁ λυομένου τοῦ πυέτου legunt. Mihi tamen λυόμενον aprè etiam legi posse videtur. H

376 Ἐκ

A 376 Ἐκ κυναγχικῶν πάντα ὀλέθρια, ὅσα μὴ ἔκδηλον ἐποίησεν ἀλγημα. ἀταρ καὶ ἐς σκέλεα ἀλγήματα χρόνια φορέει, καὶ οὐκ πυοῦται δυσκόλως.

In angina quæcunq; conspicuum dolorem non produnt, periculi plena sunt. Quinetiam diuturni sunt qui ad crura progrediuntur dolores; ægreq; ad pus deducuntur.

Istud de infida iudicatione intelligi potest, dum morbus absque legitima vacuatione aliò transmissus est. Quòd si in crura secedat, diuturna vlcera fiunt & curatu difficilia. Sed rarum est anginæ liberatæ exemplum, in qua tamen (vt in peripneumonia) in crura abscessus valere interdum potest.

B 377 Τὰ ἐκ κυνάγχης πτύαλα γλίσχρα, παχέα, ἐκλελυκα, βιαίως ἀναχρόμενα, κακόν. καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος πεπασμὸς, κακόν. κάθαρσις πολλὴ κάτω τοῦς τοιούτοις παραπλησίως ἀπόλλυσιν.

Sputa ex angina viscida, crassa, exalbida, vi educta, malum denunciant, omnisque eiusmodi maturatio mala est. In his multa deorsum purgatio leuis syderationis modo mortem adfert.

Huiuscemodi sputa crassa & viscida caloris præter naturam immoderationem arguunt, ideóque improbantur. Multa autem per aluum expurgatio colliquationem & humorum per aluum effluxum, indéque partium naturalium exolutionem & prostrationem significat, vnde quoque tandem prostrata animali facultate, ac velut exoluto corpore, proiecti & immoti iacent & moriuntur. Aliôqui & particulari membrorum resolutione multi in angina periculosissimè laborarunt lib. 2. Epidem. *in qua etiam sputa concocta prodierunt. *Sectio 2.

C 378 Ἐκ κυνάγχης ὑπόξηρα πυκνὰ πτύελα, βηχώδεα, πλευροῦ ὀδυνώδεα, ὀλέθρια. καὶ τὰ ἐν τοῖσι ποτοῖσιν ὑποβήσσοντα, καὶ καθάπερ βιαῖα, πονηρά.

Sputa ex angina subarida, crebra, per tussim & cum lateris dolore educta, perniciem minantur. Atque ea quæ inter potandum per tussim reiiciuntur, quæque difficulter deglutiuntur, malum portendunt.

Hæc pessima sunt ad pulmones transpositæ anginæ exempla. Quin & inter potandum tussim quodammodo excitantia, aut per tussim educta, & deuoratio difficilis, anginæ periculum circumscribunt, vt patet ex anginosæ mulieris historia lib. 3. Epid.

D 379 Τῶν πλευρικῶν οἷσιν ἐν ἀρχῇ πάμπυοι αἱ πύσεις, τετραῖοι δηήσκουσιν, ἢ πεμπταῖοι. φυγόντες δ' ταύτας, μὴ πολὺ ῥᾶον ἔχοντες, τῇ ἑβδόμῃ, ἢ τῇ ἐνάτῃ, ἢ ἑνδεκάτῃ, ἢ δωδεκάτῃ ἔμπυοι γίνονται.

In morbo laterali, quibus circa initia in totum purulentæ sunt spuitiones, ij tertio die aut quinto moriuntur. Quos si superent, nec longè meliùs habuerint, septimo, aut nono, aut vndecimo, suppurati fiunt.

In libris de Morbis, vbi pleuriticorum circumscriptio & curatio tota absoluitur, & inde in hoc Prognosticum plurima sunt traducta, paulò aliter hic locus legitur, οἷσι δὲ αἱ πύσεις εὐθὺς παχυδεσταταί εἰσι, καὶ τὰ ἀλγήματα πάνυ ὀξέα, ὥστε τετραῖοι δηήσκουσι. ταύτας δὲ ἢν φυγόντες, ὑγιαίνουσιν, ὁ μὴ χθιζόμενος δὲ ὑγιὴς, τῇ ἑβδόμῃ, ἢ τῇ ἐνδεκάτῃ, ἢ τῇ ἐνδεκάτῃ ἀρξαμένῃ ἐμπυίσκεται. (Sic enim ex hoc loco legendum apparet, cùm passim τῇ δεκάτῃ legatur.) Omnis autem generis expuitiones circa morborum initia summam cruditatem & variè affectam naturam indicant. Sic etiam in totum purulentæ initio maximam corruptelam denotant, cùm pus paulatim in sputis & per quosdam gradus procedere debeat, sputúmque quod probari debet, permixtum vehementer flauo, non syncerè prauum esse oporteat, quale est πάμπυον. Suppurationis autem rudimentum decimo quarto die ponit Hippocrates in Aphorismis.[i] Mihi autem summè arridet lectio quæ παντοῖαι pro πάμπυοι habet, ex lib. 3. de Morb. huc traducta.

[i] *Aph. 8. lib. 5.*

E 380 Οἷσι δὲ λόβῳ ὠτὸς ἔρυθρος, τῇ πλευριτικῶν, καὶ ὁμοίως θερμαίνονται, καὶ κοιλίη παρέχει χολώδεα καὶ δυσώδεα. εἰκοσαῖοι καὶ πεντηκοσταῖοι κινδυνεύουσι. φυγόντες δ' ταύτας σώζονται.

Quibus supra aurem rubor contingit, neque aliter quàm morbo laterali affecti incalescunt, aluusq; biliosa & graueolentia exturbat, ij vigesimo & quadragesimo die periculum subeunt, quos si superauerint, seruantur.

Videtur hæc sententia corrupta, & non sine scriptionis vitio ab authore ex libris de Morbis hunc in locum traducta. Etsi nanque parotides interdum in pleuritide suboriuntur, morbum tamen non sine periculo alleuant, neq; parum suspectæ sunt, vt ferè experientia testatur, nusquam tamen apud Hippocratem solent ea phrasi efferri, vt per αὖ ὠτὸς ἔρευθος intelligantur. Deinde ambiguum valde est quidnam velit per ὁμοίως θερμαίνεσθαι. Nam quantumuis facilis sit eius rei sensus, & de febris incendio perseuerante intelligatur, non optimè tamen huic loco quadrare videtur. Mea est opinio locũ hunc de pleuritide quæ dorsum affligit & ab Hippocrate in libris de Morbis pessima censetur, sumi debere, sicq; restitui posse, οἷσι δ' ἐν νώτῳ ἔρευθος τῇ πλευριτικῶν, καὶ ὅμοις θερμαίνουται: eo sensu, Quibus verò in morbo laterali in dorso rubor excitatur, & humeri incalescunt. Cuius certè lectionis fidem facit quod scribitur libr. 3. de Morbis hoc modo, ὁκόταν δ' τούτων ἢ πλευριτικῶν νυὶ παρεγγίνηται τὸν νῶτον ἐρυθριαῖν, καὶ τὰς ὤμους θερμαίνεσθαι, καὶ ἀνακαθίζοντα βαρυώδεσθαι, καὶ ἡ γαστὴρ ὀλιγεόσηται χλωρά καὶ δυσώδη σπόδυγα, ὅπως δὲ τὰ ὑποχώρησιν τῆς γαστρὸς, εἰκοστῇ καὶ μιῇ ἀποδηήσκει. ταύτας δ' διαφυγὼν, ὑγιαίνει. Quo ex loco haud dubiè istam sententiam esse translatam constat, & mendosè scriptoris vitio esse expressam. Facilem nanque literæ lapsum quis non videt? vt pro εἰκοστῇ καὶ μιῇ huius Prognostici scriptor εἰκοσταῖοι καὶ πεντηκοσταῖοι scripserit? Dorsalem hanc pleuritidem Hippocrates lib. 2. de Morbis in tertio pleuritidis genere ponit, ac periculosissimam esse censet, ex qua pauci euadant. In qua τὸ μετάφρενον ὑπέρυθρον γίνεται, καὶ ἡ γαστὴρ παρέχει, καὶ τὸ ἀποπάτημα πάνυ χλωρὸν καὶ κακόδμον. Verùm vigesimum diem morbi terminum facit. Graueolentes autem & biliosę deiectiones in pleuritide perniciem augent, præcipuè quæ morbi ratione contingunt. Mirum verò est in loco tam lubrico nullas nobis à codicibus manuscriptis factas esse suppetias, nec vllam quidem corruptionis vel minimam iniectam esse suspicionem, quòd aliàs vel creberrimè contingit. F G

381 Αἱ ξηραὶ τῆς πλευρίδων καὶ ἄπνοοι χαλεπώταται. φοβεραὶ δὲ ἐν οἷσιν ἄνω τὰ ἀλγήματα.

Morbi laterales sicci & in quibus nihil expuitur grauissimi sunt. Metuendi quoq; in quibus dolores ad superiora tendunt.

Locus est lib. 3. de Morb. qui pulcherrimè hanc sententiam adumbrat, & in publicatis codicibus vitiosè scribitur, εἰσὶ δὲ καὶ ξηραὶ πλευρίδες ἄπνοον, χαλεπαὶ δ' αὐταί. αἱ δὲ κρίσιες ὅμοιαι τῆσιν ἄλλησιν. ὑγρασίης δὲ πλέονος δόντα τῆς ἄλλων ἐν τῷ πόνῳ. Vnde satis constat pleuritidem siccam esse quæ nihil expuit & nullum sputum promouet, ideóque periculum intendit. Cuius causam in siccitate ponit Hippocrates lib. 1. de Morbis, vbi & quæ sit ἄπνοος πλευρίτις & ἀβλεπνευμονίη apertissimis verbis indicat, simúlque præcipuos curationis scopos attingit. Præter autem causam ab Hippocrate adscriptam (nempe siccitatem aut sputi resiccationem ex calore oborta) ἀπνόων πλευρίδων aliam adfert causam Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. humores nempe crassos & lentos pulmonum bronchiis infartos adeoq; adhærescentes vt ægrè educi possint. Quòd autem præcipuè metuendæ sint pleuritides, in quibus dolor ad superiora tendit, satis ex Hippocratis rescriptis constat. H

Morbi laterales grauiores qui sine diuulsionibus quàm qui cum diuulsionibus contingunt.

[382] Αἱ ἀπὸ σπασμάτων πλευρίτιδες χαλεπώτεραι τῶν μετὰ σπασμάτων.

σπάσματα quæ vulsa aut conuulsa indicant, hìc dicuntur fibrarum in parte carnosa, velut in musculis fibrosarum ac neruosarum partium diuulsiones ac distentiones. Hic ergo vehemens thoracis motus ac concussio, validáque facultatis animalis contentio in expectorando sputo indicatur. Ideóque laudabilior est illa pleuritis, in qua vis eiusmodi facultatis ad educendum & repurgandum sputum eniteat. Suspecta verò in qua vis illa elanguescens & infirma, nullos naturæ conatus exerit & sputorum repurgationem remoratur ac retardat. σπάσματα etiam violentum quendam motum, aut partium internarum distractionem tensionémque sæpe indicant Hippocrati libro primo de Morbis, eáque in thorace fieri scribit, indéque crebrò suppurationes creari. Quà notione in musculis thoracis huiusmodi cõtentiones aut distractiones hìc significant, vt & postea hoc præsagio. Quæ ergo pleuritides huiusmodi distensiones habent, securiores videntur, quòd non nisi robustis ac validioribus naturis eiusmodi contractiones contingere soleant. σπάσματα quoque hoc loco indicare possunt eas corporis concussiones, ac velut intro retractiones aut compressiones, quæ initiis pleuritidum contingunt cum rigoribus aut magno totius corporis horrore. Quod ferè in his pleuritidibus contingit quæ ab externa aliqua aut manifesta causa fiunt, vt frigore, immoderato exercitio, aut potionibus. Atque eæ quidem pleuritides, quòd externas causas habeant, ferè quidem securiores sunt, quàm quæ ab occasione occulta & interna accidunt, tum quòd robustis ferè corporibus eueniant, tum etiam quòd citiùs contentis naturæ viribus ad iudicationes procedant, nec tantam humorum cacochymiam indicent. Has verò corporis concussiones ac contractiones cum cutis densatione pleuritidis initiis agnoscit Hippocrates libr. 1. de Morbis, his verbis, ἡ δὲ πλευρίτις γίνεται, ὁκόταν πόσις αἱλὲς τὸ καὶ ἰχῶρες καὶ αἷμα λαβοῦσι. ἐξῳδοιοῦνται δὲ τὸ σῶμα ἅπαν ὑπὸ τοῦ πόνου καὶ ὀχλέονται. μάλιστα δὲ ἤν τι φλέγμα ἐξῳδοιοῦται καὶ τὸ φλέγμα ἐξῳδοιοῦται. καὶ διὰ τούτων κενουμένου τὸ ἐγκασσάμενον, συγκωρήσῃ ὥστε ῥιγῶσαι μεθύοντα ἢ ἐν νήφοντι, ἅπερ ἐὸν τὸ πλευρὸν ψιλὸν φύσει σῶμα ἐστί, καὶ ἐν τούτῳ ὡς ἐν τῷ πλευρῷ ἐστιν ἀμφοτέρῳ τὸ αὐτὸ πάσχειν ὀδύνας, ἀλλὰ κεῖται, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα τοῦ ῥίγους. καὶ ὁκόταν ῥιγήσῃ τὸ καὶ ψυχθῇ, σωίζεται τὸ καὶ συναπάγεται ἢ τὸ σῶμα ἢ ὀδὴ τοῦ πλευροῦ, καὶ τὰ ἐπίλοιπα. καὶ ὅπου τι ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἐνῇ χολὴ καὶ φλέγμα, ἢ ἐν τούτοισιν ἐν αὐτῷ φλεγοῦσι, τοῦ πολλοῦ ἢ πᾶν ἐξοπρόσθεν ἐστὶ ἔσω σωιζόμενον ὥστε τὸ θερμὸν, πυκνουμένης τῆς σαρκὸς ἐξωθεῖν. καὶ ὥστε πιέζεται ὥστε τοῦ πλευροῦ, καὶ ὀδυνῶν παρέχει ἰσχυρῶς ἐξῳδοιοῦται. ἐξῳδοιοῦται δὲ τῆς θερμότητος ὅταν ἐν τῷ ἔσω τὸ, ἐξ ὧν πλησίον ἐστὶν ὀστέων ἐξῳδοιοῦται, φλέγμα τὸ χολῶν. Oritur quidem pleuritis, cùm potiones copiosæque & validæ admodum corripuerint. Totum enim corpus incalescit & humectatur à vino, præcipuè verò bilis & pituita tum incalescit, tum humectatur. Quibus sanè commotis & humectatis, tradidum aut siccum rigere continget. Præcipuéque cùm latus præ omnibus corporis partibus, natura carne nudum sit, neque intus quicquam habeat in se quod renitatur, præter ventriculi cauitatem, rigorem percipit. Cúmque riguerit & perfrixerit, contrahitur & conuellitur tum caro quæ est in latore, tum venæ. Et quicquid in ipsa carne inest bilis & pituita, aut in ipsius venis id magna ex parte, aut totum intrò compulsum ad caliditatem secernitur, carne foris condensata, & ad latus affigitur, & vehementerem dolorem exhibet ac incalescit, & per calorem à vicinis venis in carnibus pituitam & bilem ad seipsum trahit. Et rursus paulò post, πήγνυται δὲ τὸ πλευρὸν ἅτε ἐν ἀκρῳ τῷ πλευρῷ φλέβια ἐξωσταται. ἐξ ὁκόσου ἐν ἀκρῳ τῷ φλέγματος ἐξ χολῆς, ὥστε ὑπὸ τῆς θερμασίας ἐνεσκληκε τὸ ἐξωθεῖν παρέχει. Condensatur autem latus & quæ in ipso sunt venæ, & contrahitur, quantúmcq; in ipso inest pituitæ & bilis id à caliditate reficcatur & dolorem exhibet.

Sent. 425.

Quibus in morbo laterali lingua circa initia biliosa est, hi intra septimum iudicantur, quibus verò tertio aut quarto die, circa nouum.

[383] Τῶν πλευριτικῶν οἷσιν ἐν ἀρχῇ γλῶσσα χολώδης γίνεται, ἑβδομαῖοι κρίνονται. οἷσι δὲ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ, περὶ τὸν ἐνάτον.

In veris sputi legibus & salubri pleuritide, sputum bile coloratum initio esse debet, & ita ad concoctionem progredi. Biliosam autem pleuritidem indicat lingua bile tincta, quæ & leuior esse & securior iudicatur ab Hippocrate libr. 3. de Morbis, ideóque promptè ad iudicationem procedit. In pleuritide autem & peripneumonia, à lingua signa peri debere docet Hippocr. lib. de Morbis & libello περὶ κρισίμων, his verbis τὸν δὲ ἀπὸ λιθῶν τῶν νόσων σημαίνει ἡ γλῶσσα, ὥσπερ ἐν τῇ πλευρίτιδι ὅλοιοι. Quæ verò hìc γλῶσσα χολώδης dicitur, χλωνὴ scribitur lib. de locis in hom. ὁπόταν δὲ τὸν κίνδυνον ῥεῖν τὸ χολὴ ἢ, πρῶτε δὴ κόνον ὀδὴν. ὀλιγὴν ἔχει ἐς τὸν λαπάριον, τὸ ἐς τὸ κληίδα περὶ τὸν λαπάριον, τὸ πυρετὸς, τὸ ἡ γλῶσσα τὰ ἄνω χλωνὴ γίνεται. τὸ ἀποχρίμπεται ξυμπεπηγός. ἐκ τούτης τῆς νούσου ἑβδομαῖος ὁ κινδυνώδης ὀδὴν ἢ ἀναπαύει. Cùm verò in thoracem bilis fluxionem commouerit, hinc conspicuum fiet. Dolor lateris mollitudinem occupat, & ad iugulum eiusdem partis pertingit, febris adest, & lingua superiore parte ex viridi pallescit, & condensata excreantur. Huic morbo periculum septimo aut nono creatur.

Quòd si bulla aliquantulum liuescens in lingua apparcat initio, qualis excitatur ferro candente in oleũ intincto, difficilior fit solutio, & iudicatio quidem ad decimum quartum diem deducitur. Sanguinem autem vt plurimùm expuunt.

[384] Πομφόλυγος δὲ ἐπιπολάζουσης γενομένης ὀλίγης τῆς γλώσσης ἐν ἀρχῇ, οἷον σιδηρίου βαφέντος ἐς ἔλαιον, χαλεπωτέρη ἡ ἀπόλυσις γίνεται, καὶ ἡ μὲν κρίσις ἐς τὸν ἰδ' ἀφικνεῖται. αἷμα δ' ὡς ὀλίγιστον πολὺ πτύουσι.

Hic locus videtur ex libro tertio de Morbis expressus. Sic enim illic scribitur, ἀνὴρ δ' ὑπὸ σπασμοῖσι τοῖσιν εἰρημένοισιν, ὁκόταν ἢν πλευρίτιδων τὸ πάθος ἀρξῇ κινεῖσθαι τὸν γλῶσσαν. πομφόλυγος δὲ ἐπιπολάζουσα γενομένης ὀλίγης τῆς γλώσσης, οἷα σιδηρίου βαφέντος ἐς ἔλαιον, ἐν ἀρχῇ ἐγένετο χαλεπωτέρη ἡ ἀπόλυσις γίνεται, καὶ ἡ μὲν κρίσις ἐς τὴν ἡμέρην ἐν ἡμέρῃ ἐν ἡμέρῃ ἐν ἡμέρῃ

mantia, & flaua, & nigra, & eruginosa viscosaq;, & quecunque celeriter colorantur. Mucosa autem & fuliginosa, tum celeriter colorantur, tum securiora sunt. Quæ verò intra quintum diem dum coctionem accipiunt, colorantur, meliora censentur.

καὶ τὰ ξανθὰ, καὶ μέλαινα, καὶ ἰώδεα, καὶ ἐξώδεα, καὶ ὅσα πα- A
χέως χρωματίζει. τὰ δὲ μυξώδεα καὶ λιγνυώδεα, καὶ χρω-
ματίζει παχέως, καὶ ἔστι, ἀσφυγέτερα. τὰ δ' ἐντὸς πέμ-
πτης ἐς πέψιν χρωματιζόμενα, βελτίω.

Quæ hîc de sputis scribuntur ex Hippocratis Prognostico omnia huc sunt traducta. Quod verò dicitur μεμιχθαι τὴν τοῦ ξανθοῦ τῷ πυέλῳ, in Progn. ξυμμεμιγμένον ἰσχυρῶς ξανθὸν τῷ πυέλῳ exigit, quod in excrementorum coctione legitima requiritur, vt ἀκράτῳ opponatur, quemadmodum ἐκπεφυρμένῳ Hippocrati censetur, ὁ φλέγματος χολῆς ξυμμεμιγμένος οἷς μάλιστα. Quanquam idem per ξυμμεμιγμένον simpliciter efferri contendunt, quod multis locis τῷ ἀκράτῳ opponit Hippocrates.

πυκνοῦ δὲ παντὸς καὶ ξανθοῦ] Rectius in Prognostico pauitatis gradus ponit Hippocrates. B

καὶ τὸ χλωρὸν σφόδρα] χλωρὸν καρδίᾳ in Progn. scribitur. χλωρὸν autem hîc ex viridi pallidum significat Hippocrati, & τὸ ὠχρὸν & τὸ ἰῶδες continet (vt multis in locis testatur Galenus) etsi ἰῶδες additur, vnáque & eadem dictione vtrunque in Prognost. complectitur. *Celsus tamen τὸ χλωρὸν Hippocratis, pallidum reddidisse videtur cum scribit. Et tamen nihil peius est quàm syncerum id edi, siue ruffum est, siue cruentum, siue album, siue glutinosum, siue pallidum, siue spumans, nigrum tamen pessimum est. Sed certè pallidum sputum non ita damnatur, quemadmodum viride aut ex viridi pallescens, quod summum partis æstuantis incendium & ardorem indicat. At ἰῶδες (quod hîc additur) æruginosum ac merè viride indicat. *Cap. 8. lib. 2.

καὶ τὸ πελιῶδες] In Prognostico istud non legitur, & sub nigredinis gradibus continetur, & in vomitione satis exprimitur. Ex aph. tamen 47. lib. 4. & 71. lib. 7. αἱ πελιδναὶ ἀποχρέμψιες damnantur.

αἱματῶδες δὲ λίαν] Istud non legitur in Prognostico, & superuacaneam quandam ac minimè necessariam repetitionem redolet, vtilem tamen habet doctrinam.

καὶ ὅσα παχέως χρωματίζεται] De sputorum vitiosorum coloribus qui initiis morborum apparent, intelligendum, aliôqui ad concoctionem vbi fit progressus, colorem accipere laudabile est, vt supra diximus, atque hîc etiam rursus repetitur. Siue igitur seorsum colores huiusmodi accipias, siue simul permixtos, in vitiis reponendos censet Hippocrates. Nam & πύελα κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι improbat, & πύελον ὑμόχροον esse vult Prorrh. 1, & ὀλίθριον καρδίᾳ εἴ τε ὁ μέρει τὸ χολῶδες τῷ πύῳ καὶ ἀσπίδιον, ἢ τὸ ὁμοῦ, in Prognostico censet. Quod etiam expressit de sputo Celsus his verbis, † Quantoq; magis mixtos neq; inter se diductos colores habet, tanto deterius. †Cap. 8. lib. 2. C

καὶ τὰ μυξώδεα] Mucus humor est crudus, lentus & pituitosus. πύελα igitur μυξώδεα sub glutinosis & albis in Prognostico ab Hippocrate comprehendi videntur. Quin & Prorrh. 2. sputum ἀφλέγμαντον exigitur, quod Celsus sine pituita vertit. Ista verò hîc mediocriter crassa, viscida, & cocta sunt, & crassitudinis mediocritate coctionem indicant. Idemq; etiam testantur fuliginosa sputa, quæ feruentium humorum vapore & fumo velut fuligine in superficie tinguntur, aut quæ diutiùs contenta & concalfacta, odore aut sapore fuliginem referunt, non autem per totum aut sua substantia ingrescunt. D

Sputum autem quodcumque dolorem non tollit, malum significat, quod verò soluit, bonum.

Idem legitur, aliis tamen verbis, in Prognostico.

[391] Πᾶν δὲ πύελον μὴ λύον τὸν ὀδυνέον, πονηρόν. λύον δὲ, χρήσιμον.

Quibus cum bilioso purulentum sputum, aut seorsum, aut simul permixtum educitur, ij vt plurimùm decimoquarto die intereunt, nisi malum aut bonum aliquod ex his quæ priùs descripta sunt, cõtingat. Aliôqui certè pro ratione mors expectanda est, atque in his præcipuè quibus septimo die sputum huiusmodi procedere cœpit.

[392] Ὅσοι δὲ μετὰ τῶν χολώδεος πυώδες ἀνάγουσιν, ἢ χω-
ρεῖς, ἢ μεμιγμένον ὡς ὀπτίβολον, πεπαρεσκαιδεκαταῖοι
θνήσκουσιν, ἢν μὴ τι κακὸν ἢ ἀγαθὸν ὀπτηνθῇ τῇ τρεγε-
γραμμένων. εἰ δὲ μὴ, κατὰ λόγον. μάλιστα δὲ οἷσιν ἑβδομαῖοι- E
σιν ἄρχεται ὁ τοιοῦτος πύελος.

Hæc eadem ex Prognostico huc traducta videntur, vbi meliore ordine scribuntur. Illud autem εἰ δὲ μὴ, κατὰ λόγον, obscuram habet explicationem. Mihi verò sic accipiendum videtur, vt decimusquartus dies, medius quidam sit mortis terminus, vt si omnia medio quodam modo procedant, in eum diem mors sit expectanda. Quòd si mala multa vrgeant, præceps magis exitium acceleratur, neque in eum diem differtur. Bona verò plurima, pro ratione interitum remorantur. κατὰ λόγον igitur idem valet, ac subductis signorum rationibus, & collatis inter se viribus, indeq; facta prædictione celerioris aut tardioris mortis. Quod fusissimè explicat Gal. Com. in Progn. Celsus verò, vt totam istam sententiam disertissimè expressit, ita & obscuristima ista verba dilucidè explanauit his verbis, ‡ Sputum etiam biliosum & purulentũ siue separatim ista, siue mixta prouenium, interitus periculũ ostendunt. F Ac si circa septimum diem tale esse cœpit, proximum est vt is circa quartum decimũ diem decedat, nisi alia signa meliora peiorave accesserint. Quæ quo leuiora grauiora ve subsecuta sunt, eò vel seriorem mortem, vel maturiorem denunciant. ‡ Cap. 6. lib. 2.

In his igitur & omnibus qui pulmonem affligunt morbis, bonum quidem est facilè morbum sustinere, dolore defungi, sputum promptè expuere, facilè spirare, siti esse vacuum, reliquum corpus æqualiter incalescere ac molle esse. Ad hæc somnos, sudores, vrinarum eductionẽ laudabiliter fieri: quibus contraria mala sunt. Quandocunq; ergo bona hæc omnia huic sputo aderunt, poterit secunda valetudo contingere. Quòd si quedã adfuerint, quedã etiam abfuerint, non vltra decimumquartum diẽ vita producetur. At verò si contraria signa accesserint, celeriùs mors contingent.

[393] Ἐν τοῖσι ἀγαθὸν μὲν καὶ τούτοισι καὶ πᾶσι τοῖσι περὶ πλεύ-
μονα, φέρειν ῥηϊδίως τὸ νόσημα. τὸ ὀδυνᾶν ἀπαλλάσσεται, τὸ
πύελον εὐπετέως ἀνάγει, εὔπνοον ἐόν καὶ ἄδιψον, τὸ σῶ-
μα ἄπαν ὁμαλῶς θερμαίνεσθαι, μαλθακὸν ἐόν. καὶ περὶ
τοῖσιν οὔροισι, ἱδρῶτας, ἄριστα διακρίνειν χρηστὰ γίνεται. κα-
κὰ δὲ τὰναντία τούτων. εἰ μὲν οὖν πάντα περιγένοιτο τῷ
πύσματι τούτῳ τὰ χρήσιμα, σώζοιτ' ἄν. εἰ δὲ τὰ μὲν πολλὰ δὲ
μὴ, καὶ πλείους τῶν παραπεσόντων δεκαβιώσας. τὰ δὲ ἐναν-
τίων σημείων ἐπιγενομένων, συνεμπίπτειν.

Aliis verbis eadem & copiosiora scribuntur in Progn. Quòd verò omnibus in exemplaribus ἄριστα διακρίνειν legitur, ἄριστον, διακρίνειν, scribendum puto, vt & vrinæ & alui excrementis attribuatur, velut in Prognostico scribitur, & rectè vidit Interpres. πλείους τῶν ἐβιώσας] Apparet addendam esse negationẽ, quod etiam sensus requirit, & eorum quæ in Prognostico scribuntur reditio, vt fecit Cornarius, etsi desideratur in omnibus codicibus.

Dolores in locis huiusmodi, qui neq; ad expuitiones, neq; ad venæ sectionem, aut victus rationem desinunt, ad suppurationem tendunt.

A In Prognostico ventris subductionem & medicamentum addit, Celsus † etiam cucurbitulas adhibet, medicamentum prætermittit. Et certè his in morbis medicamenta veterum iure quodam Galeno suspecta sunt.

† Cap. 7. lib. 2.

[394] Ὅσοισι δὲ ἐκ τῶν πλευμονίης ἀποστάσιες παρ'
οὖς, ἢ ἐς τὰ κάτω γίνεται, καὶ ἐκπυοῦσί τε, καὶ ἐκσυεκχοῶν-
ται. τοῖς γίνονται δὲ, οἷσιν αὐτὸ, τε πυρετὸς, καὶ ὁ πόνος πα-
ραχρόνιος ἦν, καὶ τὸ πύελον χωρὲς καὶ λόγον. μηδὲ χολώ-
δεες αἱ διαχωρήσιες, ὀλιγοῦσί τε καὶ ἄκρηβοι γίνονται, μη-
δὲ ἄγαν παχύ τε σφόδρα, καὶ πολλοὺς ἐπόστασιν ἔχον, πά-
τε ἄλλα σωτηρίας ἔχοιεν. γίνονται δὲ, αἱ μὲν ἐς τὰ κάτω,
οἷσιν αὐτοῖσι ἐπιχονδρία φλεγμονὴ γίνεται. αἱ δὲ ἐς τὰ
ἄνω, οἷσιν αὐ, τὸ μὲν ἐπιχόνδριον λεπταῖόν τε καὶ ἀνώ-
δυνον ἦ. δύσπνοοι τὸ πνεῦμα χρόνον διόμενοι, πόνωσιν τε
χωρὶς τοιαῦτα σημεῖα.

Ista quoque ex Prognostico sumpta videntur, neque tamen integritatem retinent, sed illic meliùs scribuntur. Hunc autem mihi locum subindicare videtur Galenus cùm in Exegesi, ὀκπυεκχοῶνται, ἀνοιγνυῶνται exponit, quod est aperiuntur, aut in fistulas abeunt & cauantur. Nos vt Galeni explicationem & dictionis vim comprehenderemus, per fistulam via aperta effunduntur, aut fistula facta aperiuntur, dicimus, quod in Prognostico simpliciter συεκχοῶνται ponitur. Quod sequitur, ἀποκρίνονται δὲ, meliùs ex Prognostico legatur, γίνονται δὲ, cùm signa abscessuum futurorum contineant, etsi tamen potest vtcunque tolerari hæc lectio. Præceptor quoque Hollerius Prognostici lectionem amplectitur, & post ὀκπυεκχοῶνται, ὅπτι ἀποκρίνονται legit.

καὶ τὸ πύελον χωρὲς] μὴ χωρὲς legimus ex Prognostico vnde hæc sunt desumpta. Et verò addendam esse negationem satis patet ex Galeni Commentario. Quod etiam vidit Cornarius eámque lectionem secutus est, omnésque alij Interpretes, repugnantibus tamen omnibus exemplaribus.

εὔλυπί τε καὶ ἄκρηπι γίνονται] In Prognostico negatio additur, & aliam habet significationem, quanquam hanc etiam lectionem
D agnoscit in Com. Galenus, & εὐλυπίας διαχωρήσεις καὶ συμμέτρως ἐπιφορομένας explicat, & ἀκρίπτοις τοῖς ὑδατώδεσι καὶ ἀμίκτοις.

μηδὲ ἄγαν] In Prognostico κάρτα πολύ τε & παχὺ scribitur, & Galenus μηδ' ἄγαν πολὺ καρτὰ agnoscit.

[395] Αἱ δὲ ἐς τὰ σκέλεα τῆς ἀποστάσιον, οὐ τῆσιν ὀπι-
κνημίδωσι περὶ πλεύμονίησι, λυσιτελέες μὲν πᾶσαι.
βέλτιστα δὲ αἱ τὸ πύελον πυώδεος ἀνὰ ξανθοῦ ἐλυο-
μένου. μὴ χωρέοντος δὲ τοῦ πυέλου κατὰ λόγον, μηδὲ τοῦ
οὔρου χρηστὸν ὑπόστασιν ἔχοντος, κίνδυνος χωλὸν γενέσθαι
τὸν ἄνθρωπον, ἢ καὶ πολλὰ τρήματα τῶν ἀρτηριῶν. ἢν δὲ
παλινδρομέωσιν αἱ ἀποστάσιες, πυρετοῦ παρακολουθοῦν-
τος, καὶ τοῦ πυέλου μὴ χωρέοντος, κίνδυνος θανεῖν καὶ
παραφρονῆσαι. ὅσοι δὲ τῶν περὶ πλευμονικῶν μὴ δυνάμε-
θα ἀπαλλαγῆναι ἐν τῇσι κυρίῃσιν ἡμέρῃσιν, ἀλλὰ παρέλαβον τε-
λεῖς διέφυγον τὰς πεντεκαίδεκα, κίνδυνος ἐμπύους
γενέσθαι.

At verò in pulmonis inflammationibus quæ periculum creant, abscessus in crurib. non inutiliter fiunt. Quibus nec potest quicquam melius accedere, quàm si sputum pro flauo purulentum existat. At si neq; sputum pro ratione excernitur, neq; in vrina bonum apparet sedimentum, periculum est ne claudicet æger, aut ne res multum negotij sit exhibitura. Quòd si abscessus intrò recurrant, perseuerante febre neq; prodeunte sputo, periculum aut mortis, aut delirij imminet. Quicunque verò pulmonis inflammatione laborant, neque diebus iudicatoriis repurgantur, verùm cum delirio quatuordecim dies superarunt, iis suppurationis metus impendet.

E

F Αἱ δὲ ἐς τὰ σκέλεα τῆς ἀποστάσιον] περιφανείων manifesto vitio legitur in omnibus publicatis exemplaribus, sed ἀποστάσιον ex Prognostico legimus cum omnibus interpretibus.

τὸ πύελον πυώδεος] Addendum fuerat, vt in concoctionis argumento, καὶ ἐκχωρέον τοῦ ἔξω, vt in Prognostico, & postea in malignitatis indiciis μὴ χωρέον additur: idque satis ex Galeni Commentario in Prognost. apparet. Sed in tumultuario opere accuratam diligentiam nimis ambitiosè requirimus.

ὅσοι δὲ τῶν περὶ πλευμονικῶν] Ex lib. 1. de Morb. hæc videtur desumpta sententia, vbi amplioribus verbis proponitur. καὶ ἰῶν μὲν ἐν τῇσι κυρίῃσι τῶν ἡμερέων σκεπτόμενα πτυσίν, ἀπεκρίνετο, ἰῶν δὲ πάντα ὁπόσα πῶν ἀρχὴν διέκριναν, καὶ παρεσκηνῶντα ἔπεσε, καὶ μὴ τὰ πύον, μὴ τὰ σήματα κρατίστη, ἀπὸ πλήθεος τῶν δεδηγμένων, ἀποθνήσκουσιν ὡς τὰ πολλά. ἰῶν δὲ τῶν τὰς ἡμέρας διεγένοντο τὰς δύο καὶ ἑκοσι, καὶ τὸ πῦρ μεθῇ, ἐν τούτῳ τῷ μὴ ὀκπυοῦσι, ἐμπυοι γίνονται. γίνονται δὲ μάλιστα ὁκ τούτων οἷσιν ἰσχυρῶς ἢ τε πλευρίτις ἐν ἢ τὰ πλευμονίαι. Et superstes quidem euadit, si in iudicatoriis diebus putrefacta, (hoc est concocta) sputo reiecta fuerint. Quòd si ea quæ per initia aduenerunt susceperit; aliáque insuper accesserint, ac
G neque ea spuens, neque putrefaciens euicerit, ob eorum quæ insuper accedunt copiam ferè moriuntur. Si verò ad dies ctios & viginti perueniant, & febris remiserit, & in his sputum repurgati non fuerint, ad suppurationem deueniunt. Præcipuè autem hi suppurati fiunt, quos vehementissimæ pleuritides & pulmonum inflammationes vexant. Rursusque ibidem, ἰῶν πλευμονίη λήφθεις μὴ ἐπιδαρῇ ἐν τῇσι κυρίῃσι ἡμέρῃσιν, ἀλλ' ὑπολειφθῇ ἐν τῷ πλεύμονι πύελόν τε καὶ φλέγμα, ἔμπυος γίνεται. καὶ ἰῶν μὲν αὐτίκα διεκπυοῦται, διαφεύγει ὅς καὶ πυοῦται. ἰῶν δὲ ἀμελήσῃ ἐν τῷ πλεύμονι, διαφθείρει, ἀνεπιμένει τὴν ἐν σπαρμένῃ τὴν ἐν σπαρμένῃ, ἐλκοῦται τὰ ὁ πλεύμων, καὶ διέμπυος γίνεται. ἐν δὲ ἐλκεῖ ἔσω ἕλκει ἐς ἑαυτὸν ὁ, τὴν ἐξιοῦ λόγου τῆς ὀφῆς, ὅπτε τὴ ἀποκαθαίρει. ἀπ' αὐτοῦ αὖ ὠδίν, ἀνὰ πάντα τὰ ἐν σπαρμένῃ, ἐν ῥέγχει ἀνεπαίσθητον, ἐν αἰσθάνεται ἀεὶ ὀδὴ μάλιστα, ἐν ῥέγχει ἀνεπαίσθητον, ἐν αἰσθάνεται αὐτὴ δεῖν αὐ αὖθεν ὁκ τῶν ἐνδεῶν, πέλος δὲ, ἀποφεύγει· ἐπὸ τῶν πύσματος, ἐν ἀποθνήσκει. Si pulmonis inflammatione correptus non purgetur in diebus iudicatoriis, sed relinquatur in pulmone sputum & pituita, suppuratus existit. Ac si quidem confestim curatus fuerit, ferè euadit. Si verò neglectus fuerit, ex eo quod in pulmone inhærescit & putrescit, corrumpitur, vlceraturq; pulmo & suppuratur, neque ampliùs ad se intrò effatu dignum alimentum trahit, neque quicquam sursum repurgatur, sed suffocatur & semper maiore spirandi difficultate vexatur, & respirando stertit, & inde sursum respiratio ex pectore ducitur. Ad extremum verò offarcto à sputo pulmone moritur.

H [397] Τῶν περὶ πλευμονίων αἱ ἐκ πλευρίτιδος μεταστάσεις, τῶν δὲ ἐκ χῆς ἡμερῶν ἀσφυγέτεραι.

Pulmonis inflammationes quæ ex morbo laterali permutationem accipiunt, iis quæ ab initio fiunt securiores sunt.

πνεύμων (vt ſcribit Aretæus) μανός τι καὶ θερμὸς, καὶ ἐς ὀλκὴν διωκαπώλαπις, πλευρῶν γάνυμα, καὶ κοινωνὸς ἀήρεων. Ideóque facilè poſt lateris dolores vitia pulmonum fiunt, quod ſcribit Celſus ex aphoriſm. 11. libr. 7. Maior autem eſt inflammatio quæ ſubitam & nouam occaſionem in pulmones detulit, quàm quæ ex lateris inflammatione permutationem accepit. Paucior nanque eſt humor & tenuior qui ex lateribus in amplam thoracis capacitatem venit, ideóque promptiùs à natura ſuperatur. At Cælius Aurelianus cap. 25. lib. 2. Acut. periculi pleniorem peripneumoniam facit quæ pleuritidem ſequitur, quòd iam vitibus exoluti & remediis fruſtra erogatis defatigati ſint ægri. Cuius etiam opinionis videtur eſſe Aretæus cap. 10. lib. 2. θεραπ. ὀξ. Quod deſumptum videtur ex eo theoremate quod ſcribitur libro περὶ παθῶν ab Hippocrate περὶ τῶν ὀδυνωμένων νοσημάτων. Quod effecit vt quidam hanc ſcripturam non immeritò ſuſpectam habeant, & pro ἀσφαλέστερα, χαλεπώτερα legant, &, locum hunc περὶ ὀδυνωμένου accipiant, qui hoc modo quo hîc legitur ſcriptus, περὶ παθῶν intelligendus eſt.

Denſa & exercitationi dedita corpora, citiùs ex morbo laterali & pulmonis inflammatione intereũt, quàm quæ ſine exercitatione degunt.

[358] Τῶν δὲ σωμάτων τὰ γεγυμνασμένα καὶ πυκνὰ θᾶσσον ἐκ τοῦ τῶν πλευρικῶν καὶ περιπνευμονικῶν ἀπόλλυται τῶν ἀγυμνάστων.

Scribit Hippocrat. libr. περὶ ἑβδομάδων, ἀφαιρέσις σώματος ἐς ἑβδομηκοστὸν οἷσι πλέον ἀφαιρέεται, ὑγιεινότερον. πυκνότης σώματος ἐς ἑβδομηκοστὸν οἷσιν ἔλαττον ἀφαιρέεται, νοσερόν. Sic huiusmodi morbis promptiùs tentantur iuuenes & ætate vigentes, quàm ſenes, vt ſcribit Hippocrates in Prognoſtico. Iuuenes etenim tum propter humorum naturam, tum ætatis ratione procliuiùs febribus, doloribus, ac inflammationibus internis corripiuntur, quàm ſenes. Compacta quoque corpora & exercitata, cùm mollia ſint, rara, laxa & fluida, propenſiùs periculo exponuntur. Qua etiam ratione ſcribit Aretæus (imprimis grauis & vetuſtate memorabilis author) iuuenes & viros, vt rariùs in pleuritidem incidant, ita neque frequenter euadere, cùm non niſi ex valentiſſimis cauſis ægrotent. Senes verò quamuis ſæpiùs eo morbo tententur, ferè tamen liberati, tum ob corporis temperamentum, tum etiam partium internarum, nempe pulmonum, naturam. Eius verba ſunt cap. 10. lib. 1. περὶ ὀξ. ἡλικίη, ὥσπερ τῶν ἄλλων πάντων, γέροντες οἱ καὶ μᾶλλον ἑτέρων τὰ πάθεα ἐξαδίως φεύγουσι. ὅτε γὰρ μεγάλη αὖ γένοιτο φλεγμονὴ ἐν ξηρᾷ τῷ σκελέϊ, ἢ τε πνεύμονα ἡ μεζέων εἰς. ψυχρότερος γὰρ, ἢ ὅδε ἄλλης ἡλικίης, καὶ αὐαίνει σμικρὴ, καὶ ἡ ὀλκὴ ἀπαύστων ὀλίγη. νέοι δὲ καὶ οἱ ὅδε ἀκμῆς, ἢ μάλα μὲ πάθεσι, ἀταρ ἢ δὲ μάλα θερμαίνονται. ἢ δὲ αὖ πάθοιεν ὅδε σμικρῇ φλεγμονῇ, ὅδε ἢ τοῖσι μεγάλοισι μείζων ὁ κίνδυνος. Quòd ætatem attinet, præ aliis morbo ſunt obnoxij ſenes, qui etiam citiùs quàm alij morbum effugiunt. Nam neque in ſicco corpore magna inflammatio exiſtere poteſt, neque in pulmonem tranſitus eſt facilis, quippe qui frigidior ſit quàm alia in ætate, túncque ſpiratio parua ſit, & attractio omnium exigua. Iuuenes verò & ætate vigentes, haud ita quidem hoc morbo tentantur, at non admodum euadunt. Neque enim ob exiguam inflammationem morbo conflictantur & in magnis maius ineſt periculum. Eadémque ferè ſcribit Hippocrat. lib. 1. de Morbis, vbi iuuenum corpora denſa, compacta & robuſta facit, ideóq; ceſſeriùs ab his morbis interire quàm ſenes.

In morbis pulmonis grauedines & ſternutamenta tum præcedere, tum verò ſuccedere, malo eſt. In reliquis verò morbis ſternutamentum vtilitate non vacat.

[359] Κορύζας καὶ φαρμοὺς τοῖσι περὶ πλεύμονα γινομένοις ἐπιγίνεσθαι καὶ ἐπιγίνεσθαι, πονηρόν. τοῖσι δὲ λοιποῖσι φαρμὸς οὐκ ἀχρεῖος.

Id ex Prognoſtico translatum videtur, vbi aliis paulò verbis ſcribitur. Illud verò, τοῖσι λοιποῖσι, quod obſcurum videtur, plenius in Prognoſtico ſcribitur, ἐν τοῖσιν ἄλλοισι νοσήμασι θανατωδεστάτοισι. Celſus de ſternutamento eleganter (quod aliàs ſalutare videtur) extulit, cap. 8. lib. 2.

In pulmonis inflammationibus ſi lingua tota alba fiat ac aſpera, ambæ pulmonis partes inflammatione vexantur, quibus verò dimidiata lingua, quà parte id apparet, inflãmatio affligit. At quibus quidem ad vnã clauiculam dolor ſubit, iis vna ſuperior pulmonis ala laborat: quibus verò ad ambas clauiculas dolor extenditur, ambæ ſuperiores pulmonis alæ laborant: quibus ad mediã coſtam, media: quibus verò ad quam partem pulmo extenditur dolor permeat, inferna ala laborat: quibus vna tota pars laborat, quæ ei parti reſpondent omnia ægrotant. Si quidem igitur ſuſpenſæ vtrinque pulmonis partes aortæ dictæ, tanta inflammatione tententur, vt ad latus adhæreant, illâ corporis parte reſolutionem ſentiunt, & ad coſtam liuores foris fiunt, quos veteres ictos aut ſydere percuſſos vocabant. Quòd ſi tanta non eſt inflammatio vt adhæreant, dolor quidem totum occupat, neq; tamen reſolutionem ſentiunt, neq; liuores habent.

[400] Τοῖσι περιπλευμονικοῖσιν οἷσι γλῶσσα πᾶσα λευκὴ καὶ βηχία γένηται, ἀμφότερα φλεγμαίνει τὰ μέρεα ἢ πλεύμονος. οἷσι δὲ ἥμισυ, ἓν καθ' ὃ φαίνεται. καὶ οἷσι μὲν περὶ τὴν ἀκανθίδα ὁ πόνος γίνεται, ἡ ἄνω πτέρυξ τοῦ πλεύμονος ἡ μία νοσέει· οἷσι δὲ περὶ ἀμφω τὰς κληῖδας ὁ πόνος γίνεται, αἱ ἄνω πτέρυγες τοῦ πλεύμονος ἄμφω νοσέουσιν. οἷσι δὲ κατὰ μέσον τὴν πλευρὴν, ἡ μέση. οἷσι δὲ περὶ τὴν λαπάρην, ἡ κάτω. οἷσι δὲ ἓν μέρος πονέοισι, πάντα τὰ κατὰ τοῦτο μέρεος νοσέει. ἐὰν μὲν οὖν σφόδρα φλεγμαίνωσιν αἱ ἀορταί, ὥστε περισκαιῆναι περὶ ὃ πλεῦρον, τοῦτο ἀλγέουσι· ἐὰν δὲ μὴ σφόδρα φλεγμαίνωσιν, ὥστε μὴ περισκαιῆναι, ἀλγηδὼν μὲν γίνεται παρ' ὅλον, ἡ μὲν τοῦτο ἀλγέουσά γε, οὐδὲ περιλύματα ἴσχουσιν.

In pulmonia dolor ad iugulum, dorſum, ſcapulas, ſpinam, coſtas, & mammas, grauitatísque ſenſus ad pectus peruadit, vt ſcribitur libris de Morbis. Ex his autem indiciis & ſignis propriis rectè diſtinguas. Linguam vero in pulmonia flauam adſcribit Hippocrates lib. 3. de Morb. & temporis progreſſu nigreſcentem, moribundis autem ſcabram, diffiſſam, & digitis adhæreſcentem. Hîc tamen albam ex halituoſo vapore & inflammationis pituitoſæ natura ponit. Eſt vbi περιπλευμονικὴν γλῶσσαν peculiari denominatione inſigniat, & ὠχρόλευκον eſſe ſcribat, vt ὠχροπέρλω, lib. de loc. in homine.

[399] *Lib. 1. ἐπ. 3.* [400] *Lib. 7. epid.*

καὶ οἷσι μὲν περὶ τὴν ἀκανθίδα] Exemplaria quædam περὶ τὴν κληῖδα legunt, quædam etiam μίαν κληῖδα. Clauiculam autem primam nominat, quòd in coſtarum ordine primum videatur quodammodo locum obtinere, aut certè meliùs primam quaſi vnam accipit. Per clauiculas autem & iugula ſuperiores pulmonis alas indicat, vt & per nothas coſtas & infimam thoracis partem, inferiores alas quas ἀβρόχους φύσιας vocat αἃς καλέουσι λοβοὺς, & quinque numero facit.

[401] *Lib. περὶ αἰδοίων.*

οἷσι δὲ περὶ τὴν διάφραξιν] Hic διάφραξις quà pulmo extenditur ac peruadit ſignificare videtur, & infimam thoracis partem & diaphragma denotat, qua notione diſcriminationẽ vertit Cornarius, niſi ſi fortè διάφασιν legiſſe videatur. διάφασις autem dicitur quòd ad inferiorem thoracem diſtendatur.

αἱ ἀορταί] ἀορταὶ hîc dici videntur (ſi modò locus mendo caret) quæ ἄορτρα ἐν ταῖς γλώσσαις Galeno explicantur his verbis: ἄορτρον τὸ κατηρτημένον τοῦ πνεύμονος μέρος ἑκατέρωθεν, οἷς ἐν τῇ κοιλίᾳ νόσων τῇ μείζονι. ἔτι δὲ ἄορτρωλὸν τὸ αὐτὸ τοῦτο ὀνόματι καλοῦσι οἱ πάνυ δεξιοί. ἐστὶ πάνυ σαφὲς ὅτι. Quam dictionem etiam agnoſcit Varinus, & ἄορτρον τὸ κατηρτημένον τοῦ πνεύμονος μέρος καθὰ τῇ λιπαικράτει eſſe ſcribit. Eſt igitur ἄορτρον pars pulmonis vtrinque dependens, quæ vbi inflammatione tentatur, diſtenditur atque inflatur, in coſtas & latera incumbit, eiſque adhæreſcit. Lib. 2. de Morbis (qui Galeno liber primus de Morbis maior dicitur, vt multis teſtimoniis conteſtatum habemus) ἄορτρα τοῦ πνεύμονος καταδέντα deſcribuntur, atque etiam curatio edoceturſ, ſiue pars illa vtrinque ſuſpenſa per ſe, ſiue ambæ ſimul diſtendantur & diuellantur. Vbi tamen publicata exemplaria vitiosè ἄφρα, recepta vbique lectione, legunt. Et ſanè illum locum à Galeno in Exegeſi deſignatum mihi haud dubia fides eſt, etſi ab interpretibus minimè eſt animaduerſum. Hæ igitur dependentes vtrinque pulmonis partes ad latera adhæreſcentes, hîc ἀορταὶ dicuntur, aut potiùs vt reor ἀορτραὶ ex Dioſcoridis opinione. Hunc enim expreſſum à Galeno & Dioſcoride locum arbitror, cùm ſcribit Galenus ἀορτραὶ aut potiùs ἀορτρωλὸ (vt meliora habent exemplaria) aliquando ab Hippocrate ex Dioſcoridis opinione vocatam. Sunt autem ἀορταὶ Hippocrati dictæ libro de loc. in homine, arteriæ aſperæ cartilagines propè circulares, in totum pulmonẽ à gutture quaquauerſum in renues ramos ac fiſtulas diſperſæ, eiuſque totam ſubſtantiam contexentes. Quæ vbi inflammatione tentantur, diſtenduntur, inflantur, ac tumore intumeſcentes vias faciunt anguſtiores, ac difficiliorem reſpirationem, ita vt concepto humore turgentes lobi in latè incumbant eíque adhæreſcant. Quem in ſenſum appoſitiſſimè accommodari poteſt quod ſcribitur ab Hippocrate lib. de loc. in homine, de fluxione in pulmones ingruente, ὅπαν ἐς τὴν πλεύμονα ῥεύσῃ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐξ βρόγχου καὶ τῆς ἀορτέων, ὁ πνεύμων ἀπαραφορὸς ἐὼν τῇ ξηρὸς φύσει, ἑλκεῖ ἐφ' ἑωυτὸν τὸ ὑγρὸν ὅπ αὖ διώκῃ. καὶ ἐπὶ πολὺ εἰσρύσῃ, μείζων γίνεται. καὶ ὅταν μὲ ἐς ὅλον ῥεύσῃ, μείζων ὁ λοβὸς ἀγομένος, ἀμφοτέρων ἔψαυσεν τῶν πλευρέων, καὶ περιπλευμονίαν ἐποίησεν. Sic enim locum illum legendum exiſtimo, cùm publicata exemplaria ἀρτηριῶν pro ἀορτέων legant, etſi Erotiano vulgatam lectionem atteſtatam non diffiteor. Niſi quis etiam ibi ἀορτρῶν aut ἀορτήρων pro αορτῆ non temerè ſcribendum exiſtimet. Quæ lectio quoque eodem in libro aliàs ex manuſcriptis codicibus eſt confirmata. Qua ratione hîc ἀορταὶ dici poſſunt huiuſmodi lobi & pulmonis vtrinque dependentes partes. Eamque in ſententiam fortè à Galeno ſcriptum videtur, ἀορτρὸν aut potiùs ἀορτρῶ ex Dioſcoridis opinione Hippocrati dictam, cùm ipſe exiſtimaret ἀορτῶ hîc procul omni dubio vocatam fuiſſe, vulgatamq; lectionem nullo merito eſſe mutandam. Aut certè ἀορτῶ etiam Dioſcoridi dictam exiſtimare quis poſſit, itaq; potiùs legendum quàm ἀορτρεῖν aut ἀορτρῶν. Quæ certè omnia ſunt valde arbitraria, & ex coniectura ſola auguranda, præſertim cùm addat Galenus οὐ πάνυ ἐξ σαφές ὅτι. ἀορτεὶς autem aut ἀορτῆ, vt & ἄορτρον ἀπὸ τοῦ ἀορτῆσθαι dici videtur, vt & ἀορτὴρ lorum dicitur Homero ἀδυσ. λ. ex quo clypeus aut enſis dependet. Porrò de pulmonum vitiis multa habes ſcitu digniſſima apud Hippocratem libro de Morbis primo & ſecundo, & lib. de locis in homine, vbi & ἀορταὶ ſæpe tenues illas appendices & σύριγγας, βρογχία appellatas, in totum pulmonem veluti ramulos quoſdam diſſeminatas ſignificant.

βλητοὶ] Rectè ac propriè βλητοὶ antiquis dictos ſignificat, quaſi ſyderatos, ictos, aut ſydere afflatos, aut ex plaga liuidos. Pleuriticos nanque ſic dictos ſcribit Hippocrates lib. de rat. vict. in morb. ac. quòd ſterrore aut difficultate ſpirandi repente ſuffocati totum latus in quo inflammatio deliteſcebat, tanquam ex plaga liuidum habeant: quod etiam περιπνευμονικὸς cõtingit. διὰ τώπας οὖν τὰς προφάσιας τῶν ἑτέρας διαιτᾶσι ἐπὶ μᾶλλον οἱ ὅλοι χρόαμενοι πλευριτικοῖσιν, ἐξαδράσι τῶν ὀλιγημερόπροι θνήσκουσιν. οἱ μὲν γὰρ καὶ τὴν γνάμψιν βλαβέντες, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ὀρθοπνοίας, καὶ τῆς ἑτέρας ἀποπνιγῆναι. μάλα δὲ τοὺς διαιτέοντας οἱ ἀρχαῖοι βλητὰς ὀνομάζουσι, διὰ τὸ δὲ μάλιστα. οὐχ ἥκιστα δὲ ὅτι ἀποθανόντων αὐτῶν, ἡ πλευρὴ πελὴ εὐέλκεται ἠκελοῦν πληγῆ. Quibus in verbis duplicem notationis cauſam exprimere videtur Hippocrates, quòd ſyderati aut icti dicti ſint antiquis, qui de repente tanquam ſydere afflati concciderent, aut quibus poſt mortem liuores tanquam plaga percuſſis, ex inflammatione in latus incumbente, apparerent. Quod etiam innuere videtur his verbis Galenus, καὶ διὰ τὸ ἔχος μὲ τῆς ἀπωλείας ἡ διαιώνη δόξα τοῖς ἀρχαίοις ἀσῃει, καὶ διὰ τὸ πελιδνοῦσθαι ὅτι τῆς πλευρᾶς ἑκάστης ἑκάστοις, ἐὐδὰ δηλονότι ἡ φλεγμονῆς λῶν ἡ ῥίζα. Quorum etiam meminit initio Com. 1. in Progn. Atque hinc fortaſſe teli nomen antiquis petitum videtur, & à Q. Sereno in lateris morbis annumeratum,

Eſt & vis morbi, quod telum commemoratur,
Cùm ſubito dolor inſanus furit incitus ictu.

Varin. quoq; βλητοὶ antiquis dictos ſcribit, ὅσοι ἀπὸ ὀξέων νοσημάτων αἰφνιδίως ἐπελεύτων. Ex eadẽq; opinione pendet quod veteres venenatos pleuritide ſublatos exiſtimauerunt, vt ſcribit Aurelianus cap. 16. lib. 2. acut.) cùm illis expirantibus ſæpe latus aut nigrum, aut liuidum compertũ ſit. At βλητοὶ deſcribuntur libris de Morbis, qui capitis ſtupore ac veluti attoniti, ſtupefactis ſenſibus, tanquàm ſyderati concidunt, ac de repente moriuntur, interque cerebri vitia annumerantur.

Quibus autẽ vnà cum corde pulmo totus inflammatur, ita vt in latus incumbat, ij toto corpore neuorum reſolutionem ſentiunt, & ſine ſenſu iacet ger frigidus, ſecundo autem aut tertio die interit. Quòd ſi contingat vt cor nihil tale quiddam, aut etiam minus patiatur, diutiùs viuunt, nonnulli verò etiã ſeruantur.

[401] Οἷσι δὴ ἅπασα πλεύμων φλεγμαίνει μετὰ τῆς καρδίης, ὥστε περιπεσεῖν τοῖς τῆς πλευρῆς, τοῦδε λύεται πᾶς ὁ νοσέων, καὶ κεῖται ψυχρὸς ὁ νοσέων ἀναίσθητος. θνήσκει δὲ δευτεραῖος, ἢ τεταῖος. ἐὰν δὲ καὶ χωρεῖς ἡ καρδίης συμβῇ, καὶ ἧσσον, πλείονα χρόνον ζῶσιν. ἔνιοι δὲ καὶ διαφεύγουσιν.

Illud, καὶ ἧσσον, obſcurum habet ſenſum. Cornarius ſequentibus iunxit, ac minùs diu viuunt, dixit. Nos ad præcedentia retulimus, vt minus malum & minorem phlegmonem intelligamus.

Ex lateris morbo præcipuè aut pulmonis inflammatione purulentos, calores interdiu quidem tenues, noctu verò intenſiores conſequuntur, neque quicquam effatu dignum expuunt, circa ceruicem & clauiculam ſudores occupant, oculi cauantur, malæ verò rubent, digiti quidem manuum ſummi calent & ſcabri redduntur, vngues autem vnci fiunt & perfrigeſcunt; in pedibus tumores & puſtulas toto corpore habent, ac cibos refugiunt. Atque hæ ſunt diuturnarum vomicarum notæ. Quæ verò celerẽ eruptionem habent, tum ex notis quæ ad eas conſequuntur comprehenduntur, tum etiam ex doloribus qui circa initia fiunt, ſimulque ſi ſpiritus aliquantò maiori cum difficultate trahitur. Rumpuntur autem magna ex parte ſuppurationes, partim quidem vigeſimo die, partim quadrageſimo, partim etiam ſexageſimo,

Quibus igitur inter initia intensus dolor instat, nec non spirandi difficultas, & tussis cum frequenti sputatione, circa vigesimum diem, aut celeriùs ruptio expectanda est. Quibus autem leuiora hæc insunt, pro ratione serior eruptio futura est. Sed & dolorem, & spirandi difficultatem, ac crebram spirationem, eruptionem ipsam præcedere necesse est. Temporis autem ratio ineunda est, ex quo primùm quis dolorem aut grauitatem sensit, aut febricitauit aliquis, aut si quando etiam rigor prehendit. Vt plurimùm igitur breui seruantur, quos febris statim atque eruptio facta est dimittit, & cibos appetunt, & quibus pus facilè educitur album, odoris expers, læue, eiusdemque coloris, sine pituita, ac aluus exigua & coacta reddit. At verò ij moriuntur, quos febres consequuntur, & sitis, & cibi fastidium, si pus liuidum, aut ex pallido virescens, aut pituitosum, aut spumans, ac insuper si aluus est liquida. Quibus autem ex prædictis partim quædam adsunt, partim verò absunt, hi quidem moriuntur, illi verò post longa temporum interualla sani euadunt.

οἷσι μὲν οὖν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇ ἔγκειται σὺν πόνῳ, καὶ δύσπνοια, καὶ βὴξ μετὰ πτυαλισμοῦ, τοῖσδε τὰς εἴκοσιν ἢ σὺν τριήκοντα ἐστὶν ἰδεῖν ἀφόρητα δὲ τὸν χρόνον ἀφ' οὗ τοῦ πόνου ἤλγησεν, ἢ ἐβαρύνθη, ἢ ἐπύρεξεν, ἢ εἴ ποτε ῥῖγος ἔλαβε. τοῖσι γίνεσθαι ἐν ἀνάγκῃ καὶ πόνον, καὶ δύσπνοιαν, καὶ πτυαλισμὸν, τοῖσι τῆς ῥήξιος. οἷσι μὲν οὖν ὅ, τε πυρετὸς λύσεως ἀπὸ τῆς ῥήξιος. οἷσι μὲν οὖν ὅ, τε πυρετὸς λύσεως ἀπὸ τῆς ῥήξιος, καὶ σιτία ὀπτὰ ἐσθιόμενοι, καὶ ὃ πῦον λυάσεται ῥηϊδίως λευκὸν ἐὸν, καὶ ἄοσμον, καὶ λεῖον, καὶ ὁμόχροον, καὶ ἀφλέγματον, καὶ λίπ τε μικρὸ σὺν ἐστὶ κόπτοντι ὑποχωρέει, ὡς ὀλίγη ὀλίγον σὺν τῷ πόνῳ σώζονται σὺν τῷ πόνῳ. οἷσι δὲ πυρετοί τε παρακολουθοῦσι, καὶ δίψα, καὶ ἀποστίν, καὶ ὃ πῦον πελιὸν ἢ χλωρὸν, ἢ φλεγματῶδες, ἢ ἀφρῶδες, καὶ λίπ τε ἐφυγραίνεται, τελευτῶσι. οἷσι δὲ τῶν μὲν ὀλίγον τῶν τῶν τοιούτων μὲν οἱ μὲν ἀποθνήσκουσιν, οἱ δὲ πολλῷ χρόνῳ σώζονται.

Hæc suppuratorum indicia in libros de Morbis sparsa, & ex Hippocrat. Prognostico desumpta, translatione mutationem aliquam acceperunt.

καὶ πτύουσιν] Tussiendi irritam cupiditatem addit in Prognostico, ex qua nil quicquam insigne expuitur, quod hîc omitti non debuit.

χεῖρον δ'] Sic legunt quotquot licuit videre exemplaria, verùm χεῖρον ex Prog. legendum contendo, vt ad δεκτικοὺς referatur, explicato admodum sensu. Quod etsi pusillum est, sensum tamen aliò qui valde immutat, & ab interpretibus non esse animaduersum miror.

τὰ δὲ οὖν χρονίζοντα τοῦ οἰδήματος] ἐμπυήματος legunt interpretes ex Progn. communiore notione, sed nos pluralitatis consensum retinuimus, & vomicas diximus, & aliàs οἴδημα τος nomen suppuratis tumoribus attribui ex Hippocrat. authoritate probauimus.

τοῖσιν ὀπτηθεῖσι] Quæ suppurationes consequuntur indicia tria sunt numero, grauitas, tigor, febris multò quàm antea grauior, ex Progn. σημεῖα τα autem longè explicatiorem sensum præbet, etsi σημαίνεται legitur in Progn.

ἅμα δὲ καὶ ἢν ᾖ] In Progn. ἅμα δὲ ἢν ᾖ ὁ ἑτέρος ἢ ὁ ἄνθρωπος, legitur. Quam lectionem hîc amplectuntur exemplaria quædam. Alia ἢν τε ἑτεροῦ τρόπος legunt.

ῥήγνυται δὲ] Ductæ à rei substantia suppurationum differentiæ, celeriores, aut tardiores eruptiones faciunt. Septimo etiam quædam rumpuntur, (quod rarum est) & vigesimo & trigesimo, vt patet ex Progn. hîc verò prætermittitur.

περιγίνεσθαι δ' ἀνάγκη] Hæc temerè videntur transposita, ideoque suum in locum hoc ordine ex Prognost. inserenda videntur, quem nostra interpretatione retinuimus.

λογίζεσθαι δ'] Ista ad ruptionis tempus referēda sunt, vt inde sit temporis ineunda ratio, ex quo ad præfinitum ruptionis diem peruenias, ex his indiciis suppurationis initium colligens, vt scribitur in Progn. vnde tam temerè sunt suo loco emota.

καὶ τὸ πῦον] Sitim hîc reticet, quam addit in Progn. & ex antithesi sequente addenda videtur. Pus autem ἄοσμον in Progn. reticetur, & ἀφλέγματον, φλέγματος ἀπηλαιωμένου explicatur. Celsus sine pituita dicit, & ὁμόχροον eiusdem coloris, atque etiam vnius coloris. Prorrh. etiam 2. tabescentium sputum laudabile facit ὁμόχροον & ἀφλέγματον, quod alij interpretes, sine inflammatione aut igneo calore dicunt. Vitiosa autem sunt edititia exemplaria quæ ὠμόχροον legunt.

Qui pus intrò collecturi sunt, iis primùm quidem salsuginosum sputum expuitur, deinde dulcius.

[403] Οἱ δὲ μέλλοντες ἔμπυοι γίνεσθαι, τοῦτον, ὃ μὲν πρῶτον ἁλμυρὸν, εἶτα γλυκύτερον.

Libr. 1. & 3. de Morb. sputum dulce in peripneumonia, pulmonis suppurationem indicare, & morbum longum annuumque fore scribitur. Dulce autem sputum ex salso cōcoctionem significat, & humorum temperationem ac fusionem, non secus ac sordium aures colliquato cerebro dulcescere scribit Galenus Com. ad aphor. 18. sect. 5. lib. 6. epid.

Quibus tubercula in pulmone oriuntur, ij pus intra dies quadraginta, ex quo fit ruptio, expuunt, quos si superent, vt plurimùm tabidi fiunt.

[404] Οἷσι δ' ἐν πλεύμονι φύματα γίνεται, ὃ πῦον λυάσεται ἐς μὲν ἡμέρας μετὰ τὴν ῥῆξιν. τούτους δὲ ἐκφεύγοντες, ὡς τὰ πολλὰ φθισικοὶ γίνονται.

Quod antea, & aph. 15. lib. 5. de pleuritide extulit, hîc in vniuersum tumoribus qui in thorace concipiuntur & in pus vertuntur attribuit. Dicuntur nanque φύματα tumores omnes, qui statim oborti augētur, inflammantur, & in pus vertuntur, vt scribit Gal. ad aph. 8. lib. 7. & aph. 26. lib. 3. Sic etiam φυματίαι dicuntur lib. de art. quibus tubercula circa pulmones oboriuntur.

In dolore lateris, sanguinis è naribus stillatio, mala est.

[405] Ἐπὶ πλευροῦ ἀλγήματι, σάξις ἀπὸ ῥινῶν αἵματος, κακόν.

σάξις apud Hippocr. pluribus in locis damnatur, & κρισίμων μὴ κρινόντων iudicium subit, idque præcipuè si die critico contingit, vt fusiùs aliàs scripsimus. Etsi verò pleuritis αἱμορραγίᾳ ἀπὸ ῥινῶν λάβρας ἀθρόον λύεται, (vt scribit ** Aretæus) ea tamen rara est, ac ne vix quidem contingit, vt scribit Gal. cap. 3. lib. 3. de crisibus, ideoque hîc euentus suspectam magis è naribus stillationem facit.

** Cap. 10. lib. 1. de.

Purulentos moderatiùs habentes, si sputa graueolentia consequantur, recidiua interimit.

[406] Οἷσιν ἐμπύοισιν ὀπτὰ κέκαυται ἐγκρίσιν, δύσωδα καὶ τοῦ πτυσμοῦ παρακολουθοῦσι, τούτους ὑποθυμαίνει.

Sputa graueolentia putrilaginis grauitatem, calidi natiui extinctionem, & extranei vehementiam indicant, & tabidorum lethalia

A thalia sunt signa, vt postea scribetur. Sic putis vesicæ graueolentiam damnat Hippocr. aph. 81. lib. 4. & quod ex aure effluit probari vult num grauiter oleat, aph. 12. sect. 5. lib. 6. epid.

Qui in morbo laterali sputa reiiciunt purulenta, aliquantulum biliosa, rotunda, aut purulenta aliquantulum cruenta, iis temporis progressu periculū creatur. Perniciem etiam denunciant sputa nigra, fuliginosa, aut quibus qualia ex vino nigro fiunt.

[407] Οἱ ἐν πλευριτικοῖσιν ἀναπτύοντες πυώδεα, ὑπόχολα, γρηγύλα, ἢ πυώδεα ὕφαιμα, τοῦ ἐλληλυθότος χρόνου. ὀλεθριοι δὲ καὶ οἱ τὰ μέλανα λιγνυώδεα πτύοντες, ἢ οἷσιν ἀπὸ οἴνου μέλανος γίνεται πτύσματα.

ἢ οἷσιν ἀπὸ οἴνου μέλανος] In sputis nigrescentibus insolens est phrasis. Incertum nanque est, num sputa ex rubro nigricantia intelligat, velut quæ vino nigro tincta sunt, an verò fœci ex vino nigro similia, vt & fœculenta intelligantur etiam cum nigredinis vitio.

B Certum tamen ex vtroque modo nigricantia inauditi, quæ ad nigredinem & fuliginem ipsam tendunt calore igneo aucto, & ad exitum adducente, & incoctam putredinem indicante. Quemadmodum αἴθοπα οἶνον sæpiùs Homero dici contendunt, non solùm μέλανα & nigrum, sed & καυστικὸν, quod incendat & ardere faciat.

Qui spumantem sanguinem sputione reiiciunt, cum præcordiorum dextrorum dolore, iis ex iecinore prodit, & plærunque pereunt.

[408] Ὅσοι αἷμα ἀφρῶδες πτύουσι, πονέοντες ὑποχονδρίου δεξιοῦ, ἀπὸ τοῦ ἥπατος πτύουσι, καὶ οἱ πολλοὶ ἀπολλύνται.

Hæc sententia iisdem verbis postea repetitur in his Præsagiis. Sanguinem autem ex hepate & liene sputione reddi satis testatur Areræus vetustissimus author lib. 2. περὶ αἰτ. cap. 2.

C Quibus si concutiuntur, pus lutulentum & graueolens prodit, vt plurimùm moriuntur.

[409] Οἷσι σειομένοισι πῦον βορβορῶδες ἔρχεται καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά.

Illud [σειομένοισι] purulentorum sectionem aut vstionem prodit. Quanam enim parte pus decumbat ad sectionem & vstionem concussione explorat Hippocr. lib. 2. de Morb. Aut certè validum thoracis motum indicat, dum cōcutitur ad puris exclusionem, quo concussu pus educitur & virus suum exhalat. Verùm [ὡς τὰ πολλὰ] concussionem ad sectionem aut vstionem instituendā magis spectare videtur, quòd illius ope interdum euadant. Pus autem βορβορῶδες & δυσῶδες in purulentis mortem denunciat ex libris de Morbis, aph. 44. lib. 7. & Prognostico.

Quibus specillum à pure, velut ab igne, coloratur, ij ferè moriuntur.

[410] Οἷσιν ἀπὸ τοῦ πυὸς ἡ μήλη χρωματίζεται, καθάπερ ἀπὸ πυρὸς, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά.

D Vehementem & indomitam putrilaginem summamq; puri acrimoniam aut malignitatem adesse oportet, qua specillum vulnerarium ad puris eductionem in fistulam immissum velut ab igne, vritur, coloratur, rubescit aut nigrescit. Primis autem sæculis & frugalioribus moribus, ærea erat chirurgica supellex, vt satis patet ex libello περὶ ἐπιδεσμῶν apud Hippocrat. † & Arist. sect. 1. quæst. natur. quòd æri vis quædam remediabilis inest & siccifica (vt loquitur Macrobius) quam in vulnere dimittit.

† quæst. 35. & 36.

Lateris dolore citra inflammationem affecti, cum turbulentis, tenuibus, moderatis, in phrenitidem labuntur.

[411] Μετὰ πλευροῦ ἀλγήματος, μὴ πλευριτικοῦ, καὶ τραχεῖαι λεπτῶν ὀπτῶν, οὗτοι φρενιτικοὶ ἀποβαίνουσιν.

Obseruatio est empirica ex diuersi generis signis conflata, & nulla habens propria phrenitidis signa. Quales sunt multæ his in E Præsagiis & Prorrhetico quæ ἀπίκοπον ἑρμηνεῖαν faciunt, vt scribit Galenus. Τραχεῖαι autem quonam referat ambiguum est, an ad mentem, an verò ad alui deiectiones, etsi vero est simile hîc potiùs mentem spectare. Quem verò lateris dolorem sine pleuritide ponit τὰ ἀφανὰ κατὰ πλευρὴν ἀλγήματα exprimere videtur, ex Prorrh. 22.

In pulmonum vitiis supra modum rubræ sanguinis stillæ, malum denunciant.

[412] Ἐν τοῖσι κατὰ πλεύμονα αἱ λίτραι ἐξέρυθροι, δηλοῦσι ἀποστάξιες, πονηρόν.

Sanguinis stillæ, vt neque in lateris doloribus, ita neque in pulmonis morbis conducunt, ac ferè vniuersali enunciato Hippocrati damnantur, quod sæpè diximus. Quòd si prærubrum & supra modum rubro colore exaturatum sanguinem effundant, ita vt crassior & nigrior quodammodo euadat, vehementis incendij metus est, & seri ab immodica exæstuatione consumpti.

Sputa viscida, salsuginosa, cū raucitate malo sunt. Quòd si adhæc aliquid etiam in pectore sublatum sit, malum significat. In his extenuatis ceruicis dolores perniciem denotant.

F [413] Μετὰ βεγκτοῦ πτύελα γλίσχρα, ἁλμυρώδεα, κακόν. τὰ δὲ καὶ ἐπαίρηται κατὰ στῆθος, ὅτι τούτοισι κακόν. τὰ ἐς βάχηλον ἀλγήματα, τούτων ἰσχναινόντων, ὀλέθριον.

Hæc prompta via est ad tabem, suntque ipsius certissima rudimenta. Vbi enim tanta acris, salsuginosi & viscidi humoris copia è cerebro affluit, vt fauces, thoracem, ac spirituum instrumenta irriget, suspecta ex destillatione tabes est, & ex affluxu ceruicem dolor occupat, morboque trahente corporis extenuatio subsequitur, velut in Thaso contigisse scribit Hippocr. sect. 1. lib. 1. epid. Interdum etiam musculorum laryngis inflammatio, nullo foris se prodente tumore, aut resiccatio suboriri potest. Quomodo i-G σχναινόντων τούτων sumit Præceptor Hollerius, vnde suffocationis, velut in angina, metus impendet.

Raucitas cum tussi & aluo liquida, pus educit.

[414] Βεγκτὸς μετὰ βηχὸς καὶ κοιλίης ὑγρῆς, πῦον λυάσει.

Hoc quoque præsagium tabem ex destillatione minatur. Publicata autem exemplaria αἰκαγὴ pro αὐάγη habent, vt aliàs apud Hippocr. lib. 3. de Morbis in peripneumonia, ἢν μὴ ἐν τῇσι πεπαιεσμένοισι ἡμέρῃσι ἀνύδασιν αἰκαγὴ τὸ πῦον.

In pulmonis inflammatione, quibus circa initia vrinæ crassæ sunt, deinde ante quartum diem tenues euadunt, mors impendet.

[415] Οἷσι ἐν πεπλευμονίῃ ἔστι παχέα ἐν ἀρχῇ, εἶτα πρὸ τῆς τετάρτης λεπταίνεται, θανάσιμον.

Vrinæ istæ tenues raptam sursum materiam statim primo circuitu significant, vnde phrenitis impendet, quæ in pulmonis inflammatione periculum denunciat, ex placito 12. lib. 7.

In pulmonis inflammationibus siccis qui pauca concocta educunt, metuendi sunt.

H [416] Οἱ ἐν ξηροῖσι πεπλευμονικοῖσιν ὀλίγα πεπονα λυάζοντες, φοβεροί.

Pneumonia sicca quenam sit ex Hippocr. monimentis lib. 1. de morb. satis testatum est, nempe in qua pulmonum incendium

humidum omne resiccat & exurit, ita vt nihil educatur, vnde præsens periculum impendet. ὦν δὲ μὴ πνοὴ, σκληρότερός τε γίνεται, ὁ πλεύμων, καὶ συναυαίνεται, καὶ τὴν ἀναπνοὴν ἀπόλλυσι, vt scribitur lib. 1. de Morb. A

His aliquantulum extenti in pectoribus rubores fiunt, & perniciem denunciant.

417 Τὰ ἐν τοῖσι στήθεσιν ἐρυθήματα ὑποπλατέα, γίνεται τοῖς τοιούτοισιν ὀλέθρια.

Etsi sententia ista per se, non relata ad pulmoniam, sumi potest, vt rubores in pectoribus leuiter effusos damnet, quomodo antea quoque in manibus ac pedibus rubores perniciosos scripsit, ac experientia comprobatum sit rubores in extremis partibus ac superficie corporis per morbos acutos enatos, periculi plenos esse, & deficientis caloris natiui significationem exhibere, morbique victoris velut erecta esse de illo trophæa: tamen mihi aptiùs ad peripneumoniam referti & superiori sententiæ coniungi videtur, in qua ob incendij interni vehementiam, ex thoracis & vasorum conceptaculis humor interdum exprimitur, & in superficiem effunditur, talesque apparent rubicundi tumores aut in pectore, aut in aliis corporis partibus, symptomatici potiùs quàm critici, & sunt irrita fatiscentis naturæ ac prope deficientis testamẽta. Aç experientia testatum est huiusmodi rubores præsentem interitum denunciare. Quinetiam in pulmonis incendio Hippocr. lib. 3. de Morb. flammeos tumores in pectore, acuum puncturas ac morsus annotat. ἢν τε ὀδύνη ὀξεῖα ᾖ, καὶ τὸν τόνον καὶ τὴν στήθεα, καὶ παὶ πλευρὰς ὡς βελόναις κεντέοιτο. καὶ κάματος ἅπαν, ὡς πρὸς πῦρ καθήμενος. ἐρυθήματα ὀκφύσει ἐς τὸ σῆθος καὶ τὸν φλογοειδέα. Lib. verò περὶ ἑπτὰ παθῶν, οἰδήματα κατὰ χεῖρας καὶ στήθεα, καὶ ἐρύθημα ὀν τῇ ὄψει, adscribit. At certè aliôqui præceps morbus est, vt qui intra diem septimum plærunquè interficiat. B

Lateris dolor cum bilioso sputo præter rationem euanescens, ægros in vehementem & furiosam mentis emotionem agit.

418 Πλευρὸς ἄλγημα ἐν πτύσει χολώδει ἀλόγως ἀφανισθὲν, ὀξίσταται.

Ex Prorrh. 97. repetita est hæc sententia, vbi pro ἐξίσταται, ἐξίστανται legitur, & πλευροῦ ἄλγημα adscribitur, cùm in edititiis codicibus πλευροῦ tantùm legatur, & ἐρύθημα referendum sit, aut ἄλγημα subaudiendum. C

Quæ ob puris intrò collectionem febres intermittunt, in his magna ex parte ægri tenuibus sudoribus diffluunt.

419 Οἱ δὲ ἐμπύημα πυρετοὶ ὀξυλείποντες, ἐφιδροῶντες οἱ πολλοί εἰσι.

In suppuratis febres sunt leues, obscuræ & inæquales, crebris repetitionibus affligentes, interdiu mitiores, noctu & cibo sumpto vehementiores, vt scribitur in Progn. & antea his in Præsagiis est annotatum. Quod effecit vt intermittentes vocaret, ob obscuritatem, non secus ac ὀξυλείποντας interdum dici scribit [t] Galenus, eas quæ licet ad integritatem non desinunt, remissiores tamen quasdam habent accessiones & mutationes. In his quoque suppuratorum febribus, sudoris copia elicitur, & magna ex parte sudorificæ sunt, idque ob virium imbecillitatem, vt scribit Gal. in progn. & nos antea adscripsimus. Has verò febres velut latentes Aretæus ἀμυδροὺς vocat, easque in tabidis planiùs his verbis [u] describit: ξωΐσεσι δὴ καὶ πῦρ ξωιεχὲς, ὡς μὴ δοκέειν, λήθον μὲ ἔκοπε, λήθον δὲ δι' ἡμέρης ἱδρῶσι καὶ ψύξει τὴν ἀπαλιώσεος. καὶ γὰρ καὶ ἐόδρα φθίσις ἔσι, ὦν ἡ θέρμη ζωπυρῆ, καὶ ἐς νύκτα ἐκλάμπει, ἡμέρην δὲ αὖσις ἐν τοῖσι σπλάγχνοισι φωλεύει. D

[t] *Comm. 3. in lib. 1. epid.* [u] *Cap. 10. lib. 1. χρον. παθ.* *Cap. 8. eiusd.*

Surditas pus intrò colligentibus suborta, sanguinolentam deiectionem denunciat. His sub mortem nigra egeruntur.

420 Τοῖσιν ἐμπύοισι κώφωσις γλωλεὴν, αἱματώδεα ἀφεχώρησιν σημαίνει. τούτοισι πρὸς τὴν τελευτὴν μέλαινα ἀφεχωρεῖ.

Nil est necesse in suppuratis surditate tentatis ob cerebri imbecillitatem, sanguinolẽtam deiectionem videri, & aliôqui diuersi sunt generis signa & valde disparata, neque quod semel obseruatum est illico in artis præceptiones trahi debet.

Lateris dolor cum diuturna febre, puris eductionem fore denotat.

421 Πλευρὸς ἄλγημα μετὰ πυρετοῦ χρονίου σημαίνει πῦον ἀναίξειν. E

Lateris dolor cum diuturna & lenta febre suppurationis metum non abs re iniicit, præsertim si longa tussis aut difficultas spirandi adfuerit. Hîc verò codices publicati asterisco apponũt, vitij notam, cùm tamen aliôqui locus integer videatur. Quod non alia fieri ratione credo, nisi quod codices scripti quidam πτυσμοῦ pro πυρετοῦ legũt, vt diuersa lectio notetur, & per strangulatum difficultas spirandi insignis & vehemens, quæque diu traxerit intelligatur, quod & antea ab hoc authore factitatum est. At que hunc in sensum accipi poterit sententia huius præsagij 113. antea expressa.

Qui subinde horrore corripiuntur, ad suppurationem deueniunt. Quinetiam febris talem ad suppurationem ducit.

422 Οἱ φεικώδεες πυκνὰ ἐς ἐμπύησιν ἔχουσι. ἀπαρὴ πυρετὸς τοιοῦτον ἀγαγὲς ἐμπύησιν. F

φεικώδεες πυρετοὶ tabis comites diximus initio huius præsagij. Quin & eos quibus pus intrò collectum est toto corpore subinde inhorrescere scripsimus, & ex Prognost. testatum fecimus.

Quos ex lateris dolore cibi fastidia comitantur, iis os ventriculi aliquantulum dolet, & sudoribus diffluunt. Vbi autem facies ruboribus velut efflorescit, & aluus est liquidior, pus in pulmonibus collectum habent.

423 Οἷσιν ἐκ πλευρὸς ἀλγήματος ἀσιτίαι τοῦ στομαχοῦ ὀδυνοῦσιν, ὑπὸ δὲ καρδίαν λυγκὶ, ἱδρώδεες. ἔχοντες δὲ τὸ πρόσωπον ἀνθῆ, καὶ κοιλίης ὑγρότερης, ἐκπύημα κατὰ πλεύμονα ἔχουσι.

Hæc sententia diagnostica est, & puris collectionem circa pulmones indicat. Quæ ratio me mouit vt in publicatis codicibus disparatas istas sententias simul connecterem, tum etiam quòd symptomata ista ferè pulmonũ vitia consequuntur, & antea quoque adumbrata esse videntur (sent. 67.) & illic explicata. Quin & ciborum inappetentiæ, & malarum ruboris in purulentis, antea facta est mentio, & ex progn. traducta. Et in suppuratis * ἀσιτίαι δεικνύει, scribit Hipp. lib. 1. de morb. In his quoque Aretæus * διαφοείλω, ἀποστείλω, annotat, & in tabidis ἄσιτοι, διαφοείνω, ἀποστείνω. Sic quoque in vitiis pulmonum malarum rubor notatur, & τὸν κύκλον τοῦ προσώπου ἐρυθριῶν scribitur lib. 2. de morb. & τὰ μῆλα exponit Gal. in Exegesi. Aretæus etiam ἐρυθρὰ τὰ πρόσωπα, δηλῶν μᾶλλον τὰ μῆλα, & μῆλα ὑπόχρουα καὶ ἐρυθρὰ, hoc est malas extantes & rubẽtes, phthificis adscribit. Hîc igitur τὰ πρόσωπου αἴθη, floridum faciei colorem & ruboribus quasi efflorescentem significant, & aliàs sæpe πρόσωπον εὐχροῆν vocat Hippocr. Et Gal. in Exeg. τὰ αἴθεα ἐρυθήματα ex his Coac. Prænor. significare scribit, haud dubiè hunc locum exprimens, vt alibi scripsimus.

* *Cap. 9. lib. 1. περὶ χρ. παθ.*

Spirationes quę non nisi erecta ceruice ducuntur, hydropem siccum faciunt.

424 Τὰ ὀρθοπνοϊκὰ ποιέει ὑδροπικὸν σκληρόν. H

Ambigua est scriptio. Incertum nanque an in hydrope erectæ ceruicis spirationem (quam orthopnœam vocat) adesse velit, ob insignem tumorem, & spiritus angustiam, vt experientia testatur, & scripsit Hippocr. lib. περὶ ἑπτὰ παθῶν, & hîc interpretes sunt assecuti:

A assecuti: an verò ex vitiis pulmonum & thoracis, quæ eam spirandi difficultatem quæ fit erecta ceruice, habent, hydropem siccum contrahi velit, quod magis est probabile. Nam quòd hîc thoracis & spiritalium partium vitia expediat, ὀρθοπνοϊκὰ pro thoracis malis in quibus est erectæ ceruicis spiratio, sumere videtur. Certum est enim hecticos, tabidos, asthmaticos, & qui ex pulmonia laborant, hydrope magna ex parte corripi, intemperie hepati à pulmone, aut alia ex parte communicata. Aliquando etiam aqua in spacio thoracis collecta, hydrops thoracem occupat, atque eorum sectionem edocet Hippocr. lib. περὶ ἑπτὰ ἐνὸς παθῶν & lib. 2. de Morb. vulgariter inscripto. Hydropem autem siccum hîc contrahi scribit, aut σκληρὸν, quod Interpretes ad ὕδερον πλευμονικὸν ex tuberculo duro & grandinoso enatum referunt, de quo scribitur ab Hippocrate libris de Morbis & περὶ ἑπτὰ ἐνὸς παθῶν. Siccumque vocari existimant, quòd nihil per eum tussi educatur, aut quòd interdum in pulmonibus reficcata vi caloris pituita & indurata grandinis aut lapidis instar, asthma & orthopnœam inducat. Etsi solenne est Hippocrati hydropem siccum vocare, qui aliis Tympanites dicitur, vt antea scripsimus, quem μετ' ἐμφυσήματος, quòd à flatibus fiat, nominari scribit lib. 4. de rat. victus in morb. acut. & B ὑπὸ τῶν νευρώνων καὶ τῆς ὀσφύος ἀρχομένου, in Prognostico. Quem hîc quoque non temerè inaudiri æquum est, quòd & in pulmonum vitiis ex imbecillo calore & affecta facultate naturali, flatibus distento corpore nonnunquam oboriatur. Quod etiam Aretæus in Medendi arte non ignobilis author obseruauit, & in pulmonariis non temerè suspectat, cùm scribit, [t] μετεξέτεροισι δὴ ἐς ὕδερον πρὸς λαγόνα ἢ αὐαιδρόκρα τὸ πάθος πλευτᾶ. Sic enim ὕδερον πρὸς λαγόνα, ὑδρωπικὸν ξηρὸν non malè subintelligas. At certè hîc ὑδρωπικὸν σκληρὸν, idem quod antea ὑδρωπικὸν ἄκρον ξηρὸν, intelligi videntur, & fortè ξηρὸν pro σκληρὸν rectiùs scriberetur, nisi constantissimus esset codicum omnium consensus, & σκληρὸν καὶ τὴν ξηροῦ Hippocrati sumi interdum mihi optimè conscius essem. Sic δέρματα καρφαλέα καὶ σκληρὰ, cutem aridam & siccam vocat aph. 71. lib. 5. & aphor. 15. sect. 6. lib. 6. epidem. Vbi nullo sensus discrimine interpretes omnes siccum pro duro posuerunt, cùm cutis sicca dura sit, & ex consecutione siccum durum. Cumque hydrops siccus passim Hippocrati dicatur, eum potiùs retinere cum interpretibus, quàm hydropem durum dicere maluimus.

[t] *Cap. 12. lib. 1. χρ. παθ.*

C

Diuulsa omnia quidem molestiam exhibent, & intẽsos dolores circa initia creant, ac interposito temporis spacio quibusdã sui sensum in memoriam suggerunt. Grauissima autem sunt quæ circa thoracem fiunt, præcipueq; in periculum adducunt.

425 Τὰ σπάσματα μὲν πόνον παρέχει λυγκὶ, καὶ πόνους τε ἐν ἀρχῇ σφοδροὺς παρέχει, καὶ ὀξὺ ὑστέρου σπάσας ὑπομιμνήσκει. δεξιολωτέρα δὲ τὰ τοιαῦτα θώρηκα, μάλιστα δὲ κινδυνεύουσιν.

σπάσματα vulsa dicuntur & distentiones quæ neruosis partibus accidunt, cùm quæ in ipsis sunt fibræ conuelluntur, vbi ex ictu aliquo vim sentiunt, aut irruente aliqua causa externa subitò & affatim intenduntur. In vnitatis solutione citra vulnerationem reponuntur Galen. lib. 3. Meth. quanquam quod in carne est ἔρεισμα, id in neruosis partibus σπάσμα intelligatur. σπάσματα verò quan- D nam sint, & quanam ex causa plurima fiant, circa thoracem præcipuè, indeque suppurationes oriantur, ac interdum mors accessatur, lib. 1. de Morb. fusissimè persequitur Hippocrates, vt inde liberalissimè haurire liceat, vbi & σπάσμα interdum σπασμὸν dicitur, & tractum quendam violentum aut distensionis sensum in vena aut carne significat. Quod autem scribitur, ἐξ ὑστέρου ὀνίης ὑπομιμνήσκει, hunc sensum habere videtur ea locutio, vt indicet, in quibusdam longo pòst tempore diuulsa sui significationem exhibere ac dolores facere, aliosque progressu temporis futuros denunciare, velut quibusdam circa initia intensos dolores creare, imbecillitatemque ex diuulsione relictam fluxionem facere & excipere, indeq; non probè confecto alimento dolorem & morbum temporis successu renouari. Ac ferè similis est phrasis lib. 1. de Morb. cùm conuulsiones ac ruptiones iuuenibus adesse scribit: Θ πόνοι τε καὶ παραυτίκα ἐκδηλα γίνονται, καὶ ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ αὖ καταφαίνεται.

Qui sanguinem euomunt cum febre multa, dolore ad mammam, thoracẽ & dorsum, quibus inquam hæc insunt omnia, ij breui moriuntur, quibus autem non omnia, neque intensè adsunt, tardiùs. Ad summum autem diebus quatuordecim inflammationem concipiunt.

426 Οἷσιν αἷμα πολὺ μετέωρον καὶ θερμότερον, ὅταν ἐγκεκλισμένοισιν ὀπὴ φάτνης ἀνοιγῇ, βάρος ἐξηρτῆσθαι δοκεῖ, τούτοισι δὲ πῦον οὐκ ἐνὸς μέρεος ἐστίν. E

Mihi videtur ista sententia rectiùs cum superiore coniungi, vt de diuulsis intelligatur. Sic enim scriptio & sensus postulare videntur, contra tamen omnium codicum fidem. Aptiùs nanque hoc modo congruet, μάλιστα δὲ κινδυνεύουσιν οἷσιν ἔμετος αἵματος &c. In conuulsis autem ac ruptionibus circa thoracem, sanguinis adesse vomitum fidem facit Hippocrates lib. 1. de Morbis. Ac offensio quidem celeriùs interficit, si cum febre & vehementibus circa thoracem doloribus adfuerit, aliôqui diutiùs trahit. Ad summum F autem diebus quatuordecim aut viginti inflammatio suboritur, ac nisi thorax per spata repurgetur, ad suppurationẽ tẽdit. Quòd si quis vomitum per se accipiendum contendit, huic loco aph. 37. lib. 7 accommodari possit, ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν, ἢν μὲ αὖ ἐν πυρετῷ γένηται, εἰ δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν.

Sanguinem spuitione reiicientibus sine febre esse conducit, ac tussi & dolore leuiter conflictari, sputumq; ad dies quatuordecim tenuari. Intensè autem febricitare, ac tussire, aut dolere, sanguinémq; recentem semper spuere minimè conducibile.

427 Τοῖσιν αἷμα πτύουσιν ἀπυρέτοις εἰ συμφέρει, καὶ βήσσειν καὶ πονέειν ἐλαφρῶς, καὶ ὀλίγον λεπτύνεσθαι πρὸς τὰς δίς ἑπτά. πυρέσσειν δὲ καὶ βήσσειν, καὶ πονέειν σκληρῶς, καὶ αἷμα πρόσφατον ἀεὶ πτύειν, ἀσύμφορον.

Ruptis ista ferè accidunt, quæ quò leuiora sunt, eò minorem perniciem ostentant. Aliôqui nisi sanguis in breui per sputa reiiciatur ac repurgetur, concepta in thorace inflammatione, pus intrò colliguat, & tabe periclitantur. De his verò omnibus amplissimè agitur lib. 1. de Morbis. G

Quibus latus in tumorem sublatum est ac calidius existit, vbi in alterum latus incumbentibus, pondus quoddam suspensum esse videtur, iis pus vna in parte collectum est.

428 Οσοισι δὲ πλευρὸν μετέωρον καὶ θερμότερον, ὅταν ἐγκεκλισμένοισιν ὀπὴ φάτνης ἀνοιγῇ, βάρος ἐξηρτῆσθαι δοκεῖ, τούτοισι δὲ πῦον οὐκ ἐνὸς μέρεός ἐστιν.

Tumor & dolor materiæ affluxum ad thoracem indicant, & sunt solennia collecti puris indicia libris de Morbis. Quin & ponderis ac grauitatis in latus incumbentis sensus est, nec ferè tolerabilis est in sanum latus inclinatio, ex puris in latus collecti copia H & pondere. Quæ nota celebratur in omnibus offensionibus quæ latera grauant, veluti in lateris tuberculo, aut pulmone in latus illapso, vt scribitur lib. 3. de Morbis. In Prognostico, vnde hæc sumpta videntur, dolorem & calorem notas addit puris in alterutro latere latentis, & ægro in latus sanum reclinato ponderis sensum & grauitatis. In his igitur reliqua spes ad sectionem & vstionem conuertenda, quæ ex libris de Morbis & libro περὶ τῶν ἑπτὰ παθῶν petenda est.

In pulmone pus colligentibus, per aluum pus secedere, mortiferum.

429 Τοῖσιν ἐμπύοισι τὴν πλεύμονα, καὶ κοιλίῃ πῦον ὑποχωρέει, θανάσιμον.

Pus in thorace collectum interdum naturæ quodam miraculo in aluum effunditur, per cœcas & anfractuosas vias quasdam quas docet Galenus lib.5.& 6.de loc.affect.& Comm.ad aph.30.lib.7. γινωσκόντων ἡμῖν (vt idem scribit*) ὡς ἀεὶ τῇ ὕλαις ὁδὸν εὐείσκειν οἷεται τὴ φύσιν ὁ Ἱπποκράτης, ὅταν ἐῤῥωμένη τυγχάνει, καὶν ὅτι μάλιστα παχεῖαι πῶς εἰσὶ, καὶ διᾷ λεπτῶν ὁδοὶ πορεύσι πόρων. Magna tamen ex parte quibus pus per aluum secedit, eos mors consequitur, quòd puris acrimonia aluum vellicet & effundat, ac naturales facultates prosternat. Adeò vt in his alui fluxus inter lethalia signa ab Hippocrate recenseatur aph. 12. & 14.lib.5.& 16.lib.7. Quò etiam τὴν περὶ πλεύμονα διᾷ δόσιν κάτω in rabidis maluimus referre nostris in libr.3. epid. annot. quàm ad puris per aluum effusionem, quod ab aliis factitatum scimus. Qua autem ratione exitium afferat pus per aluum secedens, eleganter his verbis explicat Hipp.lib.1.de morbis: Ὅτι μὲν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀέρα, καὶ ἐς τὴν κοιλίαν μάλιστα συῤῥεῖ, καὶ γίνεται πύος, πᾶσι τοῖσι ἐνεόντι. τὸ δὲ καὶ ἐς τὴν κάτω κοιλίαν ῥεῖ, καὶ ὀνίσκει καὶ ἀναστρέφει τὴν κοιλίαν ἐπ' αὐτὸ, καὶ διὰ φορέει τὴν αἰθρωπον. καὶ ὅ εἰσιόντα τῆς σιτίων, διαχωρέει ἄπεπα. καὶ ὅφρ' ἀπ' αὐτῆς οὐ γίνεται τῇ σώματι. ἢ τῆς πύσματος ἀέρα καθαρσις, ἐκ ὀμαλὴ γίνεται. ἄπτει διαθερμαίνεις τὴ κοιλίης ἀγρύσης πάντα κάτω, ἐφ' ἑωυτέω. καὶ ἐπὶ μὲν τὴν πύσματος, πίγνεται τε καὶ ῥέῃ ἡ καθαιρόμενος. ἐπὶ δὲ τὴν χαρος ῥεύσιος, ἐξαπολύει, ὡς τὸ πολλὰ διαφθείρεται. Et partim quidem à superioribus partibus, in superiorem præcipuè ventrem confluit, & pus fit, præter id quod iam adest. Partim verò etiam in inferiorem ventrem confluit, ac interdum ab ipso aluus conturbatur, & ægrotũ peremit. Ingesti enim cibi inconcocti secedunt, neque alimentum ab ipsis corpori accedit. Neque sputi per superiora expurgatio æqualis fit, concalefacta nimirum aluo, & omnia deorsum ad se deducente. Et à sputo quidem suffocatur cum stertore, dum non repurgatur, à fluente verò aluo debilitatur, fereque interimitur.

* *Com.ad aph.54.lib.7.*

Vulnere in thoracem accepto, siquidem externa vulneris pars sanitatem receperit, interna verò nequaquam, suppurationis periculum impendet. Quibus autem interni vulneris cicatrix debilis effecta est, promptè rescinditur.

430 Ὅσοι τρωθέντες ἐς τὴν θώρηκα, ὁ μὲν ἔκτος τῆς τρώματος ὑγιάσθησαν, ὁ δ' ἔντος μὴ, κινδυνεύουσιν ἔμπυοι γενέσθαι. ὅσοισι δ' αὖ ἀσθενὴς ἐνέοδεν ἡ οὐλὴ γένηται, ῥηϊδίως διαῤῥήγνυται.

Hic agitur de purulentis ex vulnere, quorum euentus & occasiones fusiùs prosequitur Hippocrates lib.1. de morb. vnde hæc apertè translata videntur. Quod autem hîc διαῤῥήγνυται dicitur, αὔξησιν ποιεῖται ponitur lib. de Morbis, vt vlcus denuò renouari & cicatricem refricari, rescindi, aut refringi indicet. Quam in notionem aliàs etiam διαῤῥήγνυται vsurpatur Hippocrati libr. 1. de Morbis.

At sanè ex suppurationibus quas pulmonum morbi excitarunt, ferè senes moriuntur, ex cæteris verò iuniores.

431 Ἀπόλλυται δ' ὀκ μὲν τῶν περὶ πλεύμονιακῶν ἐμπυημάτων οἱ γεραίτεροι μᾶλλον. ὀκ δὲ τῶν λοιπῶν οἱ νεώτεροι.

Ex Prognost. huc translatum videtur. At lib.1. de Morbis causas affert, ob quas in pulmonis inflammationibus iuuenes senibus difficiliùs anguntur, etsi senes faciliùs repurgari contendit.

Quibus purulentis ab humeris concussis, multus editur strepitus, ij minùs habent puris, quàm quibus paulò difficilior inest spiratio, iique meliùs colorati videntur. Quibus verò nullus intus fit strepitus, difficultas tamen spirandi vehemens adest, & liuescunt vngues, ij pure pleni sunt, & perniciosè habent.

432 Τῶν ἐμπύων οἷσι στενοθύοισιν, ἀπὸ τῶν ὤμων πολὺς τῶν φόφος, ἕλκεσιν ἔχουσι πῦον, ἢ οἷσιν ὀλίγον δυσπνοωτέροισιν ἐῶσι καὶ εὐχροωτέροισιν. οἷσι δ' φόφος μὴ μηδὲ εἷς ἐγγύς, δυσπνοια δ' ἰσχυρὴ, καὶ ὄνυχες πέλιοι, πλήρεες οὖτοι εἰσὶ πύου, καὶ ὀλέθριοι.

Pus intrò collectum obscuras interdum habet dignotionis notas, quò postea ad vstionẽ & sectionem (quæ vnica reliqua spes est) tendatur, & inde pus effluat. Quocirca in puris deprehendendi doctrina plurimùm elaborat Hippocrat. libris de morbis, & emittendi puris viam sectione & vstrina aperit, lib. præcipuè 2 & 3. de Morbis & lib. περὶ τῶν ἐνόντων παθῶν. Quibus ex locis deprompta videntur hæc prognostica. Corpore igitur priùs calida probè loto & ab humeris concusso, ea quam Hipp. tradit ratione, si pus intus fluctuare & strepitum edere audiatur, quanam in parte redundet videndum est, vt illic vstione aut sectione, magna adhibita cautione, via fiat. Quòd si ne sic quidem ex corporis concussione pus deprehendas, quòd nulla fluctuatio aut nullus strepitus inaudiatur, non continuò tamen pure vacuum corpus existimandum, cùm interdum suppuratio interna ob puris copiam & crassitudinem, aut loci, delitescat, ex aph. 41.lib.6. Ideoque reliquæ puris deprehendendi notæ ab Hipp. enumeratæ in consideratione adhibendæ sunt, velut crebrior ac difficilior spiratio, pedum tumor, febricula perseuerans, oculi caui redditi, totius cutis ac cauitatis oculorum tumor quidam, tussis perpetuò affligens, vngues liuidi ac curui, sudores crebri & tenues frontem præcipuè ac ceruicem occupantes. Ea enim ferè sunt pure plenorum indicia. Ac demum ad locum sectioni designandum adhibendum Hipp. consilium, & ex his locis quos indicauimus, firma puris emittendi doctrina hauriendà. Quantum autem ad scriptionem attinet, σημαίνοισιν ἀπὸ τῶν ὤμων iungimus, facilioris intelligentiæ gratia, quòd Hippocrat. corpus in firma sella collocatum, ab humeris correptum concuti velit: etsi ferri potest vulgata lectio, ἀπὸ τῶν ὤμων πολὺ γίνεται φόφος, quòd in ea ab humeris concussione, si aures propiùs admoueantur, strepitus inaudiatur. In hoc etiam omnium codicum consensum secuti sumus, quòd ἢ οἷσιν ὀλίγον δυσπνοωτέροισιν legimus, etsi Cornarius aliique interpretes ὀλίγης legisse videntur, & ad paucum puris strepitum retulisse, quòd puris copia thoracem replens fluctuationem impediat. Neque enim me latet pus multum sua crassitudine, paucum aut prope nullum strepitum edere, vt ex his etiam quæ sequuntur patet, quæ simul quoque coniunximus, vetustatis authoritatem, vt in cæteris, amplexi: tum quòd δύσπνοια ἰσχυρὴ quodammodo τοῖς ὀλίγον δυσπνοωτέροισιν ex aduerso respondere videatur. Et certè vtrobiq; idem est doctrinæ consensus, nisi quòd exemplarium consensio mihi magnę semper fuit religioni. Illud autem εὐχροωτέροισιν ad malarum ruborem referri debet, quod est purulentorum indicium, vt antea diximus, & ex Hipp. Prædictionibus satis annotatur. πλήρεες autem legendum esse constat, manifesto in publicatis codicibus mendo, qui πλήρες pro πλήρεες aut πλήρεις, legunt.

Qui spumantem sanguinem euomunt, partibus infra septum transuersum dolorem nequaquam sentientibus, iis ex pulmone vomitio fit. Ac quibus quidem insignis in eo venæ ruptio fit, copiosus vomitione reiicitur, periculúmq; imminet. Quibus verò minor, minùs reiiciunt, & maiorem sanitatẽ promittunt.

433 Ὅσοι ἀφρῶδες αἷμα ἐμέουσι, πόνος μὴ ἐόντος κάτω τοῦ διαφράγματος, ἀπὸ τοῦ πλεύμονος ἐμέουσι, καὶ οἷσι μὲν ἡ μεγάλη φλὲψ ὀν αὐτῇ ῥήγνυται, πολύ τε ἐμέουσι καὶ εἰσὶν ὀπτικίνδυνοι. οἷσι δὲ ἡ ἐλάσσων, ἕλκεσίν τε ἀναγρεσι, καὶ εἰσὶν ἀσφαλέστεροι.

Sangui-

A Sanguinem spumantem expui, ex pulmone reiici testatum est ex placito 13. lib.5. Hîc autem ἐμέειν impropriè sumi videtur pro eo quod copia quadam sursum per os reiicitur, quemadmodum lib.1. de Morbis in sanguinis copiosi sursum ex thorace reiectatione sæpiùs sumi videtur, & aph.13.lib.5.in quibusdam exemplaribus legi testatur Galen. Aut certè eo verbo quęcunque ex pulmone aut thorace educuntur, complectitur huius Progn. author. Qua notione sumi videtur aph.37.lib.7. Necesse autem est copiosum & spumantem sanguinem ex insigni aliquo pulmonis vase educi, etsi potest ex pulmonum substantia paucus & spumans efferri. Quantum autem discrimen ex vasis alicuius insignis in thorace ruptione impendeat, & quàm maximè ex huiusmodi offensionibus periclitentur iuuenes, eleganter scribitur ab Hippocr. lib.1. de Morbis.

434 Τῶν φθισικῶν οἷσιν ὅπτι τῦ πυρὸς ὀζῇ ὁ πθίαλον κνίσης βαρὺ, καὶ αἱ τρίχες ὀκ τῆ κεφαλῆς ῥέουσιν, ἀπόλλυται.

Tabidi quorum sputum igni impositum grauem nidorem redolet, & capilli è capite defluunt, moriuntur.

B A suppuratis ad tabidos facilis est transitus, quibus graueolens sputi nidor & capillorũ defluuium impendens exitium denunciat, ex placito 11.lib.5. Sic lib.2.de morb. idem scribitur, τούτῳ μὲν δὴ αἱ τρίχες ἤδη ὀκ τῆ κεφαλῆς ῥέουσι, ὁ ψιλῶσι τὴν κεφαλὴν αἱ, ὀκ νόσῳ, ὁ πθίον τὸ ἐπ' αὐθράκας βαρὺ ὄζῃ τὸ σίδηρον, φαίαι αὐτὴν ἀποθανεῖσθαι ἐν τῆς ὀλίγου χρόνῳ. Cod. editi tij ὀζῇ pro ὄζῃ aut ὄζει hic manifesto vitio legunt. Sed neque in cæteris consentiunt. A sulanus nanque κνίσης legit, Germanicus κνίσῃ. Quæ lectiones etsi mihi non improbantur, animaduertenda tamen est quorundam exemplarium lectio, quæ sic legunt. τῶν φθισικῶν, οἷσιν ὅπτι τῦ πυρὸς τὸ πθίαλον κνίσῃ βαρὺ, hoc est, igni impositum grauem nidorem reddiderit aut exhalarit. Quam lectionem sequuntur omnes interpretes. Quæ quamuis plurimùm arridet, ὄζει κνίσης βαρὺ tamen rectè retineri potest, quòd eam lectionem vsurpet lib. de Morb. 2. vnde ista videntur translata, τῷ πυρὸς ὄζῃ κνίσης ὅπτι τοῖσιν αἴθραξι, istud prunis impositum nidorulentum odorem exhalat.

C 435 Τῶν φθισικῶν οἷσιν ὅπτι θαλασσαῖον πθύοισιν, ἐς τὴν πυθμένα βαδίζει ὁ πῦον, ὀλέθριον σωτόμως. ἔστω δ' ὀν χαλκῷ ἡ θάλασσα.

Tabidis in aquam marinam expuentibus, si pus fundum petit, celerem perniciẽ denunciat. Sit autem marina aqua in æneo vase.

Puris grauitas, consummata putredo, & caloris natiui defectio, aut spiritus priuatio indicatur, cùm in aquam demissum fundum petit, eoque magis si in aquam marinam, quæ sua salsedine densior est ac spissior, mergatur. Aretæus autem medendi nobilissimus author, huiusmodi puris probandi igne aut aqua notas, quibus vtuntur qui de morbo dubitant (inquit Celsus) his verbis contemnit: * ὅσοισι δὴ ἡ πυελὴ, ἢ ὕδατι ὡς ὑγρὰ τεκμαίρουται, ἢ κάρτα μοι δοκέουσι φθίειν οὔδε γινώσκειν. πιστοτέρη δὲ ἡ ὄψις κάπασης ἄλλης αἰσθήσιος, ἢ πθὶ αἰωρεομένων μορίων, ἀλλὰ ὡς τῆ ἴδιος τῦ νοσέοντος. ἰῶν δὲ ὡς δίκαστης, ἴδη τὴν αὐθρωπον ἀκρὸν, κόσμαίνη, αἰαλόωντα, ξωντηκόπα, ἀπρεκέα μαν πύεται φθίει. Quicunque enim aut igne, aut aqua, humiditatum notas explorant, ij non admodum tabem mihi dignoscere videntur. Nam & inspectio ipsa quouis alio sensu certior est, non solùm eorum quæ sursum educuntur, sed & ipsius ægrotantis habitus. Si quis enim vel plebeius hominem viderit pallidum, imbecillum, tussi conflictatum, extenuatum, certò tabem denunciat. Verùm hæc indicia, non ad morbi aut puris dignotionem, sed ad mortis prædictionem adhibenda censet Hippocrates.

D

* *Cap.8.lib.1. Curat. morb.*

436 Ὅσοισι τῶν φθισικῶν αἱ τρίχες ὀκ τῆ κεφαλῆς ῥέουσιν, ἀπὸ διαῤῥοίης ἀπόλλυται. καὶ ὅσοισι φθισικοῖσιν ἐπιγίνονται διάῤῥοιαι, δυνήσκουσιν.

Tabidi, si capilli è capite defluunt, alui profluuio moriuntur. Et tabidis si succedant alui profluuia, moriuntur.

Aphorismus est. 12.lib.5. Et ῥύσις, quæ alui profluuium, aut capillorum defluuium aliquando denotat (vt aph.16.lib.7.) tabidos E morti vicinos denunciat. Alui autem profluuium in tabidis vt signum & causa damnatur, etiamsi solum adfit, ex aph.or.14.lib.5. etsi non tam præsentem mortem denunciet, quàm cum capillorum defluuio, aut sputi graueolentia. Lib.2.de Morbis, in tabidis, τὴ δὲ κτένιον ἔσεται διάῤῥοιαι, scribit. Et Aretæus, τοῦτοισι ἰῶ κοιλίη ὀκπαρεαχθῆ, αἰὲ ἔλπιστος. Alui autem profluuium accipiẽdum quod vi & morbi ratione accidat, vt scribit Gal. aliôqui fallax esset prædictio.

437 Αἱ ὀν φθινώδεσιν ὅπταχέσιες πθυάλων ἐξιᾶσι ληρωδῶς. αἱμορῤροίδα τούτοισιν ἐλπὶς ὅπι φανεῖται.

Sputorum retentiones in tabescentibus mentem ad delira verba commouent. In his sanguinis profluuium per ora venarum in ano sanguinem fundere solita existere posse spes est.

In tabidis formula mortis est sputi suppressio, cùm ob puris copiam, aut virium imbecillitatem, spiritus angustiæ occluduntur, & ægri strangulantur. Vnde non abs re Hippocrates mortis modum his qui tabe pereunt denunciat his verbis: † ἐπὶ τῶν πθύελον ἴσχει, ἀπὸ θνήσκουσιν. Sputum autem suppressum sua putredine febrem auget, & vaporum calidorum magna copia in cerebrum subuehit, vnde ad delira verba & nugas mens conuertitur, & promptius periculum imminet, morsq; potiùs prædicenda quàm sanguinis ex ano profluuium, aut vena in ano sanguine distenta & tumefacta. Vtrunq; nanq; significat αἱμορῤροίς, & cùm venam in ano sanguine melancholico tumefactam indicet, symptomatis tamen nomen etiam accipit, vt scribit Galen. lib. περὶ μελαίνης χολῆς. Possunt autem hæmorrhoides vacuationis ratione prodesse, quòd exustum & feruidiorem sanguinem, vnde delirium mouetur, liberent, ex placito 21.lib.6. Et sanè aliôqui hæmorrhoides in morbis thoracis non minimo sunt auxilio, ex aph.28.sect.3.libr.6. epid.

F

† *Aph.16.lib.7.*

438 Φθίσιες ὅπτικινδυνώτατα, αἵτε ἀπὸ ῥήξιος φλεβῶν τῶν παχέων, καὶ ἀπὸ καπάῤῥου τοῦ ἀπὸ κεφαλῆς.

Tabes maximè periculosæ sunt, quæ ex ruptione venarũ crassarũ, & ex capitis distillatione contingunt.

Oritur ferè tabes à capite (vt scribit Celsus) & inde in pulmonem distillat, exulceratioq; accedit, acribus & salsis humoribus in thoracẽ affluentibus & pulmones erodentibus. Quod genus tabis primum enumeratur ab Hipp. lib. περὶ τῶν ἐνόντων παθῶν, & plerunque lethale esse, paucosque euadere scribitur. Meminit etiam lib.1. de Morbis, vbi purulentos ex distillatione capitis in pulmones fieri scribit. Gal. verò Com.1. in lib.1. epid. duas maximè facit tabis differentias, vnam quidem ex capitis distillationibus, alteram verò ex affectibus ipsius pulmonis originem ducentem, omninoque postquam expuitur sanguis, potissimùm vase rupto: sæpiùs verò fluxione impleto vlcere ob aliam quandam causam ex partibus aliis, non ex capite. Quibus sanè verbis, hanc prognosin mihi potissimùm adumbrasse videtur. Cæterùm Celsus longè periculosissimam speciem facit eam quam Græci φθίσιν nominant.

G

439 Τῶν δὴ ἡλικιῶν ὅπτικινδυνώτατα τοῖς φθίσιν ἀπὸ ἰῆ ἐτέων, μέχρι ἑξήκοντα.

Tabe maximè periclitantur ætates ab anno decimo octauo ad trigesimum quintum.

H Placitum est 9.lib.5. aph. huc aliis verbis translatum. Celsus verò ætate firmissima maximè oriri hunc morbum scribit, id est ab anno duodecimo ad annum quintum & trigesimum. Vbi aliter apud Hippocratem legisse videtur.

In tabidis pruritum sentientia corpora ab alui suppressione, malo sunt.

440 Τὰ κνησμώδεα σώματα μετὰ χειλίης πάσιν ἐν φθισικοῖσι, κακόν.

Pruritus iste in tabidis malum corporis habitum & iam consummatam cachexiam indicat, adeò vt omnium humorum ac etiam alimentorum corruptio consequatur, quæ etiam aluo suppressa intenditur. Celso quoque altera tabis est species, quam Græci καχεξίαν appellant, vbi malus est corporis habitus.

In naturis ad tabem promptè comparatis, si fluxiones ad gingiuas & dentes compareant, malum denunciant.

441 Ἐπὶ τῇσι φθινώδεσιν ἕξεσι μετὰ πυρετοῦ ἐς οὖλα καὶ ὀδόντας ῥεύματα· ἢν δὲ φαγέδαινα, κακόν.

Ex huiusmodi nanque defluxione acrioris & salsi humoris à cerebro promptus est ad pulmones impetus, qui tandem temporis successu exulcerantur. Sunt autem φθινώδεες ἕξεις habitus ad tabem à natura comparati, quales sunt angusto thorace & restricto, oblongo collo, & quibus à capite ad pulmones defluxio defertur (vt aph. 13. lib. 3. & 8. lib. 4.) quos πτερυγοειδεῖς vocant * Hippocr. & Gal. quòd iis scoptula operta alarum in morem promineant. B

* lib. 1. epid.

Præcordia in tumorem sublata omnibus quidem mala sunt, præsertim verò his qui ex longo interuallo tabidi existunt.

442 Ἐπὶ πᾶσιν ὑποχόνδρια μετέωρα, κακόν· κάκιστον δ' ὅτι τοῖσι φθισικοῖσι τῶν μακρῶν.

Intumescentia & in altum sublata præcordia, vitalitatis penetralibus affectu præter naturam appetitis, omnibus quidem periculum denunciant, maximum verò his qui ex longis & diu trahentibus morbis tabitudine confecti sunt, in quibus exhausto spiritu & calore natiuo, facultatum robur labascit, & corpus malum habitum contrahit, tandemq; hydrops & mors ipsa portenditur. Sic enim hîc malim legere ὅτι φθισικοῖσι τῶν μακρῶν, contra tamen omnium codicum fidem, quàm publicatos sequi, tum quòd in diuturna tabe ex longis morbis contracta, hoc symptoma procliue sit admodum, tum verò quòd antea (sent. 287. & 301.) eadem locutione vsus sit huius Præsagij author eodemque sensu, & φθινώδεες τῶν μακρῶν vocarit eadem omninò notione. Cuius lectionis coniecturam augent edititij codices, qui huic loco velut lubrico & anfractuoso asteriscum apponunt. C

Ex his qui cum pernicie consumpti sunt, nonnulli ante mortem subinde rigoribus corripiuntur.

443 Ἐπὶ τοῖσι τετηκόσιν ὀλεθρίοισιν, ἔνιοι πρὸ τῆς τελευτῆς ὑπὸ ῥιγέων λύονται.

In consumptis ac colliquescentibus ad extremum rigores apparere, cuiusdam inflammationis ac deinde suppurationis est indicium. Potest etiam rigor variam vlceris putrilaginem ac malignam acrimoniam subnotare, qua vellicatæ membranæ subinde totum corpus concutiunt & contrahunt, tuncq; certissimus impendet exitus. Et antea quoq; huius Prognost. author crebros rigores in suppuratis adscripsit. Aliòqui etiam rigoris nomine horror subaudiendus est, quod in Hip. disciplina minimè est insolès. D

Pustularum eruptiones velut summa cute leuiter lacerata aut vellicata, totius habitus tabem & corruptionem denunciant.

444 Τὰ ἀμυχώδεα ἐξαιπίσματα, φθίσιν ἕξιος σημήνασι.

Alteram attingere videtur tabis speciem, quam Græci καχεξίαν appellant (vt scribit Celsus) vbi malus corporis habitus est, ideoque omnia alimenta corrumpuntur. Quod ferè fit, cùm longo morbo vitiata corpora, etiam si illo vacant, refectionem tamen non accipiunt, aut cùm malis medicamentis corpus affectum est, aut cùm diu necessaria defuerunt, aut cùm inusitatos & inutiles cibos aliquis assumpsit, aliquidve simile incidit. Huic præter tabem illud quoq; nonnunquam accidere solet, vt per assiduas pustulas aut vlcera, summa cutis exasperetur, vel aliquæ corporis partes intumescant. Quæ sanè verba huic loco mirè in modum conuenire eumque quodammodo exprimere mihi videntur. Sunt autem ἀμυχαὶ leues cutis lacerationes, incisuræ [illegible] exulcerationes, velut quæ scarificatu fiunt. Quas ὀδοπολάσας & λεπίδας interdum Galenus, vt quæ per summa leues fiũt, vocat, interdum quoque βωθάσας & μακρὰς, altas & longas, nonnunquam etiam τὰς διὰ μέσου τοῦ ἀμφοτέρων, intermedias. ἀμυχὴ ὀδοπολάσιον ἕλκος exponitur Hesychio & Varin. φθίσιν autem ἕξιος totius habitus tabem iam confirmatam, & solidas corporis partes occupantem, aut totius corporis marcorem & corruptionem intelligit, cùm malus habitus in totum occupauit. Sed & ἐξαιπίσματα legi debet, cùm ἐξαυτήματα vitiosè scribatur, & ἐξαυτήματα ferri possint. E

Cum spirandi difficultate arescentes, in tabe cruda multa educentes, exitialiter habent.

445 Οἱ δυσπνοοι ξηρώσει, πολλὰ ἀπεπτα ἀπάγοντες ἐν φθίσει, ὀλέθριοι.

οἱ δυσπνοοι ξηρώσει, qui arescentes difficultate spirandi laborant dicuntur, velut in Prorrh. ξηρώδεες δυσπνοοι. Quibus verbis intelligũtur qui multo pure intus collecto cum multa putredine & febre, exiccati difficultate spirandi conflictantur. Cornarius pro ξηρώσει, ἐν σήψει legisse videtur, aut ξήρωσιν σῆψιν sumpsisse, quòd ξηρῆ, σηπεδόνι apud Hippocr. in Exegesi exponat Galenus. Et Varinus ξηρῆ pro σηπεδόνι apud Hippocratem poni testetur. Sic enim legisse apud Galenum videtur, vt & legendum censeo, & quidam eam lectionem ex melioribus codicibus apponant, cùm tamen passim σηπεδωνώδεα legatur. Asulanus huic loco asteriscum ascribit, vt suspecto, constans tamen est in hac retinenda lectione codicum omnium consensus. F

Hepaticis sputum multum cruentum, siue intus subputridum, siue syncerè biliosum fuerit, statim perniciem denotat.

446 Οἷσιν ἡπατικοῖσιν πολὺ πτύαλον αἱματῶδες, εἴτε ἐνυπόστατον εἴτε χολῶδες ἄκρητον, ὀλέθριον δηλοῖ.

Hepatici dicebantur veteribus qui hepatis inflammatione laborabant. Gal. verò, qui citra manifestum aliquem affectum, hepatis imbecillitate laborant, ex intemperie. Sputũm autem cruentum ex hepate educi & si primis sæculis parum fuit animaduersum, nunc verò curationibus Medicis satis est contestatum, quod & antea ex Aretæo obseruatum adscripsimus. G

Hepatico colliquatio cum raucedine malum portendit, idq; præcipuè si cum quadam tussi contingat.

447 Ἐφ' ἡπατικῷ τῆξις ἅμα βραγχῷ, κακὸν, ἀλλως τε καὶ ἐν ὑποβήχῃ.

Ista de hepatis inflammatione dici videntur, quæ ex aliis multis longè fideliorem habent indicaturam aut dignotionem. Colliquantur autem primùm humores, deinde ipsius etiam hepatis caro, vbi inflammatio aliquãtulum traxit: vnde ab Aretæo † ξηροὶ τὸ παλαιὸς dicuntur, & αὐχμῶν ξωπήξεις adscribuntur, idque præcipuè si suppuratio non adsit. Galen. etiam lib. 8. Comp. phar. κατ' γον. in intemperie hepatis calida, primùm humorum, deinde hepatis ipsius substantiæ colliquationem fieri scribit, cum bilis crassæ, abundè coloratæ & graueolentis per aluum deiectione, quemadmodum in pestilentibus febribus contingit. Tussicula autem ista inanis, & quædam tussiendi promptitudo à Gal. adscribitur lib. 5. de loc. aff. & ab Aretæo ‡ elegantissimè his verbis apponitur. διαφερόμενα & ὑπερξηρανθὲν ἕλκος). ἀπὸ τοῦδε γὰρ ἄχθος τὸ ἧπαρ ἤρτηται. διὰ τὸ δὲ εἰς τὴν κατ' ἴξιν κλῖσιν ἀναδιδοῦν καρτερῶς. βηξὶ δ' ἀπελής. πρὸς θυμὸν δὲ μόνον. κλῶ ἐς τέλος κοπὴ ἀφίεται, ξηρή. Qui tamen locus aliter legitur in publicatis codicibus. Neque verò me latet quosdam ista ad hepaticos ex hepatis ἀπυίας & ad hepaticam affectionem ex intemperie referre cum tabe coniunctam. H

† Cap. 7. libr. 2. περὶ ὀξ. παθ. Cap. 13. lib. 1. χρ. παθ. ‡ Cap. 7. lib. 2. ὀξ.

A 448 Οἱ καθ' ἧπαρ ὀδυνώδεες, καρδιαλγικοὶ, καρώδεες, ῥιγώδεες, χειλίαι θερμαίνοντες, λεπτοὶ, ἀπόσιτοι, ἐφιδροῦντες πολλῷ, πυώδεα κατὰ χειλίου τρέπει.

Quibus hepar dolet, cum oris ventriculi dolore, sopore, rigore, ij aluo exturbata, cum corporis extenuatione, ciborũ fastidio, multis tenuibus sudoribus difluunt, & purulenta per aluum demittunt.

Hæc hepatis inflammationem in pus versam subindicant, & pus per intestina effundẽtem. Quæ via Aretæo teste periculi plena est, & plærunque difficultatis intestinorum & hydropis comes. Quòd si per vrinas & vesicam vomica secedit, longè tutior est successus. λεπτοὺς verò hic vocat graciles, extenuatos & toto corpore consumptos, ξωπηκτικοὺς dicunt: καὶ γὰρ δὴ & τούς δὲ ὀπίσκησιν ξωπηκτικοὺς, τοὺς ὅπερ ἕλκεσι ἥπατος ἰσχνοὺς ὑποθήσκουσας, vt scribit * Aretæus.

* Cap. 13. lib. 1. χρ. παθ.

449 Τοῖσιν ἧπαρ δεξιῆς τρεψιωδυνοῦσιν, πυρετὸς ἐπιγιγνόμενος λύει. B

Quibus iecur de repente vehementer dolet, iis febris succedens remedio est.

Ex aph. 52. lib. 7. petitum & 40. lib. 6. Et febris ipsa (quod maximè mirum videri potest) sæpe præsidio est, & in iocinoris dolore succurrit, vt scribit † Celsus.

† Cap. 8. lib. 2.

450 Οἷσι δ' ἀφρῶδες αἷμα πτύουσι, πονέοντες ὑποχόνδριον δεξιὸν, ἀπὸ τοῦ ἥπατος τρέπουσι, καὶ θνήσκουσιν.

Quicunq; spumantem sanguinem expuunt, cum præcordiorum dextrorũ dolore, iis ex iecore expuitur, & pereunt.

Sanguis spumans ex pulmonum substantia sanguinem ferri certissimè indicat, vt scribit Galen. * lib. 4. de loc. aff. & Comm. ad aph. 13. lib. 5. 30. lib. 7. 43. lib. 2. & lib. 5. Meth. medendi. Aut igitur verbo πτύειν abutitur horum præsagiorum author, aut ex thorace ferri huiusmodi sanguinem indicat. Ac priùs etiam reperita ista sententia, ex tabellis velut aduersariis quibusdam tumultuariè collectam hanc operam palam profitetur. Potest autem sanguis sua copia ex hepate & liene in ventriculum ferri, & inde vomitu, aut in thoracem, & sputo reiici, vt priùs quoque scriptum est. C

* Cap. 6.

451 Οἷσιν ἧπαρ καθῆσιν οἷον ἀμόργη ἔρχει, θανάσιμον.

Quibus ex hepatis vstione pus amurcæ simile prodit, lethale.

Integrum est præsagium aphor. 45. lib. 7. Quòd si iecoris vomica extra feratur, neque illius substantiam attingat, in tunica pus continetur, album que & purum effluit. At verò si illius interiorem substantiam putredo aut corruptio depasta est, pus fœci olei & amurcæ simile prodit, putredinem incoctam & alteratricis imbecillitatem indicans. Id expressit Celsus lib. 2. cap. 8. Si in iocinore vomica est, & ex ea fertur pus purum & album, salus ei facilis. Id enim malum in tunica est. Ex iecinore verò si pus cruentum exit, mortiferum est. Vstionis autem hepatis per fusos buxeos oleo feruenti intinctos, aut per fungos, meminit Hippocrates lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. At vstionem simul & sectionem adhibet Hippocr. aph. 44. lib. 7. vt & Aretæus cap. 13. lib. 1. περὶ χρ. παθ. idemq; D periculum edocet his verbis: ἰῶ δ' ἔξω ῥέπει, κακὸν μὲν ἰῶ τοῦτο· τὸ δὲ ὅπως ἔσται, αἰεὶ δὲ τὸ πυὸν τὸ ἧπαρ, καὶ ἐν ἐς ἀμβολὴν ὁ θάνατος. ἰῶ δ' θέλης θεῖναι, αἰμορραγήσει κίνδυνος, & αὐτίκα τὸ αὖθις πυὸν ἀπόλλυται. ἄρα τοι δὲ αἱμορραγίη ἐν ἧπαρ. ἰῶ δὲ οὐδὲ ἐς αἰκίαν κλῶ δομῆς κεπῖς κατὰ, καυτῆρα ἐμπυρον ἐμφανέα πυρῶσαι, & διῶσαι μέσφι τοῦ πύου. πωτὸ τὸ σοι πέμψ τε καὶ κεῖται. & ἰῶ περὶ χίγνεται, πῦον ἀκρεῦσαι λευκὸν, πέπον, λεῖον, καυῶδες, ὅπ παχύ. At si extra fertur vomica, eam non secare vtique malum est. Et siquidem sic fuerit, iecur à pure eroditur, neque mors diu differtur. Quòd si secare velis, profluuij sanguinis ac ne statim mors ægrotum occupet, metus est. Neque enim sanguinis profusio ex hepate coërceri potest. Si igitur ad sectionem interdum ex necessitate deueneris, vstorium ferramentum igni impositum & candens, vsque ad puris locum impellito. Idem enim tibi sectionem & vstionem præstabit. Et si superstes euadit, pus effluet album, concoctum, læue, malè olens, quoniam crassum est. Codices autem edititij οἷ ἀμόργης legunt, quidam etiam οἷ ἀμόργη, ex aphorismis eodem omnino sensu.

E 452 Οἱ ὑδρῶπες οἱ ἐκ τῶν ἐξέων νοσήσαντες, ὅτι πονοι γίνονται καὶ ὀλέθριοι. ἀρχόμενοι, οἱ πλῆσοι μὲν ἀπὸ τῶν κενεώνων, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος. τοῖσι μὲν οὖν ἀπὸ τῶν κενεώνων ἀρχομένοισιν, οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ διαῤῥοίαι πολυχρόνιοι τοῦ γαστρὸς γίνονται, καὶ λαπάσσουσαι χειλίαν, καὶ δὲ τὰς ὁδοὺς λύουσαι τὰς ἐξ ὀσφύος καὶ κενεώνων. ὅσοις δ' ἀπὸ τοῦ ἥπατος, βηξὶ ἔτ' ἐτύμως ἐπιγίνεται, καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ ἡ χειλίη σκληρὴ διαφαίνεται, καὶ τρὸς ἀνάπλεω, οἰδήματά τε καὶ τρὶ αὐτῆς, τὰ μὲν ὅτι δεξιὰ, τὰ δ' ἐν' ἀριστερά, καὶ πάλιν καταπαύεται. F

Aqua inter cutẽ quæ ex acuto morbo cœpit, molestiam ac perniciem affert. Oritur verò fere & à laterum inanitate, vel à iecore. Sed vbi à laterum inanitate ortum contraxit, pedum tumor, & alui diuturnus fluor consequitur, qui neque ventrem emollit, neq; lumborum aut ilium tumorem soluit. At quibus è iecore aqua inter cutem proficiscitur, ij prompte tussi vexantur, pedes intumescunt, & aluus non nisi dura & ægrè reddit, tumoresque modò dextra, modò sinistra parte ventris oriuntur, ac rursus desinunt.

Hepatis inflammatio ac durities facilè in aquam inter cutem transit, estque in morbis huiusmodi κορυφὴ τῶν κακῶν ὕδρωψ, vt eleganter loquitur Aretæus. Quare meritò & ex ordine ad aquam inter cutem transitus fit. Qui locus ex Hippocr. Prognost. paucis immutatis desumptus est.

πολὺ ἐξ ὀσφύος & κενεώνων] Hoc satis indicat defectum esse prius membrum, & ex Prognostico legendum, ἄρχονται δ' οἱ πλῆσοι μὲν ἀπὸ τῶν κενεώνων & τῶν ὀσφύος. Celsus ex Prognostico breuiter (vt solet) hunc locum sic reddidit, Vbi pedes turgent, longæ deiectiones sunt, vbi dolor in imo ventre & in coxis est, aqua inter cutem instat. Sed hoc morbi genus ab ilibus oriri solet.

βηξὶ ἔτ' ἐτύμως ἐγίνεται] Aptior mihi lectio ex Progn. reponenda videtur, βηξὶ τῷ & θυμὸς ἐγγίνεται, contra tamen omnium quos videre licuit codicum fidem. Est enim θυμὸς Galeno προθυμία πρὸς τὸ βήσσειν, tussiendi cupiditatem & voluntatem vertit Celsus, qui hunc quoque locum sic reddidit. Idem propositum periculum est his quibus voluntas tussiendi est, venter nihil reddit, nisi ægrè & durum, tumor in pedibus est, idemque modò dextra, modò sinistra parte ventris inuicem oritur atque finitur: sed à iocinore id malum proficisci videtur. Qui locus in publicatis codicibus vitiosè legitur. Tussis autem quantum periculum creet hydropicis ostẽdit aph. 35. lib. 6. & 47. lib. 7. & aliàs scripsimus nostris in lib. 2. epid. comment. G

καὶ πάλιν καταπαύεται] Hæc lectio defecta esse videtur & aliud membrum desiderare ac ex Prognostico repetere, ἴσταται & & πάλιν καταπαύεται, vt hydropis originem significet, cùm ventris tumor statim desinere videatur, mox rursum attolli, ac rursus subsidere, deinde etiam rursus efferri, tandemque permanere. Sed illud πάλιν fortè ad γίνεται vicissitudinem illam referre potest. Hunc verò locum ex Prognost. sic Celsus exprimit, Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursus assurgunt. Hi quidem tutiores sunt, quàm qui supra comprehensi sunt, si attenduntur, sed ferè fiducia secundæ valetudinis opprimuntur. H

453 Ἐπὶ τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρωπιώδεσι τὰ τραχήλεα, μαθητέον. φλαῦρα δ' ἢν τὰ μακρὰς ἀποστάσιας ἔχοντα.

In hydrope sicco vrina stillatim effluẽs malum denunciat. Mala quoq; est quæ exigua habet sedimẽta.

Communis est curandi hydropis scopus vrinarum prouocatio, & foras deducendi humoris sollicitatio. In coq; allaborat Hip. lib. 4. de rat. vict. in morb. acut. cùm scribit in hydrope curando: ξηρὸν δὲ ⊕ δρυμέα ἐστὶ τέω, ὅτῳ δὲ αὖ ὑγρὸν καὶ ὑπαπκώπτος εἴη, ⊕ ἰχῶρι μάλιστα. Ex vrinæ autem retentione interdum hydrops subitò & repente enascitur. Aliôqui pus, aut vrinæ crassamentum, hydropis rudimentum quoddam adfert, quod apertis viis & crassis effluentibus vrinis leuatur.

Hydropicis succedentes morbi comitialis offensiones, perniciem adferunt, prauis inuicem succedẽtibus signis, & aluos humectant.

454 Τοῖσιν ὑδρωπικῶν ἐπιλαμπικὰ ἐπιγιγνόμενα, ὀλέθριον, ἀλλήλων σημεῖον μοχθηρῶν, καὶ κοιλίης ἐξυγραίνοισιν.

Morbo comitiali nihil est cum hydrope commune, cùm diuersi sint generis & naturæ. Ideoque communi ratione quadam & epilogismo, hydropicis exitium minatur. Obscura autem est prorsus significatio, τοῦ ἀλλήλων σημεῖον μοχθηρῶν, & cuius sensus in tam turbulento opere non facilè explicari possit. Mihi ista sumi posse videntur velut interiecta, vt aliôqui comparata inter sese hæc signa, praua censenda sint & mutuò in ægri perniciem conspirantia. Potest & alius sensus erui, vt etsi hæc inter se succedentia signa praua sint, aluos tamen humescẽtes designent, quæ videntur esse in hydrope mali leuamẽta quædam. Potest etiam vt in obscuro sensu & sententia, alia quædam notio educi. Sed in loco ex obseruatione empirica notato, otiosum est diligentiam aut disciplinã requirere, præsertim cùm sit difficile verum sensum eruere, cũq; (vt scribit Gal.) οὐ τῷ ἀξιόφεστι ῥήσεσι, ὡς αὖ ἐθέλοι τις ἀκούειν ἔξεστιν.

Biliosis aluus perturbata, exigua reddens genituræ similia & mucosa, doloremq; ad imum vẽtrem inferentia, vrinæ quoque non facilè prodeuntes, ad hydropem tendunt ex huiusmodi casibus.

455 Εν τοῖσι χολώδεσι κοιλίη ταραχώδης, σχεδιδοῦσα σμικρὰ γονώδεα, μυξώδεα, καὶ πόνον περὶ ἧπαρ ἐμποιέοντα, καὶ ἔστι οὐκ ἀλύτως ἰόντα, ἐς ὕδρωπα ἀποτελοῦντα ἐκ τῶν τοιούτων.

γονώδεα] Quod sæpiùs in Hippocr. doctrina ad vrinas refertur, hîc alui deiectionibus attribuitur. Alui igitur excrementa genituræ similia intelligenda, quæ pituitam multam acidam, vitream & albumineam deiiciunt, quod de vrinis sæpiùs dicitur. Sic in Prorrh. τὸ γονοειδὲς ἐπελθὸν, εἴτε ἄρρεν, εἴτε θῆλυ, χώρημα. interpretatur Gal. γονοειδὲς ἐκκρισιν. Quã dictione etiam vsus est antea huius Præsagij author. Γονώδεα autem dicuntur postea, quæ hîc γονώδεα, vbi hoc Prognosticum repetitur paulò aliter.

⊕ ἔστι οὐκ εὐλύτως ἰόντα] Vrinæ non facilè prodeuntes intelliguntur, neq; solutæ hoc est facilè effluẽtes, sed crassæ & quæ promptè subsistunt, quales hydropem facilè suspectant. In Progn. quoq; μιθὲν εὐλύτως διαχωρίσεις dicit, neque solutiores, aut solutu faciles, neque liquidas deiectiones, quæ crassis adiacent, siue copiam, siue moderationem spectent, easq; morbi ad suppurationem tendentis indices facit, non secus ac hydropem minari hîc dicit vrinas quæ non facilè procedunt, neq; solutæ sunt, sed crassæ & quodammodo restitantes. εὐλύτως quoque hîc συμμέτρως ex Galeno significare potest.

Aqua inter cutem laboranti cum febre, vrina pauca & conturbata, perniciem denotat.

456 Υδερεῶντι πυρετώδει, ὕδατος μικρὸν καὶ τεταραγμένον, ὀλέθριον.

Vrinæ paucitas in hydrope obstructionem aut renum imbecillitatem denotat. Perturbata verò venosi generis perturbationem & agitationem cum cruditate indicat.

Aquæ inter cutẽ initio aquosum alui profluuium absque cruditate exortum, morbum soluit.

457 Επὶ δὲ ὑδέρῳ ἀρχομένῳ ἀναῤῥοιαι χυμώδεις ὑδατώδης, χωρὶς ἀπεψίης, λύει τὸ νόσημα.

Id de ea hydropis specie quæ anasarca aut Leucophlegmatia dicitur, testatur aphor. 29. lib. 7. (quod etiam hîc postea repetitur) & Hippocr. lib. 2. de Morbis. οὐ φλέγματα λευκὰ, τούτῳ ὧν μὴ (inquit) ἡ γαστὴρ ταραχθῇ αὐτοματίῃ ἀρχομένης τῆς νόσου, ἐγγυπάτω ὑγιὴς γίνεται. Tollit autem morbi causam ac materiam alui profluuium aquosum, si sponte, aut naturæ robore, ac integris viribus, nec dum syderatis aut corruptis visceribus, neq; ex imbecillitate contingat, aliôqui perseuerante causa, aut statim repetente morbo, interitus consequitur. Quod igitur hîc additur (χωρὶς ἀπεψίας) vires integras & robusta viscera, si quis liberetur, requirit, idq; videndum esse admonet antequàm curationem instituamus. Istud autem peculiariter de Leucophlegmatia intelligendum (quæ & ὕδερος & ὑδρωπικὸς sæpe dicitur, & Sereno aquosus languor, vt & Horat aquosus albo corpore languor) testatur Areræus* de ea verba faciens. πολλὰ δὲ ⊕ ποικίλη ὀπῆ τῶν ἐν ἡ εὐπυκίη. ἰδρῶτες ἢ ὄραν ἢ κοιλίης κοπὲ ἐσ αὐτοῖς καπερράγη, λυομένης ἤδη τῆς ὑδρωπος ἕξιος. Sic enim Hipp. lib. 1. de Morb. ὑφίδρω ⊕ πολιὼ δεῖ ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ ⊕ ταραχθεῖσα ἢ κοιλίη ἰσχυρῶς ἀκαθής. Etsi huiusmodi liberatio per alui profluuium nonnemerè Asciti conuenit. *cap. 1. libr. 2. χρ. παθ.

Vbi hydrops siccus de se significationem præbet, tormina ad tenue intestinum incumbentia, malum denunciant.

458 Τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρωπιώδεσι ταραχωμένοισι, τροφοι περὶ τὸ λεπτὸν ἐμπίπτοντες, κακόν.

Tormina circa vmbilicum ac tenuia intestina, vbi neq; tempore, neq; remediis soluũtur, si accedat lumborum dolor, flatuum sobolem intestinorum inuoluens contentam, & hydropẽ siccũ suspectum faciunt, ex ap. 11. l. 4. hîc verò confirmant & damnant.

Ex aqua inter cutem morbus comitialis perniciem adfert.

459 Τὰ ἐξ ὑδρωπικῶν ἐπιλαμπικὰ, ὀλέθρια.

Paulò ante explicata & repetita est hæc sententia, vt inde facilè tumultuariam operam colligas.

Aqua inter cutem quæ curationi cessit, vbi recurrit, spem tollit.

460 Υδερος πρὸς θεραπείην ἐνδιδοὺς παλινδρομέων, ἀνέλπιστος.

Signum nanq; est pessimum vbi vacuata sponte vel arte materia, malum redit. Causa enim pertinax censetur, & vitalium partium magna corruptio. Idq; sæpiùs obseruatur, vt subsidente & detumescente tumore, eos qui sibi restituti videntur, intra paucos dies repetente malo, interitus consequatur, in signiter læsis vitalitatis visceribus & extincto calore natiuo.

Aqua inter cutem laboranti, aqua quæ in venis est ad aluum erumpente, soluitur morbus.

461 Τοῖσιν ὑδρωπιώδεσι κατὰ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγεῖσα τὸ ὕδατος, λύσις.

Ex aph. 14. lib. 6. sumptum, de anasarca intelligitur, & lib. περὶ κρισίων repetitur. ὑπὸ ὑδρωπος ἐχομένων κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κοιλίην ὕδατος ῥυέντος, λύσις. Vbi aquosam materiam, aut in vesicam, aut in aluũ erumpere vult & effundi. Neq; tamen est perpetuum aquosis per aluum extuberatis & erumpẽtibus superesse salutem, quomodo nec sectis, siue aqua in ventre, siue in thorace collecta fuerit. Est vbi quoq; ex nimia humoris effusione, vnaq; exhausto spiritu, mors consequitur. Aqua etiam in thorace cõclusa in aluum erumpente, sibi sanitati restitutus videtur æger, sed paulò post malum grauius redit, quod experientia testatur, & indicat Hipp. lib. 2. de Morb. & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. Parum autem refert an ὑδρωπιώδεας κατὰ φλέβας intelligas eos qui pituitosa cacochymia per venas redundant, quæ ipsius hydropis forma est, vnde etiam canes & tota cutis intumescit ac turgescit, vt κατὰ φλέβας idem quod αἱμα σῶρκα significet: an verò κατὰ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγεῖσα τὸ ὕδατος dicas.

462 Δυσεν-

A 463 Δυσενλεείη ἀχράρως ὀπισθάτα, ἀπόσασιν ἐν πλευροῖσιν, ἢ πολάτ χοισιν, ἢ ἐν ἀρθρίοισιν ποιέει. ἀξαὶ ἢ μὴ χολώδης ἐν ἀρθρίοισιν, ἢ ὁ αἱματώδης ἐν πλευροῖσιν, ἢ πολάτ χοισι;

Intempestiuè suppressa intestinorum difficultas, absceſſum in costis, aut visceribus, aut articulis inducit. Ac fortè biliosa quidem in articulis, sanguinea verò in costis ac visceribus absceſſum facit.

Ex intempestiuè suppressa dysenteria & hæmorrhoidibus, varia oriuntur incommoda indeque insaniam, apoplexiam, melancholiam, pleuritidem, hydropem, sanguinis sputum & vomitum sequi scribit Gal. lib. de venæ sect. contra Erasistr. his verbis: ⊕ ἔγωγε πολλὰς οἶδα ⊕ μελαγχολήσαντας, ⊕ ἄλλως ἐκμανέντας δὴ διαφόρως κενώσεσιν ἰατρῶν ἀμαθέα καλυθείσας. οἱ δὲ ἕνες καὶ τοῦ πλευρίτιδι ⊕ νεφρίτιδι ἑάλωσαν. ἄλλοι δ' αἵματος ἤμεσαν ἐκ γαστρὸς, ἢ ἐκ θώρακος αἱ ἔβηξαν, ἢ τοῦ πνεύματος, ἢ ὁ ἔρις ἀπόλοντο. Audiui ex suppressa dysenteria insanum factum, & mulierem cui in reliquam vitam ita aluus adstricta fuerit, vt non nisi septimo quoque die egereret. Et nobilem quendam pictorem in fœdam scabiem incidisse. Quod autem scribitur ἀξαὶ ἢ μὴ χολώδης, interpretes ad absceſſus biliosos & sanguineos referunt, sed aptè ad dysenteriæ differentias biliosam aut sanguinem accommodari potest. Ad hanc autem sententiam aptissimè adscribitur quod refertur lib. de rat. vict. in morb. acut. διεντεείη, ἀπόσημα, ἢ ἔπαρμα ἢ παυσαμένη ποιήσῃ, λῷ μὴ ἐς πυρετὸς, ἢ ἱδρῶτας, ἢ ὕδατα πολλὰ ⊕ λευκὰ, καὶ λίαν ὀπῆ φαῦλ, ἢ ἐς πειταίης, ἢ ἐς κιρσὸν, ἢ ἐς ὄρχιν, ἢ ἐς σκέλεα ἀλγήματα, ἢ ἐς ἰρὸν σπελίζῃ ὀδυνῶν.

Intestinorum difficultate laborantibus, vomitio biliosa circa initia, malo est.

464 Δυσεντεεικοῖσιν ἔμετος χολώδης ἐν ἀρχῇ, κακόν.

Vomitio biliosa ventriculi perturbationem ab humoris acrimonia indicat, & vlcus in tenuibus ac superioribus intestinis ventriculo vicinis, ipsoq; ventriculo suspectum facit, tuncq; vexant febres acutæ, extremorum perfrictiones, cibi fastidia, vigiliæ, ructus graueolentes, nauseæ, & tenebricosæ vertigines. His accedit crebra virium exolutio, genuum resolutio, sitis, æstuatio, corporis inquietudo, pulsus exiles & debiles, ac magna tormentorum intensio ac perseuerantia. Quæ omnia annotauit Aretæus. Adolescenti dysenteria laboranti cum febre, vomitione, ventris dolore acerbissimo, vigesimo die mortuo, vlcus inuentum est in ambitu vstulatum, exesis ventriculi tunicis quâ parte decliuis est ad pylórum.

Oῖσιν ἐν διεντεείῃς ὀξείης ἐς πυώδεα ἥκει ὁ ὑγρὸς, ὁ ἐφισάμενον ἕκλυκεν ἔσαι καὶ πολύ.

In graui intestinorum difficultate quibus humor ad pus peruenit, quod summum insidet exalbidum erit & copiosum.

Videtur vlcus in superioribus & tenuibus intestinis denotari. Tunc enim grauissimæ sunt dysenteriæ, & in summo pus insidet ac deiectionibus superstat. Aut acutas intestinorum difficultates & vehementiores indicat, in quibus quæ deiiciuntur purulenta ex pituita lenta & salsa, ab iis quæ colliquamentum carnis aut pinguedinis consequuntur, albedine distinguit.

D 465 Τὰ διεντεεικὰ, ἑτέρου φύσα, ἰλυώδεα, λεπτὰ ἐκ χωρήματα, ὅθεν φλεγμώδεσιν, ἐξερύθεσι χρώμασι λυόμενα, ἐλπὶς ἐκμανίων.

Intestinorum difficultate laborantibus, aliquantulum tubræ, limosæ & copiosæ deiectiones, in flammeo colore & prærubro perfusis solutæ, insaniam suspectam faciunt.

Id de hepatica dysenteria intelligendum aut de crassioribus intestinis exulceratis, quæ carnosiora sunt, & quorum vlcera, crassa, carnosa, valde rubicunda grumosa, nonnunquam nigra & tabo aspersa, interdum multis modis variantia reddunt. Insania igitur suspecta esse potest in sanguineis & flammeo colore perfusis, si deiectiones fœculentæ ac limosæ, in prærubras & cruentas tendant, tandemq; velut solutæ, intempestiuè supprimantur. Sic enim sursum ad cerebrum raptam humorum copiam significãt, vnde insania metuitur.

E 466 Δυσεντεείη ἀπλανώδεσι μὴ μακρὴ, ἀρήσιμον, μακρὴ δὲ πονηρόν. λιηγούσης δὲ, εἰ ὕδρωπες ἢ λιεντεείαι γίνονται, θανάσιμον.

Intestinorum difficultas non longa, vtilis; longa verò, mala. Vbi enim desinit, si aquæ inter cutem, aut intestinorum læuitates oriuntur, mortem afferunt.

Lienosis, hoc est iis qui diu durum habent lienem, bono tormina sunt, vt scribit Celsus ex Hipp. aph. 48. lib. 6. Quæ si diutiùs perseuerent & vltra modum extendantur, in læuitatem intestinorum aut aquam intercutem transeunt, & tandem mortem afferunt, ex placito 43. lib. 6. Læuitas autem intestinorum difficultati intestinorum succedit ex aph. 78. libr. 7. Vitiosa etiam est lectio publicatorum codicum, qui μὴ μακφῆσι, pro μὴ μακρὴ legunt. Quod etiam vidit Cornarius.

F 467 Εν λιεντεεικοῖσι μετὰ θηείων, ὀδυνῶσι τρόφαι λυόμενα, τὰ περὶ τὰ ἄρθρα μετεωείζουσιν. ἐν τοιούτῳ λέπια ἐξέρυθρα, φλυκταινώδεα. ἐφιδρώσαντες ὅτοι διαφοινίσσονται οἷα μάστιξι.

In intestinorum læuitate laborantibus, cum sæuissimis vlceribus, dolores ex intestinorum cruciatu soluti, articulorum partes attollunt, ac ex huiusmodi tenues squamæ cũ rubore & pustulis fiunt. Ij post multos ac tenues sudores, velut acceptis ex flagris vibicibus, rubescunt.

Est intestinorum læuitas quædam quæ salsam, acrem, aut calidam habet materiam, & ex humorum acrimonia totius ventriculi atq; intestinorum planiciem abradit, progressiúque temporis in intestinorum difficultatem permutatur. Hæc periculi plena est, præsertim si (vt scribit Celsus ex Hip. Prorrh. 2.) os exulceratur, si rubet facies, & quasi maculis quibusdam colorum omnium distinguitur, si venter est quasi fermentatus, pinguis atque rugosus, si & cibi cupiditas non est. Hæc ergo succorum corruprela & G acrimonia, quæ cacochymiam & atrophiam, totiusq; corporis tabem facit, vbi in articulos decumbit, eos tumefacit, cutemque ipsam siccitate & asperitate corrugat, scabram reddit, & succorum prauitate alimoniam corrumpente ac partes corporis defraudante, scabie & pustulis deformat, tandemq; desquamat, aut in cutis planiciem effusa, velut scutica cœsos vibicibus flagellat ac rubefacit. Inter quæ cùm euidens mors sit, multò euidentior est, si iam longum quoque id vitium est, maximeque si etiam in corpore senili est. Hîc autem θηείον, ἄγριον ἕλκος, (vt aliàs quoq;) apud Hippocr. significat, etsi interaneorum animalibus, hoc est vermibus, non malè accommodatur, vt scripsimus nostris in lib. 2. epid. comment.

Oἱ ἐν λιεντεεώδεσι μακροῖσι ἅμα θηείοισι τρόφωδες, ὀδυνώδεες, λυομένων ἐπιδέοντοι. ὀδοπτρίγιον τούτοισι κακόν.

Longis intestinorum læuitatibus laborantes, vnà cum sæuissimis vlceribus, intestinorum cruciatu & dolore, iis solutis intumescunt. His insuper exortus rigor, malo est.

H Intestinorum læuitas quam cacochymia, atrophia, ac malus corporis habitus ex succorum prauitate sequitur, promptè hydropem minatur, vt scribit Aëtius, & his verbis testatur Aretæus. * ἀκμὴ καὶ ὑδρωπὲς κοπὲ ἐς πόδε ἀπόσκηψαν εὐπυκῶς, ἐς κακὸν μὲν ἐν κακοῦ, ἀλλὰ κρίσιμον ἡ διαδωχή. Est autem huius Præsagij phrasis insolens, quales multæ in hoc tumultuario opere & Prorrhetico reperiuntur. Eaque de causa fortè asteriscum apponit Asulanus. * Cap. 51. lib. 9.

Inteſtinorum læuitates cum ſpirandi difficultate, & pectoris morſu, ad tabem tendunt.

[469] Λφνιτεεινὰ μὴ δυσπνοίης, ἢ πλευρόδυνη κνήσμ, ἐς φθίσιν ἀποτελοῦσι.

κνῆσις hîc κνησμὸν aut κνίδωσιν Hippocr. ſatis familiarem ſignificat, hoc eſt pruritum, pruriginem, vellicationem, aut puncturam, velut quandam ab vrtica vredinem aut morſum. Idemque quod κνισπάσις, aut κνίφη, meliùs tamen κνίσις aut κνισμός. Sic paulò antea κνησμώδεα σώματα in tabidis damnauit, quòd huiuſmodi pruritus aut punctura iam confirmatam cachexiam & ſuccorum corruptelam indicet: aut certè morſus illa & vellicatio acrem diſtillationem in thoracem & cauitatem pectoris ſignificat, & tabis rudimentum. Vitium eſt autem in publicatis codicibus, vbi κενώσις pro κνήσις ſcribitur, nec dum omninò ſuſpicione carere locus mihi videtur.

In tenuioris inteſtini morbo laborantibus, vomitio & ſurditas malo ſunt.

[470] Εἰλεώδεσιν ἔμετος ἢ κώφωσις, κακόν.

In Ileo, quem tenuioris inteſtini morbum Celſus vocat, vomitio damnatur ab Hippocr. placito 10. lib. 7. Exitialis quoq; morbi nota eſt vomitus, vt ſcribit Galenus, & (quod dicit Celſus) adiicitur periculo vomitus bilioſus, mali odoris, aut varius, aut niger. Surditas autem malè affecto neruorum principio ex ſtomachi conſortio, oritur, vt & deſipientia & conuulſio.

Veſica dura & grauiter dolens omninò quidẽ mala eſt. Peſſima verò ſi febris continua acceſſerit (veſicæ nanque dolores interimendi vim obtinent) & aluus his nihil admodum reddit. Eos autem metu liberat vrina purulenta procedens, in qua album & læue ſubſidet. Quòd ſi neque hæc leuata fuerint, neque veſica mollior reddatur, intra primos circuitus laborantem moriturum expectandum eſt. Hoc verò pueris à ſeptimo anno ad decimum quintum præcipuè contingere ſolet.

[471] Κύστεες ἢ σκληραί τε καὶ ἐπώδυνοι, πάντων μάλ' κακόν. κάκιστον ἢ πυρετῷ συνεχεῖ. καὶ γὰρ οἱ ἀπ' αὐτέων πόνοι, ἱκανοὶ ἀνελεῖν. καὶ κοιλίαν ἔουτεόσιν ἢ πάνυ ἐλαχωρέοσιν. λύει ἢ τούτους ὕδωρ πυῶδες ἐλθόν, λευκὸν καὶ λεῖον ἔχον ὑπόστασιν. μὴ λυομένων ἢ τούτων, μηδὲ ἡ κύστις λαπαινομένης ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισι ἐλπὶς ἀπολέσθαι τὸν νοσέοντα. μάλιστα ἢ γίνεται τοῦτο ἔτεσιν ἀπὸ ἑπτὰ ἐτέων, μέχρι πεντεκαίδεκα.

Id ex Prognoſtico ſumptum, abſolutiorem illic habet doctrinam, & quod hîc παίτων μὲ κακόν, illic δεινοτὴ μὲ παντελῶς καὶ ὀλέθριαι legitur, ac fortè melius πάντως.

καὶ κοιλίαν ἔουτεόσιν] Aluus in hac veſicæ inflammatione nil prope niſi dura reddit, nec niſi coacta. Sic enim in Progn. καὶ αἱ κοιλίαι ἢ ἐλαχωρέοσιν ἐν ἔουτέῳ τῷ χρόνῳ, εἰ μὴ σκληρά τε καὶ πρὸς αὐάγκλυ.

λύει ἢ τοῦτο] Celſus ex Progn. ſic vertit, Ex veſica dolente, ſi purulenta vrina proceſſit, inque ea læue & album ſubſedit, metum deterrabit.

μὴ λυομένων ἢ τούτων] Contracta & breuis eſt hæc lectio, & generale quiddam complectitur, quòd propriè magis in Progn. effertur. Nam & dolorem remitti, aut vrinam concedere, ac febrem deſinere intelligit, quod diſertis verbis illic exprimitur.

Calculo laborantes eo habitu conſtituti, vt ne in vrinariam fiſtulam calculus illabatur, promptè vrinam reddunt.

[472] Οἱ λιθιῶντες ῥηματιζόντες, ὥστε τὸν λίθον μὴ προσπίπτειν πρὸς τὴν ἀρητῆρα, ῥηϊδίως ἀρέουσιν.

Vt pueris accommodata erat extrema ſententia, ita in his hoc Prognoſtico ex calculo in veſicæ ceruicem illapſo, vrinæ ſuppreſſionem curat. Eſt autem λιθίασις πάθημα παιδικὸν, & pueris familiaris morbus, vt ſcribunt Hippocr. & Galen. cuius ortus & cauſa ex †Hippocrate lib. 4. de Morbis, & lib. de Natura humana, & aphoriſ. 11. ſect. 3. libr. 6. epidem. perenda eſt. Hæc autem vrinæ ſuppreſſio ex calculo in veſicæ ceruicem illapſo, certam morbi notitiam facit, vt arenulæ ſubſiſtentes ex aph. 79. lib. 4. & ad curationis quoque modum non paruam præbet coniecturam, vt his verbis ſcribit Galenus lib. primo, de loc. affect. ſimulque tam apertè curationem demonſtrat, vt non alium huius loci interpretem poſtulemus. φέρε δὲ ὑποκείσθω παιδίον εἰς τὸ κάμνον. ἔμπροσθεν οἱ αὐτῷ γεγενημένῳ τῷ λίθου σημεῖα. τὸ μὲ ἕρον ὑδατῶδες, ὑποστάσεις δὲ ἔνας ψαμμώδεις· ὀν αὐτῷ, καὶ κνώμενον τὸ αἰδοῖον συνεχῶς. καὶ χαλαμώμενον ἢ ὀντενούμενον ἀλόγως, ἔπειτ' ἐξαίφνης ἰσχυρῶσαι. δῆλ' τοίνυν ὅτι ἐκ αὐτοῦ λόγου ὑποπτήσεν ἐμπεπτωκένα τῷ τραχήλῳ τῇ κύστεως ἢ λίθον; ὑπόλιον τὸ σῶμα τῶν τε παιδίου, ὑψηλότερόν τι πολλῷ τῶν λοιπῶν σώματος ἐρασάμενος τῷ σκέλει, δίψεσός· πολυειδῶς, ὅθεν τὸ χρόμενος ὀκπεσεῖν ἢ πόρε τῇ λίθου. ἐπεὶ δὲ ἢ ἕωνα τῷ τρόχῃς, κέλευε τὸν ἐμβιβῶντα τὸ παιδίον ὑρῆσαι. κἀν μὲ ὑπακούσῃ τὸ ἕρον, ὀκμήσῃ τε τὸ ἕρον, ἅμα τῇ τ' αἰτίας ἀκριβῆ δίδαγκωσιν ἐμμένειν, καὶ τῇ θεραπείας εὐπορηκέναι τὸν θεραπευόμενον. μενυόσις ἢ ἐπὶ τῇ ἰσχυείας, ὀκ δευτέρῳ δίψεσίσεις σφοδρότερον. εἰ ἢ δίψεσίσαι τις καὶ νωῦ ἔτι μένοι, δίψῃ τῇ καλυμένῃ καθαῖρας, ἅμα μὲ ἀπιόσι τῇ λίθου ὀκ τῷ τραχήλου τῇ κύστεως, ἅμα δὲ πεδηγήσῃς τοῖς ὕρους. Sic quoque lib. 6. δῆλ δὲ τὸ παιδίον λιθιόντων κὴ κύστιν, ἐθεραπεύθα πολλάκις ἰσχυείαν ῥηομένων, ἐφ' ᾗ ῥηματισαντες ὠιάῤῥοπον τὸ σῶμα μὴ καπαιέσασις, ὑποκινεῖσθαι τῇ λίθον τῇ πόρε ἐποιήσαμεν††. Aretæus quoque calculum veſicæ ceruicem obſtruentem ſic deturbat, ἰῶ ἢ λίθων ἔμφραξις δοθεῖσα ἢ ὑρητῆρι, τῷ ὀρχάνῳ τῷ κατεστηκότι ὠθεῖν τὸν λίθον, ἡδὲ ἄγῳν τὸν ὕρον, ἰῶ μὴ ἔωσι φλεγμαί. Celſus††† etiam in calculoſis iſtud attingere videtur, cùm ſcribit, Vrinam quidam promptiùs recti, quidam reſupinati, maximeque hi qui grandes calculos habent, quidam etiam inclinati reddunt. Hîc autem πρὸς τὴν ὑρητῆρα, pro πρὸς τὴν ὑρήθραν ponitur. Meatum nanq; vrinarium fiſtulam vrinariam quæ ad pudendum eſt & colem permeat, intelligit.

† *Aph. 26. lib. 3. & 11. lib. 6. epid. ſect. 3.* †† *Cap. 9. Chir. ὀξ παθ. lib. 2.*
††† *Cap. 7. lib. 2.*

At quibus tuberculum ad veſicam adnaſcitur, vrinæ difficultatem adferens, iis quiuis corporis habitus negotium faceſſit, cuius quidem ſolutio cõtingit per puris eruptionem.

[473] Οἷσι ἢ φῦμα πρὸς τῇ κύστιν ὀῖ, ὃ παρέχον τὴν δυσουρείαν, πθυτοίως ῥηματιζόντες ὀχλέουσι. λύσις ἢ τούτου ἢ, πύος ῥαγῆτος.

Suppreſſionis vrinæ curatio eſt, quæ à tuberculo innato oritur. Contingit nanque fiſtulam vrinariam ab eo quod præter naturã innaſcitur occupari, ſiue callus ſit, ſiue caruncula, ſiue tuberculum, vt ſcribit Gal. lib. 1. de loc. aff. Tuberculũ autẽ vrinæ meatui adnatum ſuppurari aut diſrumpi præcipit Hippocr. aph. 82. lib. 4. quem Celſus ita reddidit, Quibus in fiſtula vrinæ, vti minuti abſceſſus (quos φύματα Græci vocant) eſſe cœperunt, iis vbi pus ea parte profluxit, ſanitas redditur. Tuberculi verò ruptionem, velut carunculæ, Galenus[1] catherere, aut illius diſſolutionem medicamento procurat.

[1] *Lib. 1. de loc. aff.*

Quibus incogitantibus vrina decidit, ac pudendum contrahitur, ij deſperati ſunt.

[474] Οἷσι λανθάνῃ ὃ οὖρον πρὸς πίπτον, καὶ ὃ αἰδοῖον ἕλκηται, ἀνέλπιστοι.

Inuoluntariam vrinæ profuſionem facit veſicæ exolutio, ac præcipuè muſculi veſicæ ceruicem ambientis, ſiue id per ſe partis actionem lædat, ſiue neruis, per quos animalis facultas eò defertur, læſio contingat. Et hunc caſum cùm multæ cauſæ faciant, indefinita eſt ſentẽtia quæ deſperatos facit. Pueris familiaris eſt muſculi veſicã ſtringentis relaxatio ac diſſolutio (vt ſcribit[2] Paulus) neque

neq; difficulter per medicamenta leuantur. Sed inuoluntariam vrinæ profuſionem, quæ fit ob veſicæ ceruicis vulnus, aut caſum, aut vertebræ intrò luxationem, nulla fere medicina periculo ſubtrahit (vt ſcribit Paulus[1]) Quos vehementes caſus hoc Progn. intelligere videtur, quos cõuulſio comitatur, quæ pudendorũ cõtractione ſatis indicatur. Reſolutæ nanq; partes vel cõuelluntur, vel laxantur, idque à repletione aut inanitione. Hippocrates etiam libr περὶ ἀρθρων in interna ſpinæ obliquatione ob caſum aut grauis rei cuiusdam illapſum, ῥυώδεας τὰ ἕρα, ob profluam vrinam, fieri ſcribit. Cæterùm vulgatas editiorum codicum lectiones ſecutus ſum, ob pluralitatem, quanquam & aliorum exemplarium lectio plurimùm arridet, quæ eſt, οἷσι λανθάνει τὸ ἕρον προσπίπτον ἐς τὸ αἰδοῖον, ἕκλυνται ἀνέλπιστοι. Quæ ſatis indicant vehementem quandam ex grauicaſu exolutionem ſubauditi, & ad vrinæ inuoluntariam emiſſionem ex ſenſus ſtupefactione referri, quæ certè ſpem ademit. Eamque lectionem ſecutus eſt Cornarius. De vrinæ autem inuoluntaria eiectione ex reſolutione, abundè Galenus libr. 1. & 6. de locis affect. & Paulus cap. 45. & 18. libr. 3. & Aëtius fuſiſſimè ſerm. 3. Tetrab. 3. cap. 24.

[1] *Cap. 45. lib. 3.* [2] *Cap. 18. lib. 3.*

Tenuioris inteſtini morbus vrinæ ſtillicidio ſuccedens, intra ſeptimum diem interimit, niſi ſuborta febre vrina affatim prodierit.

[475] Ἐπὶ φαγεδαίνῃ εἰλεὸς ὀπιθυμόλυμος ἑβδομαίοις ἀπόλλυσιν, ἢν μὴ πυρετὸς ὀπιθυμόλυμος ἀθρόον οὖρον ἔλθῃ.

Aphoriſmus eſt 44. libr. 6. aliis paulùm verbis expreſſus, & à Celſo duas in ſententias diſtractus. Morbus inteſtini tenuioris niſi reſolutus eſt, intra ſeptimum diem occidit: &, febris ex difficultate vrinæ morbum tenuioris inteſtini ortum, ſi vrinam per calorem mouet, leuat.

Torpores & ſtupores præter conſuetudinem euenientes, ad futuram ſyderationem denunciant.

[476] Ναρκαὶ καὶ ἀναισθησίαι γινόμεναι παρὰ τὸ ἔθος, ἀποπληκτικῶν συμβησομένων σημεῖον.

Torpor ac ſtupor cùm ſint motricis ac ſenſibilis facultatis ſymptomata, partium reſolutiones minantur, aut corporis totius, ſi caput occupent, vnde ſyderationes contingunt. Eſt enim ἀποπληξία (vt ſcribit Galenus) ἡ παντὸς τοῦ σώματος παράλυσις, ἅμα τῆς ὑγιεινομονικῆς ἐνεργείας. Sic ναρκας & κνιδώσιας, velut pruriginoſas quasdam puncturas, ſi caput occupent ac per illud pertingantur, magni & difficilis alicuius mali metum facere ſcribit Hippocrates Prorrh. 2. & Celſus in fine cap. 8. lib. 2. Eſt autem ναρκη Galeno καθ' ὅλον τὸ σῶμα, & μάλιστα κατὰ τὰ κῶλα, σύνθετος ὢν δυσαισθησίας τε & δυσκινησίας ὑπαρχουσῶν διάθεσις.

Quibus ex vulnere corporis impotentia accidit, ij quidem febre citra rigorem oborta ſani euadunt, aliôqui dextra aut ſiniſtra parte ſyderantur.

[477] Ὅσοι ἂν βώμαλιν ἀκρατέες γένωνται τοῦ σώματος, πυρετοῦ μὴ ὀπιθυμόλυμου χωρὶς ῥίγεος, ὑγιάζουσι. μὴ ἡμιπληγοὺς δὲ, ἀποπληκτικοὶ γίνονται τὰ δεξιὰ ἢ τὰ ἀριστερά.

Capitis vulnera quę neruorum principium attingunt ad motum impotentiam faciunt, vnde & partium ſyderationes ac reſolutiones contingunt. Febris autem in capitis vulneribus, cùm aliôqui admodum ſuſpecta ſit, (vt ſcribit Hippoc. Prorrh. 2.) interdum tamen præſidio eſt, præcipuè ſi humorum aut viſcerum vitio minimè contingat (quod hîc χωρὶς ῥίγεος dicitur) aut ſi circa initia oriatur, & exiguo tempore perſeueret. Nam & humores crudos, pituitoſos & flatuoſos diſſoluit, extenuat & calefacit, ac inæqualem intemperiem frigidam ad temperiem reuocat, vt ſcribit Galenus. * Quinetiam neruorum affectibus qui mouendi aut ſentiendi impotentiam afferunt, febris & plurimùm confert, vt ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrh. Eſt autem ἀκράτεια τοῦ σώματος, corporis ad motum impotentia, vt σκελέων τε & χερῶν ἀκρατέες dicuntur lib. de art. quibus crurum ac manuum motiones inefficaces reddunturἀποπληκτικοὶ autem pro paraplecticis ſumuntur, & iis qui partium ſyderatione laborant, vt ἀποπληξις τῆς μελέων dicitur Prorrhet. 2. & ἀποπληξίας δὴ τὰς ἰδίως καθαπληγίας λεγομένας μεταφέρουσιν ἐφ' ἃς εἰς ἀναισθησίαν & αἰαισθησίαν μελέων πινῶν καταστήσει τὸ νόσημα, vt ſcribit Galenus.[1]

* *Aph. 40. 44. & 51. lib. 6.* [1] *Com. 2. in Prorrh.*

In ſyderatis ſuccedentes hæmorrhoides vtiles, refrigerationes verò & torpores malum denunciant.

[478] Ἀποπληκτικοῖσιν αἱμορροΐδες ὀπιθυμόλυμαι, χρήσιμον. ψύξιες ἢ καὶ ναρκώσιες, πονηρόν.

Apoplexiæ cùm ex atra bile fiant, vt ſcribit Galenus ad aph. 56. & 57. libr. 6. ſuccedentes hæmorrhoides bono eſſe poſſunt. Aliôqui etiam τοῦ φλεγῶν ἀπόληψιν & venarum à craſſiore & copioſiore ſanguine interceptiones, quas apoplexiæ comitantur, hæmorrhoides obtingentes leuare poſſunt. ψύξιες autem & ναρκώσιες partis cuiusdam reſolutionem minantur, ideóque valde ſuſpectæ ſunt. Sic Prorrh. 2. τὰς ναρκας & καταψύξιας τῆς ὀσφύος τε & τοῦ σκελέων in Iſchiade valde ſuſpectat Hippocrates.

In ſyderatis ex magna ſpirandi moleſtia ſubortus ſudor, mortem adfert. In his rurſus ſi febris accedat, ſolutio contingit.

[479] Ἐν τοῖσιν ἀποπληκτικοῖσιν ὀπὶ τῇ δυσφορείῃ τοῦ πνεύματος, ἱδρὼς ὀπιθυμόλυμος, θανάσιμον. ἐν αὐτοῖσι ἢ πάλιν τούτοισιν ἢν πυρετὸς ὀπιθυμήσῃ, λύσις.

In apoplecticis (quos attonitos vocat Celſus) ex noxæ quam reſpirationi infert vehementia, diſcernitur affectionis magnitudo, vt ſcribit Galenus lib. 3. de loc. affect.[1] Cùm enim naturalem ordinem plurimùm egreditur, magnam; cùm verò paulùm impedimenti eſt, paruam in cerebro noxam eſſe coniicere oportet. Ex quibus apoplexiæ gradus exiſtimandi ſunt. Sanè omnium peſſima ſpiratio putanda eſt, quæ & intermittitur & magna cum vi trahitur, & vehementem apoplexiam facit: etſi maxima eſt & acutiſſima, in qua prohibetur ſpiratio. Vehemens quoque eſt, minùs tamen, quibus neque intentus, neque violentus, inæqualis tamen atque inordinatus prætereaq; intermittens ſpiritus trahitur: ſicuti in quibus aliquem ſeruat ordinem debilior exiſtit. Hîc igitur πνεύματος δυσφορίαν vocat, intentam illam ac violentam, & magna cum vi ac intermiſſione factam ſpirationem, quæ fortem apoplexiam ſignificat, & per ſtertorem indicatur aph. 51. lib. 6. & quam ſoluere nefas eſt. Sudor verò extremum naturæ conatum & oppreſſionem, maximámque imbecillitatem denotat. Febris autem apoplexiam ſoluere poteſt ex aph. 5. lib. 5. & 51. lib. 6.

[1] *Cap. 10.*

Syderationes quæ repente fiunt, ſi inſuper febris exolutionis in modum contingat, quæ diutiùs trahat, pernicíem minantur.

[480] Τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένως ὀπιπυρετιώσαι χρόνῳ, ὀλέθρια.

Ex Prorrh. 82. petita ſententia, quæ illic Numenij filij exemplum additum habet. Vbi etiam Galenus λελυμένως ὀπιπυρετιώσαι χρονίως iungit, & βληχρὸν καὶ χρόνιον, ἰσχὺν ἐξαῦ καὶ θερμὸν πυρετὸν exponit. Meliùs tamen ἀποπληκτικὰ λελυμένως iunguntur, vt apoplexia moderata ac veluti ſanabilis intelligatur vt ſcripſimus in Prorrh. Hic autem χρόνῳ pro χρονίως ponitur.

Quos ex aliqua ægritudine hydrops circumuenit, iis alui reſiccatę caprinis ſtercoribus ſimilia deiiciunt, cum mucoſa eliquatione, neque laudabili vrina. Pręcordiorum autem diſtentiones, ventris dolores ac tumores, & circa laterum inanitates ac ſpinæ muſculos dolores incidunt. Febres quoque, ſitis, & tuſſes ſiccæ comitantur, & ad motiones ſpirandi moleſtia, & crurum grauitas. Cibos etiam auerſantur, paucisq; ſumptis, explentur.

A 481 Οἷσιν ἐκ πινὸς ἀῤῥωστίης ἐς ὕδερον τρεψίσεται, τάδε τοισι χειλίαι ξηραὶ ἀπυρεξιώδεες ἔρχονται, μετὰ τρεῖπτιξιος μυξώδεος καὶ ὄρεγν ἐκκλοῦ. διαβρώσιές τε περὶ τὰ ὑποχόνδρια, καὶ πόνοι καὶ ἐπαύρματα περὶ χειλίας, καὶ πόνοι περὶ νεύρωνας, καὶ περὶ τοὺς ῥαχιαίους μύας τρεσαπόποισι. πυρετοί τε καὶ δίψαι, καὶ βῆχες ξηραὶ τὸ δὲ κοιλιῶθοι, καὶ δύσπνοια περὶ τὰς κινήσιας, καὶ σκελέων βαρύτης, σπλίων τε ἀφίξασι, καὶ τρεσενεγκάμενοι μικρὰ πλεριῶται. B

Quæ antea de hydrope in his præſagiis ſcripta ſunt, ex Hippocratis Prognoſt. deducta, ordinem & tractationem acceperunt: nunc verò permixtis inter ſe aquæ intercutis generibus, & cuiusq; ſpeciei attributionibus, confuſa exoritur doctrina, huic tumultuariæ operæ admodum familiaris, ac velut nullo loco poſita, perſonato tamen & mutato habitu, in orcheſtram venit. A qua autem intercus quæ longo antecedente morbo fit, vt quæ longis febribus ſuperuenit, admodum formidabilis eſt, vt ſcribit Paulus, omnium peſſima quæ ex acuto naſcitur.

πάπυρι κοιλίαι ξηραὶ ἀπυρεξιώδεες] Indicium eſt ortæ à iecore aquæ inter cutem, cum eóque conuenit quod antea ſcripſit ex Prognoſtico, ἢν κοιλίη ξηρὴ διαδίδωσι ἢ τρὸς αὐάγκιν. Cuius rei rationem adfert Galenus in Progn.

μετὰ τρεῖπτιξιος μυξώδεος] Hîc τρεῖπτιξιν μυξώδη vocat alui fluorem diutinum, cruda & mucoſa non ſine morſu effundentem, cùm C ventriculi vel inteſtinorum, maximéque icciuni vitio & totius meſenterij, vt phlegmone, iecur ipſum conſenſione quadam afficitur, & ad hydropem res deuenit, ac ab ilibus oritur (vt ex Hippocrate ſcribit Celſus) In hac autem aquæ intercutem ſpecie, cruda & incocta deiiciuntur alimenta, velut onere debilia inteſtina grauantia, corruptionémque ex inflammatione & bilis copia accipiunt, vnde morſum & naturæ ad excretionem contentionem habent, profluuiſque diuturnitatem. Cùm verò neque dolorem leuent, neque tumorem, ſed cum dolore & morſu excernantur propter inflammationem, rectè τρεῖπτιξιν vocat, velut eroſionem quandam & ex morſu eliquationem, qua cruda, liquida & mucoſa egeruntur. Videtur autem iſtud referri ad eam ſententiam antea ſcriptam, in qua aluum perturbatam & mucoſa egerentem, ad hydropem tendentem facit. Aliôqui τρεῖπτιξις iſta ſolidarum partium colliquationem præſefert, à febre hectica illiúsque malignitate, & corporis atrophia ex viſcerum corruptione, vbi corpus totum exuccum & velut eliquatum contabeſcit. Vrinas verò quales in aqua intercute damnet, antea quoque ſcriptum eſt. D

διαβρώσιές τε περὶ ὑποχόνδρια] διαβρώσιες legi ex melioribus codicibus cum omnibus interpretibus, ſententiámque continuaui: quanquam διαπόνιες retineri poteſt, quòd per huiusmodi tumores materia intus contenta hypochondria quodammodo ab internis dirimat & ſeducat. Sunt autem communes quæ hîc ſcribuntur hydropum affectiones, velut ventris tumores, dolores, hypochondriorum diſtenſiones, ſitis (in his maximè qui Aſcite laborant) & ciborum faſtidium, niſi ventriculi oſculum ex intempeſtiua frigidæ potione refrigeratum fuerit, vt ſcribit Galenus libr. 5. de loc. affect. febricula etiam comitatur aſſidua, lenta, ac ferè in totum plurimi ex hydropicis febriunt, vt ſcribit Actius. Grauitas quoque ac totius corporis langor, color vitioſus, corpus laxum, pallidum & emortuo ſimile. Spirandi difficultas à cibo præcipuè, & diſtenſiones etiam in pauco ingeſto, ob plenitudinem & venarum tenſionem. Quas affectiones his verbis Aretæus hydropicis in commune attribuit.[4] ξύμπασι ἢ ὁμοῦ ξυνέει, ὦχρος, δύσπνοια, βῆξ, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε νεῦραι θέες, ἔκνος, πυλὺς, ὑπόσιτοι. ἰῶν δὲ τὴν τρεσάμραντα κὴν βαρχὺ ἢ ἄφυσυν, φυσώδεες, διαβρώσιες ὡς ἀπὸ πλησμονῆς.

[4] Cap. 1. lib. 2. χρον. παθ. σημει.

Aquæ inter cutem vitio, cui leucophlegmatias nomen eſt, laborantes, alui profluuium ſedat. Animi abiectiones cum ſilentio, & ab hominibus ſolitudines fere eos conficiunt.

E 482 Τοὺς λευκοφλεγμαβιῶτας διάῤῥοια παύει, αἱ μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι, καὶ ἀπόνοιαι, καὶ ἐρημίαι τῶν ἀνθρώπων ἀνθρωπίνων τὸν τρόπον τὸν τῶν κατεργαστικῶν.

Leucophlegmatias nomen Celſi exemplo retinuimus. Vehemens autem & diuturnum alui profluuium eſſe oportet, ex aph. 29. libr. 7. vnde ductum eſt hoc præſagium. Hanc in ſententiam ſcripſit Hippocrates lib. 1. de Morbis, ὑδρωπικὸν καὶ λευκοφλεγμαβιῶτα ἢ κοιλίη ἰχωρώδης, ἀγαθόν. In hoc verò alui profluuio cruditatem antea damnauit, vbi hæc ſententia adumbrata eſt & à nobis confirmata. Quod ſequitur etſi magna ex parte diſiunctum ſcribitur, connecti tamen oportere videtur. Vbi illud, αἱ τῶν κατεργαστικῶν, ambiguam habet ſignificationem. Incertum nanque num ad cauſam referatur, & animi abiectionem F cum ſilentio, & hominum auerſationem ac fugam (quæ melancholici humoris ſigna ſunt) ad hydropem efficiendum ponat, quæ tamen rara cauſa eſt, ideóque ὀθνεῖον: ab authore adſcribitur. Poteſt & ad ægritudinis modum aut mores accommodari, & periculum circumſcribere, quòd animi deſponſiones ac ſolitudines huiusmodi ægros conficiant ac opprimant. Quinetiam αὐτῶν κατεργαστικῶν intelligi poteſt, quòd eos exerceant, profligent, & conficiant, velut κατεργασμένος exercitatus, confectus & profligatus dicitur. Quam in rem eleganter ab Aretæo ſcriptum eſt his verbis cap. 1. lib. 2. περὶ χρον. παθ. σημειω. ὀθνεῖ δὲ τοῖσι αὐτὰ σάρκα καὶ τὸ φλεγματῶδες οἴδεῖ ἄπαντα κρύπτεται. ὕπνοι βαρέες, νωθροὶ, σμικροὶ, ἀψυχίη, σμικρολογίη, φιλοζωΐη, καρτερίη ἐν ἀπ' εὐθυμίης καὶ εὐελπιστίης, ὅκως τοῖσι ἐν εὐτυχίῃ, ἀλλ' ἐξ αὐτέου τοῦ πάθεος. Has autem omnes quas expreſſimus τοῦ καταρράζεσθαι notiones, vno vt potuimus (conficienti) verbo concluſimus.

Quibus vehemens mentis emotio ex metu cum perfrictione contingit, febres cum ſudoribus & ſomni ſermonem omninò intercipientes hæc ſoluunt.

G 483 Οἷσι φόβου μετὰ καταψύξιος ἐξίσανται, πυρετὸ μεθ' ἱδρώτων, καὶ ὕπνοι οἱ πόνωδοι τῶνδε λύουσιν.

Ex dictione inſolenti & affectata de induſtria, obſcurata eſt ſententia. Primum φόβῳ pro ἐν φόβῳ poſitum, & aliàs huiusmodi phraſis huic authori vſurpata. Deinde οἱ πόνωδοι ὕπνοι quinam dicantur non ſatis conſtat, & inſolens dictio ſcriptionis fidem ſuſpectat. Quam tamen ex codicum pluralitate ſecuti, ſomnos ſermonem omninò intercipientes, hoc eſt, tranquillos, profundos, & minimè turbulentos diximus, quibus ſolui velit mentis emotionem ex metu cum perfrictione & febre, excitatis ſudoribus vt κρίσεως legibus. Etſi ἄαυδοι potiùs quàm πόνωδοι legendum cenſemus, cùm ἄαυδος ἄφωνον ſignificet Heſychio. Cornarius ὑπ' ἀαυδοι ὕπνοι legit ex coniectura fortè potiùs quàm vllorum codicum lectione, & ſomnos aliquantulum vocem intercipientes dixit, cùm loquelam intercipientes dicere debuerit. Eſt enim ἄαυδον aliud quàm ἄφωνον apud Hippocratem, vt noſtris in libr. 3. Epid. Annotat. & verò plenius in noſtra OEconomia ſcripſimus. Somni igitur aliquantulum ſine voce intelligi poſſunt profundi, alti, H & in quibus nulli ſermones, nulla vox, nullę vociferationes, clamores, aut eiulationes exaudiuntur. Qui etiam ſanè velut ſudores ipſi ſolutionis criticæ cautionem inire poſſunt. Sunt qui pro πόνωδοι, νήδυμοι legant, vt ſint νήδυμοι ὕπνοι profundi ſomni & alti. Quæ dictio Homero familiaris eſt, & νήδυμον, ἡδὺ καὶ βαθὺ Heſychio exponitur.

A 484 Ἐκ μανίης ἐς βεβήχον μετὰ βηχὸς ἀπόστασις. Ex inſania in raucedinem cum tuſſi fit ſeceſſio.

Idq; ex humoris tranſpoſitu contingit, & κατ' ἀπόθεσιν ἀπόστασις iſta fieri ſolet. Hîc nanque ἀπόστασις (vt aliàs ſæpe) μετάστασιν ἐξ ἑτέρου νοσήματος εἰς ἕτερον ſignificat, velut ἀποστάσης ἐκ φραγγονείας, καὶ ἀποστάσης εἰς παρωτάδας dicit Hippocrates[4] quod aliàs ſcripſimus.

[4] Lib. 1. epid.

B 485 Ἐν τοῖσι μανικοῖσι ἀπασμὸς τρεσγινόμενος, ἀμαύρωσιν ἴσχει. Inſanientibus accedens conuulſio, oculorum aciem retundit.

ἀμαύρωσις Hippocrati non niſi oculis hebeſcentibus attribuitur & obtuſis. Par eſt igitur in inſanientibus & furioſis reſiccato calore neruorum principio, conuulſione oculorum aciem hebeſcere ac retundi. Quod quàm ſit damnandum in morbis præcipitibus ſatis teſtatur Hippocr. lib. 6. Epid. In aphoriſmis quoque ab humore melancholico ἀποσκοτήσεις, vt hîc etiam ſuſpectat, & cæcitates fieri ſcribit. Hoc verò loco ἀμαύρωσιν extinctionem ægri & exitium ex natura rerum accipit Præceptor Hollerius. Qua notione certè mihi diſſipationem, dixiſſe videtur Cornarius.

Vehementes mentis emotiones ſilentes, abſque quiete, oculis quoquouerſum intuentes, ſpiritum efflantes, perniciem minantur, diuturnas verò faciunt partium reſolutiones. Quinetiam vehementer inſaniunt hoc modo affecti. Quibus autem cum ventris perturbatione huiusmodi affectus ingraueſcunt, iis nigra per aluum ad iudicationem prodeunt.

486 Αἱ σιγῶσαι ἐκπλήξιες ἐκ ἡσυχάζουσαι, ὄμμασι τρεμβλέπουσαι, πνεῦμα ἔξω ἀναφέρουσαι, ὀλέθριαι. ποιοῦσαι δὲ τὰς παρατάσιας χρόνια. ἀταρ καὶ ἐκμαίνονται ὅτοι. οἷσι δὲ ὅτι τρεσχὴ χειλίης ὕτω παρεξιόνοι, C τρεὶ κρίσιν μέλαινα διέρχεται.

Iſtud obſeruationem habet empiricam, ac ferè conſentit cum ſent. 64. & 65. antea hoc Prognoſtico deſcriptis. Hæ verò vehementes mentis emotiones taciturnæ & ſilentes, neque tamen quieſcentes, ſed μετὰ θορύβου & inordinato corporis motu, manuum geſticulatione & calcitratione, melancholicas inſanias ſuſpectant, ex bilioſi humoris exaſſatione. Poſſunt autem leues partium ſyderationes ex humorum tranſpoſitu contingere, idque depoſitionis quadam ratione, velut nigrorum ſeceſſus cum alui perturbatione ad iudicationem tendentes grauiſſimos caſus liberant. Quod verò dicitur ὄμμασι τρεμβλέπουσαι, ſuo more morbo attribuit quod ægros afficit, idque inſaniam indicat & inconſtantem oculorum motum quoquouerſum circumſpicientium denotat. πνεῦμα etiam ἔξω ἀναφέρουσαι ſpiritum efflantes ſignificat, quos antea ἀκφυσῶντας dixit, qui ex concepto intus incendio magnam ſpiritus copiam expiratione efflant. Etſi nonnulli ad ſpirationem magnam & raram delirij propriam non malè referunt. Hîc autem in magna exemplarium varietate, pluralitatem ſecuti ſumus, & ποιοῦσι, non ποιοῦσαι, cum Cornario legimus.

D 487 Οἷσιν ὑγιαίνοισι χειμῶνος ἐόντος τρεὶ τὼ ὀσφὺ ψυχρότης καὶ βάρος ἀπὸ βεχείης τρεφάσιος, ἢ χειλίης ὀπίσασις, τῆς ἄνω κοιλίης ὑπερετάσης, ἰσχιάς, ἢ νεφρῶν πόνος, ἢ φραγμείης πάγα αὐ συμβαίνει. Si per ſanitatem hyemis tempore lumborum frigiditas & grauitas leui ex occaſione orta ſit, & alui ſuppreſſio, ſuperiore ventre probè officio ſuo fungente, coxendicum, vel renum dolor, aut vrinæ ſtillatio fortè expectanda eſt.

Humorum in lumbos decubitus qualitate aut copia noxiorum, grauitatem & frigiditatem infert, & ferè coxendicum laborem minatur, aut renum dolores, & vrinæ ſtillicidium, ſi per vrinæ vias deducta humorum multitudo, craſſitudine ſua reſtituet, aut noxia qualitate veſicam vrgeat. Poteſt etiam meritò quodam colicus labor ex loci vicinia ſperari, & id in dies contingere videmus. Neque id ſolùm hyemis tempeſtate, ſed ſi quouis tempore contingat, præcipuè tamen hyeme, aëris ambientis & frigoE ris, humoriſq; eo tempore redundantis ratione.

488 Οἷσι τὰ κάτω κακοῦται, κνησμῶν ἐγγενομένων ἔμπροσθεν ἰχῶρων, τὸ ποιεῖν ἀμμώδες ὄζον γίνεται, καὶ ἐφίσαται. τοῖσι δὲ ὀλεθρίοισιν αὐτῶν ἡ διάνοια ἀπονάρκοῦται. Quibus inferiores partes malè afficiuntur, vehementibus pruritibus priùs obortis, iis vrina ſabuloſa fit & ſubſiſtit. At qui perniciosè habent, iis mens obtorpeſcit.

Indefinita eſt ſententia, neque enim ſatis compertum eſt quaſnam partes inferiores intelligat, nec ſatis expreſſum quonam virio affici ſentiat. Vero tamen eſt ſimile partes inferiores renes pertingentes, lumbos & coxendicem ſubaudiri, quas in renum calculis & ſabuloſa vrina grauari, morderi, tundi ac premi contingit. Neque verò etiam neceſſe eſt vehementes pruritus antecedere, niſi illarum partium morſus ac coxendicis grauitatem, dolorem ac ſtuporem capiat. Sic ſubſiſtere vrinam ac ſupprimi à calF culo crebrò contingit. Quòd autem mens obtorpeſcat, id non niſi morti iam vicinis ex ſuppreſſa vrina & extincto calore natiuo emortuis ac ſopitis ſenſibus animaduertitur, ac in his ex vrinæ ſuppreſſione perniciosè habent, ſublatis ſurſum vaporibus & oppreſſis vitalitatis viſceribus, grauari cerebrum ſæpe videtur, & ſenſationes quodammodo obſtupeſcere, indeq; præſentiſſimum vitæ periculum colligitur.

489 Οἱ τὰ ἀῤῥαφλυκταίνοι ἐξερύθρεσιν ὅτι πολλοῖσι, ὅτι ῥιγώσαντες, ὅτοι χειλίας καὶ βουβῶνας ἐκφοινίσσουσι, οἷα πληγῆσιν ἐπωδυνίοισι, καὶ ἀποδυήσκεισι. Quibus ad articulos prærubræ puſtulæ ſuperficiales enatæ ſunt, ac ſubinde rigent, iis velut ex acceptis plagis cum dolore venter & inguina rubeſcunt, & pereunt.

Huiusmodi puſtulæ exanthematum genere cenſentur & valde ſuſpectas habent notas, qualia peſtilente cœlo in morbis poG pulariter graſſantibus paſſim animaduertuntur, & venenatæ materiæ indicia præſeferunt. Sic ἐρυθήματα in febribus crebrò damnat Hippocrates. & ἐξανθήματα οἷα ἀπὸ κωνώπων, velut culicum morſus ac punctura toto corpore enaſcentes, in morbis popularibus valde ſuſpectas habet, velut in fullone Syrio ac Pherocyde, & Euphranoris filio apparet lib. 7. Epid. Atq; hæc aliquando ſine vlcere apparent, & vibices velut acceptis verberibus præſeferunt, vnde μώλωπες dicuntur: interdum etiam vlcus & cruſtam faciunt.

490 Τὰ ἰκτερώδεα, ὅ πόνου τι ἐπαυξανόμενα. οἷσι λύγγες χειλίας καταῤῥήγνυνται. ἴσως ἢ ὀπίσασις. ὅτοι ἐκχλοιοῦνται. In morbo regio affectis, nec admodum ſentientibus, quibus ſingultus adeſt, iis aluus effunditur, fortè verò etiam ſupprimitur, atq; hi cum virore palleſcunt.

Sumpta ex Prorrh. 154. ſententia paucis quibusdam immutatis. Raræ autem ſunt in ictericis affectiones adſcriptæ, ſingultus, ſenſus hebetudo, ac ſtupor, & alui effuſio, & vt diuerſam à morbo regio habent, naturam; ita ſi quãdo accidant, periculum creant, H vt ſymptomatum huiusmodi concurſio in Hermippo ſatis indicat ex Prorrh. & Hermocrate lib. 3. Epid. Sic ἡ ὅτι ἰκτέρῳ μώρωσις καὶ κωφὴ (vt antea hoc in Prognoſtico eſt ex Prorrh. adſcriptum) quam νωθρότητα, ſtupiditatem ac ſenſuum tarditatem interpretatur Galenus. Alui verò ſuppreſſio vt icterici eſt familiaris, ita & ex bilis refuſione cum virore palleſcens color, qui & ex in ſigni viſcerum obſtructione in cachexia laborantibus ſæpe viſitur, & per ἐκχλοιόδεα Hippocrati ſignificatur, quod idem eſt ac χλωραίνεσθαι, vt

χλοὰς, χλωρότης, καὶ χλωῶδες, χλωρόν dicitur, vt aliàs ſcripſimus ex Galeno. Hic autem color à bile pallida & crocea in auruginoſis ex viridi ſubluteus conſpicitur, atque huius argumentum in oculis proditur, qui promptè colorem ex virore palleſcentem imbuunt, quos herbeos dixit Plautus Curculione. At in Prorrh. ἐκλύονται pro ἐκχλοιοῦνται legitur, ex vocis affinitate aut rei conſecutione, quemadmodum aliàs ſæpe pro ἐκχλοιοῦσθαι ἐκλύεσθαι ſcribitur apud Hippocratem, & id per ἔκλυσιν expo nit Galenus, quòd ſi hepaticum ſymptoma, vt idem ſcribit Com. 3. in Prorrhet. & nos aliàs fuſiùs expreſſimus. Hîc autem χλοιοῦνται pro ἐκχλοιοῦνται videtur legere Gal. in exgeſi vocum Hipp. & pro χλωραίνουσ) poſitum eſſe ſcribit. A

Lateris dolores in febribus leuiter firmatos, & abſque vlla ſignificatione, venæ ſectio lędit, ſiue auerſum à cibis animum, ſiue ſublata præcordia æger habeat. Quinetiam in corporis perfrictione torpeſcentes non ſine febre, ſanguinis detractio lędit, & cùm videantur leuiùs habere moriuntur.

491 Τὰ κατὰ πλευρὸν ἀλγήματα ἐν πυρετοῖσιν ἰσχνῶς ἐστηκότα, ἄσημα, φλεβοτομίη βλάπτει, κἢν ἐπόσιτος ᾖ, κἢν ὑποχόνδριον μετέωρον. ἢν δὲ καταψύξῃ. οὐκ ἀπύρετος νεωστὶ δρεψάμενος αἵματος ἀφαίρεσις βλάπτει. καὶ δοκέοντες δὲ ὀλιγοχρόνιοι ἔχειν, ἤτοι θανήσεται. B

Leues videtur intelligere laterum dolores & à flatibus ortos, tenuantibus & diſcutientibus medicamentis ſedari poſſe, & phlebotomia lædi. Sed obſcura eſt phraſis & inſolens, ac de induſtria quadam huius Prognoſtici authori affectata. ἀλγήματα nanque ἰσχνῶς ἑστηκότα intelligere videtur, leuiter conſiſtentes ac firmatos dolores, leues, nec ita fixos ac ſtabiles, quemadmodum in Prorrhetic. dicuntur περὶ ὠδίνων καὶ πλευρὸν ἀλγήματα, aut περὶ κεφαλὴν ἀλγήματα, τὰ μὲν σμικρὸν γινόμενα, τὰ δὲ ἀόριστα, vt exponit Galenus. ἄσημα verò vocat leuem de ſe ſignificationem præſeferentes dolores, neque effatu dignos: Aut certè ἄσημα ἰσχνῶς ἑστηκότα ſimul iuncta, ἀσήμως ἰσχναινόντα (velut antea dixit) ſubintelligit, aut ὠδηλόγως ἢ οὐκ εὐφάνειαν ἔχοντα, absque vlla ſignificatione euaneſcentes & diſparentes dolores, velut πλευροῦ ἄλγημα ἀλόγως ἀφανιζόμενον, temerè & præter rationem euaſcentem lateris dolorem in Prognoſtico ſcribit. Quod ſequitur de perfrigeratis & torpeſcentibus, non temerè eſſe adhibendam ſanguinis miſſionem his caſibus conſulit, vbi frigidæ materiæ copia ſtupefacti ſunt ſenſus, & totum corpus perfixit, quod etiam eſt antea hoc præſagio ſignificatum. ἀπύρετοι autem addit, velut in Prorrhet. περὶ ἀποψύξεων μὴ ἀπύρετοι dicuntur. Exemplaria quædam βλάπτει pro βλάπτει habent, quod eſt minutum. C

Caput, pedes & manus frigidas eſſe, ventre & lateribus calentibus, mali morbi ſignum eſt. Optimum verò totum corpus æquè calidum & molle eſſe.

492 Κεφαλὴν καὶ πόδας καὶ χεῖρας κατεψύχθαι, κοιλίης καὶ πλευρῶν θερμῶν ἐόντων, κακόν. βέλτιστον δὲ πάντῃ ὁμοίως τὸ σῶμα θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακόν.

Id de morbis acutis intelligi ſatis patet ex Prognoſtico, vnde hic totus locus deſumptus eſt. Et per totam Hippocratis Œconomiam ἀκροτελεύτοις ψύξις damnatur, vt aphoriſm. 1. & 26. lib 7. & 48. lib. 4. Celſus hunc locum ex Prognoſtico ſuo more ingenio indulgens, ſic vertit, Mali etiam morbi ſignum eſt, caput & pedes manuſq; calidas habere, ventre & latere frigentibus, aut frigidas extremas partes, acuto morbo vrgente. Idem quoque in valetudinis turæ ſignis reponit, corpus quod æqualiter molle & calidum eſt. *Cap. 4. lib. 2.* D

Ægrum quoque facilè conuerti oportet, & dum ſurgit leuem eſſe. At grauitas quæ totum corpus, vel manus ac pedes premit, vitioſa eſt. Quòd ſi cum grauitate digiti quoque ac vngues liuidi fiant, in propinquo mors eſt. At ſi omninò nigreſcant, minus quam liuentes periculum portendunt. Verùm tunc reliqua conſiderandа ſunt. Etenim ſi facilè morbum ſuſtinet æger, & aliud quiddam ex his quæ ſecuritatem pollicentur ſe prodit, morbus in abſceſſum vergit, & denigratæ corporis partes decidunt.

493 Σφέφεσθαι δὲ ῥηϊδίως χρὴ τὸν νοσέοντα, καὶ ἐν τοῖσι μετεωρισμοῖσιν ἐλαφρὸν εἶναι. βαρύτης δὲ ὅλου τοῦ σώματος, καὶ χειρῶν καὶ ποδῶν, πονηρόν. εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ βαρέος πέλιοι γίγνονται οἱ δάκτυλοι καὶ οἱ ὄνυχες, πλησίον ὁ θάνατος. μελαινόμενα δὲ παντελῶς, ἧσσον ὀλέθρια τῶν πελίων. ἀλλὰ τὰ λοιπὰ θεωρεῖν. εὖ γὰρ ὑπτέτεος φέρῃ ὁ νόσημα, καὶ ἄλλο τι τῶν ἐνεόντων ἐπιδεικνύῃ, ὁ νόσημα ἐς ἀπόστασιν τρέπεται, καὶ τὰ μελανθέντα τοῦ σώματος ἀποπίπτει. E

μετωρισμοὺς σημαίνουσι exponit Galenus in Prognoſt. ægrorum exurrectiones, dum ſe erigunt & attollunt.

Teſticuli pudendumq; retractum, malum denunciant.

494 Ὄρχεις καὶ αἰδοῖον ἀνέσπασμένα πονηρὸν σημαίνει. F

ὀρχὶς ἀνεσπασμένος κριθινὸν Hippocrati. At hæc contractio ac reuulſio facultatis vitalis ac animalis extinctionem & reſiccationem aut reſolutionem ſignificat, vt patet ex Prognoſtico.

Lib. de rat. vict. in morb. acut.

Flatum verò abſque crepitu ſono emitti, inter optima ſigna eſt. Præſtat tamen cum ſtrepitu prodire quam illic reuolui: Quanquàm hoc pacto prodiens, dolorem & delirium denunciat, niſi ſua ſponte id æger fecerit & flatum emiſerit.

495 Φῦσαν δὲ αὖθι ψόφου παρὸν ἄριστον διεξιέναι, βέλτιον. κρέασον δὲ καὶ στὺ ψόφῳ διελθεῖν, ἢ αὐτὸ ἀνιᾷ καὶ ἀλγεῖν. καὶ τοι τοῦτον διελθοῦσα, σημαίνει πονηρὸν καὶ παραφροσύνην, ἢν μὴ ἑκὼν τοῦτο ποιήσῃ τὴν ἄφεσιν τῆς φύσης. G

Et hic quoque locus ex Prognoſtico ſumptus eſt. Etſi verò conſtare poteſt lectio. αὖθι ψόφου παρὸν ἄριστον, vt ſit abſque crepitu ſtrepitu, quod legunt omnia exemplaria, tamen αὖθι ψόφου καὶ παρὸν ἄριστον ex Prognoſtico malim: non ſecus ac paulò pòſt, σημαίνει πόνον & παραφροσύνην lego, vbi exemplaria πονηρὸν habent. Quod etſi retineri poteſt, vt pernicies & delirium denuncietur, cuiuis tamen patet priorem lectionem eſſe germanam. Idem eſt iudicium in eo quod ſequitur, ἢν μὴ ἑκὼν τοῦτο ποιήσῃ, quod legunt omnia exemplaria, ex Prognoſtico tamen meliùs legatur, ἤτοι ποιήσῃ τὴν ἄφεσιν τῆς φύσης.

Vlcus liuidum & aridum, aut pallidum effectum, mortem indicat.

496 Ἕλκος πέλιον καὶ ξηρὸν, ἢ χλωρὸν γινόμενον, θανάσιμον.

Etſi χλωρὸν apud Hippocratem paſſim ex virore palleſcens ſignificat, hîc tamen pallidum indicare ſatis apparet ex Prognoſtico, quòd illîc ὠχρὸν hîc χλωρὸν poſuerit, & ex Galeni Commentario, qui etiam χλωρὸν αἱ τὴν ποδώκεος positum agnoſcit, & ex Celſo quoq; qui pallidum vertit. Porrò vlcera liuida quomodo mortem præſagiant indicat Hippocrates lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, & libr. de Capitis vulneribus. H

497 Ἀνάκλισις βελτίστη μὲν, ὡς εἴθισται τις ὑγιαίνων. ὕπτιον δὲ κεῖσθαι, τὰ σκέλεα ἐκτεταμένον, οὐκ ἀσφαλές. εἰ δὲ καὶ καταρρέοι περιπετὴς ὀλίγον ποδῶν, χεῖρον. θανάσιμον δὲ καὶ κεχηνέναι, καὶ καθεύδειν ἀεί. καὶ τὰ σκέλεα ἐπὶ πλεῖστον κεκμηκότα συνκεκαμμένα τε εἶναι ἰσχυρῶς καὶ ἐξηπατημένα. ὃ δ' ὅτι γαστέρα κεῖσθαι οἴεται μὴ σώφρων, παραφροσύνῃ σημαίνει, καὶ πόνοις περὶ κοιλίαν. πόδας δὲ γυμνοὺς ἔχειν καὶ χεῖρας, μὴ θερμὸν ἐόντα ἰσχυρῶς, καὶ τὰ σκέλεα διερρίφθαι, κακόν. ἀγχόνιον γὰρ σημαίνει. ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι, κακὸν τοῖσι ὀξέσι. κάκιστον δὲ ἐν τοῖς πλευριτικοῖσι, καθεύδειν δὲ καὶ τὴν νύκτα, τὴν δὲ ἡμέρην ἐγρηγορέναι. ὃ δ' ἐναντίον, πονηρόν. ἥκιστα δ' αὖ βλάπτει ὃ τοιοῦτος κοιμώμενος ἕως τῆς τρίτης τῆς ἡμέρης. οἱ δὲ μὴ τοιοῦτοι ὕπνοι, πονηροί. κάκιστον δὲ μὴ καθεύδειν, μήτε ἡμέρης, μήτε νυκτός. ἢ γὰρ ἐπὶ ὀδύνῃσι τε καὶ πόνοις ἀγρυπνοίη αὖ, ἢ παραφροσύνης ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου. A B C D E

εἰ δὲ καταρρέοι περιπετὴς] Celſum ſecutus, deorſum delabi ad pedes, idem ac pronum, dixi. Sic enim illud ex Prognoſtico vertit. *Cap. 6. lib. 2.*

καὶ κεχηνέναι & καθεύδειν ἀεί] In Prognoſtico hiantem aſſiduè dormire damnatur. Sed & hiantem, & aſſiduè dormientem exitio eſſe, ex quibusdam exemplaribus agnoſcit Galenus. Quem ſenſum ſequitur huius Præſagij author. Celſus quoque dum ſcripſit, vbi hiat, vbi aſſiduè dormit. †Et de ſomno agens, Æquè verò ſignum malum eſt, etiam ſomno vltra debitum vrgeri, peiúsque quò magis ſe ſopor interdiu noctuq; continuat. †*Cap. 4. lib. 2.*

σκέλεα ξυγκεκαμμένα] Genua contracta dixit Celſus, quòd crura non niſi curuatis genibus contrahi poſſint. ἐξηπατημένα verò reducta dixi, quòd diſperſa ac diducta, & à ſe inuicem diſtantia ſignificent, cùm Galenus παρὰ μέχρι πλείστου διεστῶτα σημαίνειν ſcribat, & ἐν παῖς γλώσσῃς ἐξηπατημένα (etſi aliunde natum eſt) παρὰ ὅτι πολὺ κατὰ τὴν πληγὴν δεῖται διεστῶτα exponit, non ſecus ac ἐκπεπληγμένα & ἐξηπατῆχθαι lib. 6. Epid. & τὸ ἐκπεπληγμένον ὅτι πολὺ διεστῶτων σκελῶν lib. de fracturis.

καὶ τὰ σκέλεα διερρίφθαι] In Prognoſtico ἀνωμάλως διερριμμένα σκέλεα dicuntur, quod Celſus inæqualiter diſpergere dixit. Sunt enim crura diſperſa & diſiecta, velut proſtrata, omni robore exoluto. ἔρριψις nanque eam proiectionem ſignificat, qua corpus proſtratum eſt, velut exanime & emortuum, exolutis viribus omnibus & deiectis. Qua dictione vtitur Hippocrates libro περὶ χυμῶν. ἐρρίφθαι verò & καταπεσεῖν ea ratione, differre inter ſe quà καταπίπτειν & καταπεσεῖν ſcribitur à Galeno libr. de Tremore palpitat. &c.

ἀνακαθίζειν] Reſidere Celſus dixit, quod eſt erectum ſedere velle, & illud in morbi vigore vehementem ſpirandi difficultatem, aut inquietem corporis iactationem, aut delirium portendit.

καθεύδειν δὲ χρὴ] Integra eſt ſententia in Prognoſtico, quam eleganter Celſus vertit cap. 4. libr. 2. hîc verò conciſa eſt & defecta.

Optimus ille quidem iacentis habitus, quem ſanus aliquis vſurpare conſueuit. Supinum verò iacere cruribus porrectis, probari non poteſt. Id quoque deterius vbi ſubinde deorſum ad pedes prolabitur. Exitioſum eſt vbi hiat, aut aſſiduè dormit. Aut vbi ſupinus iacet cruribus vehementer contractis ac reductis. Pronum autem iacere ei qui non conſueuit, delirium aut circa ventrem dolores portendit. Quòd ſi pedes & manus nudat, neq; vehemens calor ei ſubeſt, & crura diſpergit, mali morbi ſignum eſt, angorē nanque portendit. Vbi verò reſidere vult æger, malum quidem indicium in acutis morbis, ſed longè peſſimum in pulmonum & laterum affectibus. Noctu dormiendum, interdiu vigilandum, contra verò malum. Minimum autem offendit, ſi quis matutino tempore ad tertiam diei partem dormiat. Qui verò ab hoc tempore ſomnus eſt, malus. Peſſimum tamen eſt ſi ſomnus neque noctu neque interdiu accedit. Id enim ob dolorem laboremq; accidit, vel delirium fore ſignificatur.

498 Ὀχέοισι χρόταφος πάλλεται, ἀπασμὸς ἐκ τῶν ἐναντίων ἢ τομῆς ὅλης γίνεται.

Quibus tempora ſecantur, iis ex aduerſa ſectionis parte conuulſio contingit.

Hic locus multa ad chirurgiam pertinentia tractat. Digna autem Hippocratis doctrina hæc ſententia & ex media eius Œconomia tracta eſt. Nam in capitis ſectionibus tempora cauet, & temporum vulnera ac diruptiones, conuulſiones & ſopores accerſunt, vt antea ſcriptum eſt hoc Præſagio. Quod etiam indicatur libr. de vulner. cap. his verbis, Τάμνουσι δὲ κεφαλὴν, παρὰ μὲν ἄλλα τῆς κεφαλῆς ἀσφαλέστερον ἔχει τεμνόμενα. ὁ δὲ κρόταφος, καὶ αὖθις ἔνθα τῶν κροτάφων, κῆρ τῶν φλέβα τῶν ἀξιῶν κροτάφων φερομένων, τοῦτο δὲ τὸ χωρίον μὴ τέμνειν. ἀπασμὸς γὰρ ὅλης λαμβάνει τὸν τρόπον τοῦτον. In Prorrhetico quoque, ἀεί γε καὶ περὶ κρόταφον ὀξέων σημαίνει ἀπασμὸν ὅλης κακοῦνται; Tempora nanque ob cerebri viciniam, promptè conuulſiones & reliquas noxias ſentiunt. Quod etiam ſcribitur libro περὶ ἕλκων, ὀλίγα μὲν αὐτῶν ἐν τοῖσι κροτάφοις τὸ ἕλκος ὅλης σημαίνει σωτηρίαν μένον. & ὀλίγα πληγαὶ καίριαι & καρώσεις αἱ κροτάφιαι γίνονται, & ἐν ἄλλοις λόγοις εἴρηται. Quem locum adducit Galenus Com. 3. in Prorrhet. Hæc verò conuulſio longè alia eſt quàm quæ ex capitis vulneribus accidit, quæ etiam vt ex altera ſectionis parte contingat, diſertè ſcribitur lib. de capitis vulneribus, & ἢν μὲν ἐπὶ ἀρίστερα τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος τὸ ὅλον τὸ δεξιὰ τοῦ σώματος ὁ ἀπασμὸς λαμβάνει. ἢν δὲ ἐν τῷ ὅλῳ τῷ δεξιᾷ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὸ ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ σώματος ὁ ἀπασμὸς ὅλης λαμβάνει. Sic quoque ancillæ in Omilo libr. 5. Epidem. ex capitis vulnere conuulſio contigit. ἀπασμὸς ἢ χέρσα τὸν ἀριστερὸν ἐπελάμβανεν. οὐ γὰρ τοῖσι δεξιοῖσι μᾶλλον εἶχε τὸ ἕλκος. F

499 Ὅσοισιν αὖ ὁ ἐγκέφαλος σφοδρῇ, καὶ πονέσῃ πληγῇσιν, ἢ ἄλλως πίπτοισι, παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ ἔτε ὁρῶσιν, ἔτε ἀκούοισι, καὶ τὰ πολλὰ θνήσκουσιν.

Quibus concuſſum fuerit cerebrum, vel ex plaga doluerit, aut aliquo caſu, his illico vox deficit, neque vident, neque audiunt, fereq; intereunt.

Ex Aphoriſmo 58. libr. 7. petita ſententia, quæ integra diſertè expreſſa eſt libr. 1. de Morb. ἢν ὁ ἐγκέφαλος σφοδρῇ τε καὶ πονέσῃ πληγῇσι, ἄφωνον παραχρῆμα γίνεται καὶ ἀνάγκη, & μήτε ὁρᾶν μήτε ἀκούειν. Fit autem concuſſio aut ex caſu aliquo ex editioribus locis, aut plaga inſigni (quam etiam conſequitur ἔκπληξις καὶ παραφροσύνη, periculúmque denunciat, ex aphoriſm. 14. libr. 7.) aut capite ad durum aliquod illiſo, aut telo aliquo obtuſo percuſſo. Sic qui lapide in caput à Macedone percuſſus eſt libr. 5. Epidem. ἔπεσε, ἄφωνος ἦν, οὐκ ἐνεῖδεν οὐδὲν οὐδὲ ἤκουεν, οὐδὲ ἐφρόνεε, quæ ſunt inſignis vulneris & cerebri appetiti non leuia indicia. Interdum contractio aut conuulſio contingit, & tunc nulla vitæ ſpes eſt. G

500 Οἷς ἐγκέφαλος πιέζοιτο, πυρετὸς ὡς ὀξὺς πολὺ καὶ χολῆς ἐμέσις ὅλης γίνεται, καὶ ἀποπληξίη σώματος, καὶ ὀλέθριοι οἱ τοιοῦτοι.

Ex cerebri vulnere, febris vt plurimùm, ac bilis vomitus ſuccedit, & corporis reſolutio, iíque perniciosè habent. H

Hi quoque casus insignia capitis vulnera sequuntur, quæ membranas aut cerebrum attingunt, vt patet ex aphorism. 50. lib. 6. & lib. 1. de Morbis scribitur, vnde expressa videtur hæc sententia. Ὧν δὴ τρωθῇ (ὁ ἐγκέφαλος) πυρετὸν τε ὀπισθοβαρὲς, καὶ χολῆς ἔμετον, καὶ ὑποπληκτόν τε τὴν σάρκα ῥιγέσας, καὶ ἀπολέσας. Quòd autem in capitis vulneribus bilis vomitione refundatur, (χολομετίας vocat Galenus) id in insignibus capitis vulneribus ex ventriculi consensione contingere scribit Galenus. * Corporis etiam stuporem, aut alicuius partis syderationem (ὑποπληξίαν vocat) & febrem, in huiusmodi casibus mortis adferre periculum scribit Hippocrates lib. de Cap. vulneribus, & Prorrh. 2. & Celsus cap. 4. lib. 8. vt & ἔκπληξις vulneribus capitis adscribitur aph. 14. lib. 7.

*Cap. 3. de loc. aff.

Ossium capitis fracturæ cognitu difficillimæ, quæ circa suturas sunt. Fiunt autem potissimùm à grauibus ac rotundis telis, aut ex his quæ ex opposito feruntur, neque ex plano. At ossa, de quibus fissa sint néc ne ambigitur, sic discernas, si in vtranque maxillam albucum aut ferulam manducandam exhibueris, atque animum aduertere iusseris, num os aliquod strepere videatur, confracta nanq; strepere videntur. At processu temporis, fissa quidem septimo die, partim verò decimoquarto, partim etiam aliàs, sui significationem edunt. Nam vel caro ab osse abscedit, aut os liuescit, aut dolores ex saniei influxu excitantur, eaq; iam remediis ægrè cedunt.

[501] Τῶν ῥηγνυμένων κεφαλῆς ὀστέων, χαλεπώτατον γνῶναι τὰ κατὰ τὰς ῥαφὰς ῥηγνύμενα. ῥήγνυται δὲ ὑπὸ τῶν βαρέων καὶ τροχύλων βελέων μάλιστα, καὶ οὐκ τῶν ἐξ B ὑψηλοῦ φερομένων, καὶ μὴ ἐξ ἰσοπέδου. τὰ δὲ ἀποῤῥήγνυμενα, πότερον ἔρρωται ἢ ὀ, κρίνειν δεῖ, ἐξαμασάσθαι διδόντα ἐφ' ἑκατέρῳ τῷ σιαγόνα, ἀνθέλκειν, ἢ ναρθηκα, καὶ τριβόμενον κελεύειν, εἰ πι φοφεῖν αὐτῷ δοκεῖ ὁ ὀστέον. Τὰ γὰρ κατεηγότα δοκεῖ φοφεῖν. περιόντος δὲ τοῦ χρόνου τὰ ἔρρωγότα μὴ ζ', τὰ δὲ ιδ', τὰ δὲ καὶ ἄλλως ἐξαισημάνα. τῆς τε γὰρ σαρκὸς ἀπόστασις ἀπὸ τοῦ ὀστέου C γίνεται, καὶ ὁ ὀστέον πελιὸν καὶ πόνοι, ἰχῶρων ἐπιῤῥεόντων. γίνεται δ' ταῦτα ἤδη δυσβοήθητα.

In capitis vulneribus, quæ ad suturas fiunt, periculo non carent, in quibus præcisio, aut teli sedes, aut fractura, aut etiam fissura plærunque fallit, nec nisi ab exercitato diligenti industria deprehendi potest, ex quo errore prætermissa, sectio ægrum pessundat. Quod sibi accidisse in Autonomo non temerè fatetur [a] Hippocrates, more magnorum virorum & fiduciam magnarum rerum habentium, vt scribit Celsus. Quò certè magis diligentem & industrium medicum esse oportet in capitis vulneribus, quę suturas attingunt, quòd longis ante seculis à nostro Medicinæ parente, magna mentis sagacitate periculum prouisum est, & hac sententia cautio rectè adhibita, quæ ex libello de Capitis vulneribus expressa, suam tuetur fidem & authoritatem. Locus integer apponendus, tum quòd ad eam rem quam quærimus plurimùm faciat, tum quòd mendosè passim circumferatur. Ὅτ' αὖ δὲ τύχῃ D ψυλωθὲν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς ἀπὸ τῆς βέλεος, καὶ τύχῃ κατ' αὐτὰς τὰς ῥαφὰς ῥηγνύμενον τὸ ἕλκος, χαλεπὸν γίνεται. καὶ τῷ ἔσθλῳ τῆς βέλους φερόμενον τῷ ὀν τῷ ἄλλῳ ὀστέῳ φανερὸν γινομένῳ, εἴτ' ἔνεστιν ὀν τῷ ὀστέῳ, εἴτε μὴ ἔνεστιν, λῶπα τύχῃ γινομένη ἡ ἔσφη ὀν αὐτῆσι τῆσι ῥαφῆσι. συγκλείσει γὰ αὐτὰ ἡ ῥαφὴ τρηχυτέρη ἐοῦσα τῆς ἄλλου, καὶ ὁ ἐξαιδηλοῦσι τι αὐτὸ ῥαφὴ δέιν, ὦ ὅτι τῆς βέλεος ἔφη, ὦ μὴ κάρβα μεγάλα ῥήψιπται ἡ ἔφη. περιγίνεται δὲ τῆς ῥήξις τῆ ἔφη ὡς ὀπήσοπολὺ αὐτῆ ὀν τῆσι ῥαφῆσι γινομένη, τῆς γίνεται τῆς αὐτῆ ἡ ῥῆξις χαλεπωτέρη φερόσεσθαι ἐρρωγότος τῆς ὀστέου, ἐξαιδηλοῦσι, ὅτι κατ' αὐτὸ τὸ ῥαφῶ ἡ ῥῆξις γίνεται ὡς ὅπι τὸ πολύ. ἔτι μὴν δὲ πωτὶ τὴν ῥήγνυσι τὸ ὀστέον, τῆς ἐξαιρεῖ ἐξαιδ. τὴ ἀοδένειαν τῆ φύσιος τῆ ὀστέο πωὶν τῆς ἀφαίσης τῆς ὀστέο πωὶν τῆς ῥαφῆς ἐπίμησις ἐοῦσα ῥήγνυσι τῆς ἐξαιρεῖ. πάτ' ἀήμα πα' ὀστέα πα' ἀθενέςνεσι τῆ ῥαφῶ μένῳ αἰρεῖται, ὅτι ἰσχυρώτερα ἐστὶ τῆ ῥαφῆς. ἡ δὴ ῥῆξι ἡ κτ' πωὶ ῥαφῶ γινομένη τῆς ἐξαιρεῖ ἐστὶν τῆ ῥαφῆς. καὶ φεύσεσθαι ἐν εὐμορέσι ἢ, ἤτε ἀπὸ ἔδρης τῆ βέλεος ῥηγνύμενης ὀν τῆ ῥαφῆ, ἐπεὶ δὲ ῥαῖν καὶ ἐξαιρεῖ. ἀλλ' ὅτι χαλεπώτερον φερόσεσθαι πῶν ἀπὸ τῆ φλάσιος ῥωγμῶν. συγκλείσει γὰ πῶν γεγόμενα καὶ πῶν ὕλιν ἐπίσω αὐτῆ αἱ ῥαφαὶ ῥωγμοειδὲς φαινόμενεα, καὶ ἡ κρύτερα εὔσα τῆ ἄλλου ὀστέου, ὅτι μὴ ἰσχυρῶς διεκόπη, καὶ διεχέλασι. At vbi osse à telo nudato vulnus ad ipsas suturas fieri contigerit, teli vestigium, quod in alio osse relictum néne fuerit conspicuum est, si in suturis ipsis extiterit, asserere est difficile. Fallit enim sutura ipsa reliquo osse asperior, neque constat sit ne illìc sutura, an E teli vestigium, nisi admodum magnum teli vestigium relictum sit. Accedit quoque ad teli vestigium plærunque rima ipsa in suturis existens, ruptóque osse rimam asserere ideò difficilius est, quòd vbi plurimùm rumpi contingit, ad suturam ipsam rima existat. Promptè enim os hac parte, ob eam quam à natura habet imbecillitatem & raritatem, rumpitur & elaxatur, aut quia sutura promptè rumpi ac elaxari solet. Reliqua verò ossa suturam ambientia, quòd sutura sunt robustiora citra ruptionem permanent. At fractura ad suturam existens, suturæ etiam laxatio est, quam, vbi rupta fuerit & elaxata, neque si id à teli vestigio in sutura existente contingat, asserere est facile. Verùm rimam vbi ex collisio contigerit difficilius est asserere. Suturæ enim rimæ speciem referentes, & reliquo osse asperiores, medici iudicium & visum fallunt, nisi os vehementer dissectum sit & elaxatum. † Celsus quoque fissuras circa suturas plærunque fallere his verbis scribit, Potest autem sutura eo nomine fallere, quæ æquè aspera est, vt aliquis hanc esse, etiamsi rima est, existimet eo loco quo subesse hanc verisimile est. Ergo eo nomine decipi non oportet. sed os aperire tutissimum est. Nam neque vtique certa sedes, vt supra posui, suturarum est, & potest idem, & naturaliter commissum, & F ictu fissum esse, iuxtáve aliquid fissum habere. Hìc autem animaduertendum est apud Asulanum ἐγκέφαλος vitiosè pro κεφαλῆς legi.

[a] Lib. 5. epid. † Cap. 4. lib. 8.

ῥήγνυται δὲ] Telorum varietatem & læsionis modum propriè magis distinguit Hippocrates libello de capitis vulneribus. Quænam tela frangant aut contundant his verbis indicat, πα' δὴ βελέων ῥήγνυσι μάλιστα τὸ ὀστέον, πα' τε φαινεσθαι ῥωγμαὶ ἐπὶ τῆ ἀφανίας, καὶ φλᾶται, καὶ ἐσφλᾷ ἀπὸ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτῆ τὸ ὀστέον, πα' τροχύλα τε καὶ ἀπεφερέα, καὶ ἀβλεσομα, ἀμβλέα τὸ ὄγκα καὶ βαρέα καὶ σκληρά. Sub telis sanè quæ rotunda sunt, orbiculata, omni ex parte plana, retusa, grauia & dura, os maximè rumpitur tum rimis conspicuis, tum obscuris, & colliditur, & à naturali statu recedens medium desidit. Hìc autem πα' ἐξ ὑψηλοῦ φερόμενα vocat, quæcumque vulnus impetu quodam infligunt, siue ab hoste, siue à casu, aut ictu, aut iactu, aut ex edito loco plaga accepta sit, aut è directo, quod εἰς ἰσοπέδου τρωθῶσι, καὶ εἰ κατ' ὀνειδίου γένοιτο τὸ ὀστέον ἢ βέλεος, dicit Hippocrates. Quibus verbis, quæ ossi ex aduerso occurrunt & illud vulnerant, accipit G Hippocrates. At varias telorum differentias explicat Paulus lib. 6. cap. 88.

πα' δ' ἀπορεύμενα] Cùm caluaria fracta sit néne ambigitur, id rectè explores licet aliquid teres & solidum dentibus indendo, & mandere iusso ægro, velut Asphodeli caulem hìc exhibet & ferulaceum. Nostri Chirurgi linteum, aut pannum, aut etiam lorum aliquod dentibus prehendi iubent, quo tracto fissuram explorant, etsi quibusdam fallax & arbitrarium istud indicium esse videtur. Quidam etiam nucleos dentibus confringi volunt. * Hippocrates nigro aliquo cum medicamento mixto & illito, deinde scalpro erasso, ossis fracturam dubiam & sensum fugientem inuestigat. † Paulus nigrum medicamentum liquidum, aut atramentum scriptorium infusum imponit. Quod etiam [a] Celsus his verbis procurandum iubet. At si ne tum quidem rima manifesta est, inducendum super os atramentum scriptorium est, deinde scalpro id detrahendum. Nigritiem enim continet si quid fissum est. Hìc porrò αἰθέλικον pro Asphodeli caule & scapo ponit, veterum more (vt scribit [b] Plinius) Theophrastus & ferè Græci, princépsque Pythagoras, caulem eius cubitalem & sæpe duùm cubitorum, foliis porri sylueſtris, anthericon vocauere: radicem verò, id H est bulbos, asphodelon. Nostri illud albucum vocant, & asphodelum hastulam regiam. Nos igitur cum Plinio albucum diximus, pro albuci caule & scapo cubitali, amplo, puro, læui. Sic quoque Theophrasto & Idæo pro caule sumi scribit Varinus, & Apollodoro eo nomine solum caulem dici. [c] Dioscoridi αἰθέλικος asphodeli flos dicitur, vt & cæteris Græcis Varino & Hesychio, qui etiã

αἰθέλικα

A αἰθέλικα ponit, vt & Theocritus & Herodotus, qui (teste Suda) antherica vocat asphodeli caules, quos & tenaciores air esse quàm vt frangi queant. αἰθέλικα etiam quidam aristarũ culmina & fastigia, aut culmos vocant, velut apud Homerum Il. 0. (v. 227) de Dardani equabus, ἄλοον ἐπ' αἰθέλικων καρπῶν θέον, οὐδὲ κατέκλων. quæ per summa culmorum aut aristarum fastigia currerent. Quod de Iphicle Hesiodus est imitatus, & ** Maro de Camilla expressit, *Illa velintactæ segetis per summa volaret Culmina, nec teneras cursu lessisset aristas.* Est autem αἰθέλιξ Hesychio & Homeri Scholiastæ, ὁ τῆ ἀσφοδέλου καρπός. Et Theocriti Sch. Idyl. 1. αἰθέλικων ἀσφοδέλου καρπῶν esse dicit, αἰθέλικα verò τὸν καυλόν, vt & Hesiodi Schol.

* Lib de Cap vuln. † Lib. 6. cap. 90. [a] Cap. 4. lib. 8. [b] Cap. 17. lib. 21. [c] Cap. 199. lib. 2. ** Æneid. 7.

περιόντος δὲ τῆ χρόνου] Caluariæ fissuræ aut collisiones non apparentes, ex ægri sermonibus primùm, (vt scribit Hippocr.) deinde ratione & opere inuestigandæ sunt. Atque in his quæ latent, manifesta se produnt indicia, interdum primis diebus febris, vt æstate, die septimo occupat, hyeme tardior, vt decimo quarto, inflammatio oritur, carnis ab osse discessus fit, os liuescit, pallescit, & exal- B bescit, corrumpitur & nigrescit, vlcus decolor fit, & ex ipso sanies pauca & tenuis effluit, aut viscosa, fulua & muriæ similis, deliria & conuulsiones accedunt, dolores intenduntur, túncque medicinæ locus non est. Si verò sub prima curatione (inquit Celsus) febris intenditur, breuesq; somni, & iidem per somnia tumultuosi sunt, vlcus madet, neque alitur, & in ceruicibus glandulæ oriuntur, magni dolores sunt, cibique super hæc fastidium increscit, tum demum ad manum scalprumq; veniendum est.

[502] Ὅσοισιν ὀπίσθιον ὀκπίπτῃ, ἀνάγκη ἀποσαφῶσαι. — Quibus omentum procidit, vt putrescat necesse est.

Aphorismus est 58. lib. 6. libro 1. de Morbis iisdem verbis expressus. Abdomine igitur rupto aut vulnerato, cùm omentum plapsum aut liuescat, aut nigrescat, funiculo exceptum, ne sanguinis profusionem faciat, pręciditur, vt docet * Galenus, & † Paulus. Celsus libr. 7. cap. 21. in omenti prolapsione cautionem adhibet his verbis, Fuerunt etiam qui omentum forfice præcide- C rent, quod in paruulo non est necessarium. Si maius est, potest sanguinis profusionem facere. Siquidem omentum quoque venis quibusdam etiam maioribus illigatum est. Neque verò si discusso ventre id prolapsum forfice præcidatur, cùm & emortuum sit, & aliter tutius auelli non possit, inde huc exemplum transferendum est. Vulnus autem curari, si relictum omentum est, sutura debet. Si id amplius fuit, & extra emortuum est, excisis oris, sicut supra propositum est.

* Lib. 4. Meth. cap. 4. † Lib. 6. cap. 52.

[503] Ἢν ἔντερον ἐξαιρεθῇ τῆς λεπτῶν, ὁ συμφύεται. — Ex tenuibus intestinis si quod dissectum fuerit, non coalescit.

Hæc sententia ex aph. 24. & 18. libr. 6. expressa est. [a] Celsus, si tenuius intestinum perforatum est, nihil profici posse scribit, eiusq; vulnus incurabile esse profitetur Galenus lib. 6. Meth. med. [a] Cap. 16. lib. 7.

[504] Νοῦσον ἐξαιρεῖν, ἢ γαστέρος ὁ λεπτὸν, ἢ ἀκροποδίου, ὁ συμφύεται. — Præcisus neruus, aut quod in gena est tenue, aut præputium, non coalescit. D

[505] Ὀ, τι αὖ ἐν τῷ σώματι ὀστέον ἀποκοπῇ, ἢ χόνδρος, οὐκ αὔξεται. — Neque corporis os quodcunq; resectum, neq; cartilago augetur.

Hæ sententiæ ex aph. 19. lib. 6. petitæ sunt, & libro 1. de Morb. his verbis expressæ, νεῦρον ἐξαιρεθὲν ὁ συμφύεται, οὐδὲ κύστις, οὐδὲ ἄλλο τῶν ἐν τῷ λεπτῶν, οὐδὲ φλέψ αἱμόῤῥοις, οὐδὲ γαστέρος τὸ λεπτὸν, οὐδὲ τὸ ὄπισθεν αἰδοίου δέρμα.

[506] Ἐπὶ τραύματι σπασμὸς ὅτι χρόνιος, κακόν. — Vulneri succedens conuulsio, malo est.

Placitum est 2. lib. 5. aph. supra quoque hoc Prognostico, aliis verbis expressum.

[507] Ἐπὶ τραύματι χολῆς ἔμετος ὅτι χρόνιος, κακὸν, καὶ μάλιστα ὅτι τοῖσι κεφαλικοῖσι. — Bilis vomitus vulneri succedens malum denunciat, præcipueq; in capitis vulneribus. E

Hæc vulnus in parte neruosa acceptum significant, cui consentiat os ventriculi. Velut musculis temporalibus affectis, soporem induci & bilem syncera vomitione reiici scribit Hippocrat. lib. 2. de fract. Idem quoque lib. 5. & 7. Epid. in Aristippo sagitta magna vi in ventriculum impacta, biliosam vomitionem affuisse scribit, & septimo die mortem. Quinetiam bilis vomitio cerebri vulnera, & membranæ id ambientis dilacerationem consequitur. Sunt & alia vulnerati cerebri indicia, partim superioribus decretis sancita, partim etiam ex libello de capitis vulneribus, & Paulo libr. 6. haurienda, & ex ægri sermonibus eruenda. Nam in magnis capitis offensionibus interrogare iubet Hippocrates, num altior sopor ægrum occupauerit, num caligo oculis offusa fuerit, aut vertigo prehenderit, aut conciderit. Paulus quoque lib. 6. in insignibus plagis vertigines, vocis defectionem & subitum F collapsum annotat. In cerebri verò aut membranæ vulneribus, bilis vomitum, conuulsionem, mentis delirium, febrem acutam ponit, in quibus manum admoliri non oportet. * Celsus certè hæc omnia indicia eleganter his verbis expressit. Igitur vbi caluaria pertusa, protinus requirendum est, num bilem is homo vomuerit, num oculi eius occæcati sint, num obmutuerit, num per nares aut ésve sanguis ei effluxerit, num conciderit, num sine sensu quasi dormiens iacuerit. Hæc enim non nisi osse fracto eueniunt. Atque vbi inciderunt, scire licet necessariam, sed difficilem curationem esse. Si verò etiam torpor accessit, si mens non constat, si neruorum vel resolutio, vel distentio secuta est, verisimile est etiam cerebri membranam esse violatam, eóque in angusto magis spes est. Idem quoque lib. 5. [a] Sin cerebrum membranáve eius vulnus accepit, sanguis per nares, quibusdam etiam per aures exit, feréque bilis vomitus insequitur. Quorundam sensus obtunduntur, appellaríque ignorant. Quorundam trux vultus est, quorundam oculi quasi resoluti, huc atque illuc mouentur, feréque tertio vel quarto die delirium accedit, multorum etiam nerui distenduntur. Ante mortem autem plærique fascias, quibus caput deligatum est, lacerant, ac nudatum vulnus frigori obiiciunt. Hippocrates etiam Prorrhet. 2. lethalia capitis vulnera multum præcauet, eorúmque indicia & affectiones fusioribus G verbis prosequitur.

* Cap. 4. lib. 8. [a] Cap. 26.

[508] Νεῦρα ὅσα παχέα τρώσκει, ὡς ὅπι τὸ πολὺ χωλοῦται, καὶ λοξὰ τρωσκόμενα μάλιστα, καὶ τῶν μυῶν αἱ κεφαλαὶ, μάλιστα τῶν ἐν μηροῖσιν. — Nerui quicunq; crassi vulnus accipiunt, vt plurimùm claudos reddunt, præcipuéque si obliquum vulnus fuerit, ac in musculorum capitibus, præsertim fœmorum.

Idem ferè scribitur circa initium lib. 1. de Morb. ὧν δὲ τῆσι τρώμασι, νεῦρα τὰ παχέα τρωσκομένοις ἀνάγκη χωλεύειν, καὶ τῶν μυῶν τὰς κεφαλὰς, μάλιστα τῶν ἐν τῆσι μηροῖσιν. Præcisi autem nerui qui articulos continent, partium debilitatem, aut claudicationem pariunt. Puncti conuulsiones & dolores intensissimos, vigilias & deliria adferunt, idq; obliquè vulnerati, vt interdum præcidi eos necesse sit. Et in transuerso nerui vulnere maior conuulsionis metus impendet vt scribit Galenus. * Vt autem claudicationis metus est H præfectis ad articulos neruis aut ligamentis, præcipuéque musculorum in fœmore capitibus. Ita πυκνὰ τραύματα dicuntur Hippocrati, quæ capita aut fines musculorum maximè neruosorum apperunt. Hìc autem neruos crassiores ligamenta & tendines vocat, vt pluribus docuimus in nostra Hippocratis Œconomia. Est & Prorrh. 2. locus huic sententiæ affinis, ex quo claudicationis periculum prædicendum monet.

* Lib. 6. Meth.

Ex vulnere autem ferè mors contingit, si cui vulneratum fuerit cerebrum, aut spinalis medulla, aut iecur, aut septum transuersum, vel cor, aut vesica, aut quædam grandis vena. Mors quoque subit si in arteriam & pulmonem insignes valde plagæ inflictæ sunt, ita vt percusso pulmone, minor sit qui per os prodit spiritus, quàm qui per vulnus excidit. Intereunt verò quibus nerui interiores, siue tenuis aliquis, siue crassus, vulnus acceperit, si plaga transuersa fuerit & magna: quòd si parua & recta, nonnulli periculo eximuntur. Minimè autem ab his vulneribus mors impendet, quæ in corporis partes, in quibus hæc non sunt, aut ab his quàm longissimè absunt, infliguntur.

[109] Ἀποθνήσκουσι δὲ μάλιστα ἐκ τῶν τραυμάτων, τῷ τις ἐγκέφαλον τραυθῇ, ἢ ῥαχίτιν μυελὸν, ἢ ἧπαρ, ἢ φρένας, ἢ νεῦρον, ἢ κύστιν, ἢ φλέβα τῶν παχέων. θνήσκει δὲ, κἢν ἐς ἀρτηρίην καὶ πλεύμονα μεγάλαι σφόδρα αἱ πληγαὶ γένωνται, ὥστε τὸν πλεύμονος πληθύος, ἐλάσσονα τοῦ ἐρχόμενον πνεῦμα κατὰ στόμα γίνεσθαι, ἢ ὃ ἐκπίπτον ἐκ τοῦ τραύματος. θνήσκουσι δὲ καὶ οἱ ἐς τὰ ἐντὸς νεῦρα, τῷ τέ τι τῶν λεπτῶν πιεσθῶσιν, τῷ τε τῶν παχέων, τῷ ὅτι καίριος ἡ πληγὴ γένηται καὶ μεγάλη. εἰ δὲ μικρὴ καὶ βαθεῖα, οὐκ εἰ γένοιντο ἔνιοι. ἤκιστα δὲ θνήσκουσιν οἱ πτρωσκόμενοι ἐν οἷσι τοῦτα μὴ ἔνι τῶν τοῦ σώματος μερῶν, ἢ τούτων ἐγγυτάτω.

Vulnera lethalia & quæ magna ex parte mortem afferunt, ex læsæ actionis præstantia hîc censentur, vt aphorism. 18. libr. 6. Quorum (vt reliquorum etiam morborum) magnitudo, aut in partis affectæ præcellentia, aut propria affectus essentia, aut symptomatum complexu, & facultatis quæ læsum corpus gubernat æstimatione perpendenda est. Pro rrhetico secundo vulnera lethalia recensentur quædam ex istis, quorum etiam attributa & differentias in considerationem exhibendas monet, ex quibus de vulneris dignitate æstimandum censet. [a] Celsus verò eleganter quænam insanabilia sint vulnera, & quænam difficilem curationem habeant, his verbis complectitur, Seruari non potest cui basis cerebri, cui cor, cui stomachus, cui iocinoris portæ, cui in spina medulla percussa est, cuiq; aut pulmo medius, aut iciunum, aut tenuius intestinũ, aut ventriculus, aut renes vulnerati sunt, cúive circa fauces grandes venæ vel arteriæ præcisæ sunt. Vix autem ad sanitatem perueniunt, quibus vlla parte pulmo, aut iocinoris crassum, aut membrana quæ continet cerebrum, aut lienis, aut vulua, aut vesica, aut vllum intestinum, aut septum transuersum vulneratum est. Hi quoq; in præcipiti sunt, in quibus vsq; ad grandes intusq; conditas venas, in alis vel poplitibus mucro desedit. Periculosa etiã vulnera sunt, vbicunq; venę maiores sunt, quoniam exhaurire hominẽ profusione sanguinis possunt. Idq; euenit non in alis tantùm atque poplitibus, sed etiam in his venis quæ ad anum, testiculósq; perueniunt. Præter hæc malum vulnus est, quodcun que in alis, vel feminibus, vel inanibus locis, vel in articulis, vel inter digitos est. Item quodcunque musculum, aut neruum, aut arteriam, aut membranam, aut os, aut cartilaginem læsit. [a] *Cap. 26. lib. 5*

ὥστε τὸν πλεύμονος πληθύος] Pulmone icto (vt scribit Celsus) spirandi difficultas est, sanguis ex ore spumans, ex plaga rubens, simúlque etiam spiritus cum sono fertur. In vulnus inclinari iuuat, quidam sine ratione consurgunt. Multi si in ipsum vulnus inclinati sunt, loquuntur, si in aliam partem, obmutescunt. Percusso etiam pulmone ceruicis vasa attollunturque (vt scribit [a] Paulus) lingua alium colorem assumit, multùm spiritus attrahitur, frigidum appetunt ægri. [a] *Cap. 88. lib. 6.*

θνήσκουσι δὲ] Cornarius οἱ ἐς τὰ ἔντερα legit, quam lectionem sequuntur omnes interpretes, & certè vt plausibilior cæteris anteponenda videtur: Etsi publicata lectio etiam tolerari potest, præsertim cùm hîc nulla intestinorum mentio subeat, & crassiora intestina sanatu sint facilia, tenuia verò difficilia, vt scribit * Galenus, etsi periculum facit quodcunque magnum vulnus est, vt scribit Celsus. Neruorum verò (quorum etiam nomine ligamenta & tendines obaudiuntur) transuersa vulnera, maiorem conuulsionis metum faciunt, inflammatione scilicet à defectis fibris ad non sectas communicata, conuulsione autem ab ipsis non sectis excitata. At recta & quæ per longitudinem aut directum fiunt, minori periculo patent. Quod scribitur Prorrh. 2. his verbis, εἰ δὲ ἀνδρεικῶν εἴη ἀμφὶ τὸ νεῦρον ὕπως ἔχει, ὀξέως ἢ ἑοῦτος ἢ βίλεος ἢ ποιήσαιτος, ὀρθὸν τὸ τρῶμα ἢ ἀμεινον ὀδηκαρσίν. Quem locum haud dubiè ita vertit [a] Celsus, Si id dubium est, & ex acuto telo plaga est, ea transuersa commodior est. Vitiosi autem sunt codices qui ὀδηκαρσις pro ὀδηκάρσιος legunt, & legendum videtur. θνήσκουσι δὲ οἱ εἰ τι ἐντὸς νεῦρα, ἢ τῶν τι τῶν λεπτῶν τρωθῶσιν, aut εἰ ἐς τι ὠπὸς νεῦρα, aut εἰ ἐς τὰ ἔντερα. *Lib. 6. Meth. [a] *Cap. 26. lib. 5.*

ἤκιστα δὲ θνήσκουσιν] Præcipuarum partium dignitatem & periculum subeunt, quæ consensione quadam aut actionis ministerio cum visceribus communicant, pariterq; cùm iis vitalitatem profundunt.

At in vulneribus quæ in supercilium, aut paulò altiùs inferuntur, visus acies obtunditur, & quò vulnus recentius est, eò magis vident. Inueterascente autem aut tardante cicatrice, magis obtundi solet.

[110] Τοῖσι δὲ ὄφρυν ἀμφιτρωθεῖσιν ἢ τοῖσι τρώμασιν ἐς τὴν ὀφρῦν, ἢν μικρὸν ἐπάνω. ὅσον δ' αὖ ὀφθαλμὸν νεώτερον ἦ, μᾶλλον βλέπουσι. χρονιζομένης δὲ τῆς ἕλκης, ἀμβλυωπεῖν μᾶλλον συμπίπτει.

Hebescit oculorum acies nonnunquam ex lippitudine, nonnunquam etiam sine hac propter senectutem imbecillitatémve, aut naturâ, aut ex vulnere, aut aliunde contractam. Externæ noxiæ in supercilium, aut anteriorem capitis partem impingentes, oculorum aciem retundunt. Ac quò recentius est vitium, eò minor imbecillitas ferè esse solet. Inueteratum nanq; & longas moras trahens, imbecillitatem auget paulatimq; aciem consumit.

Ex fistulis maximè molestiam adferunt, quæ in cartilaginosis aut carne vacuis locis fieri solent, cauæ sunt, & longiùs excurrunt, assiduéque sanie manant, & in quarum osculo caruncula inest. Faciliùs autem curantur, quæ in mollibus & carnosis locis, & non neruosis oriuntur.

[111] Αἱ σύριγγες χαλεπώταται εἰσιν, ὅσαι ἐν τοῖσι χονδρώδεσί τε καὶ σαρκίοισι τέτοισι πεφύκασιν, εἰσί τε κοῖλαι, μολυνόμεναί τε, καὶ ἰχωρεόουσιν ἀεὶ, σαρκίον τε ὀλίγον τοῦ στόματός ἐστιν αὐταῖς. εὐθεραπευτότεραι δὲ, ὅσαι ἐν τοῖσι μαλθακοῖσι τόποισι καὶ σαρκώδεσί τε καὶ οὐδεόεσι πεφύκασι.

Fistula vlcus est altum, angustum, sinuosum & callosum, sinúsque malè curatus consequitur. Cuius plura genera & differentiæ, ac curationes ex * Celso, † Paulo & [a] Aëtio petendæ sunt. Expedita curatio est in fistula simplici, recenti, intra carnem, in molliori bus locis, si neque ad neruos, neque ossa aut interiora procedat. Quæ etiam breues sunt & rectà intus feruntur, & intra carnem desinunt, curatu facillimæ, adiuuátque ipsum corpus, si iuuenile, si firmum est. Inimica contraria his sunt. Nam quæ altiùs penetrant, & transuersæ sunt, aut etiam in plures sinus diuiduntur, aut flexæ, aut tortuosæ, cum difficultate sanantur. Idem quoque iudicium subit vbi ad ossa aut cartilaginem penetrant, aut vbi neutrum horum subest, ad interiora perueniunt. Itemq; si fistula os vel cartilaginem, vel neruum, vel musculos læsit, si articulum occupauit, si vel ad vesicam, vel ad pulmonem, vel ad vuluam, vel ad grandes venas arteriásve, vel ad inania, vt guttur, stomachum, thoracem penetrauit. Ad intestina quoq; ea tendere sæpe periculosum,

*Cap. 28. lib. 5. † Cap. 49 lib. 4. [a] Tetrab. 4. ser. 2. c. 55.

A periculosum, sæpe pestiferum est. Quæ vt à Celso eleganter scripta sunt, ita huic loco optimè quadrant, qui haud dubiè mihi suspectus est, nec nisi ex fidelissimis vetustarum membranarum pigmentis, colorem & sanguinem recipere potest. Salebram arguit asteriscus Asulano codici suppositus, & inusitata orationis phrasis. μολυνόμεναι retinent omnes ferè codices, quos adhuc videre licuit, præter vnum qui μογεόωται habet facili (vt apparet) lapsu. Regia exemplaria duo μολυνόμεναί τε legunt. Quo in erroris tormento quiddam tamen quod laborem soletur eruendum est. Cornarius & reliqui interpretes μολυνόμεναι pro μολῶσιν aut μολέουσιν, aut μολοῦσι, sumpsisse videntur, cùm procedere dixit, quod idem est ac ad interiora peruenire & longiùs excurrere. Quæ vulgata est & recepta lectio, quámque non illubenter secuti sumus, vt μολεῖσθαι pro μολεῖν vsurpetur, vt ex Æschyli Prometheo annotatum reperitur. Est autem μολεῖν, ἔρχεσθαι, ἐλθεῖν, Hesychio, atque etiam πρέχειν, δραμεῖν, quod est currere. Qua notione accipiuntur fistulæ, quæ altiùs procedunt, cuniculos agunt, & in flexus sinuosos veniunt. Sed μολοῦσθαι poëticum magis est, nec temerè hanc in vsionem vsurpatum, μολοῦνται ergo retineri potest, aut (quod aliquando suspicatus sum) μοθοῦνται αἱ ἢ μοθεύονται legi. Est

B enim μόλος & μόθος, πόνος, ac eas fistulas intelligimus, quæ laborem ac molestiam exhibent, & dolore ac tædio grauant. Quo significato μογεόωται etiam sumendum erit, pro μογοῦσι aut μογεύουσι. μόγος nanque πόνου καὶ μόχθον denotat, vnde μογοτόκοι εἰλείθυιαι dicuntur Homero Il. λ. (v. 270.) Quanquam (vt ingenuè fatear) nec dum mihi in hac scriptionis consensione satisfacio, & si licet antestari, locum esse mendosum profiteor. Quòd si locus coniecturis esse potest, quando nunc aliter remediari non datur, μολυραί τε, aut μολοραί τε legi potest. Est enim μολυρὸς & μολορὸς Hesychio, ἀηδής, ἀείαρος, λυπηρός, & molestum, iniucundum impudentem & ingratum significat. Ideóque ad fistulas putrilagine sordidas & odore graues rectè referri potest. μογηραὶ etiam scribi potest, hoc est δύσοσμοι καὶ μοχθηραὶ, quòd laboriosæ sint graues & molestæ. Verùm etsi hæ coniecturæ propiùs ad scriptionem accedunt & lacunam explere videntur, quia tamen paulò longiùs petitæ sunt, nonnunquam dubitaui & æquius esse iudicaui, (vt pro μολυνόμεναι μολιώνοι) legatur, & sit μολιώνοι idem quod μιαίνονται, & sanici corruptelam qua assiduè manant & fœdantur fistulæ, indicet. Sic enim Hipp. libr. de fistulis, abominandum illum fœtorem & execrandam fœditatem quam fistulæ euomunt, & grauitate fastidium affe-

C runt, βδελυμίαν vocat. Sordida enim (vt plurimùm) sunt vlcera, varia excrementorum putrilagine fluentia, & (vt scribit * Galenus) ἀφιεάμενα δι' ὀπῆρόλω σκεπωμάτων. Atque haud scio an per μολυνόμεναι fistulæ quæ in ano & podice consistunt, intelligi debeant, quòd μολυνὴ ἡ πυγὴ, hoc est, podex dicatur, quódque huius loci fistulæ operosam valde ac difficilem curationem subeant. Ea igitur lectio in præsentia huic exulcerato loco tolerabilior mihi visa est, dum melior medicina ex fideliorib us codicibus conquiritur, ad quos tanquam æquos iudices iam dudum non sine magna quiritatione prouoco. Etsi non diffiteor quosdam μολοῦσθαι legere, hoc est cuniculosæ sunt aut tortuosæ, quòd μόλιον Hesychius κοκλόν, καμπύλον, σπόλιον, hoc est curuum & tortuosum exponat. Est & μολοῦσθαι indurati, occalescere, vnde ἐμολύθη, ἐπυλύθη, ὠκλήρωθη exponitur Galeno apud Hippocratem. Qua notione fistulæ callosæ & induratæ accipi possunt.

* *Lib. de Tumor. præt. nat.*

D [112] Τὰ δὲ κοινὰ ἥβης ἀγίνεται νοσήματα, κεφαλαλγικὰ, κεφαλαλγικὰ, ποδαγικὰ, νεφριτικὰ, κιρσὸς κατὰ κνήμας, ῥοῦς αἱματηρὸς, καρκίνος μὴ σύμφυτος, λεύκη μὴ συγγενὴς, καταῤῥοῦς νωθαρὸς, αἱμορροΐς, μὴ σύμφυτος χορδαπός. τούτων τῶν νοσημάτων κοινὰ ἥβης ἀγεῖ κατὰ κεφαλὴν ἀναμιμνήσκουσα ἀπὸ ἰδ' μέχρι β' καὶ μ' ἐτέων, πάμφορος ἡ φύσις νοσημάτων ἤδη τοῦ σώ-

E ματος γίνεται. πάλιν δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς ἡλικίης μέχρι ξγ' ἐτέων, ἀγίνονται χοιράδες, οὐδὲ λίθος ἐν κύστῃ, ὦν μὴ τύχῃ πρότερον ἐνεόντα χρόνῳ, οὐδὲ καταῤῥοῦς νωθαρὸς, οὐδὲ νεφριτικὸς, ὦν μὴ κατακολουθῶσιν ἐξ ἄλλης ἡλικίης. οὐδὲ αἱμορροΐδες, οὐδὲ ῥοῦς αἱματηρὸς, ὦν μὴ πρότερον τύχῃ γενόμενος. ταῦτα μέχρι γήρως ἀπέχεται νοσήματα.

Sed neque ante pubertatem occupant hi morbi, pulmonum inflammationes, laterum dolores, podagræ, renum vitia, varix in tibia, fluor sanguineus, cancer non innatus, albicans vitiligo non cognata, defluxio in spinalem medullam, sanguinis per ora venarum profluuium, tenuioris intestini morbus (quem χορδαπὸν vocant) non à natura insitus. Horum morborum nullus antè pubertatem metuendus est. Ab anno autem decimo quarto ad quadragesimum secundum vsque, natura omnis generis morborum corporis ferax est. Contra verò, ab hac ætate ad annum sexagesimum tertium, neque strumæ fiunt, neque vesicæ calculus, nisi antea occupet, neque in spinalem medullam defluxio, neque renum morbus, nisi ex alia ætate sequantur, neque sanguinis per ora venarum profluuium, neque fluor sanguineus, nisi priùs adfuerit. Atque hi morbi ad senectutem vsq; absunt.

F Vt tempestatum, ita & ætatum mutationes, morbi consequuntur. Ac velut omnibus temporibus morbi ferè oriuntur, ita quibusdam tempestatibus aut ætatibus peculiares morbi ferè fiunt, túncque grauant magis. Nam cùm omnibus morbis obnoxia maximè infirmitas sit, æquum est quasdam ætatis partes, corpora maximè tuta, vel periculis opportuna reddere. Non quò nõ omni tempore, in omni tempestatum genere, omnis ætatis, omnis habitus hominum per omnia genera morborum & ægrotent & moriantur, sed φ frequentiùs tamen quædam eueniant. Quæ morborum genera pro temporum & ætatum mutatione, cuiq; rectè accommodat Hippocrates lib. 3. aph. Pubertatis autem etsi non est vnus omnium certissimus terminus, vt scribit Galenus, ferè tamen secundo septenario inchoat, & ad annum vigesimum quintum extenditur, vt aph. 28. lib. 3. & 7. lib. 5.

νεφριτικὸς] Renum vitia dixi, vt Celsus renum dolores ex Hippocratis aphorism. 3. libr. 3. Galenus renum calculos & obstructiones intellexit. Sic aphorif. 11. lib. 6. per renum vitia, renum calculum peculiariter obaudire videtur Hippocrates. Et author libelli de renum affectuum dignotione, νεφριτικὸν propriè renum calculum significare scribit. Sed & aphor. 6. libr. 6. renum vitia, præter

G calculum, vlcera & inflammationes intelligi videntur, quæ in senioribus curationem non accipiunt, nec vltra quinquagesimum annum sanescere vidit Hippocrates aphor. 4. sect. 8. lib. 6. Epid. Renum autem calculos iam prouecta ætate & declinante nasci scribit Galenus Comment. 3. in libr. 6. Epidem. eámque ætatem quæ grauis est & constans dicitur per πρεσβύτας intelligi ab Hippocrate aphorism. 6. libr. 6. satis patet: quanquam per πρεσβύτας vltima ætas & totum senectutis curriculum accipi videatur aphorif. 31. libr. 3. vt scribit Galenus. Quam ætatem pulmonum inflammationibus & laterum doloribus opportunam facit Hippocrates.

κιρσὸς κατὰ κνήμας] Varix vena est latior & distenta à crasso & flatulento sanguine, vt plurimùm melancholico, interdum quoq; pituitoso. Fit præcipuè in cruribus & testiculis, interdum in imo ventre sub vmbilico, nõnunquam etiam in temporibus, tibiis, & (si Aëtio credimus) in palpebris, & in pulmone lib. κατὰ ἡβῶν ὀνομ παθῶν. Varicum in tibiis meminit Galenus Com. ad aph. 21. lib. 6. & author Medici siue Isagoges κατὰ κνήμας κιρσοὺς celebrat.

H ῥοῦς αἱματηρὸς] ῥοῦν antiqui simpliciter, quem alij ῥοῦν γυναικεῖον vocant, fluorem dicimus, estque φορὰ ὑγρῶν ἀπὸ μήτρας ὁπὶ πλείονα χρόνον, vt scribit author Definit. Medic. ῥοῦς αἱματηρὸς fluor est muliebris sanguineus, quem ἐρυθρὸν vocat Hippocrat. libr. 2. περὶ γυναικείων, maximeq; iunioribus accidere scribit, cuius etiam meminit Aretæus cap. 11. lib. 2. χρον. παθ. σημεῖ ῥοῦν etiam αἱματώδη celebrat ibidem Hippocr. Sunt autem qui hîc profluuium sanguinis è naribus aut etiam abundè intelligant.

καρκίνους] Prorrhetic. 2. καρκίνους κρυπτοὺς καὶ ὑποβρυχίους viris attribuit. Sunt autem ξυγγενῆ νοσήματα, (quæ ξυγγενέα vocat Hippocrates Prorrh. 2.) morbi qui cum semine & lacte imbibuntur, & connati aut congeniti dicuntur. In quorum numero hîc cancrum, vitiliginem & ileum ponit. Prorrh. autem 2. hydropem, tabem, podagram, & morbum comitialem. A

λεύκη] λεύκιλα albicantem vitiligem dicimus, albuginem dixit Gaza. Lepræ & impetiginis est species, quæ Arnobio vitiligo dicitur, qui lepram à Domino in Euangelio curatam, fœdas vitiligines vocat. Sunt autem hæ sanguinis crassi, lenti, melancholici & pituitosi, acrisq; soboles.

καταῤῥοὺς ναυλιώδεις] Videtur defluxio in spinalem medullam hoc nomine intelligi, quæ à capite fertur. Sic enim καταῤῥοὺς omnem fluxionem quæ à capite in inferiores partes defertur, significat aph. 12. lib. 3. & lib. de aëre loc. & aq. Cornarius defluxum spinalis medullæ dixit, φθίσιν νωτιαίαν intelligens, (de qua agitur lib. 2. de Morbis & lib. περὶ ἱερῆς νούσου τῶν παιδίων) aut αὔανσιν. Quam opinionem secutus est Præceptor Hollerius.

αἱμορροΐδες] In constanti ætate & iam prouectis, sanguinis per ora venarum profluuium (hæmorrhoidas vocant) familiare est (aph. 30. lib. 3.) ex atra bile, quando ad venas quæ in sede sunt abundantiùs decumbit. B

χορδαψοί] χορδαψὸς Galeno lib. 6. de loc. affect. dicitur, qui cæteris εἰλεός, & morbus est tenuioris intestini, ab inflammatione, vel aridi stercoris obstructione ortus, in quo tumor in tenuium intestinorum parte eminet, ita vt videatur intestinum ad chordæ similitudinem conuolutum. Ac videtur χορδαψὸς dici, ἀπὸ τῆς χορδῆς ἅπτεσθαι, quòd qui loco dolenti manum admoueat, videatur chordam tangere, ob tenuioris intestini tensionem. † Areteus χορδαψὸν voluuli speciem facit, cùm ad tormina intestinorum compressio & remollitio, cum magno imi ventris renixu, accessit, aliámque nominis notationem sequitur. Nam velut intestinorum elixationem aut emollitionem χορδαψὸν dictum vult, quasi χορδῆς ἕψησιν. ἕψησις μὲν γὰρ ἡ μάλαξις, χορδὴ δὲ τὴν ἐντέρων ἐπώνυμον. Quam notationem sequutus est Archigenes apud Aëtium Tetrab. 3. lib. 1. cap. 28. Est etiam χορδαψὸς voluulus Tralliano initio lib. 9. Diocles Carystius apud Celsum, tenuioris intestini morbum χορδαψὸν, plenioris εἰλεὸν nominauit.

*Cap. 2. † Cap. 6. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ.

πάμφορος ἡ φύσις] Etsi ὅλος ἄνθρωπος ὁκ. ἡλικίης νοῦσοι ἔσται (vt scribit Hippocrates) pro ætatis tamen ratione morbis quandoque magis est obnoxius. Et temeritas cùm sit florentis ætatis comes, prudentia senectutis, non mirum est ob vitæ intemperantiam, eam ætatem omnis generis morborum feracem esse. Quod etiam scripsit Hipp. senes magna ex parte iuuenibus ægrotare minus, & Tullius Catone Maiore, faciliùs in morbos incidunt adolescentes, grauiùs ægrotant, tristiùs curantur. Hic autem comprehenditur iuuentus & virilis ætas, quæ etiam constans dicitur, & ad septimum septenarium peruenit, vt scribit *Galenus, quãquam Prorrhet. 2. ad 45. annum extendat, vt hoc loco ad 42. annum, qui sextum septenarium claudit, si modò integra est lectio. C

*Com. ad aph. 30. lib. 3.

πάλιν δὲ] Ætas media (vt scribit Celsus) tutissima est, quæ neque iuuentæ calore, neque senectutis frigore infestatur.

χοιράδες] Struma pessimus colli morbus, cùm sit vitiosi succi & multi ad superficiem tendentis soboles (vt scribit Galenus) tertiæ ætati familiaris est ex Hippocrate aphorism. 26. libr. 3. Est autem struma glandulosi corporis tumor, ex pituitosiore & frigidiore materia præcipuè consistens, & glandularum indurata inflammatio, Galeno lib. Tumor. præt. nat. D

μέχρι γήρως] Hîc γῆρας pro senio & vltima ætate sumitur, qualiter γέροντας dicuntur Græcis qui in vltima & decrepita ætate sunt constituti, ex aph. 31. lib. 3.

In muliebribus purgamẽtis, quæ ante partus aquosa prodeunt, malum denunciant.

513 Ἐν γυναικείοισι τὰ πρὸ τοῦ τόκου ἰόλια ὑδατώδεα, κακόν.

Hic locus muliebres locos attingit, & præcipuè quæ ad purgationes spectant. In quibus naturæ quidam ductus est, quem abundè explicat Hippocrates lib. περὶ φύσιος παιδίου. In edendo enim partu, vbi ruptis membranis in lucem prodit, primùm cruenta proluuies quædam, nempe vrina & sudor diffluunt, vt certa naturæ prouidentia os vteri emolliant & lubricent, quò faciliùs irrumpente fœtu dehiscat. Hanc proluuiem (quam rectè vulgus aquas) Hippocrates sanguinem vocat, quòd disruptis tunicarum venis cruor immixtus sit: Medio loco fœtus erumpit. Post quem sanguis crassus & fœculentus effunditur, ac velut excrementum vniuersi sanguinis, qui absumptus est in alimentum fœtus. Hanc saniem crassam & cruentam, ἰχῶρα παχὺ αἱματῶδη vocat Hippocrates, & ὕδρωπα αἱματώδη, & simpliciter ἰχῶρα. Hîc igitur τὰ ὑδατώδη intelliguntur, quæ aquosam illam saniem referunt, & ὕδρωψ αἱματώδης ab *Hippocrate nuncupatur, & interdum ὑγρὸν simpliciter dicitur. Quæ quidem si reclusis apertísque vteri acetabulis, per quæ loci ipsi cum vtero cohærent veluti nodis quibusdam, affatim effundantur (quod per ἰόλια significari videtur) periculum denunciant, & fœtum mortuum præsagiunt. Quod scribit Hippocrates lib. περὶ ὀπτικῆς νόσου: Λῶ τινι αὖ ὠδίνουσι τοῦ τῆς παιδίου ῥοὴ πολλὸς αἱματώδης ῥύηται αὐτόδιχος, κίνδυνος τὸ παιδίον πεπνικὼς ὑποτυθῆναι, ἢ ἡ βιώσιμον γένεσθαι. Atque hæc rectè huic loco quadrare expositio videtur. At si eiusmodi aquosa proluuies aut vterinæ aquæ ante partum aliquot diebus, aut longè à partu prodeant, difficilem omninò partionem faciunt, & secundarum suppressionem plerunq; minantur. E F

*Lib. 1. περὶ γυναικ.

Serpentia oris vlcera in prægnantibus bono non sunt. Ac fortè etiam alui humectantur.

514 Στόματα ἀφθώδεα, τῆσιν ὀπτοφόροισιν ἀγρηστόν. ἔστι δὲ καὶ χειλίαι καὶ δυγραίνοιτο.

στόματα ἀφθώδεα sunt serpentia oris vlcera ex Celso, fiúntque ex bilioso, feruidiore, & maligno actioréque succo in fauces irrumpente, qui aluum deorsum cum morsu subiens, ventris perturbationem (quæ vterum gerentibus non parum suspecta est) inferre potest, velut libr. 3. Epidem. in st. pest. Etsi verò ista de manantibus oris vlceribus intelligi possunt, quæ ἄφθαι propriè & verè dicuntur (vt aphorism. 24. lib. 3.) reliquis tamen etiam partibus ἄφθαι attribuuntur. Et ἀφθῶντας testes curat Galenus libr. 9. Comp. pharm. κατ' στομ. & Paulus libr. 3. cap. 54. Libro quoque de Morb. 2. fistulæ pulmonis ἄφθας celebrat Hippocrat. Et libr. 1. περὶ γυναικείων pudendorum ἄφθας in prægnante curat, quod etiam reperit libr. περὶ γυναικείης φυσ. Atque haud scio an ista de vteri oculo superficiario vlcere affecto intelligi possint, quod στόμα & στόμιον sæpe vocat Hippocrates libris περὶ γυναικείων, & στόμαχον libello περὶ ὀπτικῆς νόσου. Sícque per συμπάθειαν cum recto intestino ac cæteris partibus nutritioni dicatis perenni acrioris humoris transitu, aluus erit profusior. Sunt autem ὀπτοφόροι vterum gerentes & vicinæ partui Galeno Comment. 3. in Prorrhetic. cùm scribit, τοῖς ὀπτοφόροις ἔνιοι μὲν ἤκουσαν τοὺς ἐγκυμονούσας ὅσαι πλησίον εἰσὶ τῆς ὀπτικῆς νόσου. ἔνιοι δὲ τοὺς ῥαδίως συλλαμβανούσας καὶ σωιζομένας κύουσας. Sententiam verò istam à superiore distinximus, codices manuscriptos & interpretes omnes secuti. G

Ex laterum inanitate ad tenue intestinum migrantes dolores, in diuturnis morbis ex abortione, neque admodum purgata muliere, perniciem denunciant.

515 Ἐκ κενεῶνων μετιστάμενα ἀγήματα ἐς τὸ λεπτὸν ἐν μακροῖσιν, ἐκ διαφθορῆς καὶ μὴ λίαν καθαρθείσης, ὀλέθριον. H

Innuere videtur ex longis morbis & magna corporis impuritate, diuturnos ilium & tenuis intestini dolores fœtum perdere & abortus facere, velut ægr. 10. lib. 3. Epid. contigit. Aut certè ista ex abortu & defecta purgatione contingere censet, & periculum creare, vt magis sequenti sententiæ congruat. λεπτὸν autem tenue intestinum significat (sub eoque nomine ad mesenterium & hepar loca comprehendi possunt) aut τὸ πλατὺ καὶ ἱερὸν ὀνομαζόμενον ἔντερον, vt scribit Gal. Com. 3. in Prorrh. διαφθορὴ verò idem quod ἀποφθορά lib. 6. Epid. & ἄμβλωσιν ac abortum, aut eiectum fœtum denotat.

516 Τὰ ἐκ τόκου καὶ διαφθορῆς πολλὰ ἕξεως ὁρμήσαντα, ἐπιτιθέμενα, δύσκολα. ῥίγος σώτησι πολέμιον, καὶ χειλίης παραχή. ἄλλως τε καὶ ὑποχονδρίου ὀδυνώδεες.

Quæ ex partu & abortu copiosa celeriter cum impetu feruntur, si subsistant molestiam exhibent. Huiusmodi mulieribus rigor inimicus est & alui perturbatio, præcipuè verò si præcordiorum dolore vexentur.

Partus purgamenta subsistentia variis nec paruis periculis obnoxium corpus reddunt, vt scribit Hippocrat. lib. 1. περὶ γυναικ. in quibus rigorem, horrorem & febrem annumerat. Alui autem turbationem moderatam, qua nigra & graucolentia interdum secedunt, in his probat, vehementem autem & effusam damnat, quæ ipsa purgamenta retineat. Eadem verò & maiora pericula abortiones subeunt, vt scribit Hippocrat. lib. 1. περὶ γυναικ. καὶ κινδυνεύουσιν αἱ φθείρουσαι μᾶλλον. αἱ γὰρ φθοραὶ ἥδιστον χαλεπὸν πρᾶγμά εἰσιν. ἡ γὰρ ὅτι μὴ βιαίως φθειρῶσα τὸ ἔμβρυον, ἢ φαρμάκῳ, ἢ ποτῷ, ἢ βρωτῷ, ἢ πιέσει, ἢ ἄλλῳ τινί. βίη δὲ πονηρόν ἐστιν. ἐν δὲ τῷ πιόντι κίνδυνος ἐστι καὶ μήτρας ἐλκωθῆναι ἢ φλεγμανθῆναι. τὸ δὲ ἐστὶν ἐπικίνδυνον.

Ἐν τῇσιν ὀπτοφόροισι κεφαλαγικὰ καρώδεα, μετὰ βαρέος γινόμενα καὶ πασμοῦ, φλαῦρα ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

In vterum gestantibus capitis dolores qui cum sopore, grauitate & conuulsione fiunt, vt plurimùm malo sunt.

Hæc sententia paulò pòst repetitur aliis verbis ex Prorrh. 103. Quod fidem facit huic lectioni quam secuti sumus ex melioribus codicibus manuscriptis & Cornario, cùm vitiosè legatur in publicatis exemplaribus. Ac vitium subolere videtur asteriscus Asulano codici præfixus. C

518 Ἡσυ ἐν γυναικείοισι περὶ τὸ ἄνω καὶ τὸ λεπτὸν πόνοι στιῤῥοῖοι, χειλίας καθυγραίνοιτο, ὑποκαθέες. σώτῃσι περὶ κρίσιν καὶ φορὰς, καὶ ἀδυνάτοι κενεαγγικῶς, ἐφιδρῶσι καὶ περιψύχοιτο, αἱ τοιαῦται ὑποστροφαὶ τῆσι πλείῃσι γινόμεναι μετὰ τὴν ἄφεσιν, ταχέως κτείνουσι.

Quibus ex muliebribus purgamentis dolores intensi ad superiorem ventris partem & tenuius intestinum excitati, aluos humectant, & leuem anxietatem inducunt. His ad iudicationem, in somnum propensiones fiunt, & impotentes ex capitis dolore cum tenuibus sudoribus & perfrictionibus vexantur. Huiusmodi recidiuæ plurimis post remissionem ortæ, celeriter interimunt.

Siue de menstruæ purgationis retentione, siue de partus purgamentis id intelligatur, symptomata indicantur quæ huiusmodi purgamentorum moram sequuntur. De quibus abundè agitur lib. 1. περὶ γυναικείων, & libr. περὶ γυναικείης φύσιος. τὸ ἄνω verò superior ventris pars intelligitur, in qua restitat huiusmodi proluuies (vnde ἀστιλία & ἄσιν) etsi in huiusmodi casibus frequenter τῆς νειρᾶς ἀκρὸς dolores annotat Hippocrates. Capitis autem dolor & ventris subductiones his purgamentis subsistentibus disertis verbis adscribuntur libr. 1. περὶ γυναικείων. Ἄφεσις an morbi remissionem significet incertum est, cùm membrorum exolutionem aut resolutionem, ac τοῦ μορίου τοῦ σώματος παρέσιν indicare possit, velut lib. 3. Epid. in st. pest. vt ἀδυνάμεις respondeat, & membrorum ad motum impotentiam innuat, in quæ huiusmodi abundantia decubuerit, quam etiam ἀκρασίαν τινὰ τοῦ μορίου ποιήσεσθαι scribit Hip. lib. 1. περὶ γυναικ. Varia autem est hîc scriptio. Quidam enim codices ὑποκαθέες καθεφοραὶ iungunt. Sed maluimus post ὑποκαθέες distinguere ex scriptis meliorib. membranis. κεφαλαγικῶς etiam quidam legunt quos secuti sumus cum Cornario, etsi κενεαγγικῶς legunt publicata exemplaria, qua lectione laterũ inanitatem & τῶν κενεώνων dolores intelligi possunt, quamuis inanium locorum corporis dolores accipiat Præceptor Hollerius. Non desunt etiam qui κενεαγγικῶς probabili admodum lectione legant, vt quæ ἄφεσιν, ἀδυναμίαν, & ἐφίδρωσιν probè respiciat. Verùm ista de purgamentorum suppressione rectiùs mihi dici videntur, quàm de vasorum inanitione aut vteri apertione, quod tamen facit Doctor Hollerius. D E

519 Τὰ μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα, καὶ τῆξις τοῦ ἀλόγου, τῆσιν ὀπτοφόροισιν ἐκλυῤῥωσιν.

Spirationes suspiriosæ quæ foras educuntur, ac citra rationem facta colliquatio in vterum gerentibus abortiones indicant.

Hîc μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα idem quod paulò pòst πὰ μυχθώδεα πνεύματα significant, & difficilis spirationis genus indicant, quod in ea quæ extra fertur latione intercisum est & interruptum, ac velut offensantem & elisum spiritum habens, in medióque expirationis cursu deficientem velut reuocans, ingeminanti similem facit, & iterato quodammodo spiritu resarcit. πνεῦμα πρὸς πταῖον ἐν τῇ αὔω φορῇ aliàs dicitur *Hippocrati, aut πνεῦμα προσκόπτον. Magis autem propriè luctuosa suspiria referunt quæ κλαυθμώδεις αὐτμοὶ dicuntur Hippocrati aphoris. 54. libr. 6. Atque hæc difficilis spirationis species interrupta & subsistens, in expiratione consideranda, quemadmodum & ea quæ lib. 2. & 6. Epidem. celebratur ingeminata & velut intro reuocata spiratio, ad inspirationem spectat. Conuulsionem aut præsagit elisa huiusmodi spiratio, aut organorum spirationi deseruientium duritiem, resiccationem, & facultatis animalis imbecillitatem, interdum etiam magnum intus conceptũ incendium & fuliginosi recrementi copiam, vt patet in Philisco ac Dromeadæ vxore lib. 1. Epid. & ex Galeno libr. 3. περὶ διαπνοίας. Est igitur μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενον πνεῦμα, & μυχθῶδες πνεῦμα, suspiriosa expiratio, & velut in pueris plorabundis medio suspirio interrupta. καὶ δὴ καὶ τοῦτο παντὸς ἐστι τοῦ κατὰ τὸ περὶ διαίτης εἰρημένον, πνεῦμα προσκοπῶν ἐν τῇ αὔῳ φορῇ. ὡς γὰρ εἰσπνοὴν τινες οὐχ ἕνεκα τοῦ ὁρᾶσθαι, ἀλλ' ἡσυχίᾳ ἀναπαύσασι τὰ ὀνόματα ὁμοίως τοῖς κλαυθμηριζομένοις παιδίοις, οὕτω καὶ ἐκπνέουσι. (vt scribit Galenus) Etsi enim insolens est & noua dictio, nec nisi (vt reor) hoc præsagio vsurpata in tam celebrata apud Hippocratem spirandi difficultate, neque à Galeno tota de spirandi difficultate tractatione commemorata, potest tamen per ea quæ adscripsimus Galeni verba explicari. Quòd si eiulabundam & gemebundam expirationem intelligimus, aut sonum qui in flentibus exauditur accipimus, iam doloris affectum aliquem exprimi necesse est, neque sola spiritalium instrumentorum motio spectanda est, velut in luctuosa spiratione accidit. Abortionis autem causa non est in prægnantibus huiusmodi suspitiosa spiratio: sed cùm non nisi magnos affectus comitetur, fœtus periculum indicat. Sic etiam repentina extenuatio aut colliquatio in vterum gerentibus, quæ interni alicuius visceris vitio, aut Œconomia naturalis culpa contrahitur, fœtus corruptionem prædicit. Et quod de mammis effertur aph. 37. lib. 5. id de toto corpore dici potest. μᾶλλον γὰρ κατ' λόγον σωματικὴν ἀσθένειαν corporis imbecillitatem significat *Hippocrati, quam facilè abortus sequitur. F

*Lib. de rat. vict. in morb. acut. & aph. 68. lib. 4. *Aph. 28. lib. 2.

520 Ὀδυνῶν χειλίης μετὰ τόκον, ὀπτὶ σώτῃσι πυώδεα καθαίρει.

Ventris dolor à partu, in his purulenta expurgat. H

Indistinctè scriptum videtur præsagium. Neque enim omnis à partu dolor purulenta expurgat, sed qui vel ab vlcere, vel partus purgamentis tardantibus & putrefactis excitatur, cùm & morantes menses purulenti fiant. Cui affectui magnam curam ad-

hibendam censet Hippocrates lib.1.περὶ γυναικείων. Videtur autem istud superiori annectendum, & de dolore ex abortu, vnde e- A
nata sunt vteri vlcera, intelligendum. Omnes tamen quotquot videre licuit codices distinguunt. Aut certè de pituitosis recrementis accipiendum, quæ vbi intestinis aut vtero adhærescunt, & in flatus à calore vertuntur, tormina & tensiones excitant, cocta verò & calore liquata, puri similia existunt & repurgantur. Quod ferè in his videtur, quæ multò grauiditatis tempore pica laborarunt.

Quæ torporis sensu afficiuntur, præcipuéque ad motiones impotentes & perfractæ, circa iudicationem vexatæ, anxietate laborantes, multo & tenui sudore diffluunt, in his aluus effusa malum denunciat.

[522] Αἱ ναρκώδεες καὶ μάλιςα ἐν τῆσι κινήσεσι μὴ ἀδυναμίης κατακλασμέναι, περὶ κρίσιν ἐνοχληθῆσαι, ἀσώδεες, ἐφιδρῶσι πολλῷ. κοιλίαι καθυγραινθῆσαι τούτῃσι, κακόν.

Incertum est quibus hanc symptomatum collectionem attribuat, quæ frigidorum humorum grauantem abundantiam in- B
dicat. Istud tamen videtur (vt cætera) vterum gerentibus, aut quibus menses restitant accommodari. Sunt autem καταικλασμέναι ἐν κινήσεσι μὴ ἀδυναμίης, quæ viribus sunt fractis & exolutis, & ad motiones inceptæ aut impotentes, quales sunt extremæ languentes & membris perfractæ, aut delassatæ, humorum copia animalem facultatem opprimente & spiritus vitales exoluente, vt idem καταικλασμένων quod καταικεκλιμένων, & quæ viribus exolutis prostratæ iacent, significat, non secus ac καταικλασμένοι κωματώδεες dicuntur Hippocrati libello περὶ ἐπιθεωρεσιμοῦ, qui in Prorrhetico καταικεκλισμένοι κωματώδεες vocantur, & ἔκλυσις hoc est exoluti & fractis viribus exponuntur Galeno.

Muliebria purgamenta non subsistere vtile, ac fortè ex talibus comitiales morbi oriuntur, partim verò diuturnæ alui subductiones, partim etiam sanguinis per ora venarum profluuium.

[522] Τὰ γυναικεῖα μὴ ἱστάμενα, χρήσιμον. ἐπιληπτικὰ ἐν τοιούτοισι, οἴμαι. ἐνίοισι δὲ ὑποφοραὶ μακραί, ἐνίοισι δὲ αἱμορροΐδες. C

Hæc sententia Hippocrate digna & veritate sua constantissima, siue de statis menstruis purgationibus, siue de partus purgamentis intelligatur. Nam & huiusmodi muliebria remorata maximam noxiam adferunt, vt patet ex Hippocrate lib.1.περὶ γυναικ. & Galeno lib.5.de sympt.caus.& lib.6.de loc.affect.& Comment.ad aph.57.lib.5. In vteri autem peruersionibus aut præfocationibus, quæ plærunq; tardatis mensibus fiunt, comitialis morbi symptomata cernuntur, qualia enumerantur libr.1.περὶ γυναικείων, cùm vterus in hepar aut hypochondria obuoluitur. ἐὰν δὲ ὑπὸ τὴν ἧπαρ ἔωσιν αἱ μήτραι, καὶ πόνοι ὑποχονδρίοισιν πάγωσι, καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν αὐξάνεται. ἐνίοτε δὲ καὶ πελιδναὶ γίνονται. ἡ δὲ τοῦ ὀδόντος βρύχη, καὶ σιαλα ὀδὴ σόμα ῥέει, καὶ ἐοίκασι πόνοι ὑπὸ τῆς ἠσακλείης νόσου ἐπιοχεμένοισιν. Idem libr.2.in vteri procidentia, epileptica symptomata annotat, quæ etiam membrorum contractiones, peruersiones, aut conuulsiones significant. Alui autem diuturna profluuia sæpiùs antea commemorata, & hîc quoque molestiam exhibent, vt satis paret ex libr.1.περὶ γυναικείων. ἰῶ δὲ ἐς τὴ κοιλίαν ἔλθῃ ἄλες, ἐπειδὰν σταθῇ, παρέχειν αὐτὴν καὶ οὐχὶ πόρρω. πυρέσσειν δὲ ὡς μὴ ἐν τούτῳ ἐξαίφνης ὀσφρομένη σάμαλα φλαύρος ἔχουσα, πυθέσθαι μιν. Rursusq; ibidem, ὅταν δὲ ἡμέρη πέμπτη ἢ ἑβδόμη, ἔστιν ὅτε ἡ κοιλίη παρέχει, καὶ ὑποχωρέει μέλαινα, καὶ καθαρμα καθαρὸν ἄλλοτε καὶ ἀμίγα, καὶ ὡς ὄνειον ὕδωρ. καὶ ἰῶ ὑπνέλφοι, δοκέει οἱ ῥηϊτερον εἶναι. καὶ μαλεδαινομένη ἐν τῇ χρὴ ὡς ὑγιὴς γίνεται, ἰῶ δὲ μὴ, κινδυνεύσῃ διαῤῥοίης αὐτῇ ἰσχυρῆς δι' ἀποτεύσης. Fiunt autem alui profluuia diuturna à sanguinis in hepar refluxu, calidíque natiui oppressionem indicant & periculo sunt, fieri etiam possunt perenni in aluum & intestina fluxione, ideóque summam naturalium facultatum imbecillitatem denunciare. Quòd ad hæmorrhoidas attinet, solet retenta illa abundantia interdum ad sedem deduci, & per ora venarum effundi. Quod etiam indicauit Galenus Comment.ad aph.33.lib.5.& Hippocrat.libr.1.περὶ γυναικ. cùm menstruam purgationem interdum ad sedem deriuari scribit, etsi id rariùs mulieribus, virginibus verò crebriùs apparere dicit. Et sanè in opere medico non semel reseratis hæmorrhoidibus huiusmodi abundantia vacuari visa est.

Vterum gerentibus præcordiorum dolor malum denunciat, hic etiam alui euntes & rigore subinde corripi malo est. Ventris dolor, si limosa expurget, in huiusmodi leuius malum indicat. Quæ ex his faciles partus habent, eæ postea vehementer anguntur.

[523] Τῆσιν ὑποφορήσιν ὑποχονδρίου ἄλγημα, κακόν. ἢν κοιλίαν τούτῃσι φερόμενα, κακόν. ἢν δ' ὑπαῤῥιγοῦν τούτῃσι κακόν. ὀδυνᾶται κοιλίης ἐν τῇσι τοιαύτῃσιν ἥσσον κακόν, ἰῶ ἰλυώδεα καθαίρῃ. ἢν σπανίδιος τῶν τοιούτων πίπτῃ), μετὰ τόκον δύσφορα σφόδρα. E

Aluum prægnantibus effundi abortionis periculum denunciat, ex placito 34.lib.5. Limosa autem excrementa cùm ventris & præcordiorum dolore, & rigore qui subinde repetit, viscerum impuritatem, præcipuéque iecoris imbecillitatem significat, vnde deiectiones hepaticæ cum torminibus subeunt. Alleuant autem huiusmodi limosorum & cœnosorum deiectiones, ex quo leuius malum iudicatur. Eæ etsi faciliores ac promptiores ex rigoris concussione habent partiones, postea tamen torminibus grauiter conflictantur, ob collectam viscerum cauo humorum impuritatem. Sic enim tota connecti posse meliùs existimo, quod etiam manu scripti codices faciunt, etsi pro ἢσι, τῆσι legunt. Quam scriptionem Asulanum exemplar, quia suspectam habet, asterisco notauit. F

Quibus prægnantibus tabi opportunis faciei rubor exoritur, hunc stillationes è naribus auertunt.

[524] Τῆσι κυήσησι φθινώδεσιν, ἧσιν ἔρυθος ὅτι τρεσσώπου γίνεται), αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἀποσταξίες τοῦτο ἀποτρέπουσι γινόμεναι.

Malarum rubor succensi & infirmi pulmonis signum ex distillatione ferina aut concalfacto capite in tabi obnoxiis, quem iu- re reuocant & auertunt sanguinis ex naribus stillationes. Malarum quoque cauitatem partus purgamentis retentis rubescere an- G
notat Hipp.lib.1.περὶ γυναικ.φυσ.& lib.1.περὶ γυναικ.sublato illuc sanguine, velut vtero erysipelate laborante faciei ruborem adscribit lib.2.περὶ γυναικ.

Quibus à partu alba prodeunt, & his subsistentibus surditas cum febre & lateris dolor acutus excitatur, eæ in vehementem & perniciosam mentis emotionem incidunt.

[525] Ἧσιν ἐκ τόκου λευκὰ, ἐπιστάντων δὲ, ἅμα πυρετῷ κώφωσις, καὶ ἐς πλευρὸν ὀδυνὴ ὀξεῖα, ἐξίστανται ὀλέθριοι.

Hæc sententia ex Prorrh.80.petita est, vbi iisdem pene verbis repetitur & à Galeno explicatur.

Prægnantibus salsuginosa, post partum molestias ex albis, mordacibus denunciant. Purgationes huiusmodi duritiem adferunt. In his singultus malo est, & vterorum procidentia, quæ & vnà interficit.

[526] Τὰ ἐν τῇσιν ὑποφορήσισι ἁλμυρώδεα, σημαίνει μετὰ τόκον δύσκολα λευκῆσιν δακνώδεσιν. αἱ τοιαῦται καθάρσιες ἀποσκληρύνουσι. λυγξὶ δὲ τὸ τοῖσι φλαῦρον, καὶ πτῶσις ὑστερῶν, καὶ σωττεινή. H

Salsuginosa

A Salsuginosa multa collecta prægnanti, post partum purgationes molestas & mordaces, biliosas & acres fore præsagiunt, ex quibus interdum vlcera excitantur & vteri indurantur. Sic etiam in scirrhum indurescere scribit Hippocrates, ex mensium corruptione & putrilagine, lib.2.περὶ γυναικείων, & repetit lib.περὶ γυναικείης φύσιος. Et ex huiusmodi vterorum duritie, facilis est in cancrum transitus. Scribit nanque lib.περὶ γυναικ.φυσ.& lib.2.περὶ γυναικ. γυναικὶ ὅταν ὑστέραι σκληραὶ γένωνται, καὶ οἱ τε αἰδοῖα ἐξέρωσι, καὶ οἱ βουβῶνες σκληροὶ γένωνται), καῦμα ἐν τοῖσιν αἰδοίοισιν ἐνῇ, καρκινώδεσι ἀρχῇ. Vt non immeritò apud Hippocratem καρκινώδεσι σκληροὶ γένωνται exponat Erotianus. Quod sequitur καὶ πτῶσις ὑστερῶν parum cohæret, & rem totam obscurat. Neque enim video quidnam hîc πτῶσις significet, nec quomodo huic loco conueniat. Et certè locus conclamatus videtur, cùm ita se gerant omnia exemplaria, vt manifestum vitium, nullam autem medelam ostentent. Asteriscum enim vt scopuli indicem plæraque præfigunt. Cornarius hoc totum velut nil ad rem faciens prætermisit. Quòd si coniecturæ locus esse debet (quandoquidem in tam exulcerato loco nulla alia quàm coniecturæ medela est) πτῶσις legi potest, vt vteri lapsum & procidentiam intelligas ex calamitosa mordacium & acrium purgamen- B
torum effluxione, quæ & locorum duritatem & distensionem parit. πτῶσις enim ὑστερῶν & ἔκπτωσις adeo familiaris est, vt (quod scribit Hippocr. lib.2.περὶ γυναικ.) ἔκπτωσις ἐκπεσὴ παῖς ὑστέρας παροτρύνει, καὶ ἔχουσι καὶ φλαῦρον. Quæ etiam sæpiùs celebratur libris περὶ γυναικ. Potest etiam πτῶσις legi, aut πτύξις, (quod postea Præceptorem Hollerium fecisse video) & pro vteri ceruicis complicatione aut reduplicatione sumi, ex qua sequitur σώπασις distensio aut peruersio, locorumque duritas, vnde & purgamenta exitu prohibentur, & morborum congeries succedit. Sic lib.περὶ γυναικ.φυσ.& lib.2.περὶ γυναικ. ὑποπτύξις τῶν σώματος τῆς μητρέων Hippocrati celebratur. σωττεινὴ quoque exemplaria quædam legunt, vt corrugatum & complicatum vteri osculum contractio aut contensio consequatur: alia etiam σωκτεινὴ habent, quæ hîc secuti sumus.

Ex purgamentis muliebribus ad pedes & lumbos pertingentes tensiones, suppurationes indicant, & viscosa graueolentia ex aluo cum dolore prodeuntia. Ex præscriptis quoque suffocationes, suppurationes denunciant.

[527] Ἐς πόδας καὶ ἐς ὀσφὺν σωττάσιες ἐκ γυναικείων ἐκπυητικὸν, καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης γλίχρα, δυςώδεα ἀπὸ πόνου ἰόντα. πνιγμοὶ ὅτι τοῖσι προγεγραμμένοισιν, ἐκπυητικόν. C

Mensium abundantia retenta & corrupta, interdum suppurationes mouet & vteri vlcera. Ex quibus & lumbotum distensio aut per sympathiam cum vtero contractio, & pedum contensiones aut tumores, quæ sunt symptomata hydropica ex multa cacochymia suboriri possunt. Quæ etiam interdum vitio totius corporis contingunt, quod indicant graueolentia & putria per aluum cum dolore effusa. Vteri quoque strangulatus ex iisdem causis, corruptam putrilaginem euoluunt, & suppurationes faciunt. Hîc verò καὶ πνῖγμα potiùs lego quàm ἀπὸ κοιλίης, ex sentent. huius Prognost. 324. quæ huic valde affinis est & longè purioribus verbis scripta.

Vterinæ ventris duritates cum dolore, celerē perniciem denunciant.

[528] Τὰ ὑστερικὰ ἐν κοιλίῃσι σκληρύσματα ἐπώδυνα, ὀξέως ὀλέθριον. D

Vteri duritates quæ tactu in ventre percipiuntur intelligit, & verè Medicis σκληρώματα dicuntur, quæque velut oneris aut lapidis incumbentis pondus præferunt, vt scribitur lib.2.περὶ γυναικ. vbi etiam variæ causæ adscribūtur. Aut certè vterorum inflammationes accipiuntur, cùm solenne sit Hippocrati σκληρύσματα ἐπώδυνα tumores duros & dolentes dicere, quæ οἰδήματα σκληρὰ καὶ ἐπώδυνα vocantur in Progn. Vteri autem inflammatio & doloris acerbitate, & febris vehementia non paruam perniciem minatur. Ideoque ὀξέως ὀλέθριον iunximus, vt mali acerbitatem indicaremus, etsi plæraque exemplaria ἐπώδυνα ὀξέως legunt.

In vterum iam gerentibus, fluxiones serpentia oris vlcera cum dolore excitantes malum denunciant. In his sanguinis per ora venarū profluuiū pessimum.

[529] Τῆσιν ὑποφορήσιν ἤδη ἀφθώδεα ῥεύματα ἐπώδυνα, πονηρόν. αἱμορροΐς τούτῃσι κάκιστον. E

Hîc ἀφθώδεα ῥεύματα dicūtur, quæ paulò ante sent.515. ἀφθώδεα σόματα, addito causæ genere. Huiusmodi autem fluxiones tabem aut alui profluuium minantur, ideóque abortionis metum afferunt, vt & sanguinis quodcunque per ora venarum profluuium (αἱμορροΐδα vocant) in grauidis fœtui alimentum surripit, præcipuéque si iam longè progressa sit imprægnatio & fœtus grandior, ex placito 31.lib.lib.5. Etsi hîc αἱμορροΐς quancunque sanguinis profusionem, aut etiam ex venis pulmonum sanguinis eductionem significare potest.

Quibus in tumorem sublato ventre, pudendum rubor occupauit, muliebribus purgamentis albis humidis subitò procedentibus, diuturnis febribus intereunt.

[530] Ἧσι κοιλίης ἐπαρθείσης ἐς αἰδοῖον ἔρευθος ἦλθε, γυναικείων λευκῶν ὑγρῶν καθελθόντων ἐξαπίνης, ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι τελευτῶσι. F

Vteri tumore cum vlcere aut phlegmone laborantis sunt indicia, quemque sæpe cancer occupat, & quo laborantes diuturnis ac lentis febribus tabescentes consumuntur. ἐξαπίνης autem magnam & confertam purgamentorum putrilaginem denotat.

Conuulsionem, muliebria si circa initia appareāt, neque febris accesserit, soluunt.

[531] Σπασμῷ, γυναικείων ἐν ἀρχῇσι φανέντων, πυρετοῦ μὴ ἐπιγενομένου, λύσις.

Conuulsiones intelligit quibus solent mulieres hystericæ plærunque esse obnoxiæ purgationibus muliebribus remoratis, & quibus procedentibus continuò liberantur, vt satis indicat historia ægr.11.lib.3.epid.post st.pest. Quòd si febre accedente (quæ conuulsiones etiam sanare potest) circa initia morbi purgationes erumpant, eiusmodi vacuatio maximo malo est, cùm sit sym- G
ptomatica & morbi, non naturæ, impetu contingat, quod etiam sæpiùs obseruare licet in opere medico. Illud igitur πυρετοῦ μὴ ἐπιγενομένου, huic suffragatur lectioni quam antea (sent.350.) adscripsimus, quæ ἄπυροι σπασμοὶ legit, aut quæ ex Prorrh. ἀπύρως, easque conuulsiones, quæ magnis vteri inflammationibus succedunt, distinguit, quibus febres coniunctæ sunt. ἐν ἀρχῇσι verò conuulsionis initium, aut primùm apparentes menses, hoc est pubertatis tempus, quo primùm menstrua erumpunt, & comitiales, conuulsiones, aut pueritiæ morbos etiam soluunt, vt scribit Hippocr. aph.28.lib.3. Plinius nanque cap.4.lib.28. multa verborum genera, maximeque comitiales, primo coitu solui scribit, primoque fœminarum mense.

Vrinæ tenues, nubeculam quandam in medio assumentes, rigorem denunciant.

[532] Οὖρα λεπτὰ ὑπονέφελα ἐν μέσῳ ἐρεύμενα, ῥῖγος σημαίνει.

Absurdum est nubeculas in vrinis tenuibus rigorem denunciare, neque etiam si in medio suspensæ sint, ideóque hæc senten- H
tia demonstratione caret, præstatq; Hip. doctrinam de vrinis in mētis notione reponere. Quinetiam phrasis est insolens, & illud ἐρεύμενα locū suspectū facit. Quod tamen pro μεταλαμβανόμενα sumpsimus, quòd ἐρεύμενον apud Hesiod. μεταλαμβανόμενα exponat Varneq; huic loco hac notione malè quadrare videatur. Quia aūt infrequens est dictio, nō omninò temerè ἀναῤῥεύμενα, aut ἐωρεύμενα scriptū fuisse coniicias, etsi hāc lectionē suis rescriptis damnat Gal. Com.1.in prorrh. Aut certè ὑπονέφελα ἐν μέσῳ ἐρεύμενα, idē quod

ἀναωρήματα ὑπηνέφελα indicare videntur, de quibus aliàs ſcripſimus. Ερεύμενα etiam pro ἐρευγόμενα, per ſyncopem, legi poſſe aliquando ſuſpicatus ſum, vt ſint vrinæ quæ nubeculas in medio eructant aut effundunt, vt τὴ ἐρευγῆς nomine effuſa quædam copia aut abundantia intelligatur. A

Sanguinis fluxus ſi quarto die oriatur, diuturnitatem indicat, & aluus effunditur, cruraque intumeſcunt.

533 Ην ἀπὸ τὴ τεταράδος αἵματος ῥύσις γένηται, χολέρια σημαίνει, καὶ κοιλίη καταῤῥήγνυται, καὶ σκελέων οἰδήματα.

Indiſtinctè admodum prolata eſt iſta ſententia. Neque enim quemnam ſanguinis fluxum intelligat ſatis certum, neque quomodo quarto die exortum ſanguinis profluuium diuturnitatem indicet compertum eſt, quin potiùs iudicationis diſciplinam labefactat & ſubuertit. Neque cuinam affectui iſta accommodentur, ſatis intelligitur. Poſſunt fortaſſis iſta conuulſionibus attribui, in quibus ob frigidam & crudam materiam qua abundant, vrinæ tenues conſpiciuntur, & hæmorrhagia quarto die exorta nihil promouet, quinetiam morbi initio contingens iudicationem irritam facit. In criſeos ratione celebre eſt ex lib. 2. epid. αἱ παρτάων αἱμορῤῥαγίαι, διάκριτοι. Et τὰ κρίνοντα ἐν αὐτῇ τῇ ὑπαφανίσει: etſi morbi quidam, præcipuéque ſanguinei, & qui paribus diebus moueantur (idéque maximè in iuuenibus) ſalutares habere hæmorrhagias quarto die obſeruantur. Sed quanam ratione iſta in hunc muliebrium morborum ordinem irruperint, ſuperuacaneum eſt quærere, neque quomodo crurum tumor inde, aut alui eruptio ſperetur, niſi hæc ex liberaliore hæmorrhagia contingant. B

In vterum gerentibus capitis dolores cum ſopore & grauitate malo ſunt: forteque huiuſmodi naturæ vna etiam conuulſionibus quibuſdam ſunt obnoxiæ.

534 Τῆσιν ὑπιφόρησι κεφαλαλγικὰ καρώδεα μετὰ βαρέος ῥεόμενα, φλαῦρα, ἴσως δὲ τούτῃσι καὶ ἅμα ἀπασμώδες τι ὠφελέει. C

Ex Prorrh. 1 03. diſertis verbis huc traducta ſententia & paulò antea expreſſa. Ideoq; lectionem Prorrhetici ſecuti ſumus, cùm ſint exemplaria omnia vitioſa, & ὠφελέει pro ὀφέλῃ legant. Poteſt etiam legi ἀπασμῶδές τι παθὼν ὀφέλῃ, quæ eſt Galeni lectio & à Cornario vſurpata.

Quæ ante partionem in modum choleræ morbi affliguntur, faciles quidem partus edũt. Febre autem tentatæ, malignè habent, tum verò præcipuè, ſi quid fauces vexet, aut in febre maligni aliquid appareat.

535 Αἱ πρὸ τῆς γενήσιος ὑπὸ χολερώδεα πρὸ τῶν τόκων, λίκνοισι μὲν ῥηϊδίως. πυρέξασαι δὲ, κακοήθεες, ἄλλως τε κ' ἐν τῇ κατὰ φάρυγα ὀχλῇ, ἤ τι τῶν ἐν πυρετῷ κακοήθων ὑπιφανῇ σημεῖον.

Magnam ventris perturbationem cruda multa & bilem per vomitum ac ſeceſſum excernentem cum ſumma corporis iactatione, interiorum oppreſſione & crurũ conuulſione, velut in cholera morbo, intelligere videtur, quæ partui vicinas terrere non mediocriter debet, idéque præſertim ſi cum febre ſit & malignis ſymptomatis, bilioſa acrimonia in venas delata ibiéque corrupta, non ſecus ac in cholera morbo ex alimentorum inſigni cruditate & corruptione. D

Erumpentia ante partus aquoſa, mala.
Hoc paulò antea expreſſum eſt ſent. 513.

536 Τὰ πρὸ τῆς τόκων ῥηγνύμενα ὑδατώδεα, φλαῦρα.

In vterum gerentibus ſalſuginoſę ad fauces fluxiones malum denunciant.

537 Τῆσιν ὑπιφόρησι κατὰ φάρυγα ἁλμυρώδεες ῥύσιες, πονηρόν.

ἁλμυρώδεις ῥύσεις nunc * dicuntur, quæ paulò antea ἁλμυρώδεα ſimpliciter. * ſent. 526.

Ante partus ſubinde rigore corripi, & citra dolorem parere, periculum indicat. E

538 Τὸ πρὸ τῆς τόκων ὑπαῤῥιγοῦν, καὶ τὰ ἀνώδυνα λικτόμενα, κινδυνώδεα.

Rigor ante partum ſubinde corripiens, materiæ agitationem & ad neruos aut ſuperiora tranſpoſitionem indicat, ex qua concuſſus partus faciliùs elabitur. At ſine dolore parere cùm præter naturam ſit, magnum aut fœtui, aut parturienti periculum denunciat. In partu enim dolor eſt totius corporis, præcipuè verò lumborum & coxendicum. δίεται γὰρ σφέων τὰ ἰσχία, (vt ſcribit *Hippoc.) καὶ φλᾶται ἡ ὀσφὺς ὑπὸ τῆ ἐμβρύου. * Lib. περὶ φυσ. παιδίου. Lib. 1. περὶ γυναικ.

Prægnantibus fluxiones cum ſerpentibus oris vlceribus, malo ſunt. Hæ conuulſionibus, exolutionibus, poſtea perfrictionib. tentatæ, celeriter calefiunt. Quinetiam prægnantibus moleſtiam exhibent, qui circa tenue inteſtinum contingunt tumores, quales circa extremas vteri oſculi oras, in erectę ceruicis ſpirationis difficultate detentis, eueniunt. Quinetiam fortaſſis huiuſmodi tumores gemellorũ partum prænunciant, aut fortè conuulſiones tumores huiuſmodi indicant.

539 Τῆσιν ὑπιφόρησι τὰ ἀφθώδεα ῥύματα, πονηρόν. ἀπαθείσαι, ἐκλυθῆσαι, μετὰ καταψυχθεῖσαι, ἐκθερμαίνονται ὀξέως. ἢν μὲν τοι καὶ διέκολαι ἐπιβαίνῃ τῆσιν ὑπιφόρησι τὰ περὶ τὸ λεπτὸν οἰδήματα, οἷα τὰ περὶ τὰς ὀρέας γίνεται, ἐπιλαμβανόμενα ὀρθοπνοίῃσιν. ἆρα τὰ τοιαῦτα οἰδήματα διδυμοτοκῇ; ἆρα καὶ ἀπασμῶδες τὰ τοιαῦτα οἰδήματα ποιεῖ; F

Syndrome eſt empirica, difficilis, ex obſeruatione nata, & demonſtratione carens, quæque quò obſcurioribus vtitur vocibus, eò perplexam magis ſententiam facit. Nam quid per πὰ ὀρέας intelligatur non facilè coniicias. ὄρχεις enim omnes hîc aut ὀρέας ferè ſumunt, & ſcrotum intelligunt, quod & ὄρχεα & ὄρχη dicitur lib. 2. περὶ γυναικείων. ὀρέας tamen cum paſſim legant omnia exemplaria, dubium relinquitur an hîc ὀρέων idem quod τὰ ὀρέων indicet, quod exponitur Galen. in Exegeſi ἡ περὶ τὸ σῶμα τῆ μήτρας ἑλικοειδὴς ἐπανάστασις, flexuoſa circa vteri oſculum extuberãtia, quomodo etiam ſumpſiſſe videtur Cornarius, an verò pro ὀρέων in Exegeſi ὀρέων legendum ſit, vt iſtum locum ſubindicet, & exponendum ſit, αἱ περὶ τὸ σῶμα τῆ μήτρας ἑλικοειδεῖς ἐπανασταίσης. Neque quòd ad notionem attinet, ſatis eſt explicatum quinam tumores circa huiuſmodi oſculi vuluæ eminentias fieri intelligantur, in ea ſpiratione quæ erecta ceruice obitur detentis, aut quæ huiuſmodi ſpirandi difficultatem inducant. Mihi, ſi quid coniicere licet, tumores ſubindicari videntur, qui in longa tuſſi & magna ſpirandi difficultate, ad genitales partes. velut reſtes aut ſcrotum, iudicationis quadam lege decumbunt. Nota nanque ſatis eſt thoracis cum genitalibus partibus communitas, & ὄρχεις οἰδήσεις ἀπὸ βηχέων, vt ſcribit Hippocr. lib. 2. epid. Quam conſenſionem pluribus locis confirmauimus noſtris in lib. 2. epid. Commentariis. Sic igitur ἐν τῇ ὀχέῳ & in extremis oſculi vteri oris non eſt abſurdum ex longa tuſſis contentione & ſpirandi difficultate tumores fieri, quo in loco etiam ſæpiùs herniæ viſuntur. Quæ ratio magis etiam notionem noſtram confirmabit, qua κινέω apud Hippocratem lib. 2. epidem. vterum indicare proponebamus, vt luculentus vteri cum thorace & ſpiritalibus partibus cõſenſus innoteſcat. Quod autem ſcribitur huiuſmodi tu-

A modi tumores circa tenue inteſtinum enatos gemellorum partum ſubindicare, id ſemel obſeruatum non temerè in dubium adducitur. Et ſanè longè eſt æquius inde conuulſiones impendêre.

540 Τὰ μυξώδεα ἐξαναφέροντα πνεῦμα ἐν πυρετοῖσιν, ἐκπροώσκοντα.

Quæ ſuſpirioſæ ſpirationes foras educuntur in febribus, abortionis periculum afferunt.

Hoc præſagium ſuprà ſcriptæ ſententiæ (519) lucem adfert eamque explicat. Hîc enim τὰ μυξώδεα ἐξαναφερόμενα πνεύματα dicuntur, quæ illic τὰ μὴ μυξῶδες ἐξω φέρεσθαι πνεύματα. Indeque hîc eſſe legendum fortè coniicias τὰ μυξώδεα ἐξαναφερόμενα πνεύματα, aut τὰ μυξώδεα ἐξαναφέρουσα πνεύματα, quemadmodũ legiſſe videtur Corn. aut μυξῶδες πνεῦμα, vt luctuoſam expirationẽ, & eam quæ foras fertur cum ſuſpirio intelligas.

541 Φρικώδεσι, κοπιώδεσι, καρηβαρικοῖσι, γυναικεῖα καταῤῥήγνυται. B

Horrore ſubinde tẽtatis, laſſitudine & capitis grauitate conflictatis, muliebres purgationes erumpunt.

Publicati codices hanc ſententiam ſuperiori connectunt, & ἐν πυρετοῖσι φρικώδεα intelligunt. Poteſt & per ſe accipi, quod faciunt reliqua exẽplaria, quæ ſecuti ſumus cum Corn. Et hoc ſæpe accidit vt in magna humorũ inæqualitate & copia totum corpus degrauante, menſes erumpant, interdum natura morbum deponente, ſæpiùs verò impetu ſibi qua ratione cunq; exitum moliente.

542 Αἱ πρὸς χεῖρα νωθραὶ, καταξηροὶ, ἀδιψοῖ, γυναικεῖα πολλὰ χαλῶσαι, ἐκπυητικαί.

Quæ ad manus contactum torpeſcunt, peraridæ, ſitis expertes, muliebria multa profundentes, pus intrò colligunt.

Ex menſium abundantia & interno vitio tabeſcentes, areſcentes & ſuppuratas intelligit, quæ febre lenta conflictantur, quas ideò πρὸς χεῖρα νωθρὰς vocat, quòd ad manus contactum lenta ſit febris, eæque velut tardæ ac torpeſcentes, totoque corpore quodammodo pigræ ac plumbeæ. C

543 Τὰ ἐξαίφνης λευκὰ καταῤῥέοντα ὑπὸ βωμῷ, ὠδὶν ῥιγῇ, καὶ ἐς μηρὸν ὁρμᾷ, θόμος δύσκολον.

Ex abortione vbi alba de repente percurrunt, ſi rigor aliquis corripiat, & ad femur impetus fiat, tremor moleſtus ſubit.

Ex abortu quæ fiunt febres periculi plenæ ſunt, præcipuè verò ſi vteri inflammatio, aut exulceratio ſuccedat, aut quauis alia de cauſa in fœmur decumbat, quod in vteri tumoribus valde ſolenne eſt, vt aphor. 47. lib. 5. Aliôqui ex mucoſorum & pituitoſorum fluxione, quæ abortionem fecit, in fœmur decubitus, & tremor, materiæ ad ſuperiora reflexu, & à venis ad neruos tranſpoſitu, difficilis & calamitoſus eſt. Exemplaria autem publicata ῥηγῇ pro ῥιγῇ legunt. Quæ lectio abortum magis & vlcera ſuſpectat, ideoque plauſibilior videtur.

544 Τὰ ἀφθώδεα σώματα τῆσιν ὑπιφόρησι κοιλίας καθυγραίνει. D

Serpentiá oris vlcera in vterum gerentibus, aluos humectant.

Sæpiùs antea expreſſa ſententia, ex qua & alui profluuium, indeque periculoſa abortio ſuſpectatur.

545 Αἱ τῶν κυοσέων, πρεσβυοσέουσαι πρὸ τῶν τόκων, ὑπαῤῥιγοῦσι.

Quæ prægnantes ante partus laborarunt, ſubinde rigore corripi ſolent.

Publicatorum codicum lectio valde eſt implicata, quæ ἧσι δὲ τῶν κυοσέων habet, & iſtam ſententiam ſuperiori connectit. Quæ etſi referri poſſunt ad aphthoſas illas fluxiones & ferinas, quæ ante partiones prægnantes affligerent, aptiùs tamen diſtingui videntur & ad prægnantium morbos accommodari, quæ ante partus ſubinde rigoribus tentantur ex magna humorum inæqualitate & E viſcerum impuritate, quale quid Epicratis vxori contigit. lib. 1. epid. vnde deducta videtur hæc ſentẽtia. Eamq; lectionem ſequuntur reliqua omnia exemplaria cum Cornario, & αἱ τῶν κυοσέων legunt.

546 Αἱ ναρκώδεες ἐκλύσιες, δύσκολοι μὲν ἐν τῇ τόκων ἐπιβαίνουσι καὶ πρόδηκεν σύκαι, ἐ μὲν τοι ὀλέθριοι. ἀπὰρ καὶ πλῆθος γυναικείων πρεσημαίνουσιν.

Quæ ex partionibus contingunt exolutiones cum torpore, moleſtiam quidem exhibent, & mentem emouent, nullam tamen perniciem afferunt. Verumetiam purgamentorum muliebrium abundantiam denunciant.

Quod ſemel obſeruatum, id in exempli authoritatem transferti non debet. Neque huiuſmodi exolutiones periculo carent, ſiue ad motionis impotẽtiam, ſiue ad animi defectiones referas. In laborioſis & moleſtis partionibus, præcipuè ſi grandiores fœ- F tus educantur, huiuſmodi membrorum exolutiones cum torpore contingunt. Sed quòd mentis emotionem addidit, cerebrum appetitum ſignificat, & exundantem toto corpore vitioſæ & inæqualis materiæ abundantiam, quæ per muliebria purgamenta deducitur.

547 Αἱ ἐν τόκῳ καρδίῃ πρεσαλγήσασαι, ὀλίγῳ ὕστερον ἐπιβάλλουσι.

Quæ in partu oris ventriculi dolorem antea ſenſere, paulò poſt fœtus deponunt.

Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικείων in parturientibus crebram ſpirationem, lumborum dolorem, & oris ventriculi morſum (καρδιαλγὴν vocant) adſcribit. Hîc autem ἐπιβάλλειν, ἀφιέναι, & fœtum deponere, demittere, excludere & eiicere ſignificat.

548 Τὰ φρικώδεα, κοπιώδεα, καρηβαρικὰ, βαχήλου ὀδυνώδεα, γυναικεῖα καταῤῥήγνυσι. πρὸς κεῖσιν δὲ τοιοῦτον γινόμενον μετὰ βηχὸς ἐπιῤῥιγεῖ. G

Horroris & laſſitudinis ſenſus, capitis grauitas cum ceruicis dolore, muliebres purgationes deiiciunt. Quòd ſi quid huiuſmodi circa iudicationẽ cum tuſſicula contingat, ſubinde rigorem adfert.

Iſtud fidem facit ſuperiorem paulò ſententiam (541) rectè diſiunctam eſſe. Quod inſuper de tuſſicula additur, ex obſeruatione ductum eſt, nec ſatis ad demonſtrationem accommodatum.

549 Ὅσαι κόρησιν ὀρθοπνοϊκὰ συμβαίνει, ἐν τῇσιν ὑπιφόρησι, λιθοὺς ἐκπτυοῦσαι. γυναικεῖα ὑπιφαίνεσθαι ἐν ἀρχῇ, κακόν.

Quæ puellæ erectæ ceruicis ſpiratione vexantur, iis vterum ferentibus mammæ pus colligunt. Muliebria purgamenta circa initia apparere, malum.

Ex magna & continua in thoracem & pulmones defluxione, orta huiuſmodi ſpirandi difficultas, partem imbecillam reddidit, H in quam geſtationis vteri tempore deducto ſanguine, pus fortaſſe collectum eſt, & muliebres purgationes ſtatim ad initia eruperunt. Ex quibus nil niſi fœtus corruptionem aut etiam tabem ſperare queas. Poteſt & in viro maturis puellis ſuppreſſa menſtrua purgatio huiuſmodi erectæ ceruicis ſpirationem ad ſuperiora recurſu adducere, ex quo pars poſtea imbecillior reddita, ſuppuratum excepit.

Febres acutas cum mentis perturbatione, in oris ventriculi dolore non bilioso, insania soluit.

550 Τὰ μανικὰ πυρέτου ὀξέος παραφόδεας ἀχόλῳ καρδιαλγικῷ λύουσι. A

παραφόδεας febres dicuntur in quibus ægri sunt turbulenti, & sine ratione mentis perturbatione vexantur, quod est initium malè affectæ mentis, vt scribit Galenus in Prorrh. Impropria est autem solutionis acceptio, ac potiùs morbi successio, cuius varia aliàs descripsimus exempla. Et hîc insania huiusmodi febres soluit, velut μανίην ἔκστασις aph. 5. lib. 7. & aliôqui (quod scribit Galenus) vehementes casus in morbis acutis, interdum probas solutiones promouent. Insania igitur febres acutas huiusmodi ita soluit, velut febres ardentes tremoribus ac delirio soluuntur ex aph. 26. lib. 6. Oris autem ventriculi dolor qui sine bile fit, breuem morbum fore indicat, aliôqui appetito cerebro in furorem & vehementem insaniam erumperet.

His quæ non pariunt, ad conceptum sanguinis vomitus prodest.

551 Τῇσιν ἀπόκρισιν αἵματος ἔμετος παρὸς ὃ συλλαβεῖν ὠφελεῖ. B

Sanguinis copia interdum fœtum primis mensibus suffocat, ideoque deplenda est, interdum ita vasa implet ac distendit, vt fœtui concipiendo locus non sit. Sanguinis igitur vomitus velut ad causam relatus confert. Sic lib. περὶ ἀδικωνίου Hippocrates ad conceptum sanguinem detrahendum consulit. γυνὴ ἥ τις ἀρτίκυμων ἐοῦσα πέπαυται κυϊσκομένη, φλεβοτομέοντω δὶς ἢ τρὶς ἐν ἐπιαυτῷ ἀπὸ τῆς χειρὸς καὶ τῆς σκελέων. Et lib. περὶ ἀφόρων vt conceptum procuret, brachij sinistri venam aperiendam consulit. Sunt autem hîc ἄπκοι, non quæ steriles dicuntur, sed quæ vel probè non repurgantur, vt exponit Galenus extremo lib. 3. de difficult. spirandi, vel quæ viri congressu non vtuntur.

Oculorum caligines crebris apparentibus mensibus, soluuntur.

552 Τὰ ἀχλυώδεα γυναικείων συχνῶν ὀπιφανέντων λύεται. C

Mensibus restitantibus ex sanguinis impuritate caligo oculis obtenditur & spiritus visorius conturbatur. Quibus erumpentibus ista reuulsione quadam conquiescunt.

Quæcunque mammarum dolore ex febribus vexantur, eas sanguinis concreti spuitio non fœculenta, dolore liberat.

553 Ὅσῃσι γυναῖξὶν ἐκ πυρετῶν ἄλγημα στηθῶν γίνεται, τούτοις αἱμόλωπος ἀφυγόδης ῥιπισμὸν, λύει τοὺς πόνους.

Non magnam fuisse neque admodum corruptam sanguinis concreti copiam eiectam, significat ἀφυγόδης adiectum. Neque enim fœculentum, crassum, aut sanioſum fuisse suspicandum est. Aliôqui magna sanguinis concreti & fœculēti reiecta copia, insigne vasorum vlcus indicaret. Mammarum autem dolor humoris ex vtero recursum ex partium consortio præseferre potest, qui potuit sanguinis concreti spuitione depelli. Hîc autem πύσις αἱμόλωπος, idem quod πύσις αἱματώδης aut αἱμολώδης significat, cùm propriè αἱμόλωψ in oculis sugillationem indicet, sitque vt scribit Erotianus, συγκεφὴ ὕφαιμος ὡς ὀπίσω ἐκ πληγῆς περὶ τὴν κεφαλειδῆ χιτῶνα γινομένη. A sulanus ἐγγενομένη legit, reliqua exemplaria γινομένη.

In mulieribus quæ vteri suffocationibus tentantur, idque sine febre, faciles sunt conuulsiones, quale quid etiam Dorcadi contigit.

554 Οἱ ἐν ὑστερικῇσιν ἀπνοίῃσι παρασμοὶ εὐχερέες, ὅτι καὶ Δορκάδι. D

Hoc præsagium ex Prorrh. 119. sumptum, & antea expressum & explicatum.

Quibus ex rigore febris cum lassitudinis sensu adest, in his muliebrium profluuium expectare oportet. Quòd si ceruicis dolor prehenderit, sanguinis è naribus eruptionem fore spes est.

555 Ἡσιν ἐκ ῥίγεος πυρετὸς κοπιώδης, γυναικεῖα καταβήσεται. βάχηλος ἐν τούτοισιν ὀδυνώδης, αἱμορραγικόν. E

Ex Prorrh. 142. sumpta sententia & in hoc præsagium traducta.

Vomitio autem maximè est innoxia, quæ pituita & bile permixta est, dum ne admodum copiosa sit. At synceriores vomitiones deteriores sunt. Viridis quoq; vomitus & niger, & liuidus vitiosus est. Quòd si omnes colores idem vomat, exitiale est. Celerrimum autem exitium indicat liuidus & mali odoris. Mortem quoque adfert ruber vomitus, isque præcipuè si cum maiore conatu & dolore contingat.

556 Ἔμετος ἢ ἀλυπότατος φλέγματος καὶ χολῆς συμμεμιγμένος. μὴ πολὺς ἢ κάρτα ἐμείσθω. τὸ ἢ ἀκριβέστερα τῶν ἐμουμένων κακίω. τὸ μὲν χλωρὸς δὲ ἔμετος, καὶ μέλας, καὶ πελιός, πονηρόν. εἰ δὲ καὶ πόνῳ τὸ χρῶμα τὸ αὐτὸς ἐμέοι, ὀλέθριον. τάχιστον ἢ θάνατον σημαίνει ὁ πελιός καὶ κακώδης. ἔστι ἢ θανάσιμος ὁ ἐρυθρὸς ἔμετος, καὶ μάλιστα εἰ μὴ διὰ σκῆνος ἐμέοιτο ἐπωδυνίου. F

Hæ vomitionis leges ex Prognostico sumptæ sunt. Et si quis incidit vomitus (inquit Celsus) mixtus esse ex bile & pituita debet. Hic autem ἀλυπότατον dixit, quod in Prognostico ἀφελεμόπατον. Cùm nanque vomitus in symptomatum genere censendus sit, eum qui maximè sit innoxius perquàm vtilem esse dicimus. In Prognostico etiam, vt nec admodum copiosum, ita neque admodum crassum esse vult, vt ex eo loco hic rectè καὶ μὴ παχὺ κάρτα, μηδὲ πολύ, legendum videatur.

παρασπεστὴς] παρασθεσὶς dicitur prasinus & porraceus, qui in porri morem viret, (vt scribit Gal.) nos viridem cum Celso dicimus. Variè autem coloratum & grauem vomitum his verbis damnat ** Celsus, Atque in omni morbo vomitus pestiferus est, qui varius & multorum colorum est, præcipueque si malus in hoc odor sit.

** *Cap. 6. lib. 2.*

ὁ ἐρυθρὸς ἔμετος] Quemnam intelligat rubrum vomitum est ambiguum. Significari nanque potest croceæ bilis per vomitionem refusio, quæ tamen synceri vomitus nomine censetur. Quòd si sanguinis vomitum copiosum accipit, ex venæ alicuius insigni reseratione, præsens periculum ostentatur, vt antea scriptum est. Eumque hîc quoque subindicare videtur Celsus cùm post cætera de vomitu scribit. Ac sanguinem quoque in febre vomuisse pestiferum est, etsi placitum 37. lib. 7. disertis verbis exprimit. G

Corporis æstuatione & inquieta iactatione conflictati, citra vomitum ingrauescentes, malè habent, atque etiam qui vellicantur citra vomitum.

557 Οἱ ἀσώδεες δυσέμετοι παρεξιώμενοι, κακὸν, καὶ οἱ παρεσπόμενοι δυσέμετοι.

Prorrheticum est 76. cuius hæc sententia explicationem adfert. Nam cùm ἄσῃ duobus contingat modis (vt scribit Galenus) vno, cùm corporis virtus mole & humorū copia ita opprimitur, vt nullo statu quiescat, sed omnes figuras mutet; altero, cùm ventriculi os vitiosis humoribus lancinatur, de priore sententiam intelligi vult Galenus. Hîc autem vtrique significato locus est, cùm nauseabundi ventriculi symptomata indicentur. Quod etiam innuit quod scribitur οἱ παρεσπόμενοι ἀνεμέτως, quibus significantur qui ore ventriculi ex humorum vitio lancinantur & vellicantur. H

558 Τὰ μικρὰ ἐμέσματα, χολώδεα, ἄλλως τε καὶ ὦ ἀχρυπνέουσιν. A

Vomitiones exiguæ, biliosæ, malum denunciant, tum verò præcipuè si peruigilio conflictentur ægri.

Diminuta est sententia & ex Prorrhetico 79. restituenda, ideoq; κακὸν addendum videtur, ne quid absurdi affingamus. Huiusmodi verò vomiciones breui phrenitim prænunciant, quam per ἀχρυπνίαν sæpe indicat Hippocr.

559 Ἐπὶ μελάγχολοι ἐμέτοιν κώφωσις, ἢ βλάβη.

Ex nigris vomitibus oborta surditas, noxia non est.

Author Prorrheticinigrorum vomitum cum surditate in phrenitidis suspicione sæpe coniungit, istaque symptomatum connexio non leuiter affectum cerebrum indicat, tantumque abest vt bono sit, cùm potiùs vehementem & furiosam insaniam denunciet, humore retorrido & exaſſato iamiam appetito cerebro. Quòd si tale quid vacuationis ratione & criseos munere contingat, interdum salutare est, velut in Epicratis vxore lib. 1. epid. verùm id est rarissimum exemplum. B

560 Οἱ ἐκ μικρὰ βαχῆς, χολώδεες, ἄκρητοι ἔμετοι, κακὸν, ἢν ὑποφορῇ πλείονι ἢ ὀσφύος ἀλγήματι συνῳδόνῳ.

Vomitus parui & frequenter repetētes, biliosi, synceri, mali sunt in copiosiore vētris subductione & intenso lumborum dolore.

Vomitiones biliosæ, synceræ, paucæ & crebræ damnandæ sunt, ob magnam bilis & corruptelæ copiam, quæ etiam sua acrimonia intestina lancinat & lumborum dolorem facit, non secus ac ἐν χολώδεσι ἀκρήτοισι ἐξαχωρήμασι ὀσφύος ὀδυνῶν ponit in Prorrh. ἐν ὑποφορῇ autem legunt exemplaria publicata pro ὑποφορῇ, facili lapsu, quæ vox huius Præsagij authori familiaris est. Etsi ὑποφορὴ humorum corruptelam & proluuiem aluo refusam subindicare potest.

561 Τὰ ἐξ ἐμέτων ἀσώδεα, κλαγγώδεα, ὄμμαλα ὀπιχροιῶ ἴχνια, μανικά. ὀξέως μανέντες θνήσκουσιν ἄφωνοι. C

Vbi ex vomitu anxietudo occupat, vox stridula est, oculi puluere obsiti, insania portenditur, ac tales vehementi insania correpti, voce defecti intercunt.

Hæ duæ sententiæ ex Prorrh. 17. natæ sunt, in vnamque coalescunt. ὀπίχροιω autem ὀπίπαλον χροάδη (etsi varia scriptione) exponit Galenus in Exegesi, & concretum puluisculum aut lanuginem significat, vt sint ὄμματα ὀπίχροιω ἴχνια, oculi puluerulēti, squalidi, & puluere veluti lanugine ac sorde quadam obsiti, quod per nimium æstum iter facientibus præ intensa siccitate accidit, & in insanientibus, aut ex ardentibus febribus marcescentibus inspicitur. Insaniam igitur eamque non leuem, sed vehementem & furiosam portendi non est absurdum, & ex siccitate & vitalitatis resolutione, cum vocis defectu interitum. Hoc autem loco vniuersalem doctrinæ complexionem habet, quod in Prorrhetico Hermozygis coniugis nomine insignitum, ex obseruatione enatum apparet, ideoque non temerè coniunximus ex publicatis exemplaribus, etsi quædam cum Cornario separant. Exemplaria omnia, tum scripta, tum publicata, κλαγγώδεα ὄμματα iungūt, vitiosè tamen, vt satis apparet, cùm κλαγγώδεα ad vocem stridulam referatur, & voci destinatorum instrumentorum siccitatem denotet, vt in Prorrhetico κλαγγώδης φωνὴ dicitur. Demetrius tamen Epicureus κλαγγώδη ὄμματα ex hoc loco legisse videtur, & εὐκίνητα interpretari, vt satis constat ex Erotiano, qui eum hac in re grauiter hallucinatum existimat. Quinetiam (si modo vera est lectio) hunc locum indicare videtur Erotianus, cùm κλαγγώδη exponit, etsi ad vocem referre oportet, vt satis ex Prorrhetico patet, & ex his quæ hoc modo scribit Erotianus. ἢ γὰρ ἢ ὀμμῦχ ἔρπεται κλαγγῶδη, ποιά τις ἢ ὀφθῶνησις, ὁπόταν μάλιστα ἐρεθίζεται ἔμετος ἀσώδης. ἔστι ἢ ἡ ἀπαρχομένη ὑπὸ βαρείας θλίψεως ἐς ὀξὺ, ὡς καὶ ἀπαυδῶντος λυσῶς. Vt satis appareat ex hoc loco in Prorrhet. legendum esse, τὰ ἐξ ἐμέτου ἀσώδεα, κλαγγώδης φωνὴ, vt etiam admonuimus in nostra OEconomia. D

562 Ἐν ἐμέτῳ δι ψώδεα ἐόντα, ἄδιψον θλιβέσθαι, κακόν. E

In vomitu eum qui siti premitur sitis expertem esse, malum est.

Istud delirium ac phrenitidem prænunciat, & ex his Prorrhetici loeis pendet. δίψα πολυλόγῳ λυθείσῃ ἐν ὀξέσι, κακόν. Et, ἄκρεα ἐπὶ ἀμφότερα τὰ μεταπίπτοντα, κακόν. καὶ δίψα διαύτη πυρετῶν. Et, τὰ ἐν φρενῖτιδι πυκνὰ μεταπίπτοντα, παραφρόνεα.

563 Ἐν ἀσώδεσιν ἀγρύπνοις τὰ παρ' οὖς μάλιστα.

In angore & peruigilio vexatis, ad aures abscessus maximè obueniunt.

Hæc sententia ex Prorrh. 157. desumpta apparet, eumque in modum mihi reponenda videtur, & si in exemplaribus valde discerpta est. Cornar. illud ἐν ἀσώδεσιν ἀγρύπνοις superiori sententiæ iungit, quò plenior phrenitidis spes fiat. Reliqui codices hanc cum sequenti simul iungunt. Sed etsi abscessuum ad aures non satis firma spes sit, quòd & alia signa (qualia scribit Galenus in Prorrh.) in consideratione adhibenda sint, constat tamen integram istam esse ex Prorrh. sententiam.

564 Τοῖς ἀσώδεσι χειλίης τὰ παραχώδης ὀπίσασις, ἀφὶ τὰ χέων ἐξαιθῆ οἷα κωνώπων κεντήματα, καὶ ἐς ὄμματα δακρυώδης ἀπόσασις ἔρχεται. F

In anxietate laborantibus cum alui turbulēta suppressione, celeriter velut culicum punctureę in cutem erumpunt, & ad oculos lachrymosus abscessus procedit.

Ambigua valde sententia & ex obseruatione nata. Incertum nanque est num de abscessibus ad aures ista intelligantur, quod facit Cornarius. In quibus significandis magnam facit spem alui suppressio, facieiрubor, & humentes oculi, qualia per τὰ ἀεὶ παρεστῶτα ἔρευθος καὶ ὕγκον τοῦ φύσιν indicabit. Oculi autem lachrymosus abscessus, ἢ ὀφθαλμῶν ὑγρότητα. Quæ sunt sursum repentis materiæ & ad superiora abscessuum significationes. Mihi tamen magis arridet vt de anxietate per se laborantibus, absque parotidum significatione, ista intelligantur. Nam cùm ἄσῃ (vt sæpe diximus) oppressarum corporis virium, aut vitiosi humoris os ventriculi lancinantis symptoma sit, quod in malignis febribus sæpe visitur: non mirum est ebullientis materiæ feruorem, in cutem prorumpere, & velut culicum morsus papularum speciem præseferre. Quæ indubitata sunt certæ malignitatis indicia. Potissimùm autem in cutem efferuntur aluo suppressa, & materia intro exagitata, cuius vapores sursum sublati & condensati, in oculos facilè deriuant. Quæ autem hîc κωνώπων κεντήματα dicuntur, αἰκιδίγματα vocat lib. 7. epid. & hos culicum morsus ac punctures in Pherecyde ac fullone in Syro valdè suspectas habet. Cæterùm hîc κοιλίης τὰ παραχώδεος malim quàm τὰ παραχώδης, quod tamen legunt omnia exemplaria, tum publicata, tum manu scripta. G

565 Ἐπὶ ἀκρήτοις ἐμέτοις λυγμὸς, κακὸν. κακὸν ἢ καὶ σπασμός. ὁμοίως ἢ καὶ ἐν τῇσιν ὑπορροαῖσι τῇσιν ἐν τῷ φαρμακείῳ. H

In ex ceris vomitionibus singultus malus est, mala quoque conuulsio. Quinetiam idem existimandum est in immodicis purgationibus, quæ ex medicamētorum potionibus fiunt.

Ex placito 3. lib. 7. & 3. lib. 5. æstimationem sumit hoc præsagium. Vbi κακὸν, vt illic etiam, θανάσιμον significat. Extrema verò pars ex aph. 4. lib. 5. & 41. lib. 7. notionem accipit.

566 Οἱ μέλλοντες ἐμεῖν, σιαλίζουσιν ἔμπροσθεν.

Qui vomituri sunt, iis antea os crebra saliuatione impletur.

πτυαλίζει significat Galeno τὸ πτύειν πολλάκις, ἢ πληροῦσθαι σιαλοῦ τὸ σῶμα, & per crebram ſputationem, aut oris ſaliuationem indicat, quæ vomitum inſtantem præunciat. Quod his verbis ſignificat Galenus in Prorrh. ſimulque eius rei cauſam indicat. καὶ μέν (ὁ φαύλε) πληρούμενον σιάλου λεπτοῦ τὸ σῶμα ὅσοις μέλλουσι ἐμεῖν, δῆλον ἡ κοινωνίαν τῆς χιτῶνος, ἐνὸς ὄντος ἀμφοῖν σιαλοχοῦντος τὸ σῶμα πᾶν ἔνδον ὑπαλείφοντος τῇ φαρυγγι, καὶ τῆς κυνὸς τὸ σῶμα χόνδρου καὶ πολὺ γαστέρα. ὁ δὲ τοιοῦτος πάσχει ὁ μὲν τοῦ σώματος ἡ ῥοφός. ἀνδέκνυται γὰρ ἡ σέσις ἐκ χείλους, διάκενεται τε καὶ σπερμαίνεται, καὶ κλονεῖται τὸ ὑπεταμένου ὑπὸ τοῦ σώματος ὅθεν ἡ γαστέρα χιτῶνα. Harum porrò ſententiarum diſtinctio iſta longè melior viſa eſt, quàm quæ publicatis codicibus conteſtata eſt. A

Ex epoto veratro conuulſio exitium adfert.

Placitum eſt 1.lib.5.quod repetitur in Epiſt. περὶ ἐλλεβορισμοῦ.

567 Ἐπὶ ἐλλεβόρῳ σπασμὸς, ὀλέθριον.

In omni ſuperflua purgatione, frigus cum ſudore exitiale. Et inter hæc qui ſubinde vomunt, & ſiticuloſi ſunt, malè habẽt. Qui verò anxietate laborant cum lumborum dolore, iis aluus humectatur.

568 Ἐπὶ πάσῃ καθάρσει πλεονάζουσῃ, ψύξις μεθ' ἱδρῶτος, ὀλέθριον. καὶ οἱ ἐπιθυμέοντες διψώδεες ἐν τούτοισι κακόν. οἱ δὲ ἀσώδεες ὀσφυαλγέες, κοιλίῃ καθυγραίνουσι. B

κάθαρσις φαρμακείῳ significat, vt τὸ καθαίρειν φαρμακεύειν exponit Galenus Comm.4. in lib. de rat.vict.in morb.ac.& in Prorrh. In redundante igitur & ſuperflua medicatione, refrigeratio cũ ſudoribus ſyncopas minatur, tãdemq; etiam exitium ex calidi natiui extinctione & ſolidarum partium diſſolutione. Quòd ſi præterea creber adſit vomitus & ſitis, magnam oris ventriculi exolutionem ac vitium à medicamento factum indicatur. Poſſunt & iſta de inſanientibus & phreneticis malè affectis intelligi, qui ad medicationes malè habent, vt patet ex Prorrh. quos ſæpe per ἐπιπνεόντας μέλανα, διψώδεας, & ἀσώδεας intelligit Prorrhetici author, quòd in huiuſmodi ventriculus ac illius oſculum bile redundet. Sic quoque lib 4.de rat.vict. in morb. acut. διψώδεας purgatione tẽtari vetat. Quod ſequitur, οἱ δὲ ἀσώδεες, poteſt per ſe intelligi & de his accipi quibus acri humorum vitio & malignitate vellicatur ventriculi os, cuius per inteſtina depoſitu, morſus, lumborum vellicatio & dolor ſentitur. Sed tunc αἰχμέπνοις faciunt, idq; citra vomitum contingit. Quod interdum inſanientibus attribuitur, præſertim ſi nigra aluus profundat, vt ſcribitur in Prorrh. & antea quoque hoc Præſagio expreſſum eſt. C

Ex epoto veratro prærubrorum & nigrorum purgationes vitioſæ. Virium exolutio cum talibus mala eſt.

Veratrum vtranq; bilem purgat & pituitam Meſueo, ſed vomitiones, ſtrangulatus, & conuulſiones accerſit exolutioneſque, vt ſcribit Hippocrates ἐν τῷ περὶ μανίης λόγῳ. Violenta autem & periculoſa eſt purgatio, quæ ſyncopas & animi defectiones, aut nimia concuſſione ac vi ſanguinem etiam elicit. Quod euenit non rectè exhibito veratro, nec antea emollito aut præparato corpore, vt docet Gal. Com.1.in lib.6.epid. Nam propter nimiam diſtenſionem ac vellicationem, aut vehementem concuſſionem (quam μοχλείαν ἰσχυρὴν vocat Galenus & Paulus) à veratro excitatam, vas aliquod rumpitur, & ſanguis exhauritur. Quod etiam ab effera & vehementiori cuiuſuis medicamenti vi contingere etiam poteſt. D

569 Αἱ ἐξερύθρων, μελάνων, ἐπὸ ἐλλεβόρου καθάρσεις, ποιηραί. καὶ ἔκλυσις ἢ μὴ ἴσιν τῶν, κακόν.

Epoto veratro rubra, ſpumantia, pauca, vomitione reiicere iuuat. Duritias tamen facit, & magnas puris intrò collectiones eximit. Qui verò talia vomitione refundunt, pectoris præcipuè dolore conflictantur, & in rigoribus crebrò & tenuiter exudant, teſtes in tumorem ſublatos habent. Quo in caſu ſubinde rigent, & graciles euadunt.

470 Ἀπὸ ἐλλεβόρου ἐμέσαι ἐρυθρὰ, ἀφρώδεα, ὀλίγα, ὠφελέει. ποιεῖ μὴ ἴσι σκληρύσματα, καὶ ἐμπνύσιας μεγάλας ἀφίησιν. εἰσὶ δὲ οἱ ἴσιωτα ἐμέοντες ἄλλως τε καὶ σῆθος ἐπώδυνοι, καὶ ἐν ἴσις ῥίγεσιν ἐφιδροιῶντες, καὶ ὄρχας ἐπαίρονται. ἴσιν τοιούτοις γινομένοις, ἢ πταρίζουσι καὶ ἰσχαίνονται. E

ἐρυθρὰ hîc vt antea, ſanguinolenta intelliguntur. Sumi etiam poſſunt bilioſa, quæ ex ruffo ad rubrum accedunt, qualis eſt bilis vitellina craſſa, quæ deiectiones rubentes facit, qualia antea quoque huius præſagij author annotauit, ἐρυθρὰ διελθόντα περὶ κρίσιν ὠφελεῖ. σκληρύσματα vet ò quænam hîc intelligantur non ſatis perſpicuum. Poſſunt tamen ea ad corporum ſoliditatem & duritiem referri, quæ ad veratri purgationem antea emollienda & præparanda ſunt cum humorum attenuatione, ex Hippocr. præſcripto, quò ductilia ad diſtenſiones & vellicationes reddantur, aliôqui periculũ fore ne in concuſſionibus contracta, propter duritiem rumperentur, aut diſtorquerentur, quod ſcribit Gal. Com.1.in lib.6. epid. Has igitur in conuulſionibus diſtortiones, quæ malè exhibito veratro contingunt, ὅταν (vt ſcribit Galenus) ἀπαλθήσεται δῆλον τὸ σκληρὸν ἐν ἴσις ἀπαρεγκλίνοις ὁ καθαιρόμενος, σκληρύσματα vocare videtur. Aut certè σκληρύσματα ἴσι σκληρὰ, & quæ καρποσκληκότα in Exegeſi exponit Gal. ſumi poſſunt. vt σκληρύνεσθαι σκελετεύεσθαι, quod eſt reſiccari, arefieri, rigere ac dureſcere, quòd veratrum crebrò ſumptum rigiditatem inducat. Quod ſequitur, καὶ ἐμπνύσιας μεγάλας ἀφίησιν, admodum eſt obſcurum & inſolens, ac (ſi modò lectio vitio non carat) ſuppurationes magnas eximere aut in hibere veratrum ſignificat, quòd inueteratis, diuturnis, ac deploratis morbis, & quibus ſpes ex aliis præſidiis adempta eſt, veratrum exhibeatur, vt ſcribunt Paulus & Galenus, Sed ſanè pus intrò colligentibus veratro abſtinendum eſt, & μὴ διδόναι δῆλα ἐμπύων præcipit Hippocrates, & lib.de rat.vict.in morb.acut.diſertis verbis ſuppurationis cauſas excludit. Quod effecit vt exiſtimarim aliquando hîc legendum eſſe, καὶ ἐμπυήσιος μεγάλης ἀφίησιν, meliore phraſi, cuius opinionis me necdum pœnitet, vt ſit ſenſus, veratrum à magnis intrò collectis ſuppurationibus auocare, abducere, auertere aut dehortari. Reliqua ſunt difficilis vomitionis & anguſti thoracis, ac nimiæ in vomitu contentionis ſymptomata. Antea autem huius præſagij prima pars aliquo modo expreſſa videtur, ſed illîc ἀφρώδεα ſuxuá. non ὀλίγα, legitur. F

Crebrò repetentes iiſdem perſeuerantibus caſibus vomitiones, ad iudicationem nigra vomitione refundunt. Quinetiam tremulos ægros faciunt.

Aliter antea expreſſa eſt hæc ſententia (ſent.122.) & explicata. Poteſt etiam hoc præſagio vehemens inſania ſubindicari, quòd illîc nigrorum vomitum, & tremulos ægros ſæpe annotet huius Præſagij & Prorrhetici author, præcipuè verò vomitu, & peſſimis cum eo perſeuerantibus caſibus. Hîc autem ἐπωφροφαὶ ἐμετώδεες dicuntur, quæ antea αἱματώδεες. G

171 Αἱ πυκναὶ ἀφὶ τῶν αὐτῶν ἐπωφροφαὶ ἐμετώδεες περὶ κρίσιν μέλανα ἔμετον ποιέουσι. γίνονται δὲ καὶ τρομώδεες.

Sudor optimus ſanè qui febrẽ die iudicatorio tollit. Vtilis autem & qui alleuat. Malus verò frigidus, & vbi caput duntaxat & ceruix inſudat. Nam & temporis diuturnitatem, & periculum denunciat.

172 ἱδρὼς ἄριστος μὲν ὁ λύων τὴν πυρετὸν ἐν ἡμέρῃ κρισίμῳ. χρήσιμος δὲ καὶ ὁ κουφίζων. ὁ δὲ ψυχρὸς καὶ μοῦνον περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον γινόμενος, φλαῦρος. καὶ νόσου χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει. H

ὁ κουφίζων] Alter ſudoris gradus hîc vtilitatis, in Progn. bonitatis indicaturam habet. κουφίζων autem, ὁ ἀποδεικνύων τὸν ἄνθρωπον εὐπετέστερον φέρουσα τὸν νόσημα, dicitur in Prognoſtico.

ἐξυ-

A ὁ δὲ ψυχρὸς] Hîc omittitur medius ordo ſudorum qui mediocriter mali ſunt, quem ex Prognoſtico ſumas licet. Frigidorum autem ſudorum alij ſunt gradus in Prognoſtico, & hîc duobus modis frigidus ſudor damnatur, qualiter libello περὶ κρισίων repetitur, ex placito 37.& 42.lib.4. Celſus* multum ſudare, maximeque frigido ſudore, mali morbi ſignum eſſe ſcribit. Idem, vbi frigidus ſudor inter febres non acutas, circa caput tantùm & ceruices oritur, malum longius tempus habiturum ſignificat. At ſudorum tractatio plena eſt & abſoluta in Prognoſtico & libello περὶ κρισίων, vnde iſta ſunt in hoc præſagium traducta. Præcipua autem ſudoris laus eſt, vt & die critico febrem finiat, & toto corpore diffundatur, ex placito 36.& 56.lib.4. Celſus †etiam ſudores nouorobat non per totum corpus æquales, quique febrem non finiant. Et, vbi febre non quieſcente corpus inſudat, morbum longius tempus habiturum †† ſcribit. *cap.4.lib.2. †cap.4.lib.2. ††cap.5.

Sudor autem frigidus, cum acuta quidem febre, exitium, cum mitiore verò, diuturnum fore morbum ſignificat.

173 Ἱδρὼς δὲ ψυχρὸς, ἐν ὀξέϊ μὲν πυρετῷ, θανάσιμος, B ἐν δὲ ὀρθιωτέρῳ δὲ, χρόνιον σημαίνει.

Ex placito 37.lib.4. expreſſa ſententia, niſi quòd χρόνος hîc, μῆκος νόσου ſignificat. Et frigidus ſudor in acuta febre peſtiferus eſt * Celſo. *cap.6.lib.2.

Sudor vnà cum febre, acuto morbo vrgẽte, malus.

174 Ἱδρὼς ἅμα πυρετῷ θυόμενος ἐν ὀξέϊ, φλαῦρος.

Prorrh. 58. aliter paulò ſcribitur, vbi copioſus ſudor in febre acuta damnatur. Et Celſus, acuto morbo vrgente, multùm ſudare, mali morbi ſignum eſſe ſcribit. Et aph. 42.lib.4.& 63.lib.7. ſudor copioſiùs fluens, ſiue frigidus, ſiue calidus, damnatur.

Vrina in febre album & læue depoſitum habẽs ſedimentum, celerem liberationem denunciat. Celerem quoque quæ diluta indiſcretam quandam habet pinguedinem. Quæ verò aliquantulum rubet, ſubrubrum habet ſedimentum & læue, ſi quidem ante ſeptimum diem appareat, ſeptimo die ſolutionem fore deſignat, poſt ſeptimum autem tardiorem, aut planè diuturnam. Et quæ quarto die ſubrubrã nubeculam capit, ſeptimo die liberat, dum reliqua pro ratione habeant. Tenuis autem & bilioſa, & ægrè lentum habens ſedimentum, & quæ in meliùs ac deteriùs commutatur, temporis diuturnitatem poſtulat. Quòd ſi iſtud diutiùs perſeuerat, aut ad iudicationem temporis longinquitas requiratur, periculo non vacat.

175 Οὖρον ἐν πυρετῷ λευκὸν ἔχον καὶ λεῖον ἐπόασιν ἱδρυμένον, ταχὺ ἄφεσιν σημαίνει. ταχὺ δὲ καὶ C ὃ ἐξ ἀκρίτου λίπος ἔχον ἢ ἐξιδατούμενον. ὃ δ' ἐπόασιν ἔχον, καὶ τὸν ἐπόασιν ἔχον, ἐν τῷ μὴ τῆς ἑβδόμης θυομένου, ἑβδομαῖον ἀπολύει. μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην, χρονιώτερον, ἢ πολύπους χρόνιον. τό, τε ἐν τετάρτῃ λαβὸν ὅπτι ἐφέλων ἐπόρυθρον, ἑβδομαῖον ἀπολύει, τὴν λοιπῶν κατὰ λόγον ἐχόντων. ὃ δὲ λεπτὸν καὶ χολῶδες, καὶ ὃ μόλις γλίσχρον, ἔχον ἐπόασιν καὶ ὃ μεταβάλλον ὅπτι ὃ βέλτιον, καὶ χθές, χρόνιον. ὅπτι πλεῖον δὲ τοῦ ἐπακολουθοῦν, ἢ περὶ κρίσιν χρόνων θυομένων, οὐκ ἀκίνδυνον. D

Vrinarum iſta ſpeculatio (qua non alia toto hoc Præſagio relucet amplior aut copioſior) etſi ambiguè conſarcinatã habet texturam, plena tamen eſt varietatis & doctrinæ, fereque quicquid ad vrinarum cognitionem paſſim in Hippocratis monimentis eſt diſperſum, & in artis opere diligenter obſeruatum, id totum velut in vnum corpus, ad eam facultatem huc confertur. Plenior verò huius doctrinæ abſolutio, tanquam regula ex Prognoſt. petenda, vnde multa huc ſunt tranſlata.

τὸ ἐξ ἀκρίτου λίπος] Vrina diluta & aquoſa, inter tenues repoſita, taras habet probitatis notas, niſi ex maioris & minoris collatione. Valde igitur perplexus eſt hic ſenſus, & quamnã pinguedinem intelligat non eſt facilè explicatu. Mihi tamen intelligi videtur concreta illa & continua vrinæ ſuperficies, qualis lacti aut iuſculo refrigerato ſuperinducitur, & χαῦς Græcis dicitur, quòd ſit veluti in vetuſis rugoſa quædam cutis ſuperficies, quæ & in ſalubribus ſignis, & coctione firmata viſitur, vt ſcribit Galenus lib.4. ſalubrium. ἐξ ἀκρίτου autem continuam & non diuulſam rugoſam illam ſuperficiem eſſe vult, non ſeparatam, aut velut guttis reſperſam, velut in colliquationis ſignis contingit, & oleoſas vrinas repræſentat. Eaque ſuperficiei velut pinguedinis continuatio, firmum naturæ concoquentis robur indicat. Aliôqui non video quanam ratione ſupernatans pinguedo vrinas probas reddat. Poteſt etiam accipi, τὸ ἐξ ἀκρίτου ἐξυδατούμενον ὕδρον, vrina, quæ ex confuſa & returbida ſubſidit ac conquieſcit, dum natura coctionem procurante, terreum ab aqueo calore ſecernitur, aut quæ ex confuſa, hoc eſt, craſſa, grumoſa, pauca, diluta redditur, id eſt tenuis & copioſior, qualis laudatur aph. 69.lib.4. Eadem quoque pingue quiddam, lentum & adipoſum ſupernatans habere poteſt, in ſpecie quidem, & quale quid modò indicauimus, non autem veram pinguedinem exprimens, quæ ſanè toto genere præter naturam eſt, & σωίνειν ſignificat. E

τὸ δ' ἐπόασιν] Ex Prognoſtico & præcipuè ex aph.71.lib.4. facilis eſt huius loci explicatio. Illud autem, τῶν λοιπῶν κατὰ λόγον ἐχόντων idem quòd in aphoriſmis, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ λόγον, ſignificat, & reliquorum ſignorum quæcunque futuram iudicationem prænunciant, in conſilium rationem adhiberi poſtulat, eorumque ſignificationem per reliquas excrementorum notas exquiri vult. Ac velut in vrinis, ita in alui inferioris deiectionibus & ſputi reiectionibus, ac reliquis criticis ſignificationibus, ad iudicationem omnia reſpondere oportere ſignificat. F

τὸ δὲ λεπτὸν καὶ χολῶδες] Hîc videtur tenues & crudas vrinas oſtendere, & quæ morbum protendunt, & ad concoctionem temporis longinquitatem deſiderant, tum quæ ſæpiùs mutantur, & inconſtantes ſunt, modoque puræ emittuntur, modò etiam ſediris longinquitatem deſiderant, tum quæ ſæpiùs mutantur, & inconſtantes ſunt, modoque puræ emittuntur, modò etiam ſedimentum aliquod læue deponunt, quæ quidem ex Prognoſtico diuturniorem morbum ſignificant. Hoc autem loco τὸ χολῶδες ὕδρον dicit, quod in Prognoſtico πυῤῥὸν, ex bilis flauæ quantitate, aut vbi ſyncera vrinæ permiſcetur, & abundè croceo colore vrinam tingit. Rufam aut fuluam dicunt: Celſus* rubram, quòd impensè colorata ſit, vocat. Quod verò bilioſæ huiuſmodi vrinæ nullum G aut pauciſſimum habeant ſedimentum (vt ſcribit Galenus) τὸ μόλις γλίσχρον additur, ideoque ſanè ad ἐπόασιν retulimus, quanquam aliter videatur legiſſe Cornarius, non tamen abſimili ſenſu. Et quam ægrè lentam ac viſcidam ſubſidentiam hîc intelligimus parcam aut paucam dicere potuimus, tum quòd rei notioni optimè congruat, tum quòd etiam in eam rem γλίσχρον reponatur. Poſtremò quod ſequitur, ὅπτι πλεῖον ἢ τῶν ἐπακολουθοῦν, hunc mihi ſenſum habere videtur. Vrinas varias & tenues ſi diutiùs perſeuerent, morbusque protrahatur, & ad iudicationem temporis longinquitatem requirat, periculo non vacare, metuendumq; ne ſæpe antequam ſpatio maturaſcat, hominem rapiat, quod etiam ex Prognoſtico Celſus expreſſit. De variis autem vrinis & inconſtantibus ſcribitur libello περὶ κρισίων. ἐν τοῖσι πυρετοῖσι εἰ αἱ μεταβολαὶ ἔχει τὸ ὕδρου, χρόνου τε σημαίνει, καὶ αἰδέσιν τῷ ἀσθενέοντι μεταβάλλειν καὶ ὅτι τῷ χείρω, ἢ ὅτι θάνατος. Quod etiam repetitur lib.4.de rat.vict.in morb.acutis. *cap.6.lib.2.

Diluta verò & alba in diuturnis morbis perſeuerans, difficilem & non ſecuram iudicationem facit.

176 Ὑδατώδες δὲ καὶ λευκὸν ἀφαιτελέως ἐν χρονίοισι, δύσκριτον καὶ οὐκ ἀσφαλές. H

Huiuſmodi vrinæ aquoſæ & albæ, quæ diluræ dicuntur, tenues ſunt, vt ſcribit Galenus, & ſummam indicant humorum crudi tatem facultatisq; naturalis imbecillitatem, ideoque exitiales ſunt Hippocrati in Prognoſtico. De his ſcribitur libello περὶ κρισίων.

ἰῶ αἰχμένα ἕως μὴ ὅμοια ᾖ, ἀλλὰ ῥήσσῃ παχέα οὐ λεπτῶν, ⊖ παντελῶς λεπτὰ, διέκριτα καὶ ἀδέβεια ⊖ διαφανῆ. A

In vrinis nubeculæ, albæ quidem & quæ infimum locum tenent, vriles sunt, rubræ verò, nigræ ac liuidæ, molestiam exhibent.

577 Νεφέλαι δὲ ἐν οὔροισι λευκαὶ μὲν ἐν κάτω, λειοτελέες. ἐρυθραὶ δ' ἐν μέλαιναι, ἐν πελιαῖ, δεξκόλοι.

Aliter scribitur in Prognost. vbi & nubeculas ἐμφέρεσθαι, hoc est, per vrinam inuehi scribit, nigras autem solas vitiosas esse dicit, vbi & liuidas comprehendit.

In præcipitibus morbis periculum denunciat vrina biliosa, neque aliquantulum rubra, & quæ hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis similia habet sedimenta, alba, & quæ colore ac sedimento variat, præcipueq; in iis quæ ex capite fiunt defluxionibus. Perniciem etiam præsefert, quæ ex nigra in biliosam tenuem transit, & quæ sedimentum habet diuulsum, quæq; ex his quæ densata per vrinam feruntur, quod subsidet habet aliquantulum liuescens & limosum. Ac fortasse ex his quidem præcordia dextra dolor occupat, aut ex virore pallescũt, aut abscessus ad aures cum dolore excitantur. In his paulò pòst effusa aluus periculum denunciat.

578 Κινδυνῶδες τῶν οὔρων ἐστὶ τὸ χολῶδες, μὴ ἐπέρυθρον, οἷον εἰσὶν ὀξέσι, καὶ τὸ κεκμηνῶδες, λευκὸν ἔχον ὑποστάσας, ἐν οἷσιν ἀξέσι, καὶ τὸ ποικίλον χροιῇ καὶ ὑποστάσει. καὶ μάλιστα εἰσὶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥεύματα ποιοῦσι. κινδυνῶδες δὲ καὶ τὸ ἐκ μέλανος μελιτάμβλυον ἐς λεπτὸν χολῶδες, καὶ τὸ ἐξ ὑποστάσιος διεσταλμένον, ἐν τῷ ⊖φιώδεος ὑποστάσιον ἴχνος ὑποπελιον, ἰλυώδεα. ἢ ἐν τοιούτῳ ὑποχόνδριον ὀδυνῶντας; δοκέω δ' ἄξιον. ἢ καὶ χολώδες γίνονται, ἐν τῷ παρ' οἷς ὀδυνώδεες. τὸ τοῖσιν ὅτι βέχει χὠ χειλίη καὶ παρραγεῖ ὀλέθριον. B

κριμνώδεες ὑποστάσιες quænam sint ostendit Galen. Commẽt. in Prognost. vbi candicantia etiam huiusmodi sedimenta damnantur, & copiam crudæ, incoctæ, & flatuosæ materiæ significare scribitur. Est vbi magnam materiæ inæquabilitatem, pituitæ crudæ & crassæ pertinaciam, interniq́ue incendij vehementiam huiusmodi sedimenta denotant, & morbi longitudinem difficilemq́ue liberationem faciunt, vt patet ex aph. 31. lib. 7. & Philisco, Sileno, Philini & Epicratis vxore lib. 1. epid. Colliquationis quoque & æstuantis incendij periculum denunciant huiusmodi vrinæ, vt scribit Gal. lib. 1. de Crisi. & Comm. 5. in lib. 6. epid. Ac de iis abundè scripsimus nostris in lib. 1. & 3. epid. annot.

⊖ τὸ ποικίλον χροιῇ] Vrinæ inconstantes & variæ, variæq́ uoque affectas naturæ vires & ingentem materiæ inæqualitatem indicãt, pro cuius qualitate & copia, modò erigitur, modò etiam natura deprimitur. Quod in capitis defluxionibus manifestò percipitur, in quibus vrinæ pro fluxionis modo & copia sæpiùs tenues, interdum etiam paulò coloratiores & magis concoctæ apparent. D

καὶ τὸ ἐξ ὑποστάσιος διεσταλμένον] Noua phrasis quæ sedimentum diuulsum indicat & inæquale, ingensq́ue naturæ inæqualitas denunciatur ac turbatio à flatuoso spiritu, qui naturam distrahit & materiæ continuitatem dissipat, & in altum subuehit, vnde sæpe huiusmodi vrinæ nigræ & tenues cum contentis diuulsis ac dispersis phrenitidem & delirium denunciant, vt satis videre est ex historiis epid. præcipuè ægr. 13. 14. & 15. lib. 3. epid. post st. pest.

καὶ τὸ οὐ ⊖φιώδεος] Insolens est dictio & inter obscuras reposita, tantumq́ue ab Hippocrate hoc Præsagio & lib. 7. epid. in Philistide vsurpata. ⊖φιῶδες autem ὄρον intelligi videtur vrina quæ contenta densata & compacta quædam innatantia habet, & veluti quædam sublimamenta grumosa, conferta & densa, ex multa materia cruda & flatulenta. ⊖φιῶδες explicat Galenus οὐ γλώσσας, ἔχον ἐμφερόμενά τινα πεπηγότα, ὥσπερ τὸ τρέφειν, ὅ ὅτι πήγνυσι, quemadmodum & ⊖φιῶδες Hesychio παχώδες significat. Ac huiusmodi vrina crebrò videtur in periculosis morbis ex magna crudæ materiæ succensæ & agitatæ copia, ac videntur referre, quæ Hippocr. ὀκωωρήματα σρογγύλα, διεσπασμένα dicuntur, fereq́ue conuulsiones ac deliria portendunt, magnumq́ue intrò conceptum incendium agitationemq́ue significant. Quod apparet ex pluribus epid. historiis, præcipuè ægr. 1. & 8. lib 1. & ægrot. 3. & 4. lib. 3. & ægr. 11. lib. 3. post st. pest. Compacta igitur illa per vrinam sublata, materiam crassam, flatulentam, agitatione & incendio commotam sursumq́ue subuectam denotant, fereq́ue tales vrinæ nigrescunt ex incendio, & perniciem præseferunt, viscerumq́ue effœtam virtutem ac resolutionem quandam, maximè verò hepatis, vt ex annotatis historiis cuiuis liquidò patet. Nec sanè mirum est in tam maligna humorum complexione, tantoq́ue viscerum cauo concepto incendio, visceris alicuius inflammationem adesse, ac præcipuè dextri, cuius intrò inclinationem & contensionem adscribit in Philiste lib. 3. epid. velut splenis tumorem in Philisco libr. 1. epid. Subsidentia autem limosa & subliuescens inde existens, exaltationem & torrefactionem indicat. Arq; si modò vera est hæc scriptio, istam mihi interpretationem iure quodam sibi vendicare videtur. Sed Prorrhet. 156. vnde huius sententiæ extremum deductum est, οὐ φροφώδεος legitur, & Galenus ex Dioscoride & Capitone οὐ φροφώδεων agnoscit, & φροφώδεα ἕως dici scribit, ⊖ ἔχοντα ἐνιὰ ἐν αὐτῇ ἐμφερόμενα πεπηγότα, ὥσπερ τὸ διαφρέφειν, ὅ ὅτι πήγνυσι, γενόμενος τῷ ὀνόματος. Vnde satis apparet apud Galenum ⊖φιώδεα ἕως Dioscoridem & Capitonem legisse, aut eandem esse notionem apud eum τῶν ⊖φιώδεις & φροφώδεις ὄρα, quòd ex eodem ferè significato pendeant, ὥσπερ τὸ τρέφειν quod coalescere, cogi ac densari, aut velut concrescere significat. Sic enim Eustathius τρέφεσθαι πήγνυσθαι interpretatur, Galenique lectionem vitiatam esse apparet ex hemistichio Homerico Iliad. secundo, v. 903. Indeóque eas vrinas intelligi, quæ crassamenta quædam in vrina velut contorta, densata, compacta, & conglobata habent contenta, ex conferta quadam materia & intenso calore concreta. χλοώδεες porrò (sic enim ex melioribus codicibus leg. existimo, cùm Germanica exemplaria χολώδεες legant) dicuntur qui ex virore pallescunt, καὶ ὅσοι οὐκχλοιοῦνται καὶ χλωραίνουσιν. χλοὴ enim, χλωρότης, καὶ χλοιῶδες χλωρὸν significat vt scribit Galenus, & nos sæpiùs τὸ οὐκχλοιῶδες ex Hippocrate exposuimus, præcipueq́ue lib. 2. epid. quod magnam viscerum impuritatem & insigne humorum vitium sequitur, & in Prorrhetico per ὀκλύεδες designatur, nisi vocis affinitate vitiosa est scriptio. Aluus autem effusa periculum intentans, ægri alicuius obseruationem ob oculos ponit, in quo naturæ quidam impetus ad aures humores sustulit, sed facultatis naturalis imbecillitate & viscerum corruptela irritata excretio perniciem attulit. E

Vrinæ de repente præter rationem parum concoctæ, vitiosæ sunt. Ac in totum quæ in morbo acuto vrina præter rationem cocta est, vitium denotat. In his quoque malo est prærubra efflorescentia contenta atque æruginosa. Alba verò effusa & perspicua vrina mala est, præcipuè in phreniticis apparens. Mala quoque quæ post potionem celeriter meiitur,

579 Οὖρον ἐξαφνης τῶν χολόγων ἐπὶ ὀλίγον πεπαγόμενα, φλαῦρα. καὶ ὅλως ὃ τῶν χολόγων πέπων οὐ ἐξῇ, φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ ὃ ἐξέρυθρον οὐκ τούτων ἐπόμενα ἰῶδες κατεχόμενον. λευκὸν δὲ καὶ κατεχόμενον διαφανὲς, οὖρον, πονηρόν. μάλιστα οὐ φρενιτικοῖσιν ὅτι φαίνεται. πονηρὸν δὲ καὶ ὃ μετὰ ποτὸν ταχέως διουρούμενον, καὶ μόλις. H

A καὶ μόλις πλευριτικοῖσι καὶ περιπνευμονικοῖσι. πονηρὸν δὲ καὶ ὃ τῶν ῥίγεος ἐλαιῶδες ἐρεύμενον. πονηρὸν δὲ οὐ οἷσιν ὀξέσι καὶ τὰ χλοιώδεα μὴ ὅτι χροιῇ ἐόντα.

Vt parum metuenda sunt mala quæ præter rationem eueniunt, ita & valde suspecta bona sunt quæ temerè & subitò leuant, ex aph. 27. lib. 2. Et caput est in tota iudicationis tractatione celeberrimum, τὰ ἀλόγως ῥαστωνίσαντα φιλυπόροφα. Sic & vrinæ quæ repente ac præter rationem, hoc est nullis consequentibus solutionis signis, aut die iudicatorio non ante significatis, suspectæ sunt, & morbi reuersionem aut difficilem iudicationem denunciant. Natura nanq; motiones statis temporum circuitionibus & mo-
B mentis exercet, quòd scribit Gal. lib. 1. de dieb. decret. ἡ γὰρ φύσις κίνησις γίνεται μὲ ὀν τεθειόδοις πεπαμένοις. Et, πεπαμένου τὸ χρῆμα ἐστὶν ἡ φύσις, ἐπειδὰν κρατῇ τῆς ὕλης, αἱ ἀλογίαις τῆσιν ὠεσαμένοις, καὶ τεθειόδοις πεπαμένοις αἱ κινήσεις αὐτῆς γίνοιν). Quod appositè dixit Hippocrates initio lib. περὶ χυμῶν. οἱ πεπασμοὶ ὀν ἐν χρόνῳ. Atque hæc interpretatio optimè huic loco mihi quadrare videtur, & magnam Prorrh. 59. lucem afferre. Quod quidem variè diffiipatum, ex hoc loco vel facile restitui potest. Nam, & illic Galenus ex vetustis exemplaribus πέπονα agnoscit & totus locus critica signa malè decernentia damnat, vt δίψα τεθρελόγεος λυθῆσα, & ἱδρὼς πολὺ μὴ λύων ἢ πυρετὸν, satis indicat. Nec sanè video quomodo hîc ὅτι πέπονα ἕως subsistere possint, etsi ea retinet in Prorrh. Galenus. Nec quæ de concoctis vrinis adfert, huic loco conueniunt, qui satis est per se perspicuus, nec πέπονα ἕως simpliciter damnat, sed quæ ἀξαφνης & τεθρελόγεος, & iudicij seriem subuertunt. τὰ δ' κρίνοντα ὅτι τὸ βελτίον, μὴ αὐτίκα ὀπφαινέσθω, vt scribitur libr. 2. epidem. In hunc autem ferè sensum scribitur libro περὶ κρισίων. αἱ πεπάνσεις τῶν ὕρων κατ' μικρὸν ὑπεπαυόμεναι, οὐ τοῖς κρισίμοις ἐαὶ πεπαυθῶσι, λύουσι ἢ νόσον.

C καὶ τὸ ἐξέρυθρον οὐ τούτων] Prærubræ vrinæ efflorescentias æruginosas continentes quænam sint non facile est cognitu. Videntur autem intelligi valdè rubentes vrinæ, permixta multa sanguinis incocti copia, ex renum aut magna facultatis naturalis imbecillitate, in quibus supereminent biliosa quædam, & velut in ambitu spumantes efflorescentiæ ex bile incendiosa & prærubra enatant. (Est enim ἐπάθημα Galeno Comment. 1. in Prorrh. τῇ αὐτῇ αὔωθεν ὀπκείμενον.) Quales in hepatis aut visceum inflammationibus cum insigni obstructione videri possunt, in quibus vrinæ saturato rubore nigricantes ex bile incensa, & in ambitu ex viridi flauescentes apparent, & in arquatis sæpe conspiciuntur, vt in Hermocrate celebrantur lib. 3. epidem. Illic enim rubræ vrinæ impensè rubras adumbrare videntur, vt diximus, & hîc prærubræ ponuntur, quas in Prorrh. rubras simpliciter dixit. Eiusmodi ergo vrinæ cùm naturalis facultatis aut renum imbecillitatem summam indicent, magnumq́ue intus incendium denotent, vnde bilis ista adustio oritur, meritò vitium præseferunt. Neque verò hîc nobis necesse fuit Galeni interpretationem ex Prorrh. sequi, neque καταχόμενα ἕως subsistentes aut retentas vrinas dicere æquum videtur, cùm longè petita videatur notio, neque hîc ὅτι πέπονα ἕ-
D ως intelligantur, neque τὸ μικρὸ ὀπφαίνεσθαι τῇ σείσιας addatur. οὐ τούτων autem ad vrinas ipsas in genere retuli, non ad concoctarum vrinarum species, cùm prærubræ vrinæ serosi humoris & incocti magnam copiam præseferant: etsi de fugacibus concoctionis signis & de concoctionis leuitate aut inconstantia ista dici possint. Adeo difficilis est & inexplicata obscuræ dictionis notio, & vbi ad æquitatem res deducitur, æquanimiter toleranda explicationis dissensio, in tanto præsertim præcipitio, aut tam lubrico opere.

διεφανὲς ὄρον] Ex aph. 72. lib. 4. locus hic explicationem sumit, & quod sit διεφανὲς ὄρον in Sileno abundè diximus lib. 1. epid. Celsus cap. 4. lib. 2. & Plin. cap. 6. lib. 28. dilutam vocant, cùm albam iungant & Hippocratis aphorismum interpretentur, ea tamen aquosam explicat. Et hîc καταχόμενον effusam vrinam, velut exundantem, aquosam ac dilutam referre videtur, aut certè καταχόμενον διεφανὲς rectè iungi potest.

καὶ τὸ μετὰ ποτὸν] Magnum naturalis œconomiæ vitium & contentricis facultatis imbecillitatem, internarumq́ue partium nu-
E tricationi deseruientium, ac præcipuè hepatis ac renum exæstuantẽ intemperiem denotat, quæ statim post potionem vrina reddit, aut vini aquei & tenuis exuperantem potum. Quod additur de pleuriticis ac peripneumonicis, partium internarum phlegmonas designat, in quibus (vt scribit Gal.) sola salus in virium robore est posita. In his etiam vrina potioni concolor naturalis facultatis imbecillitatem indicat, non secus ac alui profluuium perniciem significat aph. 16. lib. 6.

ἐλαιῶδες ἐρόμενον] Oleosarum vrinarum gradus ac denunciationem fusissimè aperuimus nostris in lib. 1. & 3. ep. Annotat. & ex veterum ac recentiorum decreto eas ostendimus exæstuans incendium præseferre, pro caloris tamen modo & coloris intensione, perniciem aut eleuare aut exaggerare. Quæ tamen oleosæ ferè omnes vrinæ veteribus adeò suspectæ fuerunt, vt non leue colliquationis aut exæstuantis incendij periculum denunciarent, vt satis ex historiis epidemion patet, in quibus oleosæ vrinæ miserabiles solicitarunt exitus. Quod certè nos non parum mouet, cur hîc ante rigorem oleosas vrinas vitiosas censeat. An quòd
F postea & iam obita iudicatione eas periculo vacare suspicetur? Rigorem nanque pro iudicatione & ea quæ rigorem sequitur liberatione sumere videtur. Mihi certè æquius videtur, vt oleosas vrinas intelligat, quæ tota natura, & colore & consistentia oleum referunt, & ἐλαιώδη ὄρα à recentioribus dicuntur, easq́ue ex veterum præcipueq́ue Hippocratis decreto in totum damnet & prauas censeat, siue ante iudicationem, siue postea apparuerint, siue febrem præcesserint (quod tamen vix fieri posse videtur) siue eam comitentur, quod sæpiùs contingit. Eoque modo rigor febrilis insultus significationem præbet, & quod sequitur, πονηρὸν οὐ οἷσιν ὀξέσι, huic è diuerso respondere videtur, & propiùs ad oleosas vrinas refertur, quæ certè in morbis acutis funestæ admodum animaduertuntur ex historiis epidem. præcipuè ægrot. 11. & 12. lib. 1. & 14. & 16. lib. 3. post st. pest. Quæ postea sequuntur, καὶ τὰ χλοιώδεα, non parum negotij facessunt. Mihi videntur intelligi vrinæ quæ ex viridi pallescunt, biliosi & æruginosi succi permixtione, qui oleosas vrinas facit & repræsentat. Quæ tamen pro materiæ modo, aut caloris temperatione, remissionem aut intensionem accipiunt, quæ ex colore æstimatur. Vt enim oleum ipsum vnius neque coloris, neque naturæ est, ita & oleosæ vrinæ quædam ad candidum vergunt exoluto pallido, & ἐλαιώχροα recentioribus, colliquationisq́ue rudimentum designare dicuntur: quæ-
G dam etiam biliosi humoris vberiorem copiam & exaltationem maiorem caloris intensione referunt, & ἐλαιοφανῆ vocantur, colliquationisq́ue incrementum prædicunt: iisque duobus oleosarum vrinarum generibus rectè ista accommodari posse videntur, cùm certum sit ex biliosi & æruginosi succi feruore ac torrefactione, ex viridi pallescentes vrinas fieri. Quæ si colorem pro febris & incendij magnitudine, & materiæ copia intendant, iam in viridantes & nigricantes transeunt, & oleum ipsum tota natura repræsentant, verè quæ ἐλαιώδη recentioribus appellantur, & colliquationis vigorem præseferunt. Quas superiora verba denotasse videntur, vbi propriam significationem accipiunt, & ἐλαιώδη rectè dicuntur. Sic μὴ ὅτι χροιῇ ἐόντα in colore non persistentes aut perseuerantes accipiuntur, quæ colorem pro incendij & biliosi humoris moderatione modò remittunt, modò intendunt, non autem ex viridi iam ferè nigricantem exactè retinent, quales tota natura oleosæ, & quæ perfectæ colliquationis statum, vt priores rudimentum & incrementum, indicant. More autem suo facit huius præsagij author, nec satis exactè signorum dignationem æstimat, cùm par vtrisque damnationis decretum assignat, etsi longo inter se interuallo ac veluti quibusdam gradibus
H dissentiunt. An quòd oleosæ omnes vrinæ iure quodam suspectæ sunt, & cùm colliquationem proponant, nullos, quamuis leuiter progressæ sint, contemnendos exitus faciunt. Possunt etiam τὰ χλοιώδεα simpliciter accipi de vrinis quæ biliosi humoris exustionem præseferunt, ideóque ex viridi pallescunt, neque tamen colore incendium satis produnt, neque in eodem perseuerant,

quales interdum phreniticis apparent. Possunt & dici quæ non in colore aut extima superficir, verùm in sua substantia aut liquore ex viridi pallescunt. Quod etiam ad oleosas tota natura & substantia referri potest. χλωῶδες autem idem quod χλωρὸν significat, & ex bilis incendio fit, estque ad nigrum transitus quidam & via, vt scribit Gal. lib. 1. de Crif. cap. 12. At vrina viridis Celso (cap. 7. lib. 2.) & Plinio (cap. 6. lib. 28. viscerum dolorem tumoremque cum aliquo periculo subesse, aut certè corpus integrum non esse testatur. A

Perniciem verò indicat vrina in qua nigrum est quod subsidet, & quæ nigra est. In pueris etiam tenuis potiùs quàm crassa. (In tenuibus autem contrà quam in commutatis vrinis accidit.) Et quæ grandinem refert & genituræ similis effunditur, itemque dolorem exhibet. Perniciosa quoque est quæcunque inscio ægro redditur. At in pulmonum inflammationibus periculum indicat, quæ initio coctionem habet, verùm post quartum diem tenuis euadit.

180 Ολέθριον δ' ὅ,τι ἂν τῶν ὕρων τότε μέλαιναι ὑποστάσιν ἔχῃ, καὶ ὃ μέλαν. μᾶλλον δ' ἐν τοῖσι παισὶ ὃ λεπτὸν τῆς παχέος. τοῖσι δ' λεπτοῖσι ὃ ἀνάπαλιν τοῖσι σωεσραμμένοις, καὶ ὃ χαλαζῶδες γονοειδὲς διαχρόμενον, ὃ δ' αὖ καὶ ὀπίσω πόνον. ὀλέθριον δ' ὅ,τι καὶ πρὸς ὃ λαθραίως ἐρεύγμενον. τοῖσι πλεύμονικοῖσι δ' ὅ,τι ὀλέθριον καὶ ὃ ἐν ἀρχῇ μὴ πέπον, μετὰ δὲ τὴν τεσσαρακαιδεκαήμερον, ὃ δ' ἂν ἀρχῇ μὴ πέπον, μετὰ δὲ τὴν τεσσαρακαιδεκαήμερον λεπτυνόμενον. B

Incendij magni & extinctionis caloris natiui nota est si τὸ χλωρὸν nigrum consequatur, ideoque non temerè vrinas nigras damnat, de quibus in Prognost. agit Hippocrates, fusiùs autem Galen. lib. 1. de Crif. cap. 12. Vbi & nigrarum vrinarum, & nigrorum contentorum pulchrè æstimationem facit.

μᾶλλον δ' ἐν τοῖσι παισὶ] In pueris vrina aquosa & tenuis damnatur in Prognost. Naturæ nanque puerorum repugnat, in quorum vrinis secundum naturam multa & crassa sedimenti copia detinetur. Cuius rei rationem adfert Gal. lib. 1. de Crif. In pueris etiam cùm maximè vigeant concoctiones, tenuis vrina & diluta meritò exitialis censetur. C

τοῖσι δὲ λεπτοῖσι] Perplexus est valdè horum verborum sensus & non parum suspectus. Mihi velut per parenthesin ista interiecta videntur, & contrà in tenuibus vrinis quàm in crassis & returbatis spectari debere significare, & quia tenues vrinas in pueris damnarat, eas tenues inaudiēdas innuit, quæ tenues manent & aquosæ, nec vllam mutationē ad crassius habent, summamq; crudiratē significant, ideoq; in pueris perniciosæ habentur. Aut igitur simpliciter tenues vrinas commutatis & returbatis crassisq; opponi intelligit, aut certè in tenuibus vice versa quàm in crassis fiat, spectandum indicat, & quemadmodum crassas & returbidas vrinas apud Hippocratem intelligi, quæ perpetuò returbidæ manent, ita & tenues obaudiendas, quæ tenues perseuerant, nec ad crassitiem commutantur, easque in pueris præcipuè damnari. Quod scribit Gal. Comm. 2. in Progn. his verbis: ἐὰν οὖν φαίνῃ τοῖς παισὶ τὸ ὕδατῶδες, δῆλον πλείονα χρόνον παραμένον, οὐς μηδεμίαν μεταβολὴν ἴσχον δῆλον τὸ παχύτερον, ὀλέθριον γίνεσθαι τὸ σημεῖον. Atque hunc in sensum satis expedita videtur lectio. Quòd si absolutè returbidas vrinas tenuibus opponi intelligat, & in his diuersum quid spectari velit, nempe vt tenues ad crassitiem tendere præstat, ita & crassiores ad mediocritatem quandam spectare: per σωεσραμμένα ἤθεα, τὰ αὐεσραμμένα intelligit, & τὰ παχὺ καὶ μὴ καθιστάμενα, (quæ & θολερὰ & ἀνάπαρεσμένα ἤθεα dicuntur, vt scribit Gal. Comm. 1. in lib. 3. epid.) accipit, & returbidas vrinas ac crassas quæ sedimentum non deponunt, perpetuoque turbatæ manent designat, quales per ἀνάπαρεσμένα aut αὐεσραμμένα ἤθεα intelligunt Hippocrati aph. 70. lib. 4 & in Epidemiis, vt ostendimus in Sileno & Philini vxore. Nam & αὐεσραμμένα, aut ἀναπεπραμμένα ἤθεα vt scribitur libr. 7. epid. commutatæ vrinæ vulgi more pro returbatis ponuntur, & Comment. in aphor. 70. lib. 4. καὶ τὰ περὶ ἀναπεπασμένων, vbi tamen codices Græci vitiosi sunt. Nam vbi ἀναπεπασμένα priore loco leguntur, αὐεσραμμένα aut ἀναπεπραμμένα reponi debent, etsi Gal. in Exeg. αὐεσραμμενα de vrinis, non ἀναπεπραμμένα dici attestatur. D

καὶ τὸ χαλαζῶδες] χαλαζῶδες γονοειδὲς διαχρόμενον ὕρον huius Præsagij author eam vrinam accipere videtur, quæ multam pituitam vitream aut albumineam, confertam, compactam, ac grumosam & veluti grandinosam deiicit, quæ per γονοειδίας ἐρήσιας, aut ὑαλῶδες ὕρον, aut διΐξ: δὲν ὑαλοειδῆ antea expressa est, † qualisque sæpe in acutissimis morbis ex ambigua humorum permixtione annotatur in historiis epid. In quibus ob caloris immoderationem & materiæ crassitiem, multa pituita viscida & compacta glomeratur, ac veluti in grumos retundatur, aut similis grandini effunditur. Eaque sunt Hippocrati sæpiùs annotata ὀναωρήματα φλεγμονῶδεα, & ὀναωρήματα τῆς κρίσεως γονοειδέα, de quibus fusius scribimus nostris in lib. epid. annotat. Quæ quantam perniciei denunciationem faciant, & quàm crebras conuulsiones prædicant, ex historiis epid. & antea enumeratis huius Præsagij sententiis satis patet. E

† *Sent.* 150. & 158.

καὶ ὀπίσω πόνον] ὀπίσω πόνον ἤθεα dicuntur Hippocrati ex Rufo τὰ μὴ πόνου ἀποκρινόμενα, vrinæ laboriosæ & quæ cum dolore aut molestia excernuntur, vt refert Galenus Comm. 2. in Prorrh. & quæ τὰ μὴ πόνου κινούμενα etiam exponit, Com. 3.

τὸ λαθραίως ἐρεύγμενον] Delirium nanque & mentis alienationem, aut partium vrinæ destinatarum exolutionem denotat.

καὶ τὸ ἐν ἀρχῇ μὲ πέπον] Antea huius præsagij author in morborum pulmonis recensione, ἤθεα ἐν ἀρχῇ παχέα, εἶτα μετὰ τὴν πεπτάδος λεπτυνόμενα damnauit, vnde huius fortè sententiæ sensus depromi ac restitui debet. Etsi suus quoque huic sententiæ sensus constare potest, dum coctam vrinam, non eam quæ perfectam coctionem indicet, sed pleniùs ac vniuersaliùs sumptum intelligas, quæ institutæ cuiusdam coctionis habet rudimenta, deinde verò tenuis & cruda effunditur post quartum diem, indeque longioris morbi sumuntur auguria. F

In laterum doloribus vrina cruenta, obscura, cum eo quod subsidet vario & indiscreto, vt plurimùm in quatuordecim diebus mortem adfert. Laterum quoque dolore affectis in propinquo mortem esse significat, quæ viridis nigrum habet sedimentum, aut furfuribus simile. Febre verò ardente cum alto stupore (quem catochum dicunt) detētis, ex albida vrina pessima est.

181 Πλευριτικοῖσιν ἤθεα αἱματῶδες, ζοφῶδες, μετὰ ὑποστάσιος ποικίλης, ἀδιακρίτου, θανάσιμον ἐν δὲ καὶ ἡμέρῃσιν ὡς ὀλίγοισι πολύ. θανάσιμον δὲ καὶ ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσι σκωτώμασι, καὶ ὃ τεσσαρεσκαιδεκαήμερα μέλαινα ἔχουσι· πόσαιν, ἢ πιτυρώδεα. καυσώδεσι δὲ καὶ κατόχοις, κάκιστον ὅρον ὅτι ὃ ἐκλευκον. G

ζοφῶδες] Quænam sit vrina obscura & tenebricosa non facilè est explicatu, cùm ζοφῶδες inter inusitatas vrinæ attributiones reponatur. Mihi sanè ex eo quod cruentum addidit, obscura intelligi videtur, crassa & valde tui bulenta vrina & prærubra, quæ magnam interni incendij exæstuationem, insignemque humorum exagitationem, præcipuè verò bilis rubræ & serosi sanguinis in venoso genere concalefactionem præsefert, neque paruam humorum perturbationem aut materiæ crudæ copiam indicat, ex qua veluti densata & conferta incendio succensa, opaca ac velut obscura redditur vrina, mulcaq; caligine obducta, spiritibus ipsis & lucido humorum splendore materiæ crassitudine & exagitatione extincto aut obtenebrato. Non secus ac H

— cùm effusis imbribus aëra
Tempestas sine more furit, tonitrusq; tremiscunt.
Ardua terrarum, & campi ruit æthere toto

Turbidū

A *Turbidū imber aqua, densq; nigerrimus Austris*, (vt inquit ille) multa caligine nubes densantur ac aër obducitur, offuscatur, vnde nubes atra & obscura dicitur. Pleuriticis igitur vrina huiusmodi non parum suspecta est, cùm ingens incendium varieque affectam naturam magnaque copia obrutam ac exagitatam indicet, in quibus solo virium robore spes nititur.

καὶ τὸ παραθειδὲς] Vrina hæc viridis porraceæ bilis permixtione, exæstuans incendium denotat, præcipueq; si ad nigredinem vergat (vt scribit Gal. lib. 1. de Crif. πυρώδης quoque ὑπόστασις deterrima est Hipp. in Progn. & sanguinis torrefactionem, aut venosi generis atque etiam totius corporis colliquationem ab immoderato calore denotat, vt scribit Gal. Comm. ad aph. 77. lib. 4.

καυσώδης ἢ κατόχους] Incertum an febrem ardentem cum stupore intelligat, an verò illud κατόχους de pertinaci & firmiter inhærente affectu dicatur, & de febre ardente grauiter affligente, quæ phrasis huius præsagij authori valde est familiaris. Exalbidæ autem vrinæ tum quòd morbi naturæ repugnent, tum verò quòd naturalium facultatum imbecillitatem præseferant, pessimæ sunt. Istud verò rectè in melioribus exemplaribus distinguitur.

B 182 Οὖρον ἢ ὠμὸν πλῆθος χρόνον μενόμενον, τῆς ἄλλων σημείων ἐόντων, ἀποστάσιν καὶ πόνον σημαίνει, καὶ μάλιστα ἐν τοῖσι ὑπὸ φρένα. ἀλγημάτων δὲ ἐν ὀσφύϊ πλανωμένων, ἐς ἰσχίον, καὶ ἐν πυρετῷ, καὶ ἄνευ πυρετοῦ. ὃ δ' ἐκπεμπόμενον λίπος ἔχον ὕδατος ὑποστάσιν, σημαίνει πυρετόν. ὃ δὲ αἱματῶδες ἐν ἀρχῇ ἐρηθὲν, χρόνιον. ὃ δ' ἀπαλεπαρασμένον μεθ' ἱδρῶτος, ὑποδιηπεῖν. ὃ δ' λευκὸν ὅσ τῆς ὑποζυγίων, κεφαλαλγίαν. ὃ δ' ὑπωδῶδες, ἀπαστμόν. ὃ δὲ τῆς ὑαλώδεας ἔχον ὑποστάσιας ὕδατος, ἢ ἰλυώδεας, ῥίγεος δηλωτικόν. ὃ δὲ ἀραχνιῶδες, σκωληξιος. τὰ δ' ἐν πλανώδεσι πυρετοῖσι μέλαινα νεφέλια, τεταρταίου. τὰ δ' ἄχροα μέλαιν ὀνεωρώμενα μὴ ἀγχυπνίης καὶ παραφροσύνης, φρενιτικά. τὰ δὲ χυνιώδεα μὴ δυσπνοίης, ὑδατώδεα.

Vrina cruda, quæ sic diu perseuerat, vt reliqua signa salutaria sint, abscessum & dolorem præcipueq; infra septum transuersum denunciat. Doloribus verò ad lumbos oberrantibus, ad coxam, idque in febre & sine febre. At quę emittitur vrina in qua quod subsidet pinguedinem habet, febrem significat. Cruenta verò circa initia reddita, morbi diuturnitatē. Returbida quoque cum sudore, morbi reuersionem. Alba autem qualis in veterino genere redditur, capitis dolorem: membranosa conuulsionem. Quæ verò sputo similia habet sedimenta, aut limosa, rigorem denunciat, quæ araneorum telis similia quædam habet, colliquationem. At in errātibus febribus nigræ nubeculę quartanam denunciant, decolores autem vrinæ suspensa quædam in medio nigra habentes, cum peruigilio & perturbatione, phrenitidem, cineritiæ verò cum spirandi difficultate, aquam inter cutem. C

D Ex Progn. petita est sententia, vbi cruda & tenuis diutiùs reddita vrina ponitur. Quod etiam ex Pythione lib. 3. ep. satis patet, in quo tenues per totum morbum vrinæ, abscessum ad sedem & vesicam procurarunt.

ἐς ἰσχίον] In febribus ad articulos abscessus fieri testatur aph. 31. & 74. libr. 4. Oberrantibus ergo ad lumbos doloribus, in coxam firmari rationi est consentaneum, si neque per vesicam, neque alium materia expurgetur.

τὸ δ' ἐκπεμπόμενον λίπος] Neq; simplicem febrem huiusmodi vrina denunciat, sed deurentē & cum colliquatione. Quòd autem ὑποστασιν scribit, vt tota phrasi, ita & lectione non parum suspectum est. Nam & pinguedines per summum innatare solent, non per medium, aut ad fundum ferri scribit, vt scribit Gal. (Com. 3. in lib. 3. epid. & Comm. ad aph. 35. lib. 7.) sicque ὑδάτεως, non ὑποστασις inaudienda est, vt in Progn. περὶ ἐφιστάμενας αὖον λιπαρότητας ponit, & aph. 35. lib. 7. ὑδάτεσιν λιπαροῖς, etsi ex quibusdam codicibus vtrobique ὑποστασις scribitur. Aut certè eam ὑποστασιν intelligit, quæ tabitudinis & colliquationis index est, qualis κριμώδης aut πυρώδης, & in his vrinis apparet, quæ ex deurente febre aut exæstuante incendio pinguedinis affusæ notas indicat. Et aliôqui vitij suspicionem iniiciunt publicati codices, qui ἰσχὸν pro ἴχνον habent, etsi vulgatam lectionem nonnulli commendant. E

τὸ δὲ αἱματῶδες] Hic αἱματῶδες οὖρον dicitur quod in Progn. ὑαῤῥοῦρον.

τῆς τῆς ὑποζυγίων] Vrinæ istæ vererini generis, returbatæ & crassæ, multum humorem crudum flatuoso spiritu permixtum, & à calidioribus succis exagitatum ac fusum, velutique mustum feruentem indicant, vt scribit Gal. Comm. 1. in libr. 3. epid. & Com. 5. in lib. 6. & lib. 4. Salubrium. vnde vigiliæ, deliria, capitis & stomachi dolores ac conuulsiones consequuntur, vt patet ex ægr. 4. lib. 1. epid. & aph. 70. lib. 4. Albæ autem sunt huiusmodi vrinæ ob succorum crudorum copiam & feruorem, vt satis experientiæ testatur, easque sub albedine colliquationem præseferre existimabat Sabinus, quod tamen reprehendit †† Galenus.

†† *Comm. 5. in lib. 6. epid.*

ὑμενῶδες] ὑμενῶδες ὕρον quodnam sit, antea hoc in Præsagio explicatum. Videtur nanque ea vrina intelligi, quæ pelliculosa aut membranacea quædam continet, aut crudam, viscidam, & frigidam materiam, membranis similem neruis affixam vacuat, quæ aut neruorum distensionem, aut neruosi generis consumptionem proniptè indicat, aut propter crudam materiam & crassam returbida, membranarum ramentis similia multa contuehit. ὑμενώδεας autem vrinas eas esse quæ vitiosè apud Galen. ὑπονώδεας scribuntur, mediaque inter ἀφρώδεας & πινώδεας ambigunt, ad conuulsionis indicaturam, ex his quæ supra in conuulsionis denunciatione scripta sunt, satis testatum esse existimo.

τὸ ἢ πυαλώδεας ἔχον] Vrinam intelligit sputo similem habentem subsidentiam hoc est spumantem pituitam referentem, quæ pituitosæ materiæ sobolem indicat, indeque rigorem promptiùs denunciat. Vt non malè mihi augurari cum Præceptore Hollerio videantur, qui ὑαλώδεας pro πυαλώδεας supponunt, quòd ista sit inusitata vrinarum attributio, illa verò pituitæ vitreæ & albumineæ copiam testetur, neque immeritò rigoris sit prænuncia. πυωλώδεις etiam subsidentiæ dici possunt, quæ crassam, inflatam aut tumentem materiam habent, qualia sæpe sunt crassioris pituitæ sputa. Cuiusmodi materia incendio tādem & vstione fœcem & limum refert, & nobilium viscerum resolutionem indicat potiùs quàm rigorem. Aliôqui, quòd lubricus sit hic locus, & insolens admodum vrinarum attributum, non malè fortè πυαλώδεας legatur, cuius etiam lectionis non leuis ex quibusdam codicibus iniecta est suspicio. Huiusmodi nanque subsidentiæ, neruosum genus ac vasorum tunicas appetitas significant, vnde etiam rigor ortum ducit, vt scribit Hippocr. aph. 15. sect. 3. lib. 6. epid. Vitiosa autem sunt publicata exemplaria, quæ πυωλώδεις pro πυωλώδεας habent, vt non temerè suspectam loci fidem faciant. F

ἀραχνιῶδες] Vrina araneorum telis similis subauditur quæ innatantem habet pinguedinem ex Prognost. & aph. 35. lib. 7. corporisque consumptionem denunciat. ἀραχνιῶδες autem retinui ex omnibus exemplaribus, vt vrina indicetur supra innatantem habens pinguedinem, quod etiam ex Prognostico exponit Galenus (Com. 3. in libr. 3. epidem.) etsi ἀραχνοειδεας legisse videtur Cornarius, & ad subsidentias retulisse, Celsum secutus, qui in tabe mortis signum esse scribit, vbi vrina quædam araneis similis subsidentia ostendit. *Cap. 8. lib. 2.*

τὰ δ' ἄχροα] Id ad vrinas non nubeculas referendum videtur, & ἄχροα ἤθεα vrinas aquosas significare, quæ sæpe tenuibus coniunguntur in phrenitide, velut ægr. 13. lib. 3. ep. Ex huiusmodi autem vrinis phrenitidē denunciari fidem faciunt historiæ libr. epid. vt ægr. 13. 14. & 15. lib. 3. epid. post st. pest. Etsi possunt ista contentis attribui, & ad nubeculas referri, & ἄχροα μέλαινα ὀναωρούμενα intelligi, sublimamenta malè colorata vrinis nigris innatantia. Priorem tamen notionem sequitur Prorrh. 3. vbi ista reperi videtur. τὰ δὲ τεσσαρεσκαιδεκαήμερα ἄχροα, μέλαινα ὀναωρούμενα, ἐφ' ἱδρῶτι φρενιτικά. G H

κονιώδεα] Insolens est vrinarum attributum, vt cætera multa, nec satis explicatum. Videntur autem κονιώδεα ἕδεα dici velut libr. 7. epid. αποδοειδέα, vrinæ quæ cineritij sunt coloris, aut velut puluerulentæ, aut quodammodo calce perfusæ & exalbescentes, quæ insignes vasorum obstructiones ex magna pituitosæ & crassæ materiæ copia testantur. κονιώδεα etiã intelligi possunt vrinæ cineri lixiuo aut lixiuio similes, hoc est rufo colore saturatæ, quæ impuritatem viscerum arguunt, vnde ad hydropem facilis est transitus. A

Vrina diluta aut arenida & facilè dissolubili asperitate returbata, liquidam fore aluũ denunciat. Quæ verò admodum tenuis spissa euadit, fortasse eruptur um sudorem indicat, iam autem erupisse, quæ spumam in seipsam insidentem habet.

[183] Οὖρον ὑδατῶδες ἢ τεταραγμένον φαφερῇ ῥηχύτητι, καὶ λίθῳ ὑγρῷ ἐσομένῳ σημαίνει. Ὃ δὲ ἔκλεπτον ἔδον δασυώμενον, ἆρα ἰδρῶτα μέλλοντα δηλοῖ; γεγυμνωμένον δὲ, ἀφρῶδες ἐφ' ἑαυτῷ ἐφιστάμενον.

Quidnam intelligat per φαφερὸν ῥηχύτητα in vrinis, non est explicatu facilè, neque quænam sit vrina facilè dissolubili aut arenida asperitate returbida, quæ liquidam fore aluum denunciet. φαφερὸν etsi φαυρὸν significat apud Hippocratem Galeno teste & Varino, solidis quidem attributum, εὔδρασον aut εὐδιάλυτον, aut idem quod κραυρὸν Galeno, aut[66] Aristot. θραῦον dicitur, significat, & quod Atticis φαῦρον scribitur, præcipueque eduliis attribuitur quæ friabilia sunt & tenera, nihilque lentoris aut pinguedinis in se habent, vt scribit Galenus lib. 3. de aliment. facult. φαφαρὸς etiam aut φαφερὸς, & φαθερὸς, aut φαθαρὸς, ἀπαλὸν καὶ ἀδενῆ, ἐλαφρὸν, vt & αὐχμηρὸν & ξηρὸν significat, tenerum, delicatum, tenuem & mollem. Qua notione in vrinæ liquore φαφερὴν ῥηχύτητα, mollem ac tenuem, aut facilè dissolubilem & friabilem intelligere possumus, cùm φαφαρὴ λεπτὴ Varin. explicetur, & quæ solent vrinæ aluos humidas denunciare, non admodũ sint returbatæ, sed vt plurimùm, dilutæ, aut leuiter & obscurè quodammodo perturbatæ, quales sunt quæ crudioris succi effusam copiam & extremam imbecillitatem indicãt. Sic & φαφερὴ τραχύτης idem quod φαφαρὴ accipi potest, vt intelligatur quædam velut obscura perturbatio, cùm & φαφεροὶ, aut φαφαροὶ, & ζοφοειδῆ & μελανειδέα, aut μελανίζοντα Dioscoridi significent apud Gal. Atque ea videtur vrinæ liquori accommodari posse explicatio. Quòd si solidis attribuatur, friabilitatem quandam indicat, & asperitatem quandam facilè dissolubilem, & quæ in frusta quædam facilè discerpatur, vt sunt mollium calculorum fragmenta, quæ per vrinam feruntur & vrinam conturbant, talesque sunt calculosorum vrinæ, nisi quòd aluum liquidam ferri non est necesse. B C

[66] Lib. 11. Meth. [67] Lib. 4. Meteor.

δασυώμενον] δασυώμενον ἕδον & δεδασυμένον inter obscuras necdũ satis explicatas, aut ex industria affectatas dictiones à Gal. reponitur, eaq; vsus est Prorrhetici & huius Præsagij author antea. Quidam densas vrinas intelligunt, quæ in superficie crassæ sunt & spissæ, ac inter returbidas ponuntur, velut lib. 7. epid. δασέα ἕδεα καὶ ἀνεστραμμένα simul iunguntur in capitis doloris indiciis. Sic δασυνόμενον ἕδον hoc loco vrina spissa & quæ crassa euadit rectè accipi potest, vt quæ valde tenui ex aduerso respõdeat, & succorũ concoctiones naturã aggredi testetur, vnde ad salubres excretiones & sudores promouendos excitari potest, præcipuè si ex tenui crassa euadat, vt non improbãda sit lectio quæ ἀν λεπτοῦ habet. Hincq;[68] A uicennas vrinas, quæ quarto die tinguntur, & septimo crassitudinem accipiunt, sudorem prædicere scribit. Alij etiam δασυώμενα ἕδεα intelligunt, quæ inæqualem habent superficiem & extuberantibus quibusdam eminentiis exasperatam. Sunt qui etiam spumosas intelligant, vt quæ spumam inæqualiter dispersam in superficie habeant. Quo certè referri potest τὸ ἀφρῶδες ἐφ' αὑτὸ ἐφιστάμενον. Quòd cùm internam naturæ à spiritu flatulento & feruore agitationem indicet, & tenacem ac glutinosam coniunctam esse materiam, interdum contingere potest vt inde sudores commoti fuerint, quod tamen non est necesse. D

[68] Lib. 4. sen 2. tract. 1. cap. 7.

In tertianis cùm horrore nubeculis nigris similia, inconstãtem horrorem indicant. Membranosæ quoque mictiones, & quæ cum horrore subsidunt, conuulsiones prædicunt.

[184] Τὰ δ' ἐν τεταρταίοισι μετὰ φρίκης οἷα νεφέλια μέλαινα, φρίκης ἀκαταστάτου δηλωτικά. καὶ ὑμενώδεες ὑρήσιες, καὶ αἱ μετὰ φρίκης ἐφιστάμεναι, σπασμώδεες.

Indistinctè istud videtur scriptum. In Prognost. nanque nubeculæ nigræ simpliciter damnantur, quod exuperantem calorem summamq; exæstuationem, interdum etiam νέκρωσιν quandam indicent. Hic verò videtur humoris biliosi exæstatio significari per nigras nubeculas, vnde fit transmutatio & quidam in quartanum circuitum transitus. Id enim quodammodo inconstans horror subindicare videtur, quòd à certa & præstituta sibi forma aberret, neq; eandem, aut debitum tempus ac numerum obseruet. Sic nanque ἡ φρίκη ἀκατάστατος dicitur, μὴ διαστήσουσα ἢ ἰδέαν μίαν ἀκριβῶς. De membranosa aut pelliculosa vrina antea affatim dictum est. Hanc autem sententiam contra publicatorum codicum fidem distinximus. E

Vrina in qua quod subsidet bonum est, & derepente euanescit, dolorem ac mutationem denunciat. At quæ sedimentum habet, returbida, residens, rigorem circa iudicationem, fortè etiam & in tertianam aut quartanam transitum.

[185] Οὖρον χρηστὸν ἔχον ὑπόστασιν, ἐξαπίνης μὴ ἔχον, πόνον καὶ μεταβολὴν σημαίνει. Ὃ δ' ὑπόστασιν ἔχον, ἐπιταραχθὲν καθιστάμενον, ῥῖγος τεῖ κείσιν. Τάχα δ' καὶ ἐς τεταρταῖον ἢ τεταρταῖον μετάστασιν.

In Progn. si vrina modò liquida est, modò sedimentum habet candidum aut læue, morbi diuturnitas aut minor securitas portenditur. Celsus quoque in longæ valetudinis signis, vrinam modò liquidam & puram, modò quæ subsidentia quædam habeat reponit. καθιστάμενον autem οὖρον vrina est quæ residet & conquiescit, & in qua deposita subsidunt quædam, crassæque & perpetuò returbidæ opponitur, vt ex libris epid. satis apparet, vbi familiaris est locutio, ἕδεα παχέα καθίσαι. Huiusmodi autem in vrinis inæqualitas, naturæ laborem materiæque peruicaciam præsefert, vnde morborum reuersiones aut transmutationes meritò suspectandæ sunt. Vitiosus autem est hoc loco Asulanus codex, vbi & asteriscum apponit. F

Laterum dolore affectis vrina aliquantulum rubra, læuem habens subsidentiam, securam iudicationem prænunciat. Quæ verò aliquantulum pallida, bene florulenta est, & albam habet subsidentiam, celerem quoque. At quæ admodum rubra & bene florulenta, sedimentum pallidum, læue ac purum habet, diuturnum valdeque turbulentum morbum fore & in alium transiturum, non tamen perniciosum. Alba verò, diluta, hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis simile habens sedimentum, fuluum, dolorem & periculum denunciat. At quę pallida, fuluum habet sedimentum, hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis simile, diuturnitatem ac periculum indicat.

[186] Ἐν πλευριτικοῖσιν οὖρον ὑπέρυθρον ἔχον λεῖον ὑπόστασιν ἀσφαλέα κείσιν σημαίνει. Ὃ δ' ὑπόχλωρον βλαθὲς, λευκὸν ἔχον ὑπόστασιν, καὶ παχύαν. Ὃ δ' ἐρυθρὸν σφόδρα καὶ βλαθὲς, ὑπόστασιν χλωρὸν ἔχον λεῖον, εἰλικρινέα, πολυχρόνιον, σφόδρα θερμὰ δέα νοῦσον μεταβαλεῖν ἐς δηλον, καὶ μὴ ὀλέθριον. Ὃ δ' λευκὸν, ὑδατῶδες κεμμῶδεα πυρρὴν ἔχον ὑπόστασιν, πόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει. καὶ ὃ χλωρὸν πυρρὸν ἔχον ὑπόστασιν κεμμῶδεα χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει. G H

Melius

A Melius & ad doctrinæ complexionem laudabilius quod in Prognost. & antea quoque hoc in Præsagio de subrubra vrina scriptum est, diuturnum quidem, verùm salutarem morbum denunciari, neque in pleuriticis solùm, sed in omnibus acutis morbis.

εὐανθὲς] Quidnam per εὐανθὲς ἕδον intelligatur, non satis est expeditum. Videtur intelligi benè florulenta vrina, quæ efflorescentias quasdam spumeas extantes habet, (quæ ἐπανθίσματα vt plurimùm dicuntur) & veluti flores supereminentes. Quod in vrinis quæ ob magnum incendium, ingentem sanguinis feruorem ac bilis efferuescentiam produnt, conspicitur. Atque hic vrinarum status præcipitem ac celerem morbi motum denunciat. Alij εὐανθὲς pellucidam ac puram vrinam intelligunt, & quæ ad naturalem vrinæ colorem prope accedit, quæque pellucido colore floreat & parum superiore parte rubescat, qualis, ob sanguinis motum, securum & breue iudicium indicare interdum potest. παχεῖαν autem manifesto vitio, pro παχύαν, multa habent exemplaria. Sed nos παχεῖαν cum Cornario & melioribus codicibus amplectimur.

B [69] In Prorrh. & Coac. Prænot.

εἰλικρινέα] Purum, manifestum, merum ac verum sedimentum intelligendum, nullo alieno humore permixtum, quod subsidentiæ speciem referat, vt securitas indicetur.

κριμνώδεα] De subsidentia hordei tosti non exactè moliti crassioribus frustulis simili, quam κριμνώδη vocant, celebris est Galeni[70] locus, qui ad hunc sensum probè admodum accommodari potest. δῆλον οὖν ὅσοι μὴ σωθήσεσθαι μέλλοισι τοῦ ὑρησαύτων κριμνώδη, χρονίζουσιν. ὅσοι δ' ὀλέθριον ἔχοισι, τότε τις οὐδὲ χεται καὶ δεῖ παχέως ἀποθανεῖν. Ac mihi videntur ista perturbata, & (nisi fallor) parum integra.

[70] Com. ad aph. 31. lib. 7.

In his quæ circa aures abscedunt, vrinæ quæ celeriter & paruo tempore concoquuntur, damno sunt. Quin & perfrigerari itidem malum est.

[187] Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα, ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαγνόμενα, φλαῦρον. καὶ ὃ κατεψύχθαι ὧδε, πονηρόν. C

Ex Prorrh. 113. desumpta sententia, iisdemq; verbis etiam antea repetita (sent. 206.)

Vesica intercepta maximéque cum capitis dolore conuulsionem quandam minatur. Quæ in his cum torporis sensu exoluuntur, molestiam, non perniciem afferunt. Ac fortè etiam aliquantulum desipiunt.

[188] Κύστις ἀποληφθεῖσα, ἄλλως τε καὶ μετὰ κεφαλαλγίης, ἔχει τι σπασμῶδες. τὰ ναρκώδεα ἐν τοιούτοισιν ἀναλυόμενα, δέγκεται, ὀλέθρια. ἆρά τι καὶ παραφρούοισι;

Prorrheticum est 120. huc traductum. Ex quo manifestum publicatorum codicum vitium apparet. Aut enim ὑμὶν ὀλέθρια ex Prorrh. reponendum, aut manuscriptorum codicum lectio, ἐν ὀλέθρια, reponenda, quam etiam secutus est Cornarius.

De repente obortus renum dolor cum vrinæ suppressione, calculorum aut vrinæ crassæ mictionem indicat.

[189] Νεφροῦ ἀπόπνιγμα, μετ' ὀξυδόρπιος, λιθιδίων ὑρήσιν ἢ παχέων ὑρῶν, σημαίνει. D

Suppressionis vrinæ, quæ fit renibus aut vreteribus interceptis, hoc præsagium causas assignat, nempe calculorum exortum, aut vrinarum crassitudinem. De renum verò calculo intelligentia sumitur, cuius ortus & causa Galeno explicatur Comment. 3. in lib. 6. Epid. & Com. ad aph. 26. lib. 3. & Aretæo cap. 3. lib. 2. de signis diutur. morb.

Tremores senioribus in febre contingunt, atque vbi apparent, calculi fortasse per vrinas excluduntur.

[190] Τρόμοι τοῖσι γεροντοτέροισιν ἐν πυρετῷ, καὶ ὅτως ὑποφαινόμενα λιθίδια πῶς διουρεῖ.

Tremorem intellige corporis concussionem quæ in exturbando calculo, in vreterum ductibus aut angustioribus viis restitante, contingit, βρασμὸν ὡς ἀπορίας vocat Aretæus. Fiunt autem plerunque (vt idem scribit) πυρετοὶ δακνώδεες, ὀξύπυροι. Quæ quia grauem ætatem magis affligunt, præsentius etiam periculum circumscribunt. Illud verò καὶ ὅτως, de repentino etiam in senibus renum dolore cum vrinæ suppressione, intelligi potest. E

Vrina intercepta & ad imum ventrem pondus, vt plurimùm futurum vrinæ stillicidium denunciat: sin minus, alium aliquem morbum ex consuetudine affligentem.

[191] Οὖρον ἀπόληψις καὶ βάρος ἐν ὑπαίθρῳ, σημαίνει ὡς τὰ πολλὰ φραγμοῦ ἐσομένου. εἰ δὲ μὴ, ἄλλου ἀρρωστίου ἐθῶν εἰωθεν ἀρρωστεῖν.

Hæc vesicæ vitio vrinæ stillicidium contingere indicant, ibique sitam esse morbosam affectionem, ἡ δὲ νοῦσις (inquit Aretæus) ἐν τῇ κεφαλῇ γεγονὶ καὶ πάντα τὰ τοῦ. Cæterùm alios morbos pro consuetudine vitio vesicæ affligentes intellige, dysuriam & ischuriam, quorum causa est aut grumus, aut calculus, aut vlcus, abscessus, aut phlegmone. Ex quibus ὀξύπυρος πόνος & ἐλεβρὸς ὄμπνος, (vt loquitur Aretæus) Nam etsi vesica aliarum partium vitiis communicat, difficiliores tamen magisque mortiferos habet dolores, si per se laborare incipit, quandoquidẽ toti corpori, & neruis, & menti labem traducere valentissimè potest. Vnde etiam alij morbi statu quodam tempore pro consuetudine redeuntes accipi possunt, vt arthritis & dolor colicus, cæteriq; id genus. F

In biliosis vrina intercepta mortem breui affore significat.

[192] Ἐν χολώδεσιν οὖρον ἀπόληψις κτείνει σεσημμένος.

Siue renum vitio, siue vesicæ affectu vrina supprimatur, periculum minatur & citam mortem. ἡ δὲ ὄπισθεν τοῦ ὑρου διεκπόδισις, Aretæo. σεσημμένος verò, aut symptomatum vehementiam & intensionem, aut periculi celeritatem indicat. ἡ δὲ ὄπισθεν τοῦ ὑρου πάντα τὰ δεινὰ ἀρήσει. ἐν χολώδεσιν autem additur, ὡὸ δὲ τοῦ ὑρου δεμὼ καὶ δακνώδες ἐγγίνεται, ψύξις, τρόμοι, σπασμοὶ, διψάσεις καὶ πληρώσεις τῶν ὑποχονδρίων, vt scribit Aretæus. Hoc autem Præsagium ferè respondet Prorrh. 51. αἱ ἂν καταψύξιος ἐν ὀξέσι ὑρων ἀπολήψιες, κάκιστα.

Febricitanti vrina densitatem habens diuulsam, morbi reuersionem aut sudorem portendit. G

[193] Οὖρον ἐν πυρετῷ δάσυν ἔχον διεσπασμένον, ὑποδεπικὸν, ἢ ἱδρῶδες.

Vrina spissa quædam continens diuulsa, magnam adhuc superesse agitationem in corpore, nec planè confectas esse morbi reliquias ostendit, & sudoris copiam ex materiæ cruditate & naturæ oppressione, atque ideo recidiuam minatur, quòd natura totam semel materiam coquere non possit.

In febribus longis, paruis, vagis, tenuium vrinarum eiectiones, lienis affectionem denunciant.

[194] Ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι, λεπτοῖσι, πλανώδεσι, λεπτῶν ὑρων ὑρήσιες, μηκυνόοισι.

Febres hæ diuturnæ, lentæ, mites & incertæ, magnas internorum viscerum obstructiones prænunciant, quibus valde est opportunus lien. H

In febre variarum interdum vrinarum mictiones, morbum producunt.

[195] Ἐν πυρετῷ ἄλλοτε ἄλλοιων ὑρήσιες, μηκυνόοισι.

Vrina huiusmodi quæ materiæ inæqualitatem atque humorum varietatem indicat, ideóque mutationem accipit, morbum

producit ex Prognost. & hoc præsagio. Quod etiam scribitur libello περὶ κρισίων & lib. de rat. vict. in morb. acut. ἐν πίσι πυρετοῖσι ἐὰν μαζοειδὲς ἔχῃ τὸ οὖρον, χρόνου σημαίνει. A

Vrinæ quæ non sentientibus effluunt, aliàs perniciem denunciant. Animaduertendum num tales his reddantur quales fiunt vbi subsidentiam conturbaueris.

[596] Τὰ οὐρούμενα μὴ ὑποστησάντων, ἄλλως δὲ ὀλέθρια. ἆρα τούτοισιν ὑρᾷται εἰ τῷ ὑποστάσιν παρέξας.

Satis constat ex Prorrhet. 29. locum hunc esse corruptum, & μὴ ὑποστησάντων esse reponendum, sententiamq; per se esse distinguendam, quod etiam vidit Cornarius.

Quibus vrinæ paucæ, grumosæ, non sine febre, si ab iis tenues & copiosæ prodierint, iuuat. Talibus autem circa initia procedunt, aut non multò post sedimentum habent.

[597] Οἷσιν ἦρα ὀλίγα, θρομβώδεα, οὐκ ἀπυρέτοις, πλῆθος οὐ τούτων ἐλθὸν λεπτὸν, ὠφελῆ. ἔρχεται δὲ πισὶ τοῖς ἐξ ἀρχῆς, ἢ μετὰ παχέων ὑποστάσιν ἔχει. B

Hoc in Præsagio vrinæ crassæ temerè deficiunt, quæ tamen ex aphor. 69. libr. 4. reponi debent, aut per grumosas intelligi. Quod sequitur ἔρχεται δὲ πίστις, etsi obscurè est positum, ex aphorismo tamen lucem accipit, & de vrinis crassis accipi haud dubiè debet, quæ statim circa initia, non naturæ lege, sed grauitatis materiæ ratione, sedimentum accipiunt, vt scribit Galenus. Aliòqui si de tenuibus vrinis sumatur (quod faciunt interpretes) mediocriter crassæ ac comparatè tenues obaudiendæ sunt.

Quibus in vrinis citò aliquid subsidet, hi breui iudicantur.

[598] Οἷσιν ἦρα παχέως ὑποστάσιν ἴσχει, παχέως ἔσι κρίνοντες.

Hoc caput in tota iudiciorum disciplina est celeberrimum. πεπασμοὶ δὲ παχύτητα κρίσιος καὶ ἀσφαλείας ὑγείας σημαίνουσιν, sic quibus quarto die in vrinis nubecula aut subsidentia cernitur, solutio septimo die denunciatur, vt antea scriptum est hoc in præsagio & aph. 71. lib. 4. C

Vrinæ præter consuetudinem tenues & crudæ, absque repletione, in morbo comitialiobnoxiis, morbi insultum denunciant, idque præcipuè si in summum humerum, aut ceruicem, aut dorsum dolor aut conuulsio incidat, aut torpor totum corpus occupet, aut turbulentum in somnium visum fuerit.

[599] Ἐπιληπτικοῖς ἦρα λεπτὰ καὶ ἄπεπτα παρὰ τὸ ἔθος αὖθις πλησμονῆς, ὁπόταν ψιν σημήνῃ, ἢ ὤμου τε κεφαλῆς τις ἐς ἀκρώμιον, ἢ ῥάχιν λυσι, ἢ μετὰ φρένων πόνος, ἢ σπασμὸς ἐμπεπτώκῃ, ἢ ναρκὴ παρεγίνηται τῷ σώματος, ἢ παρεκχῶδες σύπνιον ἐωρᾶκῃ.

Hoc præsagium plurimùm facit ad morbi comitialis prædictionem, vt inde impendenti malo prouideatur & insultus præcaueatur. D

Quæ parua copia apparent, velut stillæ sanguinis, vrinę, vomitiones, & deiectiones, malum quidem penitus denunciant, pessimum verò si exiguis interuallis sese consequantur.

[600] Τὸ μικρὰ ὀπτιφαίνεσθαι, οἷς σάξιας, καὶ ἦρον, καὶ ἔμετον, καὶ θρομβρήματα, κακὸν μὴν πάντως. κάκιστον δὲ, ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα.

Id de excretionibus criticis accipiendum quæ infra modum erumpunt. Vniuersalis nanque est præceptio in criseos disciplina (vt scribit Galenus) μοχθηρὰν ἢ σημεῖον ἀποκείνεσθαι σμικρὰ. οὐδὲν δὲ τῶν κεκρίμενων, σμικρὸν ἐκκείνεσθαι προσῆκον. Siue igitur sanguis à naribus, siue vomitiones, siue alui secessus, siue vrinarum, sudorum, aut vteri eruptiones infra modum subsistant, mali augurij omen habent, vt fusiùs scripsimus nostris in lib. 2. Epidem. Comment. Prorrhetico 59. huius præsagij initium vrinis accommodatur, non satis tamen aptè, ita vt multò sit clarior hæc notio integram iudicationis authoritatem conseruans. Quod sequitur ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα, etsi Prorrhet. 60. vomitionum varietatem, quæ continenter & assiduè fiunt, sugillat, hîc tamen excretionibus criticis aptari potest, quæ quò propiùs aut minori interuallo apparent, tandemq; subsistunt, eò sanè præsentiùs periculum denunciant. Nam tunc fatiscentes naturæ vires meritò suspectamus, vbi pluribus excretionibus tentatis, nihil tamen erumpit, sed intrò omnia subsistunt. ἐγγὺς autem ἀλλήλων, idem quod ἐμὴ πολὺ χρόνου significat teste Galeno. E

Com. 2. in Prorrh.

Alui recrementum optimum est molle, constans, aliquatenus fuluum, nec admodum graueolens, eóque tempore quo per secundam valetudinem deiici solet, excretum, copia verò ingestis cibis respondens. Crassum autem fieri oportet in iudicationem eunte morbo. Vtile quoque quod lumbricos teretes ad iudicationem exire cogit.

[601] Διαχώρημα κοιλίης βέλτιστον, μαλθακὸν, σπυεγκὸς, ὑποπυῤῥον, μὴ σφόδρα δυσῶδες, θρομβρέον τῷ εἰθισμένῳ ὥρῳ. πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων. παχυνέσθω δὲ πρὸς τὸν κρίσιν. χρήσιμον δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας διεξιέναι, πρὸς κρίσιν προσάγον. F

Quod in vrinis factitatum est, idem in deiectionum attributionibus vsurpat huius Præsagij author, & vndique emendicata suffragia eadem politura in hanc tractationem coniicit. Hoc ex Prognostico, vt cætera, desumptum est. σπυεγκὸς διαχώρημα alui recrementum constans & cohærens, coactum, quódque consistentiam & figuram seruat, dicitur, figuratum *Celso, & liquido, diffluenti aut humido ex aduerso respondet. *Cap. 13. lib. 2.

ὑποπυῤῥον] Rufam aluum dicit Celsus. Id autem hîc loco & ordine positum videtur, ac meliùs quidem quàm in Prognost. vt consistentia, tempore, quantitate & qualitate deiectiones ipsæ probarentur. Quod etiam testatur Galenus in Prognost. Repetitur quoq; libello περὶ κρισίων. G

παχυνέσθω] In Prognost. & libello περὶ κρισίων, πρὸς τὸν κρίσιν ἰούσης τῆς νόσου legitur, & de aluo liquida aut molli meliùs effertur. Celsus procedente tempore paulatim contrahi vult.

χρήσιμον δὲ] Id quoque in Prognost. in libello περὶ κρισίων repetitur, Celsus. Lumbricos quoque aliquos sub fine morbi descendisse nihil nocet. Adeò iudicationis aut criseωs nomen subtimidè ac superstitiosè efferit, aut certè contemnit. προσάγον autem ad alui recrementum refertur, quod suo momento lumbricos agit ac deturbat. Quod ideò dicitur, ne quis id superuacaneum existimet, quod aliàs deficit, nec satis ab interprete expressum est.

In præcipitibus malis spumans & circumbiliosum alui recrementum, malo est. Malum quoq; & exactè candicans. Adhuc verò deterius farinæ molitæ instar, & stercorosum. Præter hæc sopor malo est, & cruenta alui deiectio, ac immoderata vasorũ inanitio.

[602] Ἐν ὀξέσι δὲ ἀφρῶδες, περίχολον διαχώρημα, κακὸν. κακὸν γὰρ καὶ δὲ ἔκλυκον. ἔτι γὰρ καὶ κάκιον δὲ ἀκηδῶδες. κάρος ὁπόταν τύποισι κακὸν, καὶ αἱματῶδης διαχώρησις, καὶ κενεαγχίη παρὰ λόγον. H

περίχολα

A περίχολα διαχωρήματα dicuntur *Galeno τὰ χολώδεα, καὶ τὰ πέριξ αὐτῶν ἔχοντα χολὴ τῇ συστάσει λεπτῇ, circumbiliosæ egestiones, & quæ in ambitu sunt coloratæ ac bile obductæ, quales ἐκκρίσεις περίχολοι vocant, & quę efferuescentis caloris copiam indicant. ἔκλυκον autem διαχώρημα, id est, quod in Prognost. παρὰ λευκὸν dicitur. Ac meliùs hîc separatim ponitur, quàm si ad περίχολα διαχωρήματα adiungas, quod fit Prorrh. 53. vnde ista huius præsagij portio desumpta videtur. Αληπεδὲς etiam nouè quodammodo positum videtur, ac obscuram habet notionem. ἀμὴν ἀλευρὸν exponit Erotianus apud Hesychium, idémque deducit Hesychius, ab ἀμέω aut ἀμήθω, vt sit παῦν ἀμηλεγμένον σῖτον, & cereale subactum, quasi ἀμέτον, aut ἐν τῷ ἀμέτῳ φερόμενον ἄμφιτον, farina molendo confecta & subacta. Videtur igitur excrementum intelligi, quod farinam molendo subactam refert, tum candore, tum consistentia ac læuore, aut quod velut pultaceum est, ac statim depositum errat ac dissoluitur, quale in magnis viscerum ac totius mesenterij obstructionibus, & facultatis naturalis imbecillitate, aut etiam tenuioris intestini inflammationibus nonnunquam cernitur. Stercorosum autem summam putrilaginem ac corruptionem indicat. Quod sequitur de sopore, deiectione cruenta, & vasorum inanitione B quæ præter rationem contingit, id alterius est generis & valde pernicioſum.

*In Prorrh.

[603] Κοιλίης ἀπόληψις μικρὴ, μέλαινα, σπυεγθώδεα, πρὸς αὐάγκλω χαλῶσα μυκτὴρ τύποισι ῥηγνύμενος, κακόν.

Vbi aluus modicè intercepta, nigra stercoribus caprarum similia, nec nisi coacta demittit, hoc casu nasus erumpens, malo est.

Prorrh. 41. repetitur hoc præsagium, ex quo meliùs μικρὰ μέλαινα legeretur. πρὸς αὐάγκλω autem χαλῶσα κοιλίη, phrasis est Hippocrati admodum familiaris in Prorrh. quæ Galeno teste, μήτ' ἀφαιματτόμενοί τι τὸν ἰατρὸν, ἢ διὰ κλυσῆρος, ἢ διὰ βαλανείου significat. Hæc autem conflagrantis interni incendij certissima signa sunt, vnde exiccato corpore & imbecillo, quæuis excretio etiam critica non minimùm suspecta est.

C [604] Γλίσχρον ἀχρῆον, ἢ λευκὸν διαχώρημα, φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ ὃ ἅλις ἐζυμωμένον, ὑποφλεγματῶδες, πονηρὸν ἢ ἢν ὀφθῶδεων ὑπόστασις ὑποπέλιος, πυώδης μὴ χολώδεος.

Alui recrementum glutinosum, syncerum, aut album, in vitio est. Vitiosum quoque quod abundè fermentatũ est, & aliquantulum pituitosum. Prauum etiam cùm ex his quæ densata feruntur, quod subsidet aliquantulum liuescit, purulentum ac biliosum est.

ἐζυμωμένον] Hac attributione vrinas insigniuit Prorrhetici author. Vbi ἕψεα ἐζυμωμένα hoc est fermentatæ vrinæ dicuntur Galeno, quæ spissæ & crassæ magnam crudæ & flatuosæ, materiæ copiam continent, vnde leuis quidam feruor per agitationem excitatur, adeò vt motis & rarefactis spiritibus, in maiorem quàm cùm primùm excretæ fuerunt molem attolluntur. Atq; eæ sunt quæ turbulentam continent humorum crudorum agitationem ac feruorem, ita vt flatibus humorum acrimoniæ ac ebullitioni D permixtis, in maiorem tumorem attollantur, ac inflentur, interdum etiam bullas & spumam excitent. Quæ quidem affectio alui excrementis crudis, flatuosis, & humorum acrimonia agitatis aut efferuescentibus attribui potest. Possunt etiam recrementa alui fermentata dici, quæ plurimam bilem atram retorridam continent, quæ in terram effusa, eam abradit, & partes omnes in alum attollit, vnde motio quædam spirituosa ac fermentatio assurgit. Est enim ζύμωσις Platoni, πᾶς χώδος κίνησις ὁμοῦ κίνησις καὶ αἴρωσις. Atque ex bilis illius agitatione succensa alui recrementa, ebullitionem ac feruorem accipiunt, acrimoniamque contrahunt, vnde concepto aëre distenduntur, inflantur, ebulliunt & in tumorem quendam attolluntur, interdum etiam à crassa & flatuosa materia, spumæ & bullæ efferuntur. Ὀφιώδεα verò διαχωρήματα etsi intelligi possunt, quæ concreta quædam frustulatim discerpta efferuntur, mihi tamen germana propè lectio videtur, si ἐκ ὀροφωδέων ὑπόστασις ὑποπέλιος, ἰλυώδης, ex Prorrhetico legatur. Atque ea omnia liquidæ aluo optimè conuenire videntur, quæ cum torminibus sæpe effundi solet, cum humorum corruptione ex viscerum vitio, vnde huiusmodi subliuida & purulenta materia educitur. Erotianus tamen hanc hoc loco lectionem agno- E scere ac mihi subindicare videtur, cùm Ὀφιωδέων ἀποδιωδῶν exponit, Ὀφιὰ γὰρ ἡ ἀποδιὰ λέγεται. Vt cinereæ deiectiones intelligi videantur veluti exassatæ ac torrefactæ. Etsi Erotiani lectionem quidam ad Prorrhetici lectionem referre malint. ὑπόπαιον verò in deiectionibus poni nouum non est, & aliôqui huic præsagio admodum familiare. Vitiosus quoque hoc loco est Asulanus codex, vt satis apparet, si quis cum cæteris publicatis conferat.

[605] Αἷμα λαμπρὸν διαχωρέῃ, κακὸν, ἄλλως τε κλῶπις ὀδυνῶν παρῇ.

Sanguis splendidus aluo per secessum reiectus, malo est, præsertimque si dolor aliquis adsit.

Sanguis per aluum secedens niger probatur aphor. 25. libr. 4. purus autem & splendidus effusus, vitæ thesaurum profundit, præsertim si dolor adsit aut hypochondriorum, aut abdominis, qui visceris alicuius vitium, aut vlcus prodit. Aliôqui purus aliquando statis interuallis, absq; periculo secedere potest.

F [606] Τὸ ἀφρῶδες περίχολον διαχώρημα, φλαῦρον. καὶ ἰκτεριῶντα ἢ ὃν τοιοῦτον.

Spumans & bile obductum alui recrementum, vitio est. Quin & inde morbus regius contrahitur.

Prorrh. 53. hoc præsagium explicatur, vnde etiam fluxit, vt non malè ἔκλυκον hîc adscribatur. Quin & illic ἢ παρ' ἐπόδωνον annotatur, aut tumore, aut obstructione, aut inflammatione obsessum, ex quibus morbus regius contrahitur. Quem in sensum etiam expressum est paulò antè Prognost. 602.

[607] Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι δὲ ἀφρῶδες ἐπόδωδισμα, κακὸν. μάλιστα δὲ ὀσφὺς πεπονηκότι, καὶ παρεξθένῃ. ἆρα δὲ τούτοισι τὰ ἀδήματα;

In biliosis deiectionibus spumosa efflorescentia, malo est, iis verò præcipuè quos antea lumborum dolor aut desipientia vexarit. Fortéque etiam dolores iis adsunt.

G Ex Prorrh. 21. desumpta est sententia, vbi meracas deiectiones biliosis adiungit. Huius autem præsagij finis, quæ in Prorrh. desideratur, hunc sensum habere videtur, vt renum dolores perseuerare indicet, ex humoris biliosi feruore & acrimonia per intestina delati. Fortassis etiam & reliquorum intestinorum dolores vrgere significat, non eorum tantùm quæ circa renes feruntur, cùm scribat Galenus, ἢ γὰρ ποιότης διαχωρήματος παρενεχθέντος τοῖς ἐντέροις, οὐ δὴ κατ' ὀσφὺν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς, ὀδυνᾶν τύποις ἐπακολουθοῦσιν. Aut certè ex Prorrh. 22. corrupta est lectio ac diminuta, quod est vero simile.

[608] Λεπτὸν ἐπάφρον διαχώρημα, ὑδατόχλοον ἔχον ὑπόστασιν, πονηρόν. πονηρὸν ἢ καὶ δὲ πυῶδες, καὶ δὲ μέλαν αἱματῶδες πονηρὸν σὺν πυρετῷ, καὶ ἀκῶς. καὶ δὲ ποικίλον καθαρὲς διαχώρημα, φλαῦρον. καὶ χεῖρον ὅσῳ φοβερώτερον τῇ χροιῇ, πλὴν οὐ φαρμακείησιν. οὐ γὰρ τοῦτ' ἦν ἀ- H

πόδωνον

cat, copia non exuperans. Friabilis quoque mollis in febre alui fecessus, vitio est. Vitiosus quoque siccus, qui facilè dissoluitur, nec cohæret, decolor, idq; præcipuè si aluum humectet, lethalis verò si nigra antea prodierint.

κίνδυνον μὴ πλήθῃ ὑποφόλλον. καὶ ὃ φαφεὸν μιγδαλῶν ὀν πυρετῷ ἀφαχώρημα. φλαῦρον ὃ καὶ ὃ ξηρὸν, φαθαρὸν, ἄχλοον, καὶ ὁμῶς, ἢ ἢν κοιλίῃ καθυγραίνῃ. μελάνων ὃ προσιελθόντων, κτείνει. A

καὶ τὰ μέλανα αἱματῶδες] Hic αἱματῶδες idem videtur significare quod ὀκοῖον αἷμα μέλαν, vt aphor. 21. libr. 4. & paulò pòst scribitur. Et καὶ ἄλλως, pro αἄνευ πυρετοῦ sumitur, etsi quædam exemplaria sequentibus iungunt.

καὶ τὸ ποικίλον καθαρὲς] ποικίλον καθαρὲς simul iungi potest, vt admodum & abundè varium excrementum sugillet, velut ἰκτερώδες καθαρέες antea dicti sunt hoc præsagio aurigine impensiùs fœdati & colorati: aut καθαρὲς per se abundè saturatum & syncera bile coloratum significat. Potest & καθαρὲς accipi de variis alui excrementis, quæ syncera & impermixta egeruntur, ποτὲ μὲν ὁμοῦ διεξερχόμενα ἀλλήλοισι, ποτὲ δὲ κατὰ μέρος, (vt scribitur in Prognost.) & vt loquitur Celsus, quæ modò diuersis temporibus, modò simul, & in mixtura quadam, discreta tamen repræsentant. B

καὶ χεῖρον] Aph. 21. lib. 4. καὶ ὁκόσοι αὖ τὰ χρώματα ὑποχωρημάτων πλέω πυνηρότερα ἦν, μᾶλλον κάκιον, σὺν φαρμάκῳ δὲ ἄμεινον. καὶ ὁσόσοι αὖ πλέω χρώματα ἢ πυνερά.

φαφερὸν] Hic φαφερὸν μιγδαικῷ iunctum deiectionem friabilem ac veluti saniosam indicat, ex viscerum corruptione aut colliquatione, qualis in suibus cernitur, aut iis qui pyris & pomis victitant, aut pane furfuraceo aut hordeaceo vescuntur. Potest & nigricans designare, quòd φαφεὰ aut φαφεὰ διαχωρήματα, ζωροειδῆ καὶ μελανειδεῖς Galenus exponit, & Dioscoridi μελαγχροῖα significant apud Galenum. φαθαρὸν autem aut φαθυρὸν in excrementis explicat Galenus τὸ εὐδιάλυτον καὶ μηδεμίαν ἔνωσιν ἔχον διέλυτον, aut ἄγριζον, quod est arenidum, friabile, non cohærens, & quod promptissimè teritur aut dissoluitur, qualia sunt eorum excrementa qui panicum aut milium, aut hordeaceos panes esitarunt, aut ex pyrorum sylueſtrium esu ruri se vidisse testatur Galenus. Interdum verò talia euadunt nec cohærent, tenui humore & dissoluto facili excrementis admixto & continuitatem impediente, etiam si quis integris cerealibus vtatur. Quod corporis vitio contingere potest, summámque & cruditatis & materiæ inæqualitatem, aut etiam colliquationem indicat, aluo tunc effusa, velut φαφερὸν μιγδαικὸν hîc iungitur. C

Liquidum alui recrementum, & breuibus interuallis cumulatum, malo est. Partim nanque vitium & insomniam, partim verò exolutionem pariet.

609 Ὑγρὸν διαχώρημα, καὶ ἀθρόον, καὶ κατὰ μικρὸν, κακόν. ὃ μὲν γὰρ κακὸν καὶ ἀγρυπνίῃ, ὃ δὲ ἔκλυσιν πάχ' ἀποιήσῃ.

Melior lectio ex Prognost. ὑγρὸν διαχώρημα, καὶ ἀθρόον, καὶ κατὰ μικρὸν, κακόν. Liquida enim alui deiectio & cumulata vires exoluit, frequens verò & ex breuibus interuallis insomniam quoque & vigilias parit. Hîc autem publicatorum codicum lectionem secutus sum, etsi mihi vitio carere non videtur. Nam τὸ μὲν γὰρ κακὸν, quanquam redundare videtur, viscerum tamen intemperaturam, aut naturæ oppressionem indicare non temerè potest. κατὰ μικρὸν quoque quod ex breuibus interuallis egeritur significat, & idem quod κατ' ὀλίγον ὑποχωρέειν, ἴκλυσις verò λειποθυμίαν. D

Perliquidum & aliquantulum friabile alui recrementum, cum summi totius corporis perfrictione, nõ sine febre, vitiosum est. Rigores præterea vesicam & aluum corripiunt. Valde verò aquosa deiectio in præcipitibus malis non desinens, malo est, atq; eo magis si sitis vacuitatem fecerit.

610 Ἐνυγρὸν ὑποφάφαεσα διαχώρημα τῆς ψυχρόμβου μὴ ἀπύρῳ, φλαῦρον. τὰ ὅτι τύτοισι ῥίγεα κύει καὶ κοιλίῃ ὅτι λαμβάνῃ. ὑδατῶδες δὲ σφόδρα διαχώρημα μὴ παυόμενον ἐν ὀξέσι, κακόν. καὶ μᾶλλον εἰ καὶ ἀδιψήσῃ.

Prorrh. 116. ὑποφάφαεσα διαχωρήματα dicuntur quæ hîc ὑποφάφαεσα, vt eadem sit vtriusque dictionis notio. Quam mutationem etiam agnoscit Galenus cùm à Dioscoride ὑποφάφαεσα in ὑποφάφαεσα versum scribit. Postrema verò huius prælagij pars in publicatis exemplaribus vitiosè scripta, quæ est de perliquida & aquosa deiectione diutiùs perseuerante nec mutationem in morbis acutis accipiente, sammam cruditatem & caloris natiui imbecillitatem indicat cum perenni materiæ affluxu. E

Prærubrum in alui proluuie excrementum vitio est. Vitiosum etiam admodum ex viridi pallescens, aut albicans, aut spumans, aut aquosum. Item malum est quod exiguũ, glutinosum, læue & ex viridi subpallidum. Pessima quoque deiectio liquida in sopore & torpore detentis. Lethale verò est etiam multum sanguinem grumosum ex aluo effluere, itémque candidum & liquidum excrementum cum alui tumore.

611 Ἐξέρυθρον ἐν πεῖπλυσι διαχώρημα, φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ ὃ σφόδρα χλωρὸν, ἢ λευκὸν, ἢ ἀφρῶδες, ἢ ὑδαρές. καὶ ὃ μικρόν τε καὶ γλίχρον, καὶ λεῖον καὶ ὑποχλωρὸν, κακόν. καὶ ὃ κωματώδεσι νενοσηθυμένοισιν ὑγρὸν διαχώρημα, κάκιστον. θανατῶδες δὲ καὶ αἱμορροῦν αἱματῶδες πολὺ θεμελῶδες. λευκόντε καὶ ὑγρὸν μὴ κοιλίης μετεώρου. F

πεῖπλυσιν vocat alui proluuiem multa tenuia & liquida effundentem. quæ hepaticum est symptoma, vt scribit Galenus & antea hoc præsagio πεῖπλυσις ἐξέρυθρος damnata est. Cæterùm sententiam istam ex melioribus codicibus distinximus, etsi multi coniungunt. Quæ tamen omnia non satis aptè cohærent.

καὶ τὸ σφόδρα χλωρὸν] Id ex Prognost. sumptum est.

Alui excrementum nigrum, velut sanguis, & cum febre, & sine febre, malo est. Mala item quæcunque varia, & quæ bile abundè sunt saturata.

612 Διαχώρημα μέλαν οἷ αἷμα, καὶ σὺν πυρετῷ, καὶ ἄνευ πυρετῦ, πονηρόν. πονηρὸν δὲ καὶ ποικίλα, καὶ τὰ καθαχρέα πονηρά. G

Hæc sententia aph. 21. lib. 4. exprimit. καθαχρέα autem intelligi possunt bile admodum saturata, aut quouis etiam alio colore exaturata, vt viridi, flauo, nigro aut rubro, cùm ποικίλα simul iungantur, eadémque proprij seri consumprionem indicent.

Alui recrementa quæ in spumosa & syncera desinunt, omnibus quidem ingrauescentis mali significationem præbent, conuulsione verò tentatis, vel maximè. In huiusmodi casibus ad aures tubercula oriri solent. At quæ perliquida, ac rursus consistentia, syncera, stercoracea, morbi longitudinem denunciant. Prærubrum verò in febre, delirium. Candicans

613 Τὰ ἐς ἀφρώδεα ἄκρητα τελευτῶντα διαχωρήματα, παρεξωυλικὰ μὲν πᾶσι, τοῖσι δὲ ἀσπασμώδεσι ἢ πόνῳ. ὀλιγοτοιύτων τὰ παρ' οἷς ἀνίσαν). τὰ δὲ ἐξυγραινόμενα, ἢ πάλιν σωιστάμενα, ἄκρητα, κεστρώδεα, μῆκος νύσου σημαίνει. ὃ δὲ ἐξέρυθρον ἐν πυρετῷ, παραλληλῶ. ὃ δὲ λευκὸν H

κεστρῶδες,

A κεστρῶδες, ἰκτέρῳ δύσκολον. ὃ δὲ ὑγρὸν ἐν πυρετῷ τεθνήκασι λαβὸν ἔρευθος.

Ex Prorrhetico 111. præcipuè & Prorrhetic. 50. sumpta sententia. Meliùs verò in quibusdam Prorrhet. exemplaribus, πᾶσι μὲν παρεξωυλικὰ, pro πᾶσι, legitur, quòd huiusmodi deiectiones in synceras desinentes, non omninò ingrauescentis mali significationem præferant, sed tum præcipuè vbi talia excrementa perseuerant, & præterquàm quòd non desinunt, etiam in spumosa syncera, & prioribus longè deteriora mutantur. Quod sequitur miserè est exagitatum nostris in exemplaribus. Quædam etiam ista distingunt, quædam coniungunt.

τὸ δὲ λευκὸν] Alba & stercorosa deiectio in ictero negocium facessit, icterique magnitudinem & causæ pertinaciam ostendit. At B quæ liquida in matula deposita ruborem accipit, hepatis imbecillitatem aut alicuius visceris in flammationem portendit. Exemplaria publicata λαῦρον ἔρευθος legunt, qua lectione exaturatus ac copiosus rubor accipitur. Sed nos cum Cornario & Hollerio λαβὸν legimus.

614 Αἱμορραγέοι γλίχρον διαχώρημα μέλασι διαποίκιλον, κακοηθὲς, μάλιστα δὲ ἐκλυόμενοις.

Sanguinem effundentibus glutinosum alui recrementum, maculis nigris distinctum, malignitatem denotat, præcipueq; in exalbidis.

ἔκλευκοι dicuntur valde candicantes, qui pituita redundant, quorum naturæ respondere alui excrementa debent, non autem variegata, aut nigris maculis distincta, quæ humorem retorridum eiusq; malignitatem denotant.

615 Ἔκλυκον διαχώρημα ἐν πυρετῷ ὂν δυκρινές. C

Exactè candicans alui recrementum in febre nullam bonam iudicationem denunciat.

Exactè candicantes deiectiones obstructionum indices bilis flauæ auersionem significant, & icterum minantur. Quare nullam habent probatam iudicij notam. Videtur autem huius præsagij author tacitè eam quæ fit à morbo regio in febre iudicationem sugillare, quòd non nisi molestiæ & laboris plena fit.

616 Κοιλίη παραχρῶδης σμικρῆσι πυκνῆσιν ἀναστάσεσι, σηρόνας ἐντείνει. κοπῇ δὲ καὶ ὅτι παρεστῶτος ἀλγήματα ἐρυθήματα.

Aluus perturbata cum frequenti desidenti labore, maxillas intendit, rubores etiam faciei soluit.

Laborem & insomniam potiùs facit frequens desidendi labor, quàm rigorem aut conuulsionem, cuius rudimentum ponit σηρόνας ἐντείνειν. κοπῇ ὁ ἀνθρωπος ὑπὸ τῆς ξωυερέος ἐξαναστάσιος καὶ ἀγρυπνίαν αὖ, vt scribitur in Prognostico. Secutus sum autem sensum D maximè popularem, vt rubores faciei soluat huiusmodi frequens desidendi labor, etsi frequentes deiectiones faciei ruboribus exortis subsistere non sit alienum, vt etiam surditate aluum in febribus retardari contingat.

617 Κεστρῶδης μετὰ πόνου διαχώρησις, κοιλίης πόνηρείῃ σημαίνει. φλεγματώδης ὃ ὀξέως μετὰ καρδιωγμοῦ, δυσεντερείῃ. πάχα δὲ καὶ ὀσφυαλγίῃ. τοῖσι τοιούτοισι κοιλίης τρέψασις τρὸς διάγκῃ ὑγρὰ χαλῶσα τάχιον κυλλοραθύη, ἔχει τι πασμῶδες. ὃ δὲ πιρίγραφῶ τούτοισιν ὀλέθριον. E

Stercoracea alui egestio cum tensione, aluum malè affectam denunciat. Pituitosa verò repente cum oris ventriculi dolore, intestinorum difficultatem, & fortasse etiam lumborum dolorem. In talibus aluus circumtensa, ex necessitate liquida demittens, celeriter intumescens, quandam conuulsionis significationem præsefert. In his nouus subinde rigor, periculum creat.

Stercorosa deiectio cùm alui contentione flatuum copiam indicat, vnde malè afficitur. Pituitosa verò cum oris ventriculi motsu ob pituitam salsam, dysenteriam denunciat. Quod sequitur ex Prorrh. 99. desumptum videtur, neque paruam hîc parit obscuritatem. τρέψασις nanque legendum videtur, & κυλομένη pro ὀγκωμένη positum insolentiam facit, ac fortè vitium subolet. κυλὸν enim cùm dicatur Hippocrati distortionis species qua membrum in exteriorem partem conuersum luxatur, & intrò flexum extra protuberat, pro alui inflatione & tumore poni nouum est, quòd intus flectatur ac cauetur, extra verò gibbum faciat ac protuberet. Ac certè παχὺ ὀγκωμομένη, aut παχέως, legendum videtur facili lapsu, isque mihi videtur esse locus quem subindicat Erotianus, cùm ὀγκωμομένου ἤκοιλίου apud Hippocratem explicat. Scribit nanque, ὀγκύλεος μὲ ἀθλικῶς λέγεται, τὸ μέγα καὶ ἐπηρμένα φρονεῦν. ὁ δὲ Ἱπποκράτης ὀγκωμομένου λέγει κοιλίου, πλὴν παχέως εἰς ὄγκον αἰρομένου. ὀγκύλεος tamen & ὀγκωλομένου, apud Erotianum scriptum F est. Neque verò ex ista casuum concursione conuulsionem prædici necesse est, vt satis patet ex Galeno in Prorrh. Cornarius pro κυλομένη ἐπηρμένη, legisse videtur, quem etiam secutus est Præceptor Hollerius. Aut certè inflatam aluum retentis fœcibus, restitantem dixerunt.

Quibus nigra per aluum secedunt, ij tenuibus & frigidis sudoribus diffluunt.

618 Οἷσι μέλανα διαχωρέει, ἐφιδροῦσι ψυχροῖς.

Deiectiones nigræ in vehementi aut pertinaci morbo, suspectas pernicici notas habent, viribus plurimùm affectis ac extincto calore natiuo, vnde sudores frigidi & tenues mortis rudimenta sunt. Liene tamen expurgato, interdum criticè & salutariter nigra per aluum deiiciuntur.

Quibus circa initia aluus turbatur, vrinæ autem G paucæ sunt temporis progressu aluus quidem reficcatur, vrina verò tenuis abundat, his abscessus ad articulos fiunt.

619 Οἷσι κοιλίη κατ' ἀρχὰς ταράσσεται, τὰ δὲ οὖρα μικρὰ, τρεσαγόντων κοιλίη μὲν ξηραίνεται, ὃ δ' οὖρον πληθύει λεπτὸν, τούτοισιν ἀποστάσιες ἀρθρα.

Id fit materia ad intestina conuersa, vt & aluo reficcata vrina copiosior affluit, quæ vt tenuis est, cruditatis notas exhibet, ideoq; abscessum in articulos suspectat.

Frequentes desidendi labores rigorem adferunt, & quibus alui recrementum vitiosum est, id maximam molestiam exhibet, si quarto die initium fecerit.

620 Αἱ κατὰ μικρὰ διαστάσιες ῥιγώδεες. καὶ οἷς φλαῦρον διαχώρημα, δυσκολώτατοι τεταρταίοισιν ἀρχόμενοι. H

Exemplaria quædam φεικώδεες pro ῥιγώδεες legunt, quæ secutus videtur Cornarius, qui etiam κάθαρον διαχώρημα legit, & ἀρχόμενοισιν. Frequens autem desidendi labor in Prognost. damnatur, quòd fatigationem & insomniam afferat. Probatur nanq; μήτε πυκνὸν μήτε κατ' ὀλίγον ὑποχωρέειν. Valde autem suspecta mala sunt quæ quarto die malignitatis indicia præseferunt, & statum naturæ ordinem grauant. Nam & multum molestiæ exhibent, & difficilem solutionem faciunt.

Frequentes & ex paruis interuallis desidendi labores, aliquantulum glutinosa excernentes, cum paucis stercoraceis, præcordiorum & lateris dolore, morbum regium prænunciant. Animaduertendum autem num ex istorum suppressione ij cum virore pallescant. Eos verò etiam existimo sanguinem profundere. Hos quoque lumborum dolores affligunt, & his sanguinem profundentibus, sanguis splendidus prodit. Cum sopore & capitis dolore subinde incalescere, perniciem denunciat.

[621] Αἱ πυκναὶ καὶ μικραὶ ἀναστάσιες ὑπογλίσχροι, ἐχουσαι μικρὰ κοπρώδεα, μετὰ ὑποχονδρίου καὶ πλευροῦ ἀλγήματος, ἰκτερώδεες, ἃς ἐπιστάντων οὔτοι ὀκλοιοῦται. οἶμαι δὲ καὶ αἱμορροΐδων τούτοις. τὰ δὲ ἐς ὀσφὺν ἀλγήματα ἐν τούτοισιν αἱμορροοῦσιν αἷμα λαμπρὸν. καὶ κάρου καὶ κεφαλαλγίης, ὁ ἐπιχλιαίνεσθαι, ὀλέθριον.

Hæc casuum multorum coaceruatio ex Prorrhet. 146. de scripta est, in quo etiam ὑποξανθοι additur, & pro ὀκχλοιοῦται, ὀκλύουται (vt aliàs sæpe) legitur. Postrema verò pars valde est conturbata. Sunt qui eam aliter distinguant. Solet autem lumborum distentio interdum per dysenteriam cruentam, nonnunquam etiam per hæmorrhoidas leuari, túncque sanguis purus ac splendidus effunditur.

Glutinosæ, biliosę deiectiones magis quodammodo abscessus iuxta aures excitant.

[622] Τὰ γλίσχρα, χολώδεα μᾶλλόν τι τὰς ἀποστάσιας παρ' οἷς ποιέει.

Sunt alia parotidum propria magis signa & veluti ἀναγκαῖα ac necessaria quæ in Prognost. & Prorrh. describuntur, & doctrinæ complexione comprehenduntur, vnìusque sunt generis. Et aluo erumpente parotides attolli rarum est, quin potiùs subsidere constat ex Olazomenio ægr. 10. lib. 1. Epid.

Tumores humescente aluo sublati in altum cum doloribus, malo sunt, aluo verò suppressa, dum ne quid aliud innouetur, celeriter rumpuntur, & maligniores sunt. In his vomitus praui & maligni.

[623] Ὅσα κοιλίης καθυγραινομένης οἰδήματα μετεωρίζεται μετ' ἀγκωνίων, καὶ κόν. κοιλίης δὲ ἐπιστάσης, ἄλλου δέ τινος μὴ νεωτεριαθέντος, ταχέως καταῤῥήγνυται, καὶ κακοηθέστερον. τὰ ἐμέματα ἐπὶ τούτοισι πονηρὰ καὶ θηριώδεα. C

Hoc Prognostico ventris tumores cum doloribus sugillantur, & in aluo suppressa maius periculum quàm in effusa denunciant. Sic aphor. 7. lib. 6. τὰ ἀγκώνια καὶ οἰδήματα τὰ μὲ μετέωρα κυφόπεα, τὰ δὲ μὴ μετέωρα, ἰχωρόπεα. θηριώδεα verò malignitatem & humorum feritatem vomitione refusorum, ac fortè etiam lumbricos denotant.

Quibus facies incendium & intensus rubor soluitur, & graueolens est alui egestio, redundans & subrubra, in his insaniæ metus est.

[624] Οἷσιν ἐπὶ φλογώδεσι καὶ ἀξερύθεσι λυομένοις, δυσώδεσι, λάβρεσιν, ὑπέρυθρον, ἐλπὶς ὀκμανίης. D

Idque præcpuè si faciei ardor & inflammatio cerebrum appetat, interdúmque effusis per aluum æstuantibus & acribus succis, quæ sensu λυομένοις quidam sumunt. φλογώδες autem de facie incensa & exaturato rubore colorata, dici Hippocrati solenne est, quod effecit vt hîc ad faciei incendium referrem, etsi ad deiectiones flammeas ac ardentes ex bile syncera & vitellina alij referant.

Cutis corporis squallida & plus æquo sicca, malæ affectæ alui index est. In his prærubræ carunculæ purulentæ ferè ex aluo prodeunt.

[625] Ὁ αὐχμώδης χρὼς σημαίνει κοιλίην πονηρόν. ἐπὶ τούτοισιν ἐρυθρὰ σαρκύδια μάλιστα δίδοται. E

Lethalis dysenteriæ indices sunt carunculæ purulentæ ex aluo prodeuntes, ex placito 26. lib. 4. febris verò tanta vt humores exasperet. & corpus squallidum & resiccatum reddat, periculum etiam intendit. A liôqui etiam viscerum vitio & labefactata naturali œconomia, interdum prærubra excrementa effunduntur, carnis purulentæ instar, quæ carnis teneræ & mollis colliquationem præseferunt, vnde corporis cutis squallescit & resiccatur. χρὼς autem dicitur Hippocrati, quælibet corporis pars carnosa, aut quicquid in corpore est carnosum, cuius generis præcipuè sunt cutis & musculi, vt scribit Galenus Comment. 2. in libr. de fract.

In biliosa aluo, molli, stercoracea egerente, apparentes æstus tumorem ad aures excitant.

[626] Ἐπὶ κοιλίῃ χολώδει, μαλθακῇ, κοπρώδει, καύματα ἐπιφανέα, παρ' οἷς ἔπαρμα ποιέει. F

Ex Prorrhet. 168. petitam esse apparet hanc sententiam, ex quo etiam κόματα pro καύματα reponi debere constat. Neq; enim καύματα ad parotidum prædictionem plurimùm possunt, cùm κῶμα earum sufficiens nota sit. μέλαινα etiam pro μαλθακὰ legunt illic exemplaria, & χολώδεα expungunt.

Biliosas alui deiectiones surditas, & surditatem biliosa alui deiectio sedat.

[627] Χολώδεα ἀναχωρήματα κώφωσις παύει. κώφωσιν δὲ παύει χολῶδες ἀναχώρημα.

Ex aphorism. 28. & 60. libr. 4. sumptum hoc præsagium. Celsus quoque, nihil plus aduersus surditatem quàm biliosam aluum posse, scribit.

Serpẽtia vlcera supra inguina, ad laterum inanitatem & pubem enata, malè affectam aluum denunciant.

[628] Τὰ ἑρπητικὰ ὑπερεφύη βουβῶνος, πρὸς κενεῶνα καὶ ἥβην γινόμενα, σημαίνει κοιλίην πονηρὴν γινομένην. G

Biliosum nanque & acrem humorem multum illis in partibus adesse significatur à quibus aluus solicitata malè afficitur.

Virium exolutio dolorem soluens, aluum maximè humectam reddit.

[629] Ἔκλυσις ὀδυνῶν λύουσα, κοιλίην μάλα καθυγραίνει.

Habitum enim totius corporis refrigerat & humectat, corpúsque elaxat, vnde contingit vt relaxatis ventriculi fibris & reuocatis spiritibus aluus effundatur, siue virium & animi defectio ἔκλυσις intelligatur, siue membrorum impotentia quædam. Nam & istud in dies conspicimus vsuuenire in ea animi defectione quæ ex liberali sanguinis missione in maximis doloribus aut febribus ardentibus imperatur, & membrorum exolutio & ad motum impotentia coli dolores soluens interdum & iudicans, totum corpus emollit & humectat. H

[630] Τὰ καθ'

A [630] Τὰ καθ' ἕδρην ὀδυνώδεα ὀκπυήματα, κοιλίην ἐπιτα ρασσει.

Quæ circa sedem eum dolore suppurant, aluum conturbant.

Doloris ratione fit attractio, & puris acrimonia aluus etiam irritatur & effluit.

[631] Θανατώδεα ἐστὶ τὴν ἀναχωρημάτων ὃ λιπαρὲς, καὶ ὃ μέλαν, καὶ ὃ πελιὸν μετὰ δυσωδίης, καὶ ὃ χολῶδες ἔχον ἐν ἑωυτῷ φακῶν ἢ ἐρεβίνθων ἐείκασι τῷ πλήσια, ἢ οἷ ἀεγμοὺς αἵματος διαθῇς, καὶ τὴν ὀδμὴν ὅμοιον τῇ τῶν νηπίων, καὶ ὃ ποικίλον, ὃ δὲ αὖ καὶ χέγνον. γίνοιτο δὲ αὖ τοιοῦτον αἱματῶδες, ξυσματῶδες, χολῶδες, μέλαν, τραγοῤῥδες, καὶ ὁμοῦ, καὶ ἐνδιαλείξ. θανατῶδες δὲ καὶ τοῦτ' ἐστὶ ὃ ἀναιδήτως διεξιόν. B

Exitialis est deiectio pinguis & nigra, ac liuida cum odoris grauitate, itémque biliosa simile quiddam lentium aut cicerum lomento continens, aut veluti bene florulentos sanguinis grumos, & infantium egestionem odore referens, ac varia, eadémque diu perseuerans. Talis etiam fuerit cruenta, strigmentosa, biliosa, nigra, viridis, & simul, & per vices excreta. Exitialis quoque quæcunque prodeundo sensum ægri fallit.

ἔεγμα etsi idem quod ἐρεγμὸς aut ἔρεγμα, & fabam fresam fractámque significat, aliis tamen leguminibus etiam accommodatur. Deiectionem igitur biliosam intelligit, quæ simile quiddam lentì aut ciceri fresо & fracto continet, aut eorum lomento similis est, tum colore subrubro, tum etiam substantiæ inæqualitate, bilisque incendium in angustissimis venæ portæ anfractibus indicat. Cornarius κώμων ἐείκασι pro φακῶν legisse videtur, sed φακῶν ἐρέγματα Erotianus legit, & αὐτὴ δ' διαῤῥήματα sumi scribit. καὶ ὃ ἐρεγμὸς κυρίως λέγει ὁ δίχα διηρημένος κώκυος. Deducuntur autem ista ab ἐρείκειν, quod est χαίειν, ῥαίζειν, scindere, diuidere, vnde ἐρείκιδες Galeno in Exegesi, etsi ἐείκιδες quidam legunt.

ἢ οἷον θρόμβους] Sanguinis benè florulentos grumos, interspersas sanguinis floridi notas in biliosa deiectione intelligit, quæ molestam & tandem exitialem dysenteriam minatur.

καὶ τὴν ὀδμὴν] Id de biliosa egestione intelligẽdum, quæ infantibus valdè familiaris est, & odore grauis, etiam si solo lacte, ad corruptionem & putredinem admodum procliui, nutriantur. Vnde etiam virides & porraceæ illis egestiones fiunt, cibum huiusmodi non probè concoquentibus, sed cruditate laborantibus. Hîc autem exprimitur quod in Progn. scriptum est, ἢ ἰώδεα καὶ κάκοδμα. Vnde etiam reliquæ exitialium deiectionum attributiones sumtæ sunt.

γίνοιτο δ' αὖ τοῖον αἱματῶδες] Hîc cruentam deiectionem periculo adiicit, quæ à quibusdam etiam additur in Progn. & eam Celsus legisse videtur, cùm scribit, † Aluus quoque varia pestifera est, quæ strigmentum, sanguinem, bilem, viride aliquid, modò diuersis temporibus, modò simul, & in mistura quadam, discreta tamen, repræsentat. (Sic enim ex membranis melioribus lego.) †*Cap. 6. lib. 2.*

C Vbi etiam ὁμοῦ καὶ ἀναλὰξ disertè explicatur.

Exitialis est deiectio pinguis & nigra, ac liuida cum odoris grauitate, itémque biliosa simile quiddam lentium aut cicerum lomento continens, aut veluti bene florulentos sanguinis grumos, & infantium egestionem odore referens, ac varia, eadémque diu perseuerans. Talis etiam fuerit cruenta, strigmentosa, biliosa, nigra, viridis, & simul, & per vices excreta. Exitialis quoque quæcunque prodeundo sensum ægri fallit.

[632] Ποτὸν χαλεπῶς καταβρογχίζοντι πνεύματι βηχώδεϊ, ἐρεύγμοὺς ὑποσπώμενος, εἴσω καὶ ἐξω, καὶ πνεύμα βηχώδες, ὅμοιον κοιλίης. πονηρὸν δὲ καὶ ἀξερύθεα ἰώδεα τεταρταίοισι, καὶ αἱ πυκνῶται, αἱμόῤῥοιαι κωματώδεες. ἐν τούτων ἀσημῷ. τελευτῶσι, μελάνων τραγοῤῥελεθόντων.

Potum ægrè deglutienti cum spiritu tussiculoso, eructatio quodammodo reuulsa, intro conuoluta, ventris dolorem denunciat. Vitiosæ etiam sunt prærubræ deiectiones, æruginosæ quarto die apparentes, ac eiusmodi sanguinis profluuia soporem inducunt. In his casibus ex conuulsione moriuntur, nigris ante prodeuntibus.

in cerebrum, neque in venas cauas, neque in ventriculos receperit. Cùm enim ſpiritum ore & naribus homo accipiat, primùm quidem cerebrum petit, deinde magna ex parte in ventriculum fertur, pars quidem ad pulmonem, pars etiam ad venas, indeque per venas ad reliquas partes diſpergitur. Quique ad ventriculum fertur refrigerat, nihilq; aliud confert, quod etiam ad pulmonem delatus præſtat. Aër verò qui ad venas peruenit, cerebrum ſubiens ad ventriculos accedit, ſicque intelligentiam & motionem membris præbet. Quare vbi pituita à venis aërem excluſerit, eumque minimè admiſerint, voce defectum & minimè intelligentem hominem efficiunt. Manus autem ad motionem impotentes redduntur, & contrahuntur, ſanguine conquieſcente, neque, vt conſueuit, diffuſo. Oculi peruertuntur cùm venæ aëre excluduntur & contorquentur. Spuma autem ex pulmone per os prodit. Cùm enim ſpiritus in ipſum minimè ſubit, velut moriens ſpumeſcit & ebullit. Stercus verò ſubmittitur, dum violenter ſuffocatur. Quod fit cùm hepar & ventriculus ad ſeptum tranſuerſum irrumpit, & os ventris occluditur. Irrumpit verò, cùm ſpiritus non quantus ſolebat in os ingreditur. Pedibus autem calcitrat, cùm aër in membris intercluſus, foras præ pituita emergere non valet, & cum ſanguine ſurſum ac deorſum impetu delatus, conuulſionem & dolorem infert, ideoque calcitrat. Atque hæc quidem omnia patitur, cùm pituita frigida in ſanguinem calidum defluens, eum ſiſtit & refrigerat. Et ſi quidem fluxio copioſa & craſſa fuerit, ſtatim necat. Sanguinem enim frigore ſuperat & congelat. Sin verò paucior extiterit, in præſentia quidem ſuperat & reſpirationem intercipit. Deinde temporis ſpatio cùm per venas diſperſa, & copioſo ſanguini ac calido permixta fuerit, ſi hoc modo ſuperetur, venæ aërem ſuſcipiunt, ægrique ad intelligentiam redeunt. Qui ætate parvula hoc morbo corripiuntur, plærunque intereunt, ſi copioſa & humida fluxio contingat. Venæ nanque cùm tenues exiſtant, pituitam craſſam & copioſam recipere nequeunt, ſed refrigeratur & condenſatur ſanguis, hocque modo pereunt. Quòd ſi pauca fuerit & in vtraſque, aut alterius partis defluxionem fecerit, ſuperſtites euadunt, nota ex morbo impreſſa relicta. Aut enim os contrahitur, aut oculus, aut ceruix, aut manus, quacunque parte venula pituita repleta, ſuperata & extenuata fuerit. Hanc igitur venulam debiliorem eſſe, iſtamque corporis partem læſam viribus deficere neceſſe eſt. At verò in longius tempus plærunque iuuat. Neque enim ſi ſemel notam ex morbo impreſſam habuerit, ampliùs morbo corripitur. Eam ob cauſam venæ reliquæ neceſſariò malè afficiuntur, ſimúlque quadam ex parte graciles efficiuntur, ita vt aërem quidem ſuſcipiant, & pituitæ defluxio non ampliùs ſimiliter affluat. Venis tamen malè affectis membra ſimili modo debilia eſſe par eſt. Quibus autem grandiori ætate & valdè etiam pauca pituita, & in dextram partem affluxerit, ij citra notam ex morbo relictam ſuperſunt, periculum tamen

est ne morbus familiaris reddatur, & simul increscat, nisi accommodata curatio adhibeatur. Pueris igitur ista, aut his proxima contingunt, grandiores verò natu, cùm superuenerit, neque interficit, neque contorquet. Nam & venę amplam habent cauitatem, & sanguine calido refertæ sunt, ideoq; neque superare pituita potest, neque sanguinem refrigeratum cogere, sed ipsa superatur, & celeriter sanguini permiscetur, hocq; modo venæ aërem suscipiunt, & intelligentia permanet, & propter virium robur, signa priùs commemorata minùs prehendunt. Valdè senes autem, cùm superuenerit hic morbus, ideò interficit, aut parte aliqua resolutos reddit, quòd venæ iam vacuæ redditæ, paucum sanguinem, tenuem & aquosum continent. Si quidem igitur copiosa fluxio fuerit, & hyems instet, interficit. Suffocando enim spirationem intercipit, & sanguinem congelat, si in vtranque partem defluxio contingat, sin verò in alteram partem tantùm, parte quadam syderatum reddit. Neque enim sanguis, tenuis cùm sit, frigidus & paucus, pituitam superare potest, sed superatus ipse congelatur, vt proinde partes illæ in quibus corruptus sanguis fuerit, ad motionem impotentes euadant. In partem autē dextram magis quàm in sinistram defluxio fit, quia venæ ampliores sunt & plures quàm in sinistris, cùm de iecore & liene tendant. Pueris autem maximè defluxio fit & eliquatur, quibus sanè siue ex sole, siue ex igne caput concaluerit, siue etiam de repente cerebrum inhorruerit, tum etiam pituita excernetur. Colliquescit siquidem calore & cerebri diffusione, frigore autem & concretione excernitur, sicque defluxio fit. Et hæc quidem quibusdam causa est, quibusdam etiam cùm post aquilonares ventos auster mutationem fecerit, concretum ac debile cerebrum de repente soluitur & laxatur, ita vt pituita exundet, sicq; defluxionem faciat. Insuper etiam defluit, si obscurus aliquis metus contingat, si vociferante quidem aliquo territreatur, aut etiam cùm plorat, si spiritum quidem citò recipere nequeat, qualia frequenter pueris contingunt. Ex quibus sanè totum corpus inhorrescit, vox ægrum deficit, & spiritum non attrahit, sed spiritus conquiescit, & cerebrum concrescit, sanguisq; sistitur, sicq; pituita excernitur & defluit. Ac pueris quidem hæ per initia comitialis morbi causæ sunt. Grandioribus autē natu hyems maximè est infensa. Cùm enim ad multum ignem caput & cerebrum concalefecerit, deinde ex frigore rigore correptus fuerit, & ex frigore ad locū tepidum accesserit, & iuxta ignem sederit, hoc idem etiam patitur. Atque hoc morbo, velut antè est commemoratum, ad hūc modum corripitur. Multùm autem periclitatur, ne idem per ver patiatur, si caput ad solem exponatur, per æstatem verò minimè, cùm tunc repentinę mutationes non contingāt. Cùm verò vigesimum annum præterierit, non ampliùs prehendit hic morbus, aut certè paucos, aut nullum, nisi pueritiæ fuerit familiaris. Venę enim sanguine refertæ sunt, & cerebrum compactum est & rigidum, ita vt non defluat in venas. Quòd si defluxerit, sanguinem copiosum & calidum minimè superat.

ξωσαφιῶαι καὶ ξωαυξηθιῶαι, διὰ μὴ θερμαθῶσι βίαιον ἐπιτηδείοσι. τοῖσι μὲν οὖν παιδίοισιν ἔστω γνῶσις, ἢ ὅτι τούτων ἐγγυτάτω. τοῖς δὲ πρεσβυτέροισι σὺν ἀποκλείει ὀκόταν ἐπιγένηται σὺν δὲ ἀφαιρέει. αἴτιον γὰρ φλέβες εἰσὶ κοῖλαι, καὶ αἷμα λεπτὸν μεταὶ θερμοῦ, διότι σὺν δὲ δυνάται ἐπικρατῆσαι τὸ φλέγμα, οὐδὲ ἀποψύξαι τὸ αἷμα, ὥστε καὶ πῆξαι. ἀλλ' αὐτὸ κρατέεται καὶ καταμίγνυται τῷ αἵματι ταχέως. καὶ οὕτω πολλαὶ ἔχονται αἱ φλέβες τὸν νέον, καὶ τὸ φλέγμα γνῶσις. τάτε σημήια τὰ πρεσβυτικὰ, ἤδιστον ἐπιλαμβάνει αἷμα τῶν ἡμῶν. τοῖσι δὲ πρεσβυτάτοισιν, ὀκόταν ἐπιγένηται τὸ τοῦ νόσημα, διὰ τοῦτο ἀποκλείει, ἢ πολύπληκτον ποιέει, ὅτι αἱ φλέβες κενέονται, καὶ τὸ αἷμα ὀλίγον τέ ἐστι, καὶ λεπτὸν, καὶ ὑδαρές. διὰ μὲν οὖν πολὺ καταῤῥυῆ καὶ χειμῶνος ἢ καιρὸς, ἀποκλείει. ἀπέπνιξε γὰρ τὰς ἀναπνοὰς, καὶ ἀπέπηξε τὸ αἷμα διὰ ἀμφότερα ὁ καπάῤῥος γίνεται. διὰ δὲ ὅτι μάτερα, μοιοῦν πολύπληκτον ποιέει. οὐ γὰρ δυνατὸν τὸ αἷμα ὑπικρατῆσαι τὸ φλέγματος, λεπτὸν ἐὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ὀλίγον, ἀλλ' αὐτὸ κρατηθὲν, ἐπάγη. ὥστε ἀκρατέα εἶναι, καθ' ἃ τὸ αἷμα διαφθαρῆ. ἐς δὲ τὰ δεξιὰ μᾶλλον καπάῤῥεέ, ἢ ἐς τὰ ἀριστερά, ὅτι αἱ φλέβες εἰσὶ κοιλότεραι καὶ πλείονες, ἢ ὅσαι τοῖσι ἀριστεροῖσιν. ἀπὸ γὰρ τῶν ἥπατος τείνουσι, καὶ ἀπὸ τοῦ σπλῆνος. ὑπικαπαῤῥεέ δὲ καὶ ἀποτήκεται, τοῖσι μὲν παιδίοισι, μάλιστα, οἷσι δ' ἂν διαθερμανθῇ ἡ κεφαλὴ, διότε ἀπὸ ἡλίου, διότε ἀπὸ πυρός. διότε καὶ ἐξαπίνης φέξῃ ὁ ἐγκέφαλος, καὶ τότε ἀποκείνεται τὸ φλέγμα. ἀποτήκεται μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς θέρμης, καὶ διαχύσει τοῦ ἐγκεφάλου. ἀποκείνεται δὲ ἀπὸ τῆς ψύξιος τε καὶ ξυστάσιος. καὶ οὕτως ὑπικαπαῤῥεέ. τοῖς μὲν αὕτη ἡ πρόφασις γνῶσις. τοῖσι δὲ καὶ ἐπειδὴν ἐξαπίνης μετὰ βόρεια πνεύματα νότος μεταβάλῃ, ξυνεστηκότα τὸν ἐγκέφαλον καὶ ἀραιούμενα ἔλυσεν καὶ ἐχάλασεν ἐξαίφνης, ὥστε πλημμυρεῖν τὸ φλέγμα, καὶ οὕτω τὸν καπάῤῥοον ποιέεται. ὑπικαπαῤῥεέ δὲ καὶ ἐξ ἀδήλου φόβου γινομένου, διὰ δείσημά τι ἢ βοὴν ἀνθρώπινον. ἢ καὶ μεταξὺ κλαίων, μὴ οἷός τε ἐὼν τὸ πνεῦμα ἀναλαβεῖν, οἷα γίνεται παιδίοισι πολλάκις. ὅ, τι αὖ τούτων αὐτῶν γίνεται, διὰ τὴν ἐφεῖξε τὸ σῶμα. καὶ ἄφωνος γενόμενος τὸ πνεῦμα οὐχ εἵλκυσεν. ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ἠρέμισε, καὶ ὁ ἐγκέφαλος ξυνέστη, καὶ τὸ αἷμα ἔστη, καὶ οὕτως ἀπεκείθη καὶ ὑπικατέρρυε τὸ φλέγμα. τοῖσι μὲν παιδίοισιν, αὕτη αἱ προφάσιες τῆς ἐπιλήψιος εἰσὶ τῶν ἀρχαί. τοῖσι δὲ πρεσβύτησι, χειμὼν πολεμιώτατός ἐστιν. ὅταν γὰρ πνεῦσι πολλὰ διαθερμανθῇ τὼ κεφαλὼ καὶ τὸν ἐγκέφαλον, ἔπειτα ἐν ψύχει γένηται καὶ ῥιγώσῃ, καὶ ἐν ψύχει εἰς ἀλέω ἔλθῃ, καὶ πρὸς πῦρ καθίσῃ, καὶ αὖθις τοῦτο πάσχει. καὶ οὕτως ὑπίληπτος γίνεται τὰ πρόσθεν. κίνδυνος δὲ πολὺς καὶ ἥκιστα παθέειν, ἐν αὖθις τοῦτο ἐὼν ἡλιωθῇ ἡ κεφαλή. τοῦ δὲ θέρους, ἥκιστα. οὐ γὰρ γίνονται μεταβολαὶ ἐξαπίναιαι. Ὁκόταν δὲ εἴκοσιν ἔτεα παρέλθῃ, ἐν ἔτι ἡ νοῦσος αὕτη ὑπιλαμβάνει, διὰ μὴ ἐν παιδίου σωίζοφός ἔῃ, ἀλλ' ἢ ὀλίγοις, ἢ οὐδένα. αἱ γὰρ φλέβες μεταὶ εἰσιν αἵματος. καὶ ὁ ἐγκέφαλος σωέστηκεν, καὶ ἔστι γρυφνὸς, ὥστε οὐκ ὑπικαπαῤῥεέ ὑπὸ τὰς φλέβας. διὰ δ' ὑπικαταῤῥύη, τοῦ αἵματος οὐκ ὑπικρατέει, πολλοῦ καὶ θερμοῦ ἐόντος. ὧν δὲ

ὧν δὲ ἀπὸ παιδίου σωηνύξηται, καὶ σωεύδοφεν, ἔθος πεποίηκεν ἐν τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων τοῦτο πάσχειν, καὶ ὑπίληπτον ὡς τὰ πολλὰ γίνεσθαι, καὶ μάλιστα ἐν τοῖσι νοτίοισιν, ἤτε ἀπάλλαξις χαλεπὴ γίνεται. ὁ γὰρ ἐγκέφαλος ὑγρότερος γίνεται τῆς φύσιος, καὶ πλημμυρεῖ ὑπὸ τοῦ φλέγματος, ὥστε τοῖς μὲν καταῤῥόοις, πυκνότερος γίνεσθαι. ἐκκεκριθῆναι δὲ μηκέτι οἷόν τε εἶναι τὸ φλέγμα, μὴ δὲ αὐξηθῆναι τὸν ἐγκέφαλον, ἀλλὰ διαβρέχεσθαι, καὶ εἶναι ὑγρόν.[32] γνοίη δ' ἄν τις τόδε μάλιστα, τοῖσι πρεσβύτοισι, τοῖσι καταλήπτοισι γινομένοισιν ὑπὸ τῆς νόσου τούτου, καὶ μάλιστα τῆσιν αἰγίν. αὕτη γὰρ πυκνότατα λαμβάνουσι. διὰ δὲ ἀναχέψας τὼ κεφαλὼ, διήσας τὸν ἐγκέφαλον ὑγρὸν ἐόντα, καὶ ἱδρῶτος πλείονος, καὶ κακὸν ὄζοντα. καὶ ἐν τούτῳ δηλοῦσι γνώσιν, ὅτι οὐχ ὁ θεὸς τὸ σῶμα λυμαίνεται, ἀλλ' ἡ νόσος. οὕτω δ' ἔχει καὶ τῷ ἀνθρώπῳ. ὁκόταν γὰρ ὁ χολὸς ἡλίῳ τῇ νούσῳ, οὐκ ἔτι ἴσιμος γίνεται. διεαθέεται γὰρ ὁ ἐγκέφαλος ὑπὸ τοῦ φλέγματος καὶ τήκεται. τὸ δὲ ἀποτηκόμενον, ὕδωρ γίνεται. καὶ πρόσχει τὸν ἐγκέφαλον ὀκτὼς καὶ πρόσκλυζε. καὶ διὰ τοῦτο πυκνότερον ὑπίληπτοι γίνονται καὶ ῥᾶον. διὰ δὴ πουλυχολὸς ἢ νοῦσος, ὅτι τὸ ὑπῤῥέον λεπτὸν ἐστιν ὑπὸ πολυπληθίης. καὶ διθὶς κρατέεται ὑπὸ τοῦ αἵματος καὶ διαθερμαίνεται. Ὁκόσοι δὲ ἤδη ἐθάδες εἰσὶ τῇ νούσῳ, προγινώσκουσιν ὁκόταν μέλλωσι λήψεσθαι, καὶ φεύγουσι σὺν τῶν ἀνθρώπων. διὰ μὲν ἐγίς αὐτῶν ὁ οἶκος ἐστὶν, οἴκαδε. διὰ δὲ μὴ, ἐς τὸ ἐρημότατον, ὅπη μέλλουσιν ὄψεσθαι αὐτὸν ἐλάχιστοι πεσόντα, διθὶς τε ἐκκαλυφθέεται. τοῦτο δὲ ποιέει ὑπὸ αἰσχύνης τοῦ πάθεος, καὶ οὐχ ὑπὸ φόβου, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσι, τοῦ δαιμονίου. Τὰ δὲ παιδάρια τὸ μὲν πρῶτον πίστιοσιν ὅπῃ ἂν τύχωσιν ὑπὸ ἀνθίης. ὅταν δὲ πλεονάκις καταλήπτοι γίνωνται, ἐπειδὴν προσαίσθωνται, φεύγουσι πρὸς τὰς μητέρας, ἢ παρὰ ἄλλον ὅν τινα μάλιστα γινώσκουσιν ὑπὸ δέους καὶ φόβου τῆς πάθης. Ὃ γὰρ αἰσχύνεσθαι παῖδες ὄντες, οὔπω γινώσκουσιν. Ἐν δὲ τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων, διὰ τάδε φημὶ ἐπιλήπτους γίνεσθαι, καὶ μάλιστα τοῖσι νοτίοισιν. ἔπειτα καὶ τοῖσι βορείοισιν. ἔπειτα καὶ τοῖσι λοιποῖσι πνεύμασι. Ταῦτα δὲ ἐστὶ, ὅσα τῶν πνευμάτων ἰσχυρότατά ἐστι, καὶ ἀλλήλοισιν ἀναντιώτατα χρὴ τὼ σώματος καὶ χρὴ τὼ δυνάμιν. ὁ μὲν γὰρ βορέης, ξυνίστησι τὸν αἰθέρα. καὶ ὀλεθρεύει τε καὶ ὀνεφελίδας ἀκκείνει, καὶ λαμπρότερον καὶ διαφανέα ποιέει. χρὴ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τ' ἄλλα πνεύματα τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἀρξάμενα, καὶ τῶν ἄλλων ὑδάτων. ἀκκείνει γὰρ ἐξ ἀπόντων τὼ νοτίδα καὶ ὀνοφερόν, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων, διὰ καὶ ὑγρότατός ἐστι τῶν ἀνέμων. ὁ δὲ νότος, τὰναντία τούτων ἐργάζεται. πρῶτον μὲν γὰρ ἀγίνεται τὸν αἰέρα ξυνεστεῶτα τήκειν καὶ διαχέειν. καὶ ὅτι καὶ οὐκ διθὶς πτέει μέγας,[33] ἀλλὰ λαγαρίζει πρῶτον, ὅπῃ ἂν διθὶ κρατῆσαι τῶν αἰέρος αὐτίκα, τὸ πρόσθεν πυκνῶ τε ἐόντος, καὶ ξυνεστηκότος, ἀλλὰ ὀλίγον ἀναλύει. ὃ δ' αὖθις τοῦτο καὶ τὼ γλῶ ἐργάζεται, καὶ τὼς θαλάσσας, καὶ τὼς ποταμοὺς, καὶ τὰς κρήνας, καὶ τὰ φρέατα, καὶ ὅσα φύεται, καὶ ἐν οἴσιν ὑγρὸν ἔνεστιν. ἔστι δὲ ἐν πάντι ἐν μὲν τῷ πλέον. ἐν δὲ τῷ ἐλάσσον. ἀπόντα δὲ τοῦτα, αἰθάνεται τὸ πνεύματος τοῦτο. καὶ ἐκ τε λαμπρῶν, δνοφερώδεα γίνεται. ἔκτε ψυχρῶν, θερμά. καὶ ἐκ ξηρῶν, νοτώδεα

In quo verò vnà à puero increuit & adoleuit, is pventorum mutationes id pati consueuit, & plerunq; hoc morbo corripi, præcipueq; australi temporis conditione difficilis eius liberatio contingit. Cerebrū enim humidius quàm pro natura existit, & pituita exundat, ita vt crebriores defluxiones contingāt, neq; ampliùs fieri possit vt pituita excernatur, neq; vt cerebrum resiccetur, sed irriguum & humidum esse necesse est. Id ipsum autem præcipuè ex quibus hoc morbo correptis quis cognoscere queat, ac præsertim capris, quæ frequentissimè hoc morbo prehenduntur. Harum si caput secueris, cerebrum humidum, & sudore redundans, & malè olens deprehēdes. Ex quo certè cognosces morbum, non Deum, corpus infestare. Sic etiam in homine se res habet. Cùm enim inueterauerit morbus, ampliùs curari non potest. Cerebrum enim à pituita eroditur & colliquescit. Quod colliquatum est, in aquam vertitur, foris cerebrum ambit & circumcirca alluit. Ideoq; frequentiùs & faciliùs hoc morbo corripiuntur. Diuturnus verò ob id morbus est, quoniam quod affluit præ copia tenue est, & statim à sanguine superatur & incalescit. Quibus verò morbus iam in consuetudinem venit, ij se correpturos iri præsentiunt, & hominum conspectum fugiunt, domumque, si propè sit, se cōferunt, sin minùs, in solitudinem, quò quàm paucissimi eos cadentes videant, statimq; se contegunt. Quod facinus propter affectionis verecundiam non (vt plærique existimant) propter numinis metum. At verò pueri primùm quidem propter insuetam nouitatem, quocunque loco sors obtigerit, concidunt. Cùm autem sæpiùs prehēdantur, vbi præsenserint, ad matres, aut alium quemuis maximè sibi notum, propter affectionis timorem ac metum confugiunt. Neq; enim, cùm pueri sint, verecundiam adhuc sentiunt. In ventorum autem mutationibus has ob causas morbo corripi censeo, ac præcipuè australibus tempestatibus, deinde etiam borealibus, postea verò reliquis etiam flantibus ventis, ex iisq; qui sunt valentissimi, & inter se, tum situ, tum viribus, maximè aduersi. Aquilo siquidem aëra cogit, turbulētum ac nubilosum fecerit, limpidum & lucidū reddit. Ad eundem verò modum reliqui etiam omnes venti ex mari & aliis aquis venientes. Ex omnibus enim atque ex ipsis hominibus humiditatem & caliginem expurgāt. Ideoque ventorum saluberrimus est aquilo. Huic autem contraria auster efficit. Primum siquidem concretum aëra liquare & diffundere incipit, ex quo etiam non confestim vehemens est, sed primò leuiter spirat, cùm aërem priùs densum & coactum statim superare non possit, quem tamen temporis spatio dissoluit. Idem etiam ipsum per terram efficit, per mare, per flumina, per fontes & puteos, & ea quæ ex terra nascūtur, ac in quibus humidum inest. Id autem quauis in re, modò plus, modò minus inest. Hæc verò omnia istius venti vim sentiunt, & ex lucidis caliginosa, ex frigidis calida, & ex siccis humida redduntur.

Quæq; in domibus vasa fictilia in terra sita sunt, vino aut alio quouis liquore plena, ea omnia austrum sentiunt, formamq; aliam in speciem transmutant. Solem autem & lunam, & sydera, longè quàm sint naturâ hebetiora facit. Cùm igitur in hæc tam magna & valida tãtum possit, corpusq; sensu afficiat, & in horum ventorum permutationibus transmutet, ab austris quidem cerebrum dissolui & humescere, venasq; magis elaxari necesse est, ab aquilonibus autem, quod in cerebro maximè sanũ est cogi, quod verò maximè morbosum est & humidum secerni, & foris circumcirca alluere, eaq; ratione defluxiones in horum ventorum mutationibus contingere. Sic morbus hic oritur & pullulat, tum ab his quæ adsunt, tum ab his quæ decedunt, nihiloque eius curatio aut cognitio reliquis est difficilior, neque magis quàm cæteri diuinus est. Ac nosse homines conuenit, non aliundè nobis voluptates, lætitias, risus, & iocos, quàm hinc contingere, itemq; dolores, molestias, tristitias, & eiulatus. Hacq; parte præcipuè sapimus & intelligimus, & videmus, & audimus & turpia & honesta cognoscimus, malaq; & bona, itemq; quæ iucunda sunt & iniucunda, partim quidem consuetudine discernimus, partim verò vtilitate percipimus. Hac etiam parte voluptates & molestias temporibus dignoscimus, neq; eadem nobis placent. Eademq; ipsa parte & insanimus & deliramus, terroresq; & metus, partim quidẽ noctu, partim etiam interdiu nos circunstant, insomniaq; & errores intempestiui, & curæ non conuenientes, indeq; rerum præsentium ignoratio, desuetudo & imperitia nobis prouenit. Atque hæc omnia ex cerebro nobis contingunt, cùm minimè sanum, sed natura calidius extiterit, aut frigidius, aut humidius, aut siccius, aut aliam quandam præter naturam & consuetudinem affectionem senserit. Ac insania quidem nobis ab humiditate contingit. Cùm enim natura humidius fuerit, agitari necesse est, atque vbi mouetur affectio, neque visionem, neq; auditionem conquiescere, sed aliud interdum cernere & audire necesse est, linguámque eadem quæ singulis momentis videt & audit effari. Quoq; tempore cerebrum conquiescit, eo etiam homo sapit. At cerebri corruptio ex pituita & bile oritur, vtrunque autem hoc modo dignosces. Qui ex pituita quidem insaniunt, quieti sunt, neque vociferantur, neque tumultuantur, qui verò ex bile, clamosi & maligni, & minimè quieti, semper aliquid intempestiuum faciunt. Ex his igitur causis continuò insaniũt. Quòd si terrores & metus adsunt, ex cerebri trãsmutatione contingit, quod fit, dum à bile cerebrum incalescit, vbi per venas sanguinem deferentes in cerebrum ex corpore impetu delata fuerit. Metus autem circunstat, donec rursus in venas & corpus redierit, deinde sedatur. Intempestiuè autẽ tristatur & angitur, dum cerebrum perfrigescit, & præter cõsuetudinem cogitur. Id verò & ex pituita cõtingit, ex eaq; affectione obliuiosus euadit. At vbi cerebrum de repente percalescit, nocte clamat & vociferatur (idq; biliosis contingit, minimè verò pituitosis, cũ hi non percalefiant)

ὀκόσα τε ἐν οἰκήμασι κεφάλια κεῖται γῆς ἐστι[34] μετὰ οἴνου ἢ ἄλλου τινὸς ὑγροῦ, πάντα ταῦτα αἰσθάνεται τοῦ νότου, καὶ ἀλλοιοῦται τὴν μορφὴν εἰς ἕτερον εἶδος. τὸν δὲ ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα, πολὺ ἀμβλυωπότερα καθίστησι τῆς φύσιος. ὅτε οὖν καὶ τούτων ἕκαστα μεγάλων ἐόντων καὶ ἰσχυρὰ τοσοῦτον ὑπερκρατέει, καὶ τὸ σῶμα ποιεῖ αἰσθάνεσθαι, καὶ μεταβαλὼν ἐν τῇσι αὐτῶν τούτων[35] ἐν τῇσι μεταλλαγῇσιν, ἀνάγκη τοῖσι μὴ νοήσοισι λύεσθαί τε[36] καὶ φλοιδοῦν τὴν ἐγκέφαλον, καὶ τὰς φλέβας χαλαρωτέρας εἶναι. τοῖσι δὲ βορείοισι, ξυνίστασθαι τὸ ὑγρότατον τοῦ ἐγκεφάλου. τὸ δὲ νοσερώτατον καὶ ὑγρότατον, ἐκκρίνεσθαι καὶ περικυλίεν ἔξωθεν. καὶ οὕτω τοῖς καταῤῥόοις ὑπτιάνεσθαι ἐν τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων τούτων. οὕτως ἡ νῦσος αὕτη γίνεται καὶ θάλλει ἀπὸ τῶν περισσόντων τε καὶ ἀπιόντων.[37] καὶ οὐδέν ἐστιν ἀπορωτέρη τῶν νούσων, οὔτε ἰῆσθαι, οὔτε γνῶναι. οὔτε ἡδοτέρη ἢ ὡς αἱ ἄλλαι. εἰδέναι δὲ χρὴ ἀνθρώπους, ὅτι ἐξ οὐδενὸς ἡμῖν αἱ ἡδοναὶ γίνονται, καὶ αἱ ὀδυνεραί, καὶ γέλωτες, καὶ παιδιαί, ἢ οὐκ ἄλλοθεν. καὶ λύπαι, καὶ ἀνίαι, καὶ δυσφροσύναι, καὶ κλαυθμοί. καὶ τούτῳ φρονοῦμεν μάλιστα καὶ νοοῦμεν. καὶ βλέπομεν. καὶ ἀκούομεν. καὶ γινώσκομεν τά τε αἰσχρὰ καὶ τὰ καλά. καὶ τὰ κακὰ καὶ ἀγαθά. καὶ ἡδέα καὶ ἀηδέα. τὰ μὲν, νόμῳ διακρίνοντες· τὰ δὲ, τῇ συμφέροντι αἰσθανόμενοι. τῇ δὲ τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς ἀηδίας, τοῖσι χρεῖσι διαγινώσκοντες. καὶ οὐ τοῦτο ἀρέσκει ἡμῖν, τῇ αὐτῇ τοῦτο καὶ μαινόμεθα καὶ παραφρονέομεν. καὶ δείματα καὶ φόβοι παρίστανται ἡμῖν. τὰ μὲν, νύκτωρ· τὰ δὲ, μεθ' ἡμέρην. καὶ ἐνύπνια καὶ πλάνοι ἀκρήστοι. καὶ φροντίδες οὐκ ἐκπνέουσαι καὶ ἀγνωσίη τῶν παρεόντων. καὶ ἀπορίη. καὶ ἀπειρίη. καὶ τοῦτο πάσχομεν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου πάσχοντος, ὅταν μὴ ὑγιαίνῃ, ἀλλ' ἢ θερμότερος τῆς φύσιος γένηται, ἢ ψυχρότερος, ἢ ὑγρότερος, ἢ ξηρότερος, ἤτι ἄλλο τι παθὼν παθος παρὰ τὴν φύσιν, ὃ μὴ εἰώθει.[38] καὶ μαινόμεθα μὲν ἀπὸ ὑγρότητος. ὁκόταν γὰρ ὑγρότερος τῆς φύσιος ἐνῇ, αἰνάγκη κινέεσθαι. κινούμενον δὲ τοῦ παθεος, μήτε τὴν ὄψιν ἀτρεμίζειν, μήτε τὴν ἀκοὴν, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλο ὁρᾶν καὶ ἀκούειν. τὴν τε γλῶσσαν διαπαρλέγεσθαι, οἷα αὖ βλέπει τε καὶ ἀκούει ἐκάστοτε. ὁκόταν δ' αὖ ἀτρεμήσῃ ὁ ἐγκέφαλος χρόνον, τοσοῦτον καὶ φρονέει ὁ ἄνθρωπος. γίνεται δὲ ἡ διαφθορὴ τοῦ ἐγκεφάλου, ὑπὸ φλέγματος καὶ χολῆς. γινώσκειν δὲ ἑκάτερα, ὧδε. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ φλέγματος μαινόμενοι, ἥσυχοί τε εἰσι, καὶ οὐ βοῶσιν, οὐδὲ θορυβέουσιν.[39] οἱ δὲ ὑπὸ χολῆς, κεκραγότες καὶ κεκθόρτοι, καὶ οὐκ ἀτρεμοῦσι, ἀεί τι ἄχθεσι δρῶντες. ἢν μὲν οὖν ξυνεχέως μαίνωνται, αὖται αἰτίαι εἰσὶν τῶν παραφασίων εἰσίν. ἢν δὲ δείματα καὶ φόβοι παρίστωνται, ὑπὸ μεταβασίου τοῦ ἐγκεφάλου. μεθίσταται γὰρ, θερμαινόμενος. θερμαίνεται γὰρ, ὑπὸ τῆς χολῆς, ὁκόταν ὁρμήσῃ ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον,[40] κατὰ φλέβας τὰς αἱματίτιδας ἐν τοῦ σώματος. καὶ φόβος παρέσηκε, μέχρις ἀπέλθῃ πάλιν ἐπὶ τὰς φλέβας καὶ τὸ σῶμα. ἔπειτα πέπαυται. αἰνίαται δὲ[41] ἀσάται παρὰ καιρὸν, ψυχομένου τοῦ ἐγκεφάλου, καὶ ξυνισταμένου παρὰ τὸ ἔθος. τοῦτο γὰρ ὑπὸ φλέγματος πάσχει. ἐν αὐτῇ γὰρ τοῦ παθεος καὶ ἐπιλήθη). ἐν νυκτὶ γὰρ βοᾷ καὶ κέκραγε, ὁκόταν ἐξαπίνης ὁ ἐγκέφαλος ἀναθερμαίνηται). τοῦτο δὲ πάσχουσι οἱ χολώδεες. οἱ φλεγματώδεες γὰρ, οὐ ἀναθερμαίνονται).

ἐπὴν γὰρ αἷμα ἐπέλθῃ πολὺ ἐπὶ τὴν ἐγκέφαλον καὶ ἐπιζέσῃ. ἔρχεται γὰρ κατὰ τὰς φλέβας πολὺ τὰς περιφερομένας. ὁκόταν τυγχάνῃ ὁ ἄνθρωπος ὁρέων ἐνύπνιον φοβερὸν, καὶ ἐν τῷ φόβῳ ἐὼν, ὥσπερ οὖν καὶ εἰ ἐγρηγόροι, τότε μᾶλλον ὁ πρόσωπον[42] φλογιᾷ. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐρεύθονται, ὁκόταν φοβῆται. καὶ ἢν γνώμην ἔχῃσι τινὸς κακὸν ἐργάσασθαι, ἢ τοῦ καὶ ἐν τῷ ὕπνῳ πάσχει. ὁκόταν γὰρ ἐπέγερθῃ), καὶ καταφρονήσῃ, καὶ ὁ αἷμα πάλιν ἀποσκεδασθῇ εἰς τὰς φλέβας τὰς περιφερομένας, πέπαυται). κατὰ τοῦτα νομίζω τὸν ἐγκέφαλον δυνάμιν πλείστην ἔχειν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ἐστὶ γὰρ ἡμῖν ὅστι τὸν ἀπὸ τοῦ πνεύματος γινομένων ἑρμηνεύς, ἐὼν ὑγιαίνων τυγχάνῃ. τὸ δὲ φρόνησιν αὐτῷ ὁ ἀὴρ παρέχεται. οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ, καὶ τὰ οὖατα, καὶ ἡ γλῶσσα, καὶ αἱ χεῖρες, καὶ οἱ πόδες, οἷα ἂν ὁ ἐγκέφαλος γνώσκῃ, τοιαῦτα ὑπηρετοῦσι. γίνεται γὰρ πάντῃ τῷ σώματι τὸ φρόνησις, ὡς ἂν μέτεχῃ τοῦ νόου. ἐς ὃ τὶ τῶν σύνεσιν, ὁ ἐγκέφαλος ἐστὶν ὁ διαγγέλων. ὁκόταν γὰρ πασῃ ὁ πνεῦμα ὁ ἀνθρώπου ἐς ἑωυτὸν, ἐς τὸν ἐγκέφαλον πορεύεται. καὶ ἐπὸς ἐς ὃ λοιπὸν σῶμα σκίδναται ὁ ἀὴρ, καταλιπὼν ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἑωυτοῦ τὴν ἀκμὴν, καὶ ὅσα ἂν ἔνι φρόνιμόν τε καὶ γνώμην ἔχον. εἰ γὰρ ἐς ὃ σῶμα πορεύεται ἀφικνέεται, καὶ ὕστερον ἐς τὸν ἐγκέφαλον, ἐν τῇσι φρεσὶ καὶ ἐν τῇσι φλεψὶ, καταλειπόντων τὴν ἀγχίνοιαν, ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἀνίεται θερμὸς ἐπὶ ἐών. καὶ οὐχὶ ἀκραφνὴς, ἀλλ' ἐπιμεμιγμένος τῇ ἰκμάδι τῇ ἀπὸ τῶν φρενῶν καὶ τοῦ αἵματος, ὥστε μηκέτι εἶναι ἀκερδής. ὅτι φημὶ τὸν ἐγκέφαλον εἶναι τὸν ἑρμηνεύοντα τὴν ξύνεσιν. αἱ δὲ φρένες ἄλλας οἴομαι ἔχουσι τῇ τύχῃ κεκτημένον, καὶ τοῦ νόου, τοῦ ὄντι οὐκ, οὐδὲ τῇ φύσει, οὐδὲ οἶδα ἔγωγε, τίνα δυνάμιν ἔχουσιν αἱ φρένες, ὥστε φρονέειν τε καὶ νοεῖν. πλὴν εἴτι ὁ ἄνθρωπος ὑπὸ χαρᾶς ἐξ ἀδοκήτου, ἢ ἀνιαθείη, πηδῶσι[43] καὶ ἀσῶν παρέχουσιν ὑπὸ λεπτότητος. καὶ ὅτι ἀνατέτανται μάλιστα ἐν τοῦ σώματι. καὶ κοιλίην οὐκ ἔχουσι πρὸς ἣν δέξωνται ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν πρόσπτωσιν, ἀλλ' ἐπ' ἀμφοτέρων τούτων, τεθορύβηται) διὰ τὴν ἀσθενείην τῆς φύσιος, ἐπεὶ αἰσθάνονται γε οὐδενὸς πρότερον τῶν ἐν τοῦ σώματι ἐόντων, ἀλλὰ μάτην οὔτο ὄνομα ἔχουσιν. καὶ τὴν αἰτίην, ὥσπερ τὰ πρὸς τὴν καρδίην ἅπερ ὦπα καλέεται), οὐδὲν ἐς τὴν ἀκοὴν ξυμβαίνομενα.[44] λέγουσι δέ τινες ὡς φρενούμεθα τῇ καρδίῃ, καὶ ὁ ἀνιώμενον τοῦτο ἐστὶ καὶ ὁ φρονέειν. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ὅπως ἔχει, ἀλλὰ πάσῃ μὲν ὡς ἂν αἱ φρένες. καὶ μᾶλλον ἐξαίρεται αὐταὶ αἰτίας. ἐξ ἀπόνου γὰρ τοῦ σώματος, φλέβες ἐς αὐτὴν συμπίπτουσι. καὶ συνκλείσας ἔχει ὥστε αἰσθάνεσθαι, ἢν τις πόνος[45] ἢ σύγκρισις γένηται τοῦ ἀνθρώπου. ἀνάγκη γὰρ καὶ ἀνιώμενον φείδειν τὸ σῶμα. καὶ συστέλλεσθαι. καὶ ὑπαρχόμενον ὁ αὖτε τοῦτο πάσχει. ὅτι ἡ καρδίη, αἰσθάνεται τε μάλιστα καὶ αἱ φρένες. τῆς μὴ τοι φρονίσιος, οὐδὲ τέρω μέτεστιν. ἀλλὰ πολλῶν τουτέων ὁ ἐγκέφαλος αὐτός ἐστιν. ὥσπερ οὖν καὶ τῆς φρονήσιος καὶ τοῦ νόου, ὁ ἐγκέφαλος τοῦ ἐν τοῦ σώματι ἐόντων. ὅτως καὶ ἢν τις μεταβολὴ ἰσχυρότερον γένῃ) ἐν τοῦ νόου, ὑπὸ τοῦ ὠρέων, καὶ αὐτὸς ἑωυτοῦ διαφόρος γίνηται ἐν τοῦ νόου. ὁ γὰρ ἐγκέφαλος διὰ τοῦτο πρῶτος αἰσθάνεται, ὅτι καὶ τὰ νοήματα[46] ἐς αὐτὸν ἐμπίπτει φημὶ ὀξύτατα, καὶ μέγιστα, καὶ θαυματωδέστατα, καὶ δυσκεντότατα τοῖσι ἀπείροισι.

postquam copiosus sanguis cerebrũ inuaserit, in eoq; ebullierit. Is autem multus subit per venas prædictas. Cùm fortè contingit vt quis horrendum insomnium videat, & in metu sit, non secus certè ac si vigilaret, tũc magis facies exardescit cũ rubore, & oculi rubescunt, cùm timuerit, mensq; aliquod malum perpetrare cogitat, sicq; ei etiam per somnum contingit. Ac vbi experrectus fuerit & ad se redierit, sanguisque rursus in venas commemoratas dispersus fuerit, cessat. In hæc ipsa plurimam vim hominis cerebrũ habere existimo. Hoc enim si sanum esse contigerit, nobis quæ ab aëre fiunt indicat. Prudentiam verò ei aër subministrat. Oculi autem, aures, lingua, manus & pedes, ea quæ cerebrum cognoscit administrãt. Quantum enim aëre communicarit, tantùm vniuerso corpori prudentiæ accedit. Intelligentiæ autem cerebrum internuncius est. Cùm enim quis ad se spiritum attraxerit, primò in cerebrum defertur, itaque in reliquum corpus aër dispergitur, in cerebro suam relinquens vigorem, & quicquid habuit prudentiæ & mentis. Quòd si primùm ad corpus deueniret, posteaq; ad cerebrum, relicto in carnibus & venis indicio, in cerebrum calidus adhuc, & minimè sincerus, sed carnium & sanguinis humori permixtus subiret, proindeq; neque amplùs exactè purus esset. Quocirca cerebrum intelligentiæ indicem & nuncium esse censeo. At septum transuersum (φρένες Græcis dictum) temerè ac fortuitò sortitum nomen videtur, & ex instituto, non re vera, neq; à natura. Neq; sanè video quámnam vim ad prudentiam & intelligentiam septum transuersum habeat, præter quàm si quis ex insperato nimio gaudio aut tristitia affectus fuerit, talit & anxietatem præ tenuitate exhibet, & quòd in corpore vehementer distenditur, neq; ventriculum habet in quem bonum vel malum illapsum suscipiat, sed ab eorum vtroq; propter natiuam imbecillitatem perturbatur. Siquidem nihilo peius quam cætera quæ in corpore insunt, sentit, sed frustrà hoc nomen & causam habet, non secus ac quæ cordi annexæ sunt aures appellatæ, cũ nihil ad auditionem conferant. Quidam autem nos corde sapere dicunt, quodq; ipsum tristitiam & curam sentit. Verùm non ita res habet, sed contrahitur quidem velut septum transuersum, atque etiam magis easdem ob causas. Ex toto enim corpore ad ipsum venæ tendunt, illicque claudantur, vt sentiat cùm quis dolore aut molesto aliquo sensu contrahitur. Cùm enim molestiam sentit corpus inhorrescere & distendi necesse est, idémque contingere si quis summo gaudio afficiatur. Quamobrem cor præcipuè & septum transuersum sentiunt, neutrum tamen prudentiæ ius habet, sed horum omnium cerebrum author est. Quemadmodum igitur ex omnibus quæ in corpore insunt, cerebrũ primum intelligentiam & aërem percipit, ita si quæ vehementior mutatio per anni tẽpora in aëre contingat, ipsum etiam in aëre sibi dissentit. Hanc enim ob causam primum sentit cerebrum, quia in ipsum (vt censeo) grauissimi, maximi, præcipueq; lethales morbi incidunt, quiq; apud inexpertos difficilimum habẽt iudicium.

Hic verò morbus qui ſacer appellatur, ex iiſdem cauſis ex quibus etiam reliqui originem trahit, ex his nempe quæ accedunt & decedunt, velut frigore, ſole, ventis, & mutationibus nunquam conquieſcentibus. Atque hæc diuina ſunt, vt nihil opus ſit exiſtimare hunc morbum reliquis diuinitate præſtare, ſed omnes diuini, omneſque humani reputandi. Naturam autem & vim in ſe quiſque habet, & nullus eſt qui remedium aut auxilium reſpuat, & plærique ab iiſdem, à quibus oriuntur, ſanantur. Alterum enim alteri alimentum eſt, alteri verò pernicies. Hoc igitur Medicum, cuiuſque captata temporis occaſione, noſſe conuenit, quodque huic quidem per alimentum incrementum dabit, illum verò detrahet & imminuet. Oportet autem tum in hoc, tum in reliquis omnibus morbis, non augere morbos, ſed properanter profligare, id quod cuique morbo eſt maximè aduerſum, non amicum aut familiare exhibendo. Ab eo enim quod eſt conſuetum viget & augetur, ab eo verò quod eſt inimicum, extenuatur & retunditur. Quiſquis autem huiuſmodi mutationem in hominibus adhibere nouerit, & per victus rationem hominem humidum & ſiccum, calidum item & frigidum reddere poterit, is ſanè hunc morbum citra expiationes & magicas artes, citraque omnem ſordidam huiuſmodi & illiberalem profeſſionem, ſi eorum quæ conferunt opportunitatem dignoſcat, curare poterit.

Αὕτη δὲ ἡ νοῦσος ἡ ἱερὴ καλεομένη, ὑπὸ τῶν αὐτῶν πρηγμάτων γίνεται, ἀφ' ὧν καὶ αἱ λοιπαί, ἀπὸ τῶν προσιόντων καὶ ἀπιόντων, οἷον ψύξιος. ἡλίου. πνευμάτων, [47] μεταβαλλομένων τε, καὶ μηδέποτε ἀτρεμιζόντων. Ὥστε οὐ ἔστι θεῖα, ὥστε μηδὲν ἄλλο κρείσσονα τὸ νούσημα, ἢ ὅσα τῶν λοιπῶν νουσημάτων νομίζειν, ἀλλὰ πάντα θεῖα, καὶ αὖ θεράπαινα πάντα. φύσιν δὲ ἔχει ἕκαστον καὶ δύναμιν οἰκείην. καὶ οὐδὲν ἀπρόσδεκτόν ἐστιν οὐδὲ ἀμήχανον. [48] ἀκέσματά τε τὰ πλείστα ἐστὶν αὐξήσιν τούτοισιν, ἀφ' ὅτων καὶ γίνεται. ἕτερον γὰρ ἕτερῳ, τροφή ἐστι. [49] τῷ δὲ, κάκωσις. τοῦτο δὴ δεῖ τὸν ἰητρὸν ἐπίστασθαι, καὶ τὸν κάμνοντα θεραπεύειν ἑκάστου, [10] ὡς αὐτὸ μὲν αὐξήσει τροφῇ, καὶ αὐξήσει· τὸ δὲ ἀφαιρέσει καὶ μειώσει. [11] χρὴ δὲ καὶ ἐν τούτῳ τῇ νούσῳ, καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἁπάσῃσι, μὴ αὔξειν τὰ νουσήματα, ἀλλὰ παρεύδειν τοιαῦτα προσφέροντας τῇ νούσῳ τὸ πολεμιώτατον ἑκάστῳ, μὴ τὸ φίλον καὶ συμπηθές. ἐκ τοῦ μὲν γὰρ τὸ συμπηθέος, θάλλει καὶ αὔξεται. [12] ἐκ τοῦ δὲ τοῦ πολεμίου, [13] φθίνει καὶ ἀμαυροῦται. [14] ὅστις δὲ ἐπίσταται ἐν ἀνθρώποις τῷ τοιούτῳ μεταβολῷ, καὶ δύναται ὑγρὸν καὶ ξηρὸν ποιέειν, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρόν. ἐκ τοῦ διαίτης τὸν ἄνθρωπον, οὗτος καὶ τούτῳ τῷ νούσῳ, ἰήσατο ἄν, εἰ τοῦς κρείσσοσι θεραπεύοι καὶ τῶν ξυμφερόντων, ἄνευ καθαρμῶν καὶ μαγγανείης, καὶ πάσης δυσγενοῦς βαναυσίης τοιαύτης.

Finis Sectionis tertiæ.

IN LI-

IN LIBRVM HIPPOCRATIS
DE NATVRA HOMINIS,
BREVES NOTÆ.

ΣΤΙΣΕΩΝ] De huius fœtus origine minimè laborãdum videtur, cùm Galenus ipſe tot teſtimoniis, & ex ipſo Platonis Phædro, ad Hippocratem referat; & ad Aſclepiadarum familiam liberali aſſerat cauſa manu. Quod etiã ex libro de Elementis ſatis conſtat, in quo cùm plæraque ex hoc libello excutiantur, tum verò hoc initium fuſiſſimè explicatur. Exemplaria verò manuſcripta in collocationis ordine minimè conſentiunt, & quædam lõgo poſtea interuallo eum collocant, vt etiam ex Caluo ſatis apparet. Nos tamen inter φυσικὰ aut ἀναπολογικὰ ex Erotiano eum reponimus, & iure quodam, velut à natura exordium ſumentes, primum ei locum in hoc ordine concedimus. Conſtat autem hos de Natura humana libros, antiquis ad libros περὶ διαίτης adiunctos fuiſſe, ex his quæ de Venis Hippocrati adſcripta ſunt, quæ Galenus lib. 6. de plac. Hippocr. & Plat. ad librum de Natura humana, & lib. 2. περὶ διαίτης adiecta fuiſſe ſcribit.

2 οὔτε γὰρ τὸ πάμπαν] Galenus lib. 1. de Elementis hunc locum ſubnotat, fuſiſſimeque explicat, & Ὅπάμπαν οὐδὲν λέγει τὸ ἀνθρώπου ὅλον, τοῦ δεῖν οὐ παντελῶς ἓν, οὔτε μόνον, exponit.

3 ὅπ μὴ φανερόν ἐστιν ἓν ἐόν] Gal. lib. 1. de Elementis diſertiſſimis verbis hîc diuiſis ſyllabis ἓν ἐὸν legendum eſſe monet, vt & hoc Commentario, cùm ἐνεὸν plæraq; haberent exemplaria.

4 ἀλλὰ πῆς μὲ γνώμης τὸν ὁπόλογον] ὁπόλογον hîc συλλογισμὸν ex Galeno lib. 1. de Elemẽtis expono, hoc eſt ratiocinationem & eam rationem quæ ex mutua elementorũ mutatione orta eſt, quaq; ij vtuntur qui vnum quodlibet eſſe elementum ſtatuebant, alij concluſionem vertunt.

5 φασὶ γὰρ ἓν ἅ ἔστι] Gal. lib. 1. de Elementis hîc legit, φασὶ γὰρ ἓν πε ἔστι, &, κατ' ἐκ ὀνόματα ἀλλήλοις ἐκ ὁμολογέοισι.

6 λέγει δ' αὖ πάλιν] Rurſus Gal. hoc ſic legit, λέγει δ' αὖ τῶν ὁ μὲν ὅλος ἀέρα ἔστι, τῶτο τὸ ἓν τι καὶ τὸ πᾶν, ὅδε ὕδωρ, ὅδε γῆν, ὅδε πῦρ.

7 μαρτυρεῖ τε ἡ πυκνότερα] Hæc teſtimonia ἀνάπαιδικτα vocat Galenus, & nugacia ac fallacia, & quæ potiùs ſuas rationes euertãt, quàm aliquid conficiant, ideóque nullius ſunt momenti, nempe cùm de diuerſis ac pugnantibus rebus eandem inferre demonſtrationem conentur.

8 ὅπ μὲ γὰρ τῇ αὐτέῃ γνώμῃ] Eorum inſcitiam damnat Galenus lib. 1. de Elementis, his verbis, οἱ ἐκ αἰωδάνουται διαφόρου τι καὶ μαχομένων πρηγμάτων ἀπόδειξιν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἰσηγούμενοι λέγειν, huncque locum explicat, vbi χρέονται legit, & ὅπ οὐδὲ γινώσκοισιν.

9 πρὸς τὴν ὄχλον] ὄχλον hîc vocat Galenus ἀπαιδεύτων διηλονότι πλῆθος ἀνθρώπων ἐκ οἰκείοτων, ὅ, τι ποτέ ἐστιν ἀπόδειξις. lib. 1. de Elementis, vbi etiam πρὸς γίνεται τῷ λόγῳ legiſſe videtur.

10 ἀλλ' ἐμοί γε δοκέοισιν] Sic leg. Gal. lib. 1. de Elementis, ἀλλ' ἐμοί γε δοκέοισιν οἱ ἰδιῶται αὐτοὶ ἑαυτοὺς καταβάλλειν τοῖς ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτῶν ἀπὸ ἀξιωσεσίης. τὴν μελίσσου λόγον ὀρθοῦν. vbi etiam quanam ratione Meliſſi opinionem confirment, aut reſtituant, fuſiſſimè docet.

11 τῶν δὲ ἰνδῶν] Hunc etiam locum aliter legit Galenus lib. de Elementis.

12 οὐδὲ γὰρ αὖ ἰδῶν] Hunc quoque locum fuſiſſimè exponit Gal. lib. 1. de Elementis, vbi etiam ὑφ' ὅπου legit.

13 ἀλλ' ἢ ἄρλω ἰνὰ τῇ ὀνιαυτῇ] Et locum iſtum Gal. adducit lib. de Elementis, vbi iſtud paulò aliter legit hoc modo, ἀλλ' ἢ ἄρλω ἰνὰ τῇ ὀνιαυτῇ, ἢ τῆς ἡλικίης τῆς τῇ ἀνθρώπου, ὀν ἢ αἷμα ἓν ἐὸν φαίνεται αὐτὸ, ὀν ἑωυτῷ ὅ, τι ὄτι. τὰ αὐτὰ δ' λέγει καὶ περὶ τῶ φάσκοντος φλέγμα μόνον εἶναι, τῶ ἀνθρώπου, καὶ περὶ τοῦ φάσκοντος χολήν. Quæ vltima verba etſi meliore loco ſunt, quàm quæ in codicibus noſtris ſcribuntur, pluralitatem tamen maximè ſecutus ſum. Et ſi quædam exemplaria legunt, περὶ φάσκοντος φλέγμα εἶναι τῶ ἀνθρώπου, facili & aperta lectione. Quibus in verbis Cornarius φλέγμα μόνον legiſſe videtur, aut ex ſenſu addidiſſe cum cæteris Interpretibus. Sunt etiam quædam exemplaria quæ δίχα ἄρλω ἰνὰ τῇ ὀνιαυτῇ legunt, & μίαν γὰρ ἰνὰ ἄρλω ὀν ἢ φαίνεται αὐτὸ ἑαυτῷ ἓν ἐόν. Quædam etiam legunt, ὀν ἢ αἷμα ἓν ἐὸν φαίνεται κρεῖττον ὁ ἀνθρωπος. Cæterùm monendum quoque videtur quædam exemplaria manu ſcripta hîc μετεσχήκοντα τῶ ἰδέην legere, ſecundum quam

30 καὶ χλιῶνος, καὶ θέρους] Pro θέρους ἤρους ibidem legit Galenus. At idem postea, καὶ χλιῶνα & θέρος legit. Idem etiam lib. 2. de Elementis legit, καὶ πάσην ἡμέρην καὶ νυκτὶ, & χλιῶνος καὶ ἤρους. Adscribendum quoque videtur exemplaria quædam manu scripta pro μαθίνας μαθίστας legere.

31 δυνατὸς ἢ ἔσται] Hæc verba quædam exemplaria prætermittunt. Galenus autem, καὶ δυνατὸς ἔσται, ἐν οἷς νόσοι &c. legit.

32 πρῶτον μὲν] φανερὸς ἐστὶν ἀνθρώπος legit Gal. πρῶτον μὲν legunt alia exemplaria. Idem lib. 2. de Elementis, φανερὸς ἐστὶ ὁ ἄνθρωπος rectè legit, & ὁπόσα φημὶ π.

33 οἱ δὲ λέγοντες] Huius loci meminit Gal. lib. 1. de Elementis, eumque integrum profert lib. 8. de plac. Hippocr. & Plat. vbi legit, ὡῶν τε καὶ πίνοντας ἀνθρώπους & φάρμακα ἀπολυμένους ἐν τῇσι καθάρσισι.

34 καὶ τὸ αἷμα ῥέον ἐκ τῶν σώματος] & τὸ αἷμα καταῤῥέον legit Gal. & πλὴν ψυχῆς τῶν ἀνθρώπων, & μυρμηκιόσι τοῖσι χρῶντες. vbi πάσης omittitur.

35 καίτοι πρῶτον μὲν] Gal. lib. 1. de Elementis hoc producto loco, χολὴ μόνη καθαρθεὶς legit. Exemplaria etiam quædam manuscripta, & Aldina πρόσθεν pro πρῶτον legunt.

36 ἔπειτα δὲ δῆλον τῇ χολῇ] Idem lib. 2. de Elementis hunc etiam locum explicat, vbi legit, ἔπειτα δῆλον τέτοις χολὴ ἐμέοισι μέλαιναν. πλευτῶντες οἱ αἷμα καθαρόν. vbi αἰκαθαρόμενοι omittitur.

37 τὸ δὲ φάρμακον] Hanc integram clausulam præteriit Caluus.

38 ὥσπερ τὰ φυόμενά τε] Hunc etiam locum profert Gal. in fine lib. 2. de Elementis, vbi legit, ὡς δὲ & κατιρμενά τε & φυόμενα, & εἰς τὴν γῆν εἰσέλθοι, & ἔκκοιον ἔκκοιον & κατὰ φύσιν ἑκάστου τῆς γῆς.

39 πρῶτον μὲν οὖν] legit Gal. πρῶτον μὲν οὖν & πλεῖστον ἐκλυσιν εἰς ἑαυτὸ, ὅ, τι ἀεὶ ἢ ἀκμὴ κατὰ φύσιν μάλιστα. Quam lectionem secuti sunt omnes interpretes. Quædam etiam exemplaria legũt, ὅ, τι αὐ ἢ αὐτὸ κατὰ φύσιν μάλιστα.

40 διοῦτον δὴ τὸ] τοιοῦτον δὴ τὸ legit Gal.

41 αὔξεται δὲ ἐν ᾧ ἀνθρώπῳ] Hunc integrum locum profert Gal. lib. 8. de plac. Hippo. & Plat. vbi etiam τῶν χλιῶνος legit, vt cætera etiam exemplaria.

42 ἔστι γὰρ τοῦ χλιῶνος] Id sic legit Gal. ἔστι γὰρ τοῦ χλιῶνος κατὰ φύσιν μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, ψυχρόταταν ὄντα.

43 ὁκόσα δὲ βίη ἔρχεται] ὅσα δὲ βίη ἔρχεται legit Galenus. ἄλλα τε καὶ verò pro ἔρχεται legunt exemplaria quædam. ἔλκει videtur leg. Cornarius cum aliis Interpretibus.

44 καὶ ἀπομύσσουσι] ἀκμάσουσι legunt Galeni exemplaria. Idem tamen ἀπομύσσουσι retinet loco supra adducto.

45 καὶ & οἰδήματα λευκότατα] & & οἰδήματα λευκὰ γίγνονται legit Galenus. & & οἰδήματα αὐτῆς λευκὰ γίνεται legunt exemplaria quædam, &c, κατὰ τοῦτο τὸν ὅρον, vt etiam Gal. Hîc verò per οἰδήματα λευκὰ, tumores laxi & molles, albique (propriè οἴδημα recentioribus dicti) subintelligi videntur, quod in nostra OEconomia subnotauimus.

46 τὸ φλέγμα ἐστὶ μὲν ἰχῶρόπρον] ἔστι μὲν ἰχῶρον τὸ φλέγμα ὀξὺν legit Galenus. Alia exemplaria habent, τὸ φλέγμα ἔστι μὲν ἰχῶρον ἐν τῷ σώματι.

47 τὸ δὲ αἷμα] τὸ δὲ αἷμα legunt exemplaria manu scripta. Gal. τὸ δὲ αἷμα αὔξεται ὑπὸ τε τοῦ ὕδατος, καὶ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ.

48 κατὰ φύσιν δὲ αὐτέων] Hîc codicum manuscriptorum pluralitatem secutus sum. Galenus tamen αὐτέω legit, vt multa exemplaria. Quam lectionem sequuntur omnes Interpretes, & ad sanguinem referunt.

49 ἐκ τοῦ ῥινέων αἷμα ῥεῖ] ἐκ τῶν ῥινῶν & αἷματα ῥεῖ αὐτῶν legit Galenus. Qua dictione copiosum ex naribus sanguinis profluuium indicatur. Idem ἐρυθροὶ habet, reliqua exemplaria ἐρυθρόταται.

50 καὶ ἡ χολὴ ἀείρεται] αἴρεται legit Galenus loco præscripto, vt & Erotianus, qui ἐπαίρεται exponit ex hoc loco, vt subnotauimus in nostra OEconomia, simúlque hunc locum aperuimus. ἀείρεται autem bilis æstate, hoc est, eleuatur, erigitur, efferuescit, effertur superiora petens, ac μεταβοείζεται, Galenus αὔξεται exponit, increscit, suppullulat.

51 ἐν τῇ φθινοπώρῳ] Hæc quidem verba redundare quidam arbitrati, sustulerunt, nos autem ex omnibus exemplaribus adscripsimus, cùm publicatis, tum manu scriptis, & Vaticanis, vt patet ex Caluo, tum etiam ex Galeno, qui ea legit loco à nobis adscripto.

52 ἐναντίον δὲ αὐτέου] αὐτέω legunt plæraque exemplaria. αὐτῇ τῇ φύσει legit Gal. & pro τῷ θέρει, τὸ θέρος idem legit.

53 τὸ δὲ φλίγμα] & θέρεος κάτω ἐστὶ legit Galenus, vt & antea χολὴ ἐστὶ πα. Reliqua exemplaria κάτω ἐστὶ πρὸς legunt.

54 ξηρὰ τε καὶ ὀξὺ] ξηρὰ τε & καὶ θέρμη legit Galenus.

55 ἐλάχιστον γίνεται] ἐλάχιστον ὄντων legit Galenus.

56 ὧν τὰ πολλὰ αἰεὶ] αἰεὶ δὲ legit Galenus, cùm δὲ πολλὰ & βίς exponit. Idem etiam ἀεὶ legit lib. 8. de plac. Hippocr. & Plat. & ἕκαστα κατὰ μέρος τε καὶ κατὰ φύσιν, quemadmodum etiam plurima exemplaria quæ fecuti sumus.

57 ὥσπερ ὁ ἀκμαστὴς] ὡς γὰρ legit Gal. plæraque etiam exemplaria ὡς ὅταν ἀκμάσῃ. Idem etiam Gal. μετὰ γὰρ μὲν πάσι πάντων legit.

58 ἀλλ' εἰ ἔν τι ἐκλείποι] ἀλλ' εἰ ἔν τι γε ἐκλείποι legit Galenus. Ita etiam paulò post ἐκλείποι legit.

59 ἔνθα οἱ ἡ μέλαινα καλεομένη] Sic meliores codices & Galenus legunt. Alia exemplaria καλεομένην prætermittunt. Deinde μορφέων & φέρεται legit Gal. vt & exemplaria quædam.

60 ὀφείλῃ οὖν] φιλεῖ γὰρ agnoscit Galenus. Quædam etiam exemplaria θέρους φθίνῃ legunt.

61 πῶς ἀπαλλαγῇ] πῶς ἀπαλλαξῇ ἔσεται αὐτέων legunt exemplaria quædam.

62 καὶ τὸν ἰκτῆρα οὕτω χρὴ ἴδεται & νοσήματα] οὕτω χρὴ ἴσεται πρὸς & νοσήματα legunt exemplaria Galeni, & κατὰ ἄρκτον τῶν ἐνυπνίων & φύσιν ἑκάστου μάλιστα.

63 αἱ δὲ νόσοι γίνονται] Hunc locum integrum adscribit Galenus Com. 1. in lib. 1. Epid.

64 φανερὸν δὲ ἤδη] Hoc sic legit Galenus, φανερὸν δὲ ἤδη, ὅτι & διαπνέματα ἐκάστου ἡμέων ἐκ αἷμα ἐστὶν ὧν τὸ τε ἀπέπεται ἡ νοῦσος πάντων ἐφεξῆς, & τὸ νεωτέρων, καὶ τὸ πρεσβυτέρου, & τὸ γυναικῶν, & ἀνδρῶν ὁμοίως, & τὸ θερμαινομένου, & τὸ ὑδροποτοῦντος, & τὸ μάζας ἐσθιόντων, & τὸ ἄπνοον ἐστόντων, καὶ τὸ ὀλίγα & πολυπορεύοντων, καὶ τὸ πολλὰ κεμωδόντων. Etsi Com. ad aph. 21. lib. 2. paulo aliter legit, & exemplaria nostra ferè sequitur.

65 ἔν τε τῇσι φαρμακίῃσι] Hîc προσφέπεται Galenus sumi scribit, οὐδὲ τὰ προσφέρεται τοῖς νοσήμασιν ἀλλ' ἐναντία, quod est contraria morbis admouere, aut per contraria cum morbis agere, vt non malè mihi videatur, ὁ τῆς γλώσσης hoc loco subindicato, προσφέπεται μεταφορᾷ exposuisse, consecutionis potiùs notione quàm verbi notatione expressa, vt indicauimus in nostra OEconomia, vbi hunc locum expressimus, simúlque admonuimus Galenum τῇ φαρμακείῃ προσφέπεσθαι καὶ τῇσι διαπνέμασιν legisse, cùm alia omnia exemplaria ἐν τῇσι φαρμακίῃσι, aut ἐν τῇ φαρμακείῃ habeant, & ἐν τῇσι διαπνέμασι. Potest & hîc προσφέπεσθαι cõsilium Medici, tam in medicamentorum quàm in victus ratione instituda respicere, vt habita cuiusque ætatis, naturæ, anni temporis, & morbi generis ratione, ad id tam in medicamentis, quàm in victus ratione consilium suum dirigat & adhibeat, quomodo mihi ferè sumpsisse videntur omnes Interpretes.

66 νοσερὸν ὄνυξ ὑπόκριστον ἔχον] ὑπόκριστον excretionem diximus, simulque quid sit aperuimus in nostra OEconomia. Exhalationem alij vertunt Interpretes, quòd Galenus hîc exponat ἀναθυμίασιν, ἰδιότητα μᾶλλον ὅλης τῆς οὐσίας, οὐχ ἁπλῆ ποιότητα λυμαινομένου τοῖς σώμασι.

67 τὸ δὲ σῶμα ὁρᾶν] ἀοξότατον σῶμα hîc quid sit exposuimus in nostra OEconomia.

68 ὑπὸ δὲ τῆς ἰχῶρος ἀπαλλάσσεται] Hunc locum satis expressisse & exposuisse nobis videmur in nostra OEconomia, in dictione ἀποπάλλησις, vbi ἀποπαλλήσεται Galenum legisse in Exegesi indicauimus.

69 αἱ παχύτατα δὲ τοῦ φλεβῶν] Hanc venarum ex capite originem exagitat etiam Galenus lib. 6. de plac. Hippocr. & Plat. Repetitur quoque iisdem verbis libello περὶ ὀστέων φύσιος, & ab Aristotele lib. 3. hist. animal. cap. 3. Polybo tribuitur, contra tamen Galeni mentem.

70 ὑπὸ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν] ἔμπροσθεν videtur legisse Gaza apud Aristotelem, cùm à syncipite dixerit, contra omnium codicum fidem.

71 ἔνθεν πορεύεται τὸν ῥάχιν] Sic legunt omnia fere exemplaria quę secuti sumus, etsi quædam habent, ἔνθεν ὑπὸ τῆς κοίλης πορεύεται τὸν ῥάχιν. Quam lectionem esse vitiosam ex Galeni Commentario satis apparet, qui venæ cauæ nullam esse factam mentionem disertissimis verbis indicat & reprehendit. Apud Aristot. legitur, ἔνθεν πορεύεται τὸν ῥάχιν ἑκάτερα φέρουσα. lib. περὶ ὀστέων φυσ. φέρουσι pro φέρουσα.

72 ἡ μὲν ὑπὸ τοῦ δεξιοῦ] Hoc membrum non legitur lib. περὶ ὀστέων φυσ. neque apud Aristotelem.

73 καὶ ἐς τὸ ἧπαρ, & ἐς τὸν νεφρὸν] Caluus hîc pro νεφρὸν πολιὸν legit,

74 πλευτῶν

74 πλευτῶσι δὲ ἐς τὴν ἀρχὴν] ἐς τὴν ὄρχιν legit Aristoteles.

75 ἔπειτα ὑπὸ τοῦ βραχόνων] Libro περὶ ὀστέων φυσ. legitur, ἔπειτα ὑπὸ τοῦ βραχόνων αὐτῶν, quemadmodum in Galeni exemplaribus, nisi quòd ἔπειτα τῷ scribitur. Apud Aristot. autem legitur, ὑπὸ δὲ τείνοισι δῆλα τοῦ βραχόνων αὐτῶν εἰς τὰς καμπάς.

76 δῆλα τοῦ πτηρέων] ἔπειτα δὲ δῆλα τοῦ πτηρέων καὶ ὑπὸ τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς δακτύλους lego, ex pluralitate codicum, & Galeni exemplaribus, & Aldinis codicibus, quodque legitur lib. περὶ ὀστέων φυσ. ἔπειτα δῆλα τοῦ πτηρέων εἰς τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς δακτύλους. Apud Aristot. scribitur, ἔπειτα δῆλα τοῦ πτηρέων ὑπὸ τοὺς καρποὺς.

77 ἔπειτα ὑπὸ τῶν δακτύλων πάλιν] Istud paulò aliter legitur lib. περὶ ὀστέων φυσ. & apud Aristot.

78 εἰσὶ δὲ καὶ ὑπὸ τὴν κοιλίης] Sic legunt omnia quæ licuit videre exemplaria, & sic quoque legitur lib. περὶ ὀστέων φυσ. Galeni tamen exemplaria ὑπὸ τὴν κοίλης vitiosè legunt, quæ lectio ex vitiosè descripto Galeni Commentario pendet, quam tamen malè mihi secuti videntur quidam Interpretes.

79 εἰς τὸν κοιλίαν] Hîc rursus quidam εἰς τὸν κοίλιον legunt, quam lectionem ex Galeni Commentario hauriunt, omnia tamen quæ adhuc videre licuit exemplaria, κοιλίαν legunt, sicque legitur libello περὶ ὀστέων φυσ.

80 καὶ ὑπὸ τοῦ ἔξω, καὶ ὑπὸ τοῦ & καὶ ὑπὸ τοῦ ἐξωπάτω, καὶ ὑπὸ τῶν ἐξωτάτω legitur.

81 κατὰ τοιοῦτος τινὰς λόγους] κατὰ τοῦδε τοὺς τρόπους legitur lib. περὶ ὀστέων φυσ.

82 ὑπὸ τῶν αὐτέου & νουσήματα γίνεται] ὑπὸ τοιουτμάτου legit Galenus.

83 καὶ χρόνον ἀναπιλύμενον πυκνὸν] Ex hoc loco ἀναπιλύμενον ἐμέμνησο mihi exposuisse videtur Erotianus, vt scripsimus in nostra OEconomia, huncq; locum subnotauimus & aperuimus. Potuimus dicere seruata dictionis translatione, quod cùm diutiùs in pectore stabuletur, illic computrescat & purulentum euadat.

84 ὑπὸ τῆς θερμότητος τῶν χωλέων] Sic legunt omnia exemplaria. At Galenus legit, ὑπὸ τῆς θερμότητος τοῦτέων τῶν χωλέων λευκὸν γίνεται.

85 καταῤῥέον πρὸς εὐπτέραν] Hîc quid sit εὐπτεία aptissimè mihi videtur explicasse in nostra OEconomia, vt sit καταῤῥέον πρὸς εὐπτέραν, inclinata iam esse ætate, & ad exitium iam præcipitata & festinante. ἀῤῥέειν verò exponit Galenus, quòd ei opponitur πρὸς βίλιον χωρέειν.

86 ὀκόσοισι φλεγμονεδέα ὑπίσταται] Hunc locum profert Galenus Com. in aph. 5. lib. 6. Epid. sect. 1. vbi legit, φλεγμονῶν τῶν φυμῶν πῦρι σωεπιθῆ ὀκ τῶν πόνου. Ibidem quoque ἡ ἀρχὴ legit, quod multi omiserunt Interpretes.

87 αἱματώδεα μὲν & & οὐρήματα] μόνον pro μὲν legunt Galeni exemplaria, quam lectionem videtur secutus in Commentario Galenus.

88 ὁκοῖον δὲ πίνεσι ὀλιγοφέρεται] οἷον γε πίνεσι ὀκοφέρεται legit Galenus.

89 τῆσιν ἀποκεκριμένῃσιν] Ex hoc loco ἀποκεκριμένῃσιν κεχωρισμένας exponit Galenus in Exegesi, vt scripsimus in nostra OEconomia, dolores eximios & selectos exprimens, qui febres symptomaticas & ex insignis alicuius partis inflammatione comitantur. Caluus & Cornarius ἀποκεκρυμμένῃσιν legisse videntur, cùm hic occultos, ille latentes dixerit, hoc est ex latentibus & internis inflammationibus exortos. ἀποκεκριμένῃσιν tamen legisse Galenum constat.

90 περιγίνεται δὲ αὐτοῖσιν] Istud ad frigus quartanæ ob atræ bilis exuperantis copiam, referunt omnes Interpretes, ego ad difficilem quartanæ discessionem eiusque longitudinem, τὸ διαπάλακτον, rectè mihi retulisse videor, ob rationem statim consequentem. Potui tamen dicere ex mente Interpretum (quod iis ab atra bile tam cumulatè accidit, vt non nisi ægrè depelli possit.)

91 ὅπ καὶ ἡ ἡλικίη αὕτη] In Galeni exemplaribus sic legitur. ἡ δὲ ἡλικίη αὕτη ὑπὸ μελαγχολίης κατὰ μάλιστα πασέων τῶν ἡλικιῶν, ἥτις φθινοπωρινὴ ὥρη μάλιστα πασέων τῶν ὡρέων.

IN LIBRVM DE GENITVRA.

Hic libellus etsi ab Erotiano tacitus prętermittitur in prooemio, inter αἰπολογικὰ tamen & φυσικὰ reponi rectè mihi posse videtur. Cuius origo quanquam ad Polybum passim reducitur, magnam tamen cum eo qui sequitur, & argumenti, & tractationis, & stili cognationem habet, ex eoque à summis artis Medicæ dictatoribus locupletissima adferuntur testimonia, vt mihi vnus & idem vtriusque author pene esse videatur.

2 ὑπὸ πάντος τοῦ ὑγροῦ] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exempl. tum manu scripta, tum publicata, huicq; lectioni consentiunt, quæ paulò post hoc in libello scribuntur, & quæ libello de aëre, loc. & aq. & quæ libello περὶ ἱερῆς νόσου. Hieronymus tamen Mercurialis pro ὑγροῦ ὑγιέος legit cap. 6. lib. 4. variarum lect. ex vetutissimo Vaticano exemplari. Caluus certè vtranque lectionem ex iisdem codicibus adhibuit.

3 καὶ τοῦ σώματα πάντα ἡδονῆ] Voluptatis huius in coitu causa affertur lib. περὶ ὀστέων φυσ. ex ipso Hippocrate.

4 τείνοισι δὲ ἐς τὰς πύας] Libello περὶ ὀστέων φυσ. ex reliquis corporis partibus semen plurimum in spinalem medullam defertur, & in ea colligitur, vt huius loci mentio illic mihi iniici videatur.

5 ἑκατὸν ἀδρὸς ἔῃ] Sic legũt omnia ferè exemplaria, prętereaquàm scripta quædam quæ ἀνὴρ pro ἀδρὸς habent.

6 ἢ αἱ ἐν νόσοισι διακρίσιες] Hunc locum in nostra OEconomia aperuimus.

7 πλείονα δὲ χρόνον ὁ ἀνὴρ] Sic legunt quotquot adhuc mihi videre licuit exemplaria, tum manu scripta, tum publicata. Mercurialis tamen ex membranis manu scriptis Vaticanis, ἢ ὁ ἀνὴρ, legendum contendit, cap. 16. lib. 4. variarum lect.

8 καὶ οὐ ξηραὶ ἐοῦσαι] καὶ ξηραὶ ἐοῦσαι lego, cum Interpretibus omnibus, contra tamen exemplarium fidem.

9 ἅτε συκαμινόεντος τὸ σώματος] Exemplaria quædam ἀπαμινόεντος simpliciter legunt. Regia etiam manu scripta ἀλιοπαμινόεντος: alia ἀκαμινόεντος. Galenus certè lib. 1. περὶ σπερματος, τῶν μήτραν ἀπασῶν ἀμφὶ τὸ σπέρμα σωεσταλμένων dicit.

10 ἐκφερέτω τὸ ἀσθενέστερον] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, eamque lectionem exigit rationis collatio. Verùm pro ἀσθενέστερον, ἰχῶρον legitur in vno exemplari Regio manu scripto, vitiosè tamen, vt apparet, etsi ἰχῶρον intelligi potest fœmineum semen quod copia superabat.

11 ὑπὸ τοῦ αὐτέου ἀμφοῖν ἰχῶρον] ἰχῶρον legunt exemplaria quædam & ad τῶν referunt, itémque ἀσθενὲς, & ἀλλοῖον.

12 καὶ τῆς γυναικὸς] Sic legunt omnia exemplaria, sed Regia manu scripta ὑπὸ γυναικὸς habent.

13 καὶ πίσι κτήνεσιν] κτήμασιν legunt exemplaria quædam, istámq; clausulam aliter distinguunt. Caluus & περὶ γονῆς ἥλεος sequenti clausulæ adiungit. Cornarius verò ἐν αὐτῇσι τῇ γονῇ ἐξέρχεται legit. Nos codicum pluralitatem cum Gorrhæo secuti sumus.

14 καὶ ὁκόθεν ὑπὸ τοῦ σώματος] καὶ ὁκόθεν αὐτοῦ σώματος legunt exemplaria quædam.

15 ὑπὸ τῆς γυναικὸς τοῦ σώματος] Quædam exemplaria, vt Vaticana, post ὑπὸ τοῦ γυναικὸς distinguunt, deinde legunt, ὁκείνου τοῦ σώματος κάλλιον &c. Quam lectionem secutus est Caluus.

16 ἢ τὸ ὀκαπόνου τόπου] Exemplaria manu scripta Regia, οὐδὲ τὸ ὀκαπόνου τόπου, οὐδὲ ἑτέρου ἐοικέναι μηδέν, legunt.

17 ἐκ τοῦ ἀπὸ ἀμφοτέρων] ἐκ τοῦ ἀεὶ ἀπὸ ἀμφοτέρων legunt Exemplaria Regia manu scripta.

18 πιοῦσιν γλίσχρα] παιδίων τιθόων legunt exemplaria Regia manu scripta & Vaticana, quæ secutus est Caluus & Gorrhœus, vt id de multis iam susceptis crassis & robustis liberis intelligatur. Cui etiam lectioni sequens postea ratio suffragatur.

19 καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς] Sic legunt omnia exemplaria quæ secuti sumus. Caluus, Cornarius & Gorrhœus ἀπὸ τοῦ μήτρας legisse videntur. Deinde μητρὸς τε τῆς αὔξης legunt exemplaria quædam manu scripta.

20 θείη ἐς ἀρυσῆεσα] Hâc dictionem in nostra OEconomia exposuimus, simúlque locum indicauimus.

21 ὅπ καὶ ὀπωπεικὰς ὅτι σίκυον χλόον] χλόον legunt exemplaria Regia quædam manu scripta.

22 λῶ δὲ φλαῦρη] ἢ δὲ φλαῦρη legunt exemplaria quædam manu scripta. Caluus & Cornarius istud ad matris collisionem referunt. Malui tamen ad puerum cum Gorrhœo & Zuinggero referre, propter ea quæ sequuntur.

21 ἢ τῇ μὲν παχὺ] τῇ μὲν παχὺ, legũt exemplaria manu scripta Regia.

24 & τὸν παιδίον γίνεται] καὶ τὸν παιδίον legunt exemplaria M.S. Regia.

25 καὶ & ὑγρὸν αὐτοῦ] αὐτοῦ legunt exempl. quædam manu scripta, sed αὐτοῦ malim. Caluus & ὑγρὸν ὀστοῦ legisse videtur. Cornarius τοῦ ὑγροῦ αὐτοῦ.

26 ἀθυέστερον δὲ τὸ τὸ πεπηρωμένον] Quædam exemplaria habent, ἀθυέστερον δὲ κᾷ τὸ πεπερωμένον. Regia verò manu scripta, ἀθυέστερον δὲ τὸ κᾷ τὸ πεπηρωμένον.

IN LIBRVM DE NATVRA PVERI.

Hνὶ δὲ γονὶ μένη] Hic liber in omnibus exemplaribus hanc haber inscriptionem. Galenus tamen in Exegesi vocum Hippoc. περὶ παιδίων φύσιος vocat, cùm alibi passim περὶ φύσιος παιδίου inscribat. At lib. 1. περὶ γυναικείων, φύσις τοῦ παιδίου ὃ ἐν τῇ κοιλίᾳ bis vocatur, & semel γένεσις τοῦ παιδίου ἢ ἐν τῇ κοιλίᾳ. Author vero vulgò censetur esse Hippocrates, etsi Galenus initio lib. περὶ κινημένων διαπλάσεως, incertus esse videtur, num Hippocrati, num verò Polybo eius discipulo tribuendus sit, cùm tamen sæpiùs aliàs ad Hippocratem ipsum referat, vt Com. ad aph. 37. lib. 5. & libris de Semine, & lib. 2. de fac. natur. Erotianus quoq; Hippocrati tribuit, & inter αἰτιολογικὰ καὶ φυσικὰ recenset, vt mihi sub istius nomine superiorem etiam libellum comprehendisse videatur, cùm iste superioris pars esse quædam videatur, vt ex superioris extremo satis constat, tum etiam quòd exemplaria quædam manu scripta, istius principium superioris fini adscribunt. Addendum quoq; videtur, quòd quæ hoc libro de Eunuchis scribuntur, ad ea quæ de iis superiore libro scripta sunt, referenda sint, vt mihi idem amborum author, & librorum περὶ γυναικείων esse satis probè constet. παιδίον autem cùm fœtum in vtero adhuc continentem Hippocrati indicet, libello περὶ ὀπτικοῦ νέρου, rectissimè de fœtus natura inscribi potest. Hũc autem locum adducit Galenus initio lib. 2. περὶ σπέρματος, & Definit. Medicarum author, vbi θερμαίνεσθαι, non θερμαινομένῃ legitur.

2 ἵπεται τοῦ κυήματος πνεύσεις] τῶν μὴ ἐχόντων legisse videtur Caluus.

3 δῆλα δὲ ἐστὶ] ῥαπὴ scribunt exemplaria Regia manu scripta, quæ etiam margini adscribunt, ῥαπὴ, ἀκμὴ, βίαι, ὁρμὴ, quæ videtur esse illius dictionis explicatio quædam. Quod etiam in nostra OEconomia adsc. ipsimus, vbi huius loci admonuimus.

4 πᾶν δὲ θέρμον] Calidum omne quomodo frigido moderato nutriatur, explicat Gal. lib. περὶ ὑγιεινῶν τρόφιμον.

5 ἢ τὰ εἰς πόλιν πιέεται] εἰς πόλιν πιέεται legunt exemplaria quædam, quæ mihi secutus videtur Gorrhœus.

6 ἢ οἱ αὖ φυσᾶται, κέοντο τοῦ μανῶδες γίνεται] Sic legunt ferè omnia exemplaria & omnes Interpretes, quos secutus sum. Quidam verò codices, ἢ οἱ αὖ φυσᾶται κ-νη distinguũt, vt ad genituram referant. Exemplaria etiam Regia manu scripta quædam, ἤρεται pro αἴρεται legunt.

7 γυναικὸς οἰκείης μουσοεργὸς] Hunc locum percelebrem multis locis adducit Galenus. præcipuè verò lib. de fœtuum formatione & initiò lib. 2. de Semine, vbi οἰκείης non οἰκέης legitur. Erotianum tamen οἰκείης hoc loco legisse apparet, qui δουλείας exponit vt scripsimus in nostra OEconomia. Sed nos δούλης legendum existimamus, & si mutanda est lectio, pro οἰκείης, οἰκέης legimus, quemadmodum legisse videtur Caluus, qui & Mousoergen proprium ancillæ nomen vertit, cum quibusdam aliis. οἰκείης autem legunt omnia quæ videre licuit exemplaria, quæ familiarem mulierem, aut vxorem propriam indicat. Quod etiam velle videntur Erotiani verba, οἱ ἴδιας, vitiosè scripta, pro οἱ ἰδίας, vt etiam monuimus. Meminit etiam huius loci Galenus lib. 2. de facult. Natur. & lib. aduersus Lycum, & Macrobius lib. 1. in Somnium Scipionis.

8 καὶ πως οὐκ ἤδεσε] καὶ γὰρ οὐκ ἤδεσε legũt exemplaria Regia manu scripta. Θ οὐκ ἤδεσε legit lib. de fœtuum formatione. Lib. verò 1. de Semine vulgatam scriptionem sequitur.

9 καὶ ἑκτεῖν ἤδη] Quædam exemplaria manu scripta Vaticana, ἕπλασε ἤδη ἑπτὰ ἐπεπήδησε legunt, & sic Aldini codices legunt. Galenus verò lib. de fœtuum format. ἐπὰ ἑπτὰς ἐπεπήδησε. Lib. autem de Semine, καὶ ἑπτὰ δὲ ἑπτὰς ἐπεπήδησε. Caluus verò ἑπτὰ ἐν ad diem septimum refert, vt fecisse etiam videtur Macrobius, cùm septimo die saltu eiectum conceptum dixit, & si quædam exemplaria saltum septimum ciiciendo legunt, vt mihi vtranque lectionem tueri Macrobius videatur. Istud autem numere septenario tribuit Macrobius, quale quiddam genituræ die septimo tribuitur ab Hippocrate extremo lib. περὶ ὀρκῶν vulgò inscripto, quam partem περὶ αἰῶνος inscribi quidam volunt. Animaduertendum autem est Macrobium septimo post conceptum die grauidam mulierem dixisse, cùm ἐκτείνω γονὶ Hippocrates & Galenus passim locis à nobis antea adductis perpetuò vocẽt, vt ἑπτάμηνα hîc mihi legisse videatur, aut ad septenarij numeri dignitatem respexisse.

10 κἀκείνη δὲ ἰδοῦσα, ἐκεῖνο] Gal. lib. de fœtuum formatione, κἀκείνη ἐκεῖνο, καὶ ἐθαύμαζον legit. Lib. verò de semine, κἀκείνη δὲ ἰδοῦσα ἐκεῖνο αὐτῷ καὶ ἐθαύμαζον.

11 ὁκοῖον δὲ λύ] ὁκοῖη legit Gal. lib. de fœtuum formatione, & πελέκυ aut πέλεκυ, vt lib. de Semine. Lib. quoque de fœtuum formatione legit Gal. ἐν δὲ τῷ ἔνδον ὑμένι, τὸ ἕν ὑγρὸν διεφαίνετο. Lib. de Semine, τὸ ἔνδον ὑγρὸν διεφαίνετο.

12 εἰλημμένας ξυνὶ ἰχῶρι] Sic legunt omnia exemplaria, tum scripta, tum publicata, & Gal. lib. de fœtuum formatione. εἰλιμένας tamen, aut εἰλιμένας cum spiritu aspero videntur mihi legere Interpretes, ab εἱλίομαι, aut εἰλιμένας, cùm obuoluere & implicare dixerunt. Hunc verò locum explicat Galenus lib. de fœtuum formatione, de chorio membrana fibris illis pleno, quæ sunt venarum & arteriarum rudimenta quædam, & veluti prima delineatio.

13 αἱμάλωπες] Hunc locum in nostra OEconomia expressimus & exposuimus, simulque indicauimus à Galeno explicari libello aduersus Lycum.

14 ὀλίγον ὅσσον τοῦτο ὕστερον ἀκφανέα] Sic legit & distinguit codicum magna pars, eamque lectionem secutus videtur Cornarius. ἀ ὀλίγῳ τοῦτο ὕστερον ἀκφανέα, legunt quædam exemplaria. ἀκφανέα verò sequentibus iungo cum reliquis Interpretibus.

15 Θ δὲ καπμόνια] Vide aph. 64. lib. 5. & Gal. Commẽtarium.

16 βύτλα ἀπὸν] Exemplaria Regia manu scripta ῥύσλω & ῥύσλω legũt, vt annotauimus in nostra OEconomia, vbi etiam istam dictionem exposuimus.

17 ζωὴν καὶ ἡ ἀνοσὶ] Sic legunt quotquot vidimus exemplaria. Cornarius αὖτη legisse videtur, Caluus ζωὴν.

18 καὶ πῶς τῶν ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ φύσει] Istud de reditu ad statum naturalem sumunt omnes Interpretes, sed mihi ad naturæ primam & instam motionem aptissimè referri videtur. Scio aliam esse mentem Cordæo suis in lib. περὶ γυναικείων Commẽtariis, eumque hunc locum de periodica mensium permotione intelligere. Verùm is aliter hunc locum legit, quem constantissimè omnia exemplaria retinẽt, & mihi immutare magna religio est. Exemplaria tamen scripta quædam, pro Θ πῶς, ἢ πῶς legunt.

19 αἱ γυναῖκες λαμβάνουσιν ἐν χρόνῳ] μάλιστα λαμβάνουσιν legunt exemplaria Vaticana, & χαλῶσι paulò pòst pro χάνουσι.

20 Θ κείουσι τὴν κύστιν] Sic legimus omnia quæ vidimus exemplaria. Caluus tamen & Cornarius κλείουσι legunt.

21 Θ χρηστὸν ἴσν] Sic quidem legunt exemplaria omnia quæ videre licuit. ἔσν tamen legunt omnes Interpretes. Cornarius verò Θ οὐ χρηστὸν legisse videtur.

21 ἐπίασται] Sic quidem legunt omnia fere exemplaria. ἐπίωσται tamen quædam Vaticana habent. vt patet ex Caluo, quod etiam annotauit Mercurialis, vt scripsimus in nostra OEconomia, vbi hunc locum expressimus & exposuimus.

23 αὐτοτομοῦται] Istud ad fœtum retulimus cum ceteris interpretibus. Gorrhœus ad articulorum cauitatem.

24 καὶ ἀμηδιῶν] Hunc locum exponimus in nostra OEconomia, simulque indicauimus ἀμηδιῶν significare, consumere, conficere, tabefacere & delere, quòd illius nullum indicium appareat. Ex hoc verò loco Galenus lib. an animal sit quod vtero continetur, quem alij de vteri conceptu vocant, fœtum non tantùm spiritum attrahere, sed & alimentum ore sugere, secernere, apponere, & superfluum expellere cõfirmat, vbi paulò aliter hic locus scribitur, & pro κᾷ τὸ αὔωδεν, ὑπὸ τοῦ δέρματος ἐκπνοῆς legitur. Simile verò quiddam etiã scribitur lib. περὶ ὀρκῶν vulgò inscripto.

25 ἐς τὸ κύσταρον] κύσταρον hîc τὸ ἀρχὸν, hoc est podicem aut rectum intestinum, ex Galeno exposuimus in nostra OEconomia, simulq; κίσταρον scribi apud Erotianum admonuimus, & κωνὸν pro κιωνὸν reposuimus.

26 καὶ ἐπὰ αὐτὰ αἰωρῆται ἐάσα] Sic legunt Germanica exemplaria, reliqua omnia αὔαισθλῶσι. Quam lectionem cum Interpretibus secuti sumus. Est autem αὔαισι in stirpibus, idem quod in animantibus τὰ ἥβρας, vt scribit Galenus.

27 Θ δὲ ἡ κεφαλὴ γίνεται] Eadem omninò scribuntur lib. 1. περὶ γυναικείων. Caluus certè hîc ἐκ ἀκίνδυνος pro ἀκίνδυνος vtrobiq; legisse videtur, cõtra tamen omnium codicum fidem, & rei veritatem, cùm tamen lib. περὶ γυναικείων ἀκίνδυνος scribatur.

28 μὴ δὲ

28 μὴ δὲ τὸ παιδίον] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, quam lectionem veluti popularem secuti sumus. Caluus & Cornarius ante hæc verba ἔφεται τὸ παιδίον addidisse videntur, deinde μὴ τὸ παιδίον ἰχῶρ παχὺ &c.

29 κοῖλος ἀπλῆν κοτύλη] Eadem scribuntur lib. περὶ γυναικείων.

30 ἐν τῇ λοχίῳ καθαρσῇ ἀπόλυται] μὴ συγγενὲς ἐὸν τῇ λοχίῳ καθαρσῇ lubenter amplecterer, ex lectione Mercurialis.

31 τὸ αἱμάλωπος τὸ πιόπεπον] Hîc αἱμαλωψ totum sanguinem in se confusum ac permixtum significat, totamque sanguinis massam, ac veluti sanguinis concrementum, vt indicauimus in nostra OEconomia, vbi istum locum expressimus. Quædam verò exemplaria manu scripta, pro αἱμάλωπος αἱμάσιος legunt.

32 αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ] Sic legunt exemplaria Germanica, quæ secutus est Cornarius & Caluus. Reliqua καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ habent, quæ lubenter amplector cum Gorrhœo.

33 ἀπίχων ἀπὸ τοῦ θεῶν] ἀπέχον legunt ferè omnia exemplaria, quę secuti sunt Interpretes, & ad γένεον referunt. Zuinggerus ἀπίχων legit, eiq; ὁ χρόνος iũgit, etsi in sua versione ἀπίχων ad γένεον retulit. ἀπίχοντι non malè legi posse mihi videtur, vt τῷ ὑγρῷ respõdeat.

34 ὅτι τῷ ξύμπαντι δέρματι] Sic omnia exemplaria legunt, quædam tamen σώματι habent, quæ amplecti mauult Gorrhœus.

35 οὕτοι δὴ φλεγματώδεες εἰσί] Hunc locum in nostra OEconomia exposuimus.

36 αἱ ἢ πολιαὶ] Vide Alexandrum libr. 1. problematum, & Auicennam secunda primi Doctr. 3. cap. 3.

37 εἰς τὸ ἀπόλειπες] ὀπίλειπες legunt exempl. manu scripta Regia.

38 δι' αὐλίκων δὲ ὀλιῶδε] Hic locus de lactis generatione adducitur lib. 1 περὶ γυναικείων, vt idem vtriusque author esse videatur. & simile quid scribitur libello extremo περὶ ἀδένων.

39 δέρματι δὲ ὁ πάρ] πάρ τὸ λιπαρὸ πάπον καὶ νοσιμῶ πάπον apud Hippocr. ex hoc loco exponit Erotianus, vt expressimus in nostra OEconomia.

40 καὶ ὁ παιδίον ἀπ' αὐτοῦ] fœtus in vtero lacte vt alimento etsi pauco fruitur, vt etiam paulò pòst scribitur, & libello περὶ ὀρκῶν, fœtus compressis labris sugit. Exemplaria autẽ manu scripta sic legunt, καὶ ὁπόταν ἀφίκηται εἰς ὃς μήτρας τοῦ γάλακτος, τὸ παιδίον ἐπ' αὐτῷ ἐπαυλίσκεται ὀλίγον. Quam lectionem habent Vaticana exemplaria, eamque sequuntur Cornarius & Caluus.

41 μᾶλλον ἐπέχει τὴν λαγόνα] λαγόνα semen reddidi, quòd ex hoc loco ὁ ἀπόρμα significare disertis verbis testetur Galenus in Exegesi. Et Gorrhœus λαγόνα γονὶ hîc accipit. Istumque locum in OEconomia nostra expressimus.

42 ὁπόταν ἐν τῇσι μήτρησιν ἔῃ] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quædam etiam ἔῃν habent.

43 ὃ ἐν φυτοτηρίοι] Hunc locum mihi subindicare videtur Galenus in Exegesi, cùm φυτοτηρίοιν, ἢ εἰς τὸν γλῶ φυτευόμενον ξύλον exponit, quod etiam animaduertit Gorrhœus, & nos in nostra OEconomia expressimus.

44 αὔξεται δὲ ἐς τὸ εὖρος] Hæc tota tractatio quæ παρέρχεται inseritur, alienaab hoc loco videtur Hieronymo Mercuriali, & libro de aëre, loc. & aq. affluenda. Verùm quantumuis longa sit hæc ὑφήγησις, non tamen ab authoris mente alienam esse ex his quæ postea sequuntur apparet.

45 καὶ ἐφ' ἡ κόπρος, ἰωνεκαμένη] Sic legunt exemplaria omnia, quæ adhuc videre licuit, vitiosè tamen, pro quo ἰωκεκασμένη rectè reponit Gorrhœus. Quædam etiam ἡ νευαλμένη legunt, quæ lectio non improbatur, & ἀνάστω venit, νευασμένη tamen malim, quemadmodum ἀμφορεῖς νευασμένοι dicuntur Aristophani, amphoræ ad summum vsque plenæ & pressæ. Sic simum confertum & densè pressum, ac constipatum nòn malè intelligitur, quod coactum est & densè cumulatum ac compactum, cui rectè τὸ ἀφαῦν hîc opponitur, vt τῷ νασᾷ χαῦνον Θ ἀφαῦν apud Hippocratem, vt scripsimus in nostra OEconomia.

46 εὐθερμότερα ὄντι] Sic legunt omnia exemplaria, Cornarius tamen & Zuinggerus ἐνθερμότερα legisse videntur.

47 ἰδυῶς δωεικὰ] δωεικὰ legunt omnia quæ vidimus exemplaria, eaq; secuti sumus, etsi δωεικὰ legerit Caluus & Gorrhœus, & Doricas vestes intelligere mauult Mercurialis cap. 5. lib. 5. variarum lectionum, quòd δωείδος ἐαθῆτος meminerit Herodotus. lib. 5. quæ similima erat Corinthiæ, eaque vtebantur mulieres Atticæ. A n verò ex materia ad incendium parata fieret, non satis constat.

48 πάντα δὲ πεπίεσται ὑπὸ σφῶν αὐτῶν] Sic publicata exemplaria distinguunt, scripta verò, ὑπὸ σφῶν αὐτῶν θερμότερα εὐρήσει habent, quæ secuti sumus cum Caluo & Gorrhœo, etsi quæ sequuntur superioribus magis cõsentiant. Quædam etiam exemplaria πιέευται habent, scripta πεπιεῶται, quædam etiam πεπίευται.

49 οὐ γὰρ ἔστιν αὐτῆς δίψηνοῦ] δίψηνοος οὐδὲ ἐς legunt alia exemplaria, aut δίψηνοῦν οὐδεμία legendum videtur.

50 ἢ μακρῷ μείζονι] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, Gorrhœus tamen μακρῷ μείονι legisse videtur.

51 δίξ πόδε δίεισιν] Sic legunt exemplaria Germanica, alia δίνεσιν habent.

52 καὶ αὖτε ἀφίησιν ἐς ἑωυτὸ τὸ πνεῦμα] Ista suboscura verba malui ad aquam referre quàm ad spiritum, hoc sensu. Terra cùm rara sit, aëris perspirationi locum dat, qui ab aqua excitatus vndiquaque perflans, eam ipsam simulque terram refrigerat, ita tamen vt aqua ipsa sit frigidior, cùm in sese & in terram spiritum immittat. Gorrhœus & Caluus istud de spiritu in sese excitato & in aquam immisso intelligunt.

53 οὐ σκιδναμένου ἐν τῷ φρέατι] ἀφὸ τῷ φρέατι legunt exemplaria quædam.

54 καὶ πάλιν] Istud membrum non videtur legisse Caluus, aut certè omisisse.

55 τὼ χεῖρε ἔχει πρὸς τοῦς γόνυσι] πρὸς τοῦσι γόνυσι habent exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit. Quod facit vt τοῖσι γόνυσι aut γόνυσι cum Caluo & Gorrhœo legere malim, aut certè τῶσι γόνυσι legendum. Cæterùm libello περὶ ὀκταμήνου scribit Hippocrates, fœtus capite sursum nasci, & in caput in lucem prodire.

56 ὅτι κᾷ μέσον] Sic legunt exemplaria Germanica, reliqua omnia & manu scripta Regia: Θ κᾷ μέσον.

57 ὧδε ἔχουσιν εὑρήσεις πᾶσιν] Sic legunt omnia exemplaria. Cornarius tamen εὑρήσει legisse videtur.

58 ὁκόταν δὲ τῇ γυναικὶ] Hunc locum profert Galenus Coment. in in primam sent. lib. 6. Epid. vbi sic legit. συμβαίνει τὸ δὲ ὃ παιδίον κινούμενον, καὶ ἀσκαρίζοντα, καὶ χαρεῖ καὶ ποτὶ ῥῆξαι λυκὲ ἀφ' ἡμέων ἀφ' ἑωυτόπω, ῥαγῆτε ἐνός, οἱ λοιποὶ ἀκιδνοτέρῳ δεινάμενοι ἔχουσι. καὶ ῥήγνυται πρὸς ὃ ὁ ἀκείνου ἐρόμενος. Sed pro ἀκιδνοτέρῳ, ἀκινδυνωτέρῳ vitiosè exemplaria legunt. Adscribendum etiam videtur exemplaria Regia manu scripta αἰαγκάζοντα pro ἀσκαρίζοντα legere.

59 κεῖναι δὲ κλήθρῃ] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quædam etiam διεκλήθησαν, alia quoque διεκλήσιν vitiosè.

60 ἡ ὀφρὺς καὶ ἡ αὔξησις] Hunc locum profert Gal. Com. ad aph. 37. lib. 5. paulòque aliter legit.

61 καὶ τοὺς ὑμένας ῥήγνυσι] Galenus loco supra adducto legit, καὶ τοὺς ὑμένας ῥηγνύον, ἀρχὸν ἀποκυήσεως παρέχει τῇ μητρί. Quod & reliqui annotarunt. Hancque lectionem secutus est Cornarius, contra tamen omnium aliorum exemplarium fidem.

62 μητρῶον σφῶν ἐστίν] Quid hîc μητρῶον significet in nostra OEconomia aperuimus.

63 καὶ πρόσθεν ἢ δέκα μηνῶν ἐξελθεῖν ἐπείγεται] Sic legunt exemplaria Germanica publicata, & scripta Regia & Vaticana, vt patet ex Caluo. Quædam tamen ἐπείγεται non legunt, vt Aldina, quæ secutus est Gorrhœus.

64 ὧν μὴ τε ἀπαθ βίαιον πάθημα προσπέσῃ] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria. Cornarius tamen κὦν μὴ τε legisse videtur. Quidam etiam codices αὐτὸ non ἀπαθ habent.

65 ὀφρὺν δὲ καὶ αὔξησιν ἔχει] Sic legunt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit. Gorrhœus tamen παρέχει legisse videtur. Quod facit vt quidam legant, ὀφρὺ δὲ καὶ αὔξησις ἐστὶν ὑπὸ τῇ λευκοῦ τῇ ἐν τῷ ὠοῦ ὄντος. Verùm ἔχει pro παρέχει hîc positum videtur, vt paulò pòst, ὃ ἐλάσσω ὀφρὺν ἐν τοῖσιν ἐμβρύοισιν ἔχουσι.

66 οὐκ ἔχον ἀρκέουσαν] ἔχον & ἐχτέον legunt quotquot videre licuit exemplaria, & ad τὸ ὄρνεον referunt, sed malim ἔχων & ἐχτέων legere, vt ad τὴ νεοσσὸν referatur, quod faciunt omnes Interpretes. Hac verò de re lege Aristot. cap. 3. lib. 6. de hist. animal. & Plinium cap. 53. lib. 10.

67 ὧν μὲ δὴ ὀπτικρατήσῃ] ὧν μὲ δὴ κρατήσῃ simpliciter legunt exemplaria quædam manu scripta & publicata.

68 ὧν οὕτως ἡ ῥοπὴ τύχῃ, γλυμένη ἢ ἐστὸ] Sic legit codicum magna pars, quædam etiam ὧν οὕτως ἡ ῥοπὴ τύχῃ γλυμένη.

69 τὸ χωρέον πεπαμένον ὄστι] πεπαμένον legunt exemplaria quædam manu scripta & publicata, quæ secutus videtur Caluus. χωρέον etiam scribunt codices quidam pro χωρέον, & vtraque scriptura recepta est.

70 ὑδρωψ ἔρχει αἱματώδης] Hîc ὑδρωψ αἱματώδης humorẽ aqueum cruentũ indicat, quẽ Arist. lib. 7. hist. anim. ἰχῶρα ὑδαρῆ ὑπάρχοντα, Θ αἱματώδη in partu profluere scribit, & hoc loco ἔτι ἰχῶρα vocat,

neq; malè ſaniem dici in OEconomia noſtra ſcribimus.

71 καὶ οἷπε μαζοὶ] Hic locus adducitur ab Hippocrate initio lib. 1. περὶ γυναικείων his verbis. καὶ λῶ καταῤῥαγῆ, τὸ σῶμαπας ἐπὶ πλησιάζουπα, μάλιςα τῆς κοιλίης, καὶ ἀπὸ μαζῶν καταῤῥήγνυπαι. καταῤῥήγνυπαι δὲ τὸ ἄλλο σῶμα. ὁκόπερον γίνεται, εἴρηπαί μοι ἐν τῇ φύσει τῆς παιδίου τὸ ὀπίσω. Vt ſatis appareat eundem & iſtius & illorum librorum eſſe authorem. καταῤῥήγνυσθαι verò de effuſa & confertim erumpente vacuatione intelligimus, ex Hippocratis phraſi, vt annotauimus in noſtra OEconomia, qua copioſius prodeunte, mammæ & partes humidiores concidunt, flaccеſcunt, venæ etiam fluidiores fiunt, vt ſcribitur initio lib. 1. περὶ γυναικείων.

72 δίδυμα γίνονται] Hunc locum profert Galenus libello qui inſcribitur εἰ ζῶον τὸ κῦρ χαστρός, ex eoque probat animal eſſe quod vtero continetur. Sed aliter paulò legitur, & pro χαμψὸς γόμφους vitioſè ſcribitur.

73 πρὸς τὸν ἕπερον χαλάσι] χανώσι videtur legiſſe Cornarius, aut vtranque ſcripturam complexus. Quidam etiam hîc negationem tollunt, quæ tamen in omnibus exemplaribus legitur.

74 καὶ ὑμένι δεῖ] καὶ ὑμένι δεῖ ἴωι legunt exemplaria quædam Regia manu ſcripta.

75 ἀπὸ καὶ ἐς δὶς καὶ τρὶς ἀποβεβόστεται] Hunc locum in noſtra OEconomia appoſuimus, & ἀποβεβόστεται indicare ſcripſimus velut per æſtum eiici ac expui, & de maris ſpuma dici, recteque ad ſeminis eiaculationem ac emiſſionem referri, quod non vnico impetu effunditur, ſed ſecunda ac tertia agitatione & eiaculatione emittitur, ac velut iterum tertioque ebullit, neque vnico æſtu, ſed ſecundo ac tertio, veluti efferuеſcendo aut ebulliendo expellitur.

IN LIBRVM DE CARNIBVS.

ΕΓΩ τὸ μὲν ἐν τῷ λόγῳ] Hic libellus in omnibus exemplaribus περὶ σαρκῶν inſcribitur, etſi nonnulli περὶ ἀρχῶν inſcribi velint, quòd ibi de corporis humani principiis, nõ vulgaribus quidem, & ex communi philoſophorum opinione petitis agatur, ſed veluti propriis, & ſecundum Hippocratis opinionem. Caro verò cùm muſculoſam corporis ſubſtantiam indicet, quæ oculis ſubiicitur, & reliquis totius corporis humani partibus velut fulcrum ſupponitur, inter præcipuas partes nominis prærogationem accepit. Atque omnem totius indicaturæ rationem rectè mihi explicare videtur Zuinggerus. Cæterùm hic libellus mihi ad Phyſiologiam ſpectare videtur, etſi ab Erotiano inter φυσικὰ reticetur.

2 δοκέει δέ μοι ὁ καλέομεν θερμὸν] Hoc calidum quò ad originem immortale, animorum noſtrorum diuinitatem atteſtatur, vnde hauſtos, aut acceptos, aut libatos eos omnes habemus. Huius officium & naturam etiam ſatis indicat, quòd omnia quæ alantur & creſcant (vt ſcribit M. Tullius lib. 2. de Nat. Deorum) contineant in ſe vim caloris, ſine qua neque ali poſſent, neque creſcere. Nam omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitur motu ſuo, quod autem alitur & creſcit, motu quodam vtitur certo & æquabili, qui quandiu remanet in nobis, tandiu ſenſus & vita remanet: refrigerato autem & extincto calore, occidimus ipſi, & extinguimur. Idem quoque. Omne quod viuit, ſiue animal, ſiue terra editum, id viuit propter incluſum in eo calorem. Ex quo intelligi debet, eam caloris naturam vim in ſe habere vitalem, per omnem vim pertinentem. Rurſuſq; intelligi debet calidum illud atque igneum ita in omni fuſum eſſe natura, vt in eo inſit procreandi vis, & cauſa gignendi, à quo & animantia omnia, & ea quorum ſtirpes terra continentur, & naſci ſit neceſſe & augeſcere.

3 καὶ ὀνομάζωσί μοι αὐτὸ ἀθανάτοισιν] Idem M. Tullius lib. 1. de Nat. Deorum, vltimum & altiſſimum, atque vndique circunfuſum & extremum, omnia complexum atq; cingentem ardorem, æthera vocat. Et lib. 2. ardorem cœleſtem & cœlum, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, licet & aliam notationem alij adferant. Idem ex Euripidis Theſeo, vocat ſublime fuſum immoderatum æthera, qui terram tenero circumiectu amplectitur. Vt non malè hîc πῦρ αἰωνόπτω περιφορῶ, ſupremum circumiectum, aut ſupernum ambitum exponas, quo aërem immenſus æther complectitur, qui conſtat ex altiſſimis ignibus (vt idem loquitur) & irrequieto motu cietur.

4 κρίπωθεν αὐπῆ] Sic legunt exemplaria omnia publicata & ſcripta, αὐπὴ tamen malim.

5 θερμὸν τὸ ὄν] θερμὸν τὸ ὂν τῷ ὑγρῷ legiſſe videntur Caluus & Cornarius. Hac quoque parte vitioſiſſimus eſt Aldinus codex, & aliquot verba omittit.

6 πλῆθος πολλὰ] Sic legunt omnia exemplaria. Sed Cornarius legiſſe videtur, τὸ πλῆθος πολλὰ, & ἀπικλείαθαι pro ἀπιλείφθαι.

7 οἷον περὶ χιτῶνας] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, hoc ſenſu, vt terra temporis ſucceſſu à calore reſiccata, quæ in ea continentur circum ſe velut circum membranas quaſdam putredines excitant. Calor enim internus terræ cauernis concluſus, & in craſſiores terræ partes agens, putredinem concipit, cùm expirare nequeat. Sed οἷον περὶ χιτῶνας, & καταπλαθέντα legiſſe videtur Cornarius, Caluus καταπλαθέντα. περὶ χιτῶνας etiam vna dictione legi poſſe aliquando exiſtimaui.

8 οὐδὲ μὴν τῆς ὑγροῦ ἡγεῖται] Sic legũt omnia exemplaria, ὑγρὰ tamen cum Cornario legimus, quod etiam Zuinggerus annotauit, qui hunc locum ex Codice Romano aliôqui per ſe ſuboſcurum explicauit. Aliam tamen lectionem mihi videtur ſecutus Caluus, & pro his verbis, οὐδὲ μὴν τῆς ὑγροῦ ἡγεῖται, οὐδὲ δεῖ τῆς ψυχροῦ ψύχεσθαι legiſſe.

9 οὐδὲ γὰρ ἐνῶν τῆς ψυχροῦ αὐτῇ] αὐτὴ legunt exemplaria quædam vitioſè (vt opinor) πολὺ τῆς ψυχροῦ tamen videtur legiſſe Caluus, quem omnes Interpretes ſecuti ſunt.

10 τὸ τῆς ψυχροῦ ἐόν] ὀνεὸν habent exemplaria quædam manu ſcripta, vt frigidi pars interior intelligatur, quæ vi caloris diſſoluta & colliquata eſt. Id τὸ ὀνπὸς τῆς ψυχροῦ paulò poſt dicitur.

11 τὸ τῆς ὑγροῦ] Sic legũt quotquot vidimus exemplaria. Sed Cornarius & Zuinggerus τῆς ψυχροῦ rectè mihi legiſſe videntur, quæ ſecuti ſumus.

12 τὸ πᾶρὲξ αὐτῆς] Sic legunt exemplaria omnia, quidam tamen τὸ πᾶρὲξ omittunt, quòd de interiore frigido hîc agatur. Sed interioris frigidi ambiens ſuperficies intelligitur, non ea quę omnino exterior eſt, de qua quod ſequitur accipitur. ἀποκλαθὲν etiã, non ἀποληφθὲν videtur legiſſe Cornarius.

13 καὶ ἐριφυόπαπα] Sic legunt omnia exemplaria, cùm tamen ἐρυφώπαπα legere malim, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia, hoc ſubindicato loco. Quod tamen etiam per ι ſcribitur. Et ἐριφυὲς Heſychio σφιγκτὸς, πυκνὸς, στερεὸς, exponitur.

14 ὂν τὸ πολλὰ] ὀδὲ τὸ πολλὰ legunt exemplaria quædam.

15 ἔπι μηπρόπολις] μηπρόπολις hîc arcem, ſedem & matricem ſignificat, hoc eſt, originem, velut μηπρόπολις dicuntur Latinis matrices vrbes, ex quibus coloniæ in alias vrbes deductæ ſunt, velut parentes vrbes, & matres. Sic matricem dixit Suetonius Auguſto, eam arborem ex qua ſtolones ſunt propagati, & ex tráſlatione Plut. Symp. 8. ex † Chilone Geometria dicitur ἀρχὴ καὶ μηπρόπολις τῶν ἄλλων, origo & matrix cæterarum diſciplinarum, hoc eſt, mater & ex qua reliquæ deducuntur. † *probl. 2.*

16 καὶ αὐτῇ ἐὴν μυελὸς οὔνομα] αὐτὴ pro ἀυπῇ legunt exemplaria quædam.

17 τὸ τῆς πιότητος] παχύπατον legiſſe videtur Caluus. πιότητον autem dulciſſimum diximus. Id enim πῖον ſignificat quod in ſanguine aut alimento dulce eſt & iucundum, pingue aut ſuaue, & quod in calidioribus naturis promptiſſimè incẽditur, pinguiſſimum dixerunt Interpretes, & λιπαρὸν vnguinoſum.

18 ἐὴν τῆσι φλεψὶν] ἐὴν ἐν τῆσι φλεψὶν legunt exemplaria quædam, velut paulò poſt legitur.

19 πῦρ ἐῆς φέλα κεῖται] Hunc locum longè aliter Caluus, & ſine negatione legiſſe videtur.

20 καὶ λυχνὸς] ὁ αὐχμὸς legunt exemplaria quædam manu ſcripta & publicata, vitioſè tamen vt apparet.

21 τὸ δὲ πηλίδιον] Quod lib. de Natura pueri, & libro de Octimeſtri partu, alimentum per vmbilicum fœtui ſubminiſtrari dixit, hoc loco, ad ſpiritus calidi attractionem, cõpreſſis labris ex vtero ſugere vult.

22 ὅδε αὐπῷ ὅτιν ἀποκρίνεσθαι] ὅδε αὐτὸν ὅτιν legunt exemplaria quædam.

23 καὶ πίνει αὖ ἔτι κόπεον] κόπεου legunt exemplaria quædam. Iſtud verò totum prætermiſiſſe videtur Caluus.

24 πυκνὸν τῆς ὑγροῦ ἀποληφθὲν] ἀποκλαθὲν pro ἀποληφθὲν videtur legiſſe Cornarius.

25 ὀν τῇ πῖσι πρώτοισι] Sic quidem legunt omnia exemplaria, ſed πῆσι βωγλῆσι malim.

26 πλεῖς τῇ τῆς σώματι] Hîc vulgatam lectionem eamq; omnibus quæ vi-

quæ videre licuit exemplaribus conteſtatam ſecutus ſum. Cornarius verò, πλεῖσον τῇ τῆς ὑγροῦ ὀν τῇ σώματι legiſſe videtur, vt ad duo principia naturalia reſpexiſſe videatur.

27 καὶ τῆ ψυχροῦ πουνὸ ὀν τῇ ὑγρῷ] Iſtud videtur omiſiſſe Caluus.

28 ἀκόσον δύναται πᾶξαι τὸ ὑγρὸν] οὐ δύναται legunt exemplaria quędam, quòd in corpore frigidum à calore ſuperatum, vires ſuas exercere nequeat, eiq; eliquanti cedere cogatur, ideoq; humidum cogi aut concreſcere minimè ſit neceſſe.

29 τῆ καιομένῃ ξηραινομένῃ] Sic legunt quotquot vidimus exemplaria. Interpretes tamẽ omnes ὁ ξηραινομένῃ legunt, quos ſecuti ſumus, etſi lubẽter cum Zuinggero, ξηραινόμενον ἐπὸ θερμοῦ lego.

30 τὸ ὑγρόπαπον αὐπέων] Sic legunt omnia exemplaria. Cornarius autem αὐπέων legiſſe videtur, & ad oſſa & articulos retuliſſe, ego verò ad glutinoſum. Vnguium enim materia eſt humidũ glutinoſum à calore exiccatum & arefactum, ad extremas partes emiſſum.

31 θύραζε εἰς ὄνυχας] θύραζε ὄνυχες vitioſè legunt exẽplaria quędam.

32 τῆ λιπαροῦ τὸ ὀνεόν] καὶ τὸ λιπαροῦ τὸ ὀνεόν, videtur legiſſe Cornarius. Exemplaria tamen omnia ſic legunt, ἡ αὔξησις γίνεται τῆ κολλώδεος ἢ λιπαροῦ. τὸ ὀνεόν. Pingue glutinoſum propter pinguedinem cùm facilè exuratur, & ob lentorem promptè à calido exiccetur, cùm frigidi nihil inſit, dentes facit oſſe duriores, vt ſcribit Celſus cap. 1. lib. 8.

33 καὶ ὀν τῇ κάτω κοιλίῃ] ὀν τῇ κάτω κοιλίῃς legit Cornarius, quem ſecuti ſumus, quanquam ὀν τῇ κάτω κοιλίῃ legũt omnia exemplaria.

34 καὶ γὰρ αἱ φλέβες αἱ ὀν τῆς νηδύος τῆς ὀπτέρων] Sic legunt ferè omnia exemplaria Cornarius verò legiſſe videtur, ὁ γὰρ αἱ φλέβες ὀν τῆ νηδύος τῆς ὀπτέρου, quæ lectio valde popularis eſt. Nos etiam τῆς ὀπέρων (vt paulò pòſt) legimus.

35 τὸ τῆ παχύπατον αὐτέου καὶ παλεῖπται] Sic legunt omnia exemplaria, etſi καπαπίπτει videtur legiſſe Cornarius, cùm computreſcit dixit, & vtranque lectionem complexus eſt.

36 καὶ τῆς ὀπτέρων τῆς αὖωθεν τῆς νήστος] Iſtud ita accipiendum vt τὸ αὖωθεν ſuperiorẽ & inferiorẽ inteſtinorum partem, hoc eſt hinc & hinc ſignificet, nẽpe duodenum & tenue inteſtinum, quod item vulgo dicitur, ita vt chyli diſtributionem quæ ſit in tenuibus inteſtinis per venas intelligat. Hîc verò præcipuè ieiuni inteſtini mẽtionem facit, quòd poteſſimùm ipſius chyli diſtributionem iuuet & faciat, cùm numeroſa ſobole arboris radicum modo, in ipſius ramum ex meſenterio venæ implantẽtur, hocque ſit veluti meſenterij centrum, ac propter proximam hepati poſitionem, breuiſſimo ductu ad venæ portæ ramos alimẽtum deferat, in quos plurima & citiſſima eius fit diſtributio. Quanquam καὶ τὸ αὖωθεν τῆς νηδύος legiſſe videtur Caluus, & ea quæ in ſuperiore ventriculo ſunt attrahi intelligat. Sed iſta lectio in omnibus quotquot videre licuit exemplaribus eſt conſtantiſſima. Aut certè τῆς αὖωθεν τῆς νήστος θερμαινομένων τῆ σιτίων, ſimul iungendum, tuncq; per τὸ ἔνπερα ventriculus & ἔκφυσις intelligentur.

37 καὶ πλέονα τῶν προφλῶ ἔχονται] Iſtud ad maxillas retulit Cornarius, cùm in vniuerſum de ſingulis corporis partibus dicatur.

38 ὀν ἢ νεϊωίσκος γίνεται] νεϊωίσκον hîc adoleſcentem dixi cum reliquis interpretibus, quòd adoleſcentia anno decimoquarto ac decimooctauo ad vigeſimum quintum vſq; comprehendatur, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 9. lib. 5. Etſi iuuenis intelligi poteſt, quòd iuuentus à vigeſimo quinto anno ad trigeſimum quintum extendatur, vt ſcribit ibidem Gal. & Com. ad aph. 30. lib. 3. νεϊωίσκος autem adoleſcentem & iuuenem comprehendit Celſo cap. 1. lib. 2. vbi Hippocratis aph. 29. lib. 3. Latinum facit. Et hoc loco iuuentutem Caluus poſuit.

39 οὕτοι καλέονται ὑφρονησῆρες] Hoc eodẽ nomine ὑφρονησῆρας appellat Rufus Ephesius ὀν τῇ περὶ αἰδοῖου μορίων quòd ἡνίκα αὖ ὀν παφρονῆν ἐπέρχονται. Eos moderatores ideo dicimus, quòd eo tempore quo moderatos aut temperatos eſſe oportet, enaſcantur. Sunt hi ex genere molariũ, duo in ſuperiore maxilla intimi atq; vltimi, & ab vtraque parte vnus. Quibuſdam à decimooctauo anno ad vigeſimum ſextum enaſcuntur, quibuſdam etiam anno octogeſimo exorti ſunt. Intimi & gemini dicũtur † M. Tullio & ‡ Plinio. Vnde geminum frangere dixit Perſius, pro clanculum alicui obtrectare, & immodeſtiùs aliquem morſu appetere. † *lib. 2. de Nat. Deorum.* ‡ *lib. 7. cap. 37.*

40 ὁ ὀν τῇ ὀπτοεῖω] ὀπτῷω habent exemplaria quædam pro ὀπτεύω quod pubem & pectinem ſignificat, & ἐφήβειον & ἥβη alio nomine dicitur.

41 εἶσιν δὲ πάνυ λόγος περὶ ζωπύου] Sic legit magna codicum pars, quod ſonat. Quibus ea de re hac ratione ſatisfactum velim. Quidam etiam, ἔστι λόγος περὶ ζωπύου ſimpliciter habent.

41 δὲ τῆ βροχίων ξηρῶν ἐόντων] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, tum publicata, tum manuſcripta, & Vaticana quoque, vt apparet ex Caluo. At Cornarius illud ξηρῶν ἐόντων omiſit, quòd proceſſus illi mammillares aut papillares dicti, qui ab anterioribus cerebri ventriculis ad nares pertingũt, non extra craſſam membranam proferantur, † ſed ab ea, foraminulentum operculum accipiunt ad nares productum, ideóque molliſſimæ ſint ſubſtantiæ, quò odores facillimè admittant & diiudicent, vel ad cerebrum tranſmittant. Quod cùm præcipuum ſit odoratus inſtrumentum, χονδρίον μαλακὸν Galeno dicitur, & libro de loc. in homine σαρκῶν ὀδὸν ἀπυγιὰ laxum quiddam & molle velut ſpongia. Et certè propagines illæ cauæ, ab anterioribus cerebri ventriculis erumpentes, & ad colatoria oſſa deſinentes, in quibus odorandi facultas conſtituitur, neruorum ferè ſunt ſimiles, molliores tamen, ad odoris ſenſum mouendum. Quod facit vt verba iſta [ξηρῶν ἐόντων] ſuperflua videantur Cornario & Zuinggero. At verò vt ad perfectum odorandi ſenſum mollities requiritur, ſic obſtructis iis propaginibus, aut excrementis diffluentibus, odorandi vis vitiatur, vt in grauedine apparet, vt ideo cauitatibus illis ſiccioribus, exquiſitior odorandi facultas percipiatur. Appoſitiſſimè autem additur ξωὶ τῷ ὑέει. Cùm enim odoris materia ſit vapor ex rebus odoratis promanans, hunc ab iis efferri, & aëri ambienti permiſceri, & per nares in cerebrum attrahi, ad odoratum ciendum oportet. Ac multis argumentis probat Galenus lib. περὶ ὀσφρήσεως ὀργάνου, odoratum non niſi attracto in cerebrũ ſpiritu fieri poſſe, quod hîc quoq; paulò pòſt refertur. Quædam autem exemplaria ſic hunc locum legunt, ὀσφραίνεται τῇ ὁ ἐγκέφαλος ἐγγὺς ἐὼν αὐτῆς τῆ ξηροῦ, ἕλκων &c. περιόντα etiam legunt exemplaria quædam, quæ ſecutus videtur Cornarius & Zuinggerus, reliqua περιόντα.

† *lib. 8. & 9. de vſu part.*

43 οὐ δύναται ὀσφραίνεσθαι] Sic legunt meliora exemplaria quæ ſecutus ſum, & ad cerebrum retuli. Reliqui interpretes ad nares applicant, vt & Caluus, qui aëris attractionem naribus etiam attribuit, & δύναται legunt cum aliis exemplaribus.

44 καὶ ὅταν ἀποπίκτη ὁ ἐγκέφαλος] ἀποπίκτη vitioſè pro ἀποτίκτη legunt exemplaria publicata, cùm plurima materia à calore præter naturam eliquata intelligatur, & à cerebro in palatum aut fauces & pulmones demiſſa, aut à cerebro colliquefacta.

45 καὶ ἔπι πρόπω τῆ θερμῆ] Sic legunt exemplaria omnia quæ videre licuit, quod mihi indicare videtur iſtud cũ calore quodam contingere, & modo quodam calido fieri, & materiam illam à calore præter naturam eliquari, quemadmodum lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς in grauedine contingere ſcripſit, tuncq; deſtillationem calidam ſentiri, & catarrhum calidum vocari, qui febrem habeat comitem, vt mihi ſe ad popularem vſum accommodaſſe, aut populari voce vſus Hippocrates videatur, quod illi ſæpe aliàs ſolenne eſt. Cornarius tamen, καὶ ἔπι τῆ πρόπω θερμῆ legiſſe videtur, eadem tamen propè notione. Caluus. ὁ ἔπι εὐπρεπῆ τῆ θερμῆ legit, aut ἐὐπρεπῆ, aut certè πρόπον πρεπῆ intellexit.

46 δίξῃ τῆ ὀστέου ἑκάπερον] ἑκαπέρω videtur legiſſe Caluus, aut illud ἑκάπερον ad vtriuſque oculi os retuliſſe, nos alios interpretes & valde popularem lectionem ſecuti ſumus.

47 καὶ δίξῃ τῆπο] Hunc locum breuiſſimis & nimium circunciſis verbis planè confudit Caluus. Cornarius αὐπὸ περὶ αὐτὸν θέρμα legiſſe videtur. Senſus eſt, ex glutinoſo quod eſt tenuiſſimum à cerebro in oculum propulſum, aëris externi frigidi occurſu in membranam fuiſſe denſatum, eadem planè ratione quam de reliquis membranis, paulò ſupra attulit. Hîc autem variant exemplaria. Quædam enim οἷονπερ περὶ αὐτὸ ὅτι τὸ δίαφανὲς ἢ ὀφθαλμοῦ legunt, alia, οἷονπερ αὐτὸ ὅτι, τὸ δίαφανὲς habent. Indicat autem membranã corneam factam eſſe maximè pellucidam, ac ſimilẽ oculi interno lucidiſſimo, hoc eſt humori criſtallino. Quare exiſtimaui aliquando non malè legi poſſe, οἷονπερ περὶ αὐτὸ ὅτι τὸ δίαφανὲς, hac notione, vt corneam membranam ſic pellucidam fieri intelligas, qualis eſt humor criſtallinus, toto ſuo ambitu & circumferentia. Iam verò illud τὸ περὶ τῆ κέρως, ſi ad proximum referas (quod fecit Cornarius) de membrana cornea accipiẽdum, non de pellucido interno, quod hîc δίαφανὲς αὐτοῦ καὶ ὀρέου dicitur. Sunt etiam quædam exemplaria, quæ hunc locum ſic legunt, καὶ δίξῃ τῆπο αὐτὸ τὸ δέρμα ποιεῖ ζωοῦπο.

48 πρὸς τῆ ὀρέοπος δίαφανέος] δίαφανέος legunt alia exemplaria quæ

secuti sunt Cornarius & Caluus. Siue igitur de multis tunicis, quæ cristallino humori prætěduntur, accipiatur, siue de cornea tunica, quę in multas veluti laminas secatur, eę omnes sunt pellucidæ, ὀκοῖόν περ αὐτή ἐστι, quale pellucidum ipsum existit, quanquam illud ad oculos refert Cornarius. ὀκοῖόν περ ἀμπλόειν etiam habent exemplaria quædam.

43 μὴ δὲ αὐταυγῆ] Sic legũt quotquot videre licuit exẽplaria, sed αὐταυγέα lego, vel αὐταυγῆ. Caluus ἢ τε pro ἢ τοῦτο legisse videtur.

10 καὶ λαῦτις ὀκρίσι] Procul omni dubio hic locus corruptus est, quod restatur asteriscus exemplaribus prefixus, nec nisi melio- 10 rum codicum ope restitui potest, cùm quotquot ad hunc vsq; diem exemplaria videre licuit, in hoc vitiũ conspirẽt, nisi quòd quędam pro ὀκρίσι ὀκρίσι legunt. Sensus autem & explicatio facilis eaque esse videtur, quam appositissimè adscripsit Zuinggerus. Cęterùm pro ὀκρίσι ἐρωτήσει legisse videtur Cornarius.

51 δίχα τὸ πνεῦμα ἕλκων] Sic legunt ferè omnia exemplaria, & ad hominem referunt qui in vniuersum corpus spiritum attrahit, quò etiam respicit αἱ τῆς ἑωυτοῦ. Quædam etiam ἕλκων legunt, alia quoq; ἕλκῃν.

52 οἱ κωφοὶ οἱ ὀκ ῥηξῆς] Hic κωφοὶ ὀνεοὶ & mutos significant, quòd 20 qui à primo ortu surdi sunt, ij quoque muti. Quod indicat Aristot. lib. 4. hist. animal. his verbis. ὅσοι δὲ κωφοὶ γίνονται ὀκ ῥηξῆς, παύτες καὶ ὀνεοὶ γίνοιτο. φανερὸν μὲ οὖν ἀμφοῖν, διὰ τὲ κεκτῶ τὴν ὐδεμίαν. Quod mihi videtur ex hoc loco in suum vsum transtulisse Aristoteles.

53 οὐδὲ ἕπος τὲ πνεῦμα] Istud mihi indicare videtur, ad sermonem non solùm spiritum, siue intrò attractum, siue foras redditum sufficere, sed eum oportere in faucibus cõceptum, à lingua suo ad dentes & palatum appulsu, formari & fingi. Etsi aliam esse Zuinggero mentem mihi optimè conscius sum.

54 πυκνὸ ἀκτείνοισι τὲ ὀκφρεχὼ] ὀκφρεχὼ hic spiritus emissio ac fo- 30 ras elatio in edenda voce ac intendenda dicitur. Cæterùm Caluus pro αὐτέχει αὐτηχῆ legisse videtur, & pro αὐτέχωσιν αὐτηχῶσιν.

55 ἀπέπαμον τὲ φάρυγγα] Hic φάρυγξ summum guttur significat, ideoque exemplaria quædam τὲ φάρυγγα habent.

56 ὅπ τὸ πνεῦμα οὐ δυώατα] δυώαντα videntur legisse Interpretes, aut ἕλκεσθαι.

57 ὁ δὲ αἰὼν] Hic secuti sumus exemplaria omnia, quæ hanc partem huic libello adscribunt, à quo non omninò aliena videtur, etsi propria magis tractatio ad septimestrem & octimestrem partum referatur Zuinggero. αἰὼν autem vitam aut ætatem significat, nimirum id omne spatium quo hominis vitam metimur, à primo ortu ad interitum vsque circumscribens, vt in OEconomia nostra scripsimus.

58 ἐς τὰς μοῖρας ἔλθῃ ὁ χρόνος] ἐς τὰς ἡμέρας legũt exemplaria quædam.

59 τοῦτον τὲ ὀρρὼ] Arist. hist. animal. lib. 7. cap. 3. istud abortui masculo quadraginta dierum in aquam frigidam coniecto tribuit, in eoq; discreta & distincta omnia membra conspicua esse scribit.

60 καὶ κατεσκιὸς ἔχει τὸ ἄρθρον] τὸ ἄρθρον hîc κατ' ὀξυχίω, coxæ articulum indicat. Caluus tamen & Cornarius ad totius corporis articulos extendẽrũt, præter Hippocratis mentem, vt scripsimus in nostra OEconomia. Cęterùm pro ὁκόσαι καθαραί εἰσι. ὁκόσαι καθαραί εἰσι legunt exemplaria quædam. Quædam etiam, ὁκόσαι καθαραί εἰσι, καὶ μὴ ὑγραί legunt, quæ secutus videtur Caluus, & χολώδες addidisse.

61 πόσαπερ δεκάδες ἑβδομάδων] ἑβδομήκοντα legunt exemplaria Vaticana & Aldina, quæ secutus videtur Caluus, qui numerus exactè nouem menses cõficit, & partum perfectè nouimestrem facit. ὀγδοήκοντα tamen cum Gorrhæo & aliis legimus, cùm nouem mensium & decem dierum partum hîc faciat, & quatuor septimanarum decuriæ dies constituant ducẽtos & octoginta.

62 ἡμερέων παρεληλυθυιέων] τὴ ἥμισυ ἑβδομάδος ἢ μιᾶς addit Cornarius, contra omnium quos videre licuit codicum fidem.

63 ἢ τριπτῶοι ἐν δυοῖν ἑβδομάσιν] ἕνδεκα ἑβδομάσιν legisse videtur Caluus. Locus autem perobscurus est, neque satis constat quomodo quartana quarta periodo, aut duabus hebdomadis iudicetur, vt neq; quintana quinta periodo, aut duabus hebdomadis & dimidia.

64 ἐν δυοῖν δέουσι] δεύσησιν legunt exemplaria quædam manu scripta, quam lectionem secuti sunt omnes interpretes.

65 δυοῖν δεύσησιν] Sic legunt publicata omnia exemplaria, quædam verò scripta, ἢ ἐνέησιν δυοῖν δεύσησιν legunt, quæ secutus sum cum omnibus interpretibus.

66 λῷ δὲ ἧς ὠμακῶς ἔχει πυκνῶς] ὠμακῶς, ὀλιγοχρόνιος, καὶ ἐπιπφυλαγμένως exponit Erotianus, additq; dictionem esse Doricam: Galenus φυλακτικῶς, vt scripsimus in nostra OEconomia: eaq; vtitur Herodotus Vrania, ἢ σπέρμα ὠμακῶς ἐχέτω, & sementis diligentem curam habeat, aut sementem diligenter & sedulò curet. Est enim αἰωκῶς ἔχειν, φροντίζειν, ὀλιγοχρόνιος ἔχειν.

67 δεκάδες ἑβδομάδων ἑξήκοντα] Interpretes omnes ἑβδομάδας ἑξήκοντα legũt. Sed cùm annus Hippocrati quinquaginta hebdomadas, aut quinque hebdomadarũ decurias contineat, septem annos trecentæ & quinquaginta hebdomadas conficiunt, & hebdomadarum decuriæ quinque & triginta exeunt. Aut igitur ἑβδομάδες πεντήκοντα καὶ τριακόσιαι legendum, aut δεκάδες ἑβδομάδων πέντε ἢ τριάκοντα, vt rectè reposuit Allemantius.

IN LIBRVM DE SEPTIMESTRI PARTV.

Οἱ δὲ ἐπάμβιοι] Hic fœtus verè est Hippocratis germanus, & ab omni antiquitate in Asclepiadarũ familiã receptus, inter physica numerandus, etsi in censum Hippocraticorum scriptorum Erotiano non venit. Galenus certè Com. ad sent. 27. lib. 6. Epid. sect. 7. se in hunc librum Commentarium scripsisse testatur, qui is esse videtur, qui Galeni libellis adscribitur, quo & fusissimè huius libelli initium explicatur.

* καὶ ὀγδοήκοντα, καὶ δύο] ἢ ἡμίσιος addidit Cornarius, ad anni dimidiũ habita ratione, quod diebus cẽtum & octoginta duobus ac dimidio cõstat, addita diei parte octaua, id q; tamẽ per περιόδους μορίου intelligi potest, etsi paulò post minutiùs explicatur, ἢ τὴ ἡμέρης τὴ μέρεος ὧν μέρη ποιῶ γινομένων. Cæterùm istud apertissimè explicatur libello de septimestri partu Galeno attributo.

1 ἢ ἐξέλαξε τὴ μῆδος περὶ ὧν κυύσης] Sic legunt publicata exempl. Cornarius autem ἐξῆλθε pro ἐξέλαξε legit, & exempl. scripta pro κυύσης νοσησάσης legũt. Deinde pro ἄπε ὀν ὦ ὀγδόω μηνὶ, exempl. scripta, πὲ ὀν ὀλδόω μηνὶ legunt, quędã etiam ἄπε. Sensus autem mihi is expeditus esse videtur, q̃ septimestres partus raro viuunt, permutationem sentiẽtes à matre priùs in lucem emissi, q̃ octauo mense in vtero ægrotent, in quo si permansissent, aliò qui erant ægrotaturi. Quidam autem hîc scriptorũ codicum lectionem sequuntur, & pro μητρὸς, μῆτρας legunt. Quæ etsi magis est explanata; tamen præter Hippocratis mentem esse videtur.

4 καὶ αὐτὴ τὴ ὀμφαλοῦ ἅπτεται] Sic legunt publicata omnia exemplaria: scripta tamen quædam ἀμφὶ pro αὐτὴ legunt, vt sit hæc notio. fœtus alterationem sentiunt, ob loci in quo nutriebantur permutationem, tum quia aliò migrantes, circa vmbilicum vellicantur, tum etiam propter matris labores.

5 χρῶνται δὴ πᾶσιν ἐν ὀλίγῳ χρεὶ ἐοῦτα] Sic legunt exemplaria omnia publicata. Caluus χρεὶ ἐοῦτα legisse videtur. Cornarius pro χρῶνται ἀρχαίοις aut aliud quid tale legit. In totum verò suspecta mihi est lectio, & si hic sensus ferri possit, vt omnes mulieres paucis diebus febre vexentur, quæ intra dies paucos cum fœtu interimuntur, aut partu expediuntur.

6 ἀνὰ καὶ ἡμέρας πρέσσει] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria. sed ἡμέρα πρέσσει cum interpretibus lego.

7 ὀπὸ δὲ ὀπὸ δὲ ὀνειάτου] ὀπὸ δὲ ὀπὸ τὲ ὀνειαῦ, his addidisse videtur Caluus.

8 πὸ τὸ αἰάλκυ γίνεσθαι] Quædam exemplaria ὅδε legunt, quæ secuti sumus cum Zuinggero. Sed pro γίνεσθαι γινώσκειν videtur legisse Caluus.

9 αἰαμφισβήτητός ἐστι] Caluus ἀμφισβήτητός ἐστι legit.

10 ὥςπε διακρίτως ἔχει] εὐκρίτως ἔχει habent quædam exemplaria manu scripta, vt & Vaticana, quod ad mẽsis octaui facilem cognitionem ex prægnantium laboribus, referri potest, vt & διακρίτως ad difficilem & prauam iudicationem. Vulgatam autem lectionem secutus est Caluus. Mercurialis Vaticana exemplaria secutus, iudicationem facilem existere dixit.

11 κατ' ἐμὲ καὶ τὸ μέρος] Hic locus propter codicum varietatem admodum perplexus est. Vulgatam lectionem & publicatam secutus sum, vt pars vndecimi mensis, in quam partio incidit, mensis rationem inire debeat, etsi id raro accidat, ideoque vix commemoratu dignum sit, vt & hîc mihi de mensis vndecimi partu, vt paulò pòst, agere videatur. Quòd si εὐμνημόνευτον legas (quod fecisse Cornarius & Caluum apparet) istud ad partionem vndecimi mensis confirmandam valeat, quæ sic satis memorabilis existat, & cuius ratio facilè & indubitatè iniri possit. Partum autem in mensem vndecimum cadere vult Hippocrates hoc

tes hoc libro, & πὲρὶ ἑκβολῶν, vt & Aristot. cap. 4. lib. 7. hist. animal. quemadmodum etiam scribit Gal. Comment. in sentent. 27. sect. 7. lib. 6. Epid. Caluus rectè hîc ὀν τοῖς δέκα μησὶ, pro ἑβδόμῳ legisse videtur, & decem mensium partum intellexisse. Qui verò δωδέκα legunt, partem duodecim mensium, hoc est anni, mensem solarem constituere volunt, ita que mensem octauum solarem efficũt, qui lunarem die vno cum triginta minutiis superat, quod tamẽ tam exiguí est momenti, vt commemorari haud debeat. Quidam etiam adscribunt in quibusdam codicibus, pro κατ' ἐμὲ, ἐν δὲ legi, & pro οὐ μνημόνευτον, εὐμένεια.

12 χρὴ δὴ ἀπιστεῖν] Caluus negationem non adscribit, aut πιστεῖν pro ἀπιστεῖν legit.

13 λέγουσι γὰ πάντα καὶ ἀεὶ λέγουσι] πάντα ἄρρ εἰδέοισι legunt Vaticana exemplaria, quæ secutus est Caluus.

14 ἀλλ' ὅλα γαῦναι] ἄλλο τι γαῦναι quædam exemplaria legunt.

15 ὅσ' ἂ βουλομένας] In quibusdam exemplaribus legitur, τῆσι δὲ βουλομένησι.

16 καὶ δεκάμηνα] Quædam exemplaria ἐνδεκάμηνα omittunt, quædam etiam δεκάμηνα, sed vtrunq; legitur in codicibus manu scriptis, & vtrunq; adhibuerunt Caluus & Cornarius.

17 τὸ ὀκτάμηνα οὐ πελεγένεσθαι] τὸ ἄλλα πελεγένεσθαι addunt exemplaria Vaticana, quæ secutus est Caluus & Mercurialis.

18 ῥηξεαλογούμενοι] ἐῤῥηξεαλογημένοι habent codices scripti, & ad octauum mensem referunt.

19 ὥςπ γὰρ μαλαχθῆ] ἢ τι γὰρ ἐμαλάχθη legũt exẽplaria quædam.

20 καὶ ὁ ὄλκος ὑποκαπέλθῃ. Quędam quoq; ὑποκαπέλθῃ, quæ ἢ τι γὰρ legũt.

21 ἐς εὐπρεπίου τὴν ὀδὴ τοῦ πόκος ἔρπει] ἢ κατὰ τὸ σωμάτιον ῥέφει legunt quædam exemplaria scripta.

22 ἀνὴ τοῦ ὀδὴ τὸ πλεῖστ] ἀνὴ τοῦδε pro ἀνὴ τοῦδε legunt exemplaria quædam.

23 ἕωτας αἱ γυναῖκες φέρουσι] ἕωτης legunt exemplaria quædam, & ad præcedentia referunt.

24 ἐσ' αὖ ὁρμάσῃ] ὁρμήσῃ legunt exemplaria quædã manu scripta.

25 αἷ τι ὠδύνες εἰσὶ] Pro εἰσὶ exemplaria quædam manu scripta legunt, ἐπ τι ἢ οἱ πόνοι &c.

26 φήσουσιν δὴ τὴν ὀυτέων ἢ παιδίου ἢ ὑγιὴν μιῶν] δὴ τοῦτέν τὴ παιδίν videtur legisse Cornarius & Zuinggerus. Quædam etiam exemplaria δὴ ὀυτέων τὴν παιδίων habent.

27 ἰῶρῶς ὀνόησεν] ὠδέησεν legũt exemplaria quædã manu scripta.

28 ὥςτε καὶ ἀπόστασιν ἐποίησεν ἡ νοῦσος] ἀπόστασιν ποιεῖν morbus hîc dicitur, cùm humorum impetu & illapsu in aliquam partem fecessionem facit, eamque mutilat aut vitalitate priuat, vt scripsimus in nostra OEconomia.

29 ὠ ἄλλω χρόνω] ἐν ὀλίγῳ χρόνω legunt exemplaria quædam manu scripta.

30 ἀλλὰ κὴ ἔνη ἐκ τὴ μεθόδου κακοπαθήσει] Hîc μέθοδον digressionem dicimus aut migrationem, quam facit fœtus laxatis membranis, cùm suo pondere in inferiorem vteri partem procumbit, ibiq; quadraginta diebus permanet, cum Cornario, μεταχώρησιν aut μεταβολὴν intelligentes. Caluus naturalem mẽsis octaui malignitatem accepit, qua pro natura sua ac more solito fœtum affligit, viam ac rationem communem dicere possumus.

31 πὲριγίνηται. πὲριγένεται μὲ] Sic quidem legunt ferè omnia exemplaria. Quædam verò πὲριγίνῃ μὲ semel tantùm legunt. Verùm eiusmodi repetitiones huic authori (vt omnibus Ionibus) sunt admodum familiares. Cæterùm illud (ὀλίγα ἢ ἢ τοῦτέων) de septimestribus fœtibus accipit Caluus, cùm de his qui ad nonum mensem peruenirũt, illiusq; initio editi sunt, accipi debeat.

32 οὔτε πόνοι] Sic omnia legunt exemplaria, verùm οἵτε πόνοι lego cum Interpretibus.

33 καὶ πλεῖστον ἀπέχει τὴν γνωείμων παιδίων] γνώεμα τὲ παιδία hîc dicuntur maximè vsitati & cogniti fœtus, hoc est communes & maximè familiares, qui maximè communi & vsitato partionis tempore, eduntur, hoc est, nono mense, vt scripsimus in nostra OEconomia. Hanc autem dictionem prætermisit Caluus. Vitiosa autem sunt exemplaria quæ hîc ὅτε pro ὅτε legunt.

34 κὴ τὸ πλῆθος τὴ χρόνου ἐγκύνη κὴ τὸ μέγεθος] ἐγκύνη καὶ τὸ μέγεθος legũt exemplaria manu scripta. Ista autem malè distinguuntur in codicibus publicatis.

35 ὀκ νόσων κακοπαθέης ἀφιεμένης] ἀφιεμένοισιν legunt exempl. quædam, quæ secutus est Cornarius, præteriit Caluus, qui aliter hunc locum accipit, & quæ septimestribus debentur, nouimestribus fœtibus attribuit.

36 ὀνομάζεται δὲ τὰ πλακοῦντα] Hunc locum mutuatus est Arist. lib. 7. hist. animal. cap. 3.

37 ὀκοῖαι ἔλοξαι] Sic legunt omnia exemplaria, sed ὀκοῖαι ἔλεξα lego. Quædam etiam exemplaria εἴρηκω pro εἴρηκω habent.

38 θεωρεῦσι τὲ πὲὶ τοῖς πόσας] πὲὶ πόσας legunt exemplaria quædam, vt de imparibus accipiatur.

39 δύο δὲ πὲὶ δύο σωκεμένας] Sic legunt quotquot mihi licuit exemplaria videre, tum manu scripta, tum publicata, quæ certè immutare magna mihi est religio. Scio tamen Zuinggerũ & Allemãnium propter θεολογίαν hîc ἀσωκεμένας legere, & Cornarium priùs tantum membrum adhibuisse. Verùm aliud mihi videtur esse σωκάτεος & aliud συγζεύγνυσθ. vt σωκεμένα dicantur πτρόδες, quæ inter se copulatæ communi vinculo coniunctas faciunt septimanas. σωιζευγμένα verò sunt tãtùm coniugatæ neq; sunt inter se communi vinculo aut partium similitudine connexæ aut coniunctæ, sed secũdum quid, vt cùm trias suæ triadi iuncta est, in vna tantùm, aut in duabus simul septimanis. Sic enim σωιζευγμένα dici videntur, quòd vno tantùm veluti iugo contineantur, aliæ verò velut coniunctæ & vnitæ.

40 ὑποφύσιας μοῦνον ἔχουσα] ὑποφύσιας, ἕξεις exponit Hesychius, fortè hoc subindicato loco, vt scripsimus in nostra OEconomia. Sunt etiam excrescentiæ quædam carneæ in massa carnea apparentes, quasi protuberantiæ quædam, non rectæ & exactę membrorum dictinctiones.

41 καὶ ἐὸ ἕως αὐταὶ ὁρᾶ] Sic legunt omnia exemplaria quæ etiam secutus est Caluus, & ad dies referunt, vt hic diebus clariùs videant ac intueantur. αὐγὰς tamen quædam habẽt, quemadmodum legere videtur Cornarius.

42 οὐδὲ γελᾷ] οὐδὲ κλαῖ videtur addere Caluus, contra tamen omnium codicum fidem. Quod efficit vt φαυόμενα de titillatione acceperit Cornarius. Ea autem de re scribit Arist. cap. 10. lib. 7. histor. animal. Quædam etiam exemplaria hîc οὔτως pro οὕτως legunt.

43 δίχα τὴ μειείλω] Sic legunt exemplaria omnia publicata, quædam verò scripta μείρλω habent, quædam etiam μειέυλω.

44 ἕως ἑβδόμοις] Istud Caluus & Cornarius sequentibus iungũt, exemplaria tamen omnia ad præcedentia referunt, quæ non immutauimus, & secuti sumus cum Zuinggero, vt sit, κὴ λόγον τὴ χρόνου, πρὸς τὰς μοῖρας τὴ ἡμέρας ἑκάστας ἕως ἑβδόμοις. pro temporis ratione, & iudicationis facultate, quam habent menses & dies singuli ad septenarios collati, vel quæ est ad menses & dies singulos per septenarios numeratos.

IN LIBRVM DE OCTIMESTRI PARTV.

ΠΕΡΙ δὲ ὀκτωμήνου] Hic libellus minimè à superiore distingi debet, cùm vtriusque idem esse author videatur, vt & vsus & rerum tractatio satis indicant.

2 πρὸς τὸ πόκου γινόμενον] Sic Germanica legunt exemplaria, alia πρὸ τὸ πόκου, velut legit Caluus cum Cornario. Ego receptam lectionem non habeo cur mutem, si χρόνον subaudias, phrasi planè Græca.

3 ὑκτεται δὲ πολλὰ] ὑκτῇ τὰ πολλὰ legunt exemplaria quædam.

4 καὶ οἱ ὀμφαλοὶ] τὰ οἰόφθαλμοὶ legit Caluus, pudendo mendo.

5 λῷ δὲ κὴ τὸ μέσον ὀπόπτερον] Hoc sensu expeditior mihi lectio esse videtur, vt ἢ ὀμφαλοῦ φερομένε legatur, etsi φερόμενον legunt exempl. omnia, & ad fœtus inuersionem referunt Interpretes. Cornar. ἢ πὲριαγωγλὼ τὴ ὀμφαλοῦ legit, & ἢ κεφαλὴς omisit. Caluus cõtra, ἢ κεφαλῆς πὲριαγωγλὼ ποιήσῃ legit, omissis his verbis, τὴ ὀμφαλοῦ φερόμενον. Zuinggerus alium sensum secutus, vult hac magis capitis parte vmbilici circũlationem, dum puer vertitur, fieri, hoc est, iugulum aut ceruicem vmbilico intercipi & implicari.

6 λῷ δὲ κὴ τὸν ὦμον] Sic legunt omnia exemplaria, & αἰπτείνῃ, vt πύκνη repetatur. Sed αἰπτείνῃ legisse videtur Cornarius.

7 ἕξῆς τὰ μὲ ἀπόλεπ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, ὀξὲ ἧς tamen lego cum Caluo.

8 ὥςπ ἕφαῖ] αἷ τι τροφαὶ legunt exemplaria quædam M.S.

9 λῷ ὦ τὸ νοσηρὸν ἐπάρξαντα] λῷ ὦ τὸ νοσηρὸν ἢ legunt exemplaria quædam manu scripta.

10 ἤδη τὰ μὲ] πάπ τὲ μὲ legunt exemplaria manu scripta, & κὴ τὸ σῶμα τὲ καὶ τὰς ῥίνας, quę lubenter amplector cum Interpretibus omnibus. Deinde etiam πραιοῦσαι pro πρεῦσι lego.

[11] καὶ κὰ πνευμῶν] Hunc locum aliter distinguò cum Cornario, & pro ἔξω, ὀξὺ ὂν lego, cum scriptis quibusdam membranis. Quæ sanè effecerunt, vt longè aliter hunc locum sumat Caluus, & ἔξω de pueris in locum prodeuntibus intellexerit, & superiora verba de iis qui diutiùs in vteris permanserunt, perplexa admodum notione.

[12] ὡς νόσους πυέοισιν] Sic legunt omnia exemplaria. Caluus tamen ἀφαιρέοισιν legisse videtur, aut etiam vtranq; lectionem adhibuisse.

[13] μηδὲν ἓν σώματος] παιδίοισι μόνοις legunt exemplaria quædam Regia manu scripta, & προσέρχονται. Quædam etiam exemplaria manu scripta μήτρῃ pro μηνὶ habent, quæ secutus videtur Cornarius.

[14] κὰ πλὴν διάφυσιν] Hîc διάφυσις interstititium significat ac pediculum quo fructus arbori inhærescit, ex eaque dependet, quâ parte connatus est, quod quidem vmbilico in fœtu respõdet, vt scripsimus in nostra OEconomia.

[15] κὰ ὡς συλλοχείας] Sic legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria, sed συλλοχίαι legit Galenus in Exegesi, & ἀθροίσματα exponit, ex hoc loco, vt scripsimus in nostra OEconomia. Significatur autem pueris in lucem editis, apertas esse vias, per quas alimenta suscipiuntur, & excrementa repurgantur, quæ sensim irrepentia colliguntur, & in modum cohortis agminatim coaceruantur. Huc enim respicit quod scribit Galenus, translationem esse ductam ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς λοχοὺς συμπιπτόντων. Pueris enim iam recens editis in lucem, sensim alimenta ingeruntur, & excrementa veluti repentia coaceruantur. vt illud κὰ πὰς συλλοχίας pro coaceruationis & collectionis ratione rectè dici possit, qua notione ἀθροίσματα exponit Galenus. Quam Galeni explicationem mihi etiam Cornarius animaduertisse videtur, cùm dixit [iuxta modum quo agmina congregantur repentia.] Siue igitur de excrementis in vtero collectis, siue de his quæ extra vterum & iam editis pueris colliguntur, accipiatur, eadem erit vtrobique notio. Scio alium esse sensum Zuinggero, qui κὰ πὰς συλλοχίας, pro puerperij purgamentorum ratione sumpsit, συλλοχείας etiam Caluus συλλήψας & conceptus accepit. Sed mihi potior est Galeni explicatio & lectio.

[16] κραπεύῃ δ'.] Ista ad fœtus cum Zuinggero refero, vt validissimi fœtus videantur ad iniurias ferendas, tum externi aëris, tum peregrini victus, tum etiam ad eas quas in vtero pati coguntur affectiones, qui sole ad nos accedente in lucem prodierunt, aut qui sole connutriti sunt, hoc est, aëre ipso confirmati & corroborati. Possunt quoque de corporis partibus aut meatibus intelligi, qui iuxta partum molles & laxi, in seque subsident, aëre autem paulò post confirmantur & corroborantur, aut tumefiunt.

[17] ὧν ἡ ἡ λύσις] Variant admodum hîc exemplaria. Sic enim quædam legunt, alia post ἡ distinguunt, & ἡ λύσις sequentibus adscribunt, quædam etiam ὧν ἡ ἡ λύσις legunt, vt fit, post menstruas purgationes conceptum mulieribus fieri, cùm iis liberatæ & absolutæ fuerint, hoc est, finita purgatione menstrua, vt dixit Caluus, quemadmodum etiam liberis studendum desinentibus aut incipientibus mensibus, monet Hippocrates libris περὶ γυναικείων. Vaticana exemplaria ὧν ἡ simpliciter legunt, & ἡ λύσις omittunt, hoc sensu, post menstruas purgationes, si fluant, quoniam mulieres quædam, licet menstruas purgationes non experiantur, concipiunt tamen, in quibus purgationis ipsius tempus ad conceptum numerandum, aut ad partus dies conficiendos nullum adfert adiumentum.

[18] ὅσσον δὲ τῇ γυναικὶ] Hîc quoque admodum variant exemplaria. ὅσσον δὲ τῇ γυναικὶ Aldina legunt, Germanica δὲ omittunt, Vaticana δὲ ὅσσον τῇ γυναικὶ. Regia verò recentiora ὅσσον omittunt, & δὲ τῇ γυναικὶ habent. Quædam etiam Regia δυῶαι prætermittunt. Rursus quædam exemplaria αὐτὴ ἡ κάθαρσις legunt, quæ secuti sumus cum Interpretibus.

[19] καὶ πὰς αὐδφάσιν] τῇσι γυναιξὶ καὶ τῇσιν legũt exemplaria quædam manu scripta. Caluus vtranq; lectionem adhibuit, & τῇσι γυναιξὶ καὶ πὰς αὐδράσι legisse videtur.

[20] ὅτι ἡ νυμφεύη] Codices Regij manu scripti vitiosè legunt, ὧν οὐ μαίνη, ἡ μὴ ἡ ἡμέρη μίν. Cuius tamen lectionis vestigia retinere videtur Caluus.

[21] ὀ χαιρὶ λαβοῦσα] λαβούσῃ, legit Zuinggerus, exemplaria verò quædam manu scripta λαμβάνῳ quæ secuti sumus cum Interpretibus, & illud προτέρω, ad id quod posteriùs scribitur retulimus. Quò etiam respiciunt exemplaria quædam manu scripta, quæ pro περὶ διχομηνίου, ἀπὸ διχομηνίου legunt.

[22] πὰς ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίας] Post διακοσίας, ἡμέρας addunt exemplaria quædam manu scripta.

[23] ὅπηδὲ ὧν ἔξω] pro ὧν ἔξω, ἢν ἔξω leg. exemplaria quædam manu scripta.

[24] ἢ καθὰ ἐς πλὴν τελευταίου] Exemplaria quædam manu scripta hęc extrema verba sic legũt, ὧν καθὰ ἔχει τελευταίην περὶ ὁδὸν ἑκάστην. Quam lectionẽ secutus videtur Caluus, nisi quòd ἕκαστα pro ἑκάστην legisse videtur. Quædam etiam exemplaria habent, ὧν παρέχει πλὴν τελευταίου περὶ ὁδὸν ἑκάστη.

IN LIBRVM DE SVPERFOETATIONE.

ΟΚΟΤΑΝ ὑπικύσκηται] Hic libellus περὶ ὑπικύσιος in omnibus exemplaribus inscribitur, hoc est, de superfœtato, aut altero conceptu, etsi περὶ κυήσιος καὶ ὑπικύσιος, de fœtatione & superfœtatione indicaturam adscribat Hieronymus Mercurialis, quòd in eo de vtraque copiosè agatur, & ea quæ puerperis & prægnantibus accidunt, tractentur. Superfœtationis nobile exemplũ scribitur lib. 5. Epid. in muliere Larissæa, cui quadragesimo post partum die, præposterè conceptus fœtus eiectus est. Superfœtationem etiam luculentè probant, vno abortu duodecim egesta puerperia, & alia exempla quæ recenset Plinius lib. 7. cap. 11. Qui etiam vtrunque fœtum perferri scribit, vbi paululũ temporis inter duos conceptus intercessit. Nobilis quoq; Alcmenæ partus superfœtationẽ testatur, & quod scribit Plautus Amphytruone. Hodie illa pariet filios geminos duos. Alter decimo post mẽse nascetur puer quàm seminatu'st, alter mẽse septimo. Eorum Amphytruonis alter est, alter Iouis. Hic verò libellus, etsi ab Erotiano prætermissus est, inter θεραπευτικὰ recenseri potest, & ad libros περὶ γυναικείων annumerari, quia tamen de primis hominis exordiis & conceptione agitur, queq; ad prægnantes pertinent amplissimè exponuntur, ad reliquos physicorum libellos nõ temerè aggregari posse videtur.

[1] ὧν ὃ ἐν τῷ κέρατι] Hîc quædam de primo conceptu in altero contento addit Caluus, contra omnium codicum fidem.

[2] τὸ γονίμου ἀπολυθῆσα] Istud ad mulierem retulit Cornarius, quod mihi aptissimè ad vterum referri videtur, qui vitali fœtu priore liberatus, indeque laxatus & humectus, superfœtatum & præposterè conceptum postea etiam eiicit. Hic verò γόνιμον vitalem & maturum primum fœtum vocat.

[4] ὧν ἢ μὴ αὐτὴ κα.] ὑπικύημα pro ἀπικύημα lego cum Interpretibus, vt de superfœtato non de concepto intelligatur. Quòd si diutiùs in vtero moretur, nec confestim exeat, graues dolores, febrem, & profluuium album ac graueolens excitat, faciem, tibias & pedes tumor prehẽdit, vt in muliere Larissęa lib. 5. Epid.

[5] καὶ ὧν διέλυται] Sic legunt quotquot vidimus exemplaria, verùm non sine mendi suspicione. καὶ ὧν ἀπόλυται legisse videtur Cornarius, & ad alterum conceptum retulit, qui si pereat, cibum auersatur mulier donec excidat. Caluus, si intus permaneat, dixit eodem referens, vt καὶ ὧν μὴ διέλυται, aut aliud quid, legisse videatur. Quòd si καὶ ὧν διελύθη legas, ad tumorem pedum & faciei referri potest, qui etiamsi dissoluatur, cibum tamen auersatur mulier, quoad exciderit quod præposterè conceptum fuit.

[6] ὀκπυίσκοιτ' δ'] Hic locus procul omni dubio corruptus est in omnibus exemplaribus, ξυμμεμίκη οὐ κάρτα lego cum Interpretibus omnibus. οὐ ξυμμεμίκη legi potest, deinde κάρτα ὑπεφαινομένων τῷ σημείων, aut vt in exemplarib. manu scriptis legitur, additis verbis, ἢ μὴ ὑπεφαινομένων, quam lectionem etiam secutus est Caluus. Quod sequitur legit Cornarius, συμμεμίκη δ' μᾶ τὰ ὑπικύματα τὰ ὑπικτιόμενα ὕστερον, &c. Legi etiam potest, κάρτα ὑπεφαινομένων τῷ σημείων, ἢ μὴ ὑπεφαινομένων, ὧν συμμεμίκη. τὰ δ' ὑπικύματα &c.

[7] μᾶλλον καὶ ὑπικινδυνος] ὑπικινδυνώς legisse videtur Cornarius.

[8] καὶ τὸ μὲ παιδίον] καὶ ὧν τὸ παιδίον legit Cornarius, pro δύρηφι autem οὐ ῥίμφα legũt exemplaria quædam manu scripta. Quam lectionem secutus videtur Caluus ex Vaticanis codicibus, cùm dixit, nec partus facile prodit. ῥίμφα enim εὐχερῶς significat & ῥαδίως.

[9] ὁκόταν γόνιμον ᾖ ἡνται] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, istamque lectionem secutus est Caluus. Cornarius tamen ὑ γόνιμον rectè legit, quem secuti sumus. Vngues enim cùm sint neruorum clausulæ summæ, firmitatis & soliditatis gratia à natura dati sunt, qui si deficiant, imbecillitatem summam indicant.

[10] καὶ ὁκόταν τὰ μὲ ὀν τῇσι μήρῃσι τῷ σώματος ᾖ, legunt exemplaria manu scripta.

[11] ἐλαπείω παχεῖ] Hunc locum expressimus in nostra OEconomia, & hîc ἐλαπέιον intelligi diximus, medicamẽtum aliquod fœtum exagitans & expellens, potiùs quàm elaterium ex cucumeris agrestis succo expressum, quod fœtum perdit, vt testatur Dioscorides. Crassum autem medicamentum aqua dilui vult, quò faciliùs illinatur, quam ad rem galbanum cum myrrha est conuenientissimum. Possunt autem multa eiusmodi medicamenta fœtus agitantia accommodari. Velut artemisias in muliebres desessus conuenienter adiici ad partus secundasque detrahendas, scribit Dioscorides. Idem anagyris folia difficulter parientibus adalligari testatur.

[12] ξηροτέρη ᾖ] Sic legunt exemplaria omnia, sed ξηρότερα lego, & ad τὰ αἰδοῖα refero.

[13] διαβοῦσας εἰς τὸ στόμα] διαβοῦσας lego. cùm tamen διαβοῦσαι legant exemplaria omnia.

[14] τὰ ὄνυχα] Hîc ὄνυξ vncum aut vncinum ferreum significat, instrumentum quo veteres εἰς τὰς ἐμβρυουλκίας τὰ ἐμβρυοτομίας vtebãtur, ἢ σιδηροῦν ὄνυχα vocat Galenus, quòd ad volucriũ adũcos vngues accedat. Alio nomine ἑλκωτὴρ καὶ ἐμβρυουλκὸς dicitur, vt scripsimus in nostra OEconomia, eumque ad fœtus immortui extractionem adhibet Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικείων, vt ἰχθύνη libello περὶ ἑλκαπαρῶν ἐμβρύου.

[15] ἔπειτα πάλιν ἐγείσεται] Sic legunt omnia exemplaria, eamq; lectionem vt constantem, retinui, vt fit, rursus excitato opere, quod intermissum videbatur, ad ventris aut abdominis sectionem veniendum esse. Caluus in vnum cogens dixit, vt quasi distractum & diuisum sectione humerorum & capitis contusione corpusculũ, rursum in se cogi debeat. Cornarius rursus immissa manu dixit, vt πάλιν ἐνείρξαιτο aut εἴρξαιτο legisse videatur. Cęterùm lib. 1. περὶ γυναικείων, ea cautione fœtum extrahit, vt ne ventrem quidem discindi velit, aliòqui operosam nimis extractionem futuram.

[16] τὰ πὼ λέχω προεκπήδωσι] προεκκηδῶσι legunt exemplaria quædam manu scripta.

[17] ὡς περὶ ὀπὶ λασιοῦ] Hunc locum expressimus in nostra OEconomia, vbi lasanũ retinuimus ex Horatio, qui pueros lasanum portantes dixit, λασιοφόρους exprimẽs. Videtur autem sumi pro sella familiari, aut exonerandæ aluo idonea, aut pro tripode ollario, queadmodum sumit Caluus.

[18] ὅκως μὴ ἀποπαπαδὴν περὶ φύσιν] ἀποπαπαδὴν ὦ legunt exemplaria manu scripta quædam, quæ lectio minimè aspernanda est, etsi sic quoque rectè constat, vt ad χωλὸν referatur, vt fecimus cum Interpretibus.

[19] ἐπ' αὐακλιπτοῦ δίφρου] Sic legũt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, sed αὐακλιπτοῦ legimus, huncque locum bis expressimus in nostra OEconomia. Est autem hîc αὐακλιπὲς δίφρος, idem ferè quod αὐακλησμὸς Hippocrati lib. de artic. αὐάκλυδον aut αὐακλυπτὴλον exponũt. δίφρος simrliciter dicitur lib. περὶ γυναικείης φύσιος sella ad fotum adhibendum perforata, quæ hîc αὐακλιπὲς δίφρος, κλισμοὶ; vocat Homerus Iliad. θ, &c. καθέδρας αὐακλίσης ἐχούσας, sellas recubitorias.

[20] ὡς μάλιστα ξωεπιπαπᾶται] καὶ ξωεπιπαπᾶται legunt exemplaria manu scripta. Sic verò lib. 1. περὶ γυναικείων, ad partum accelerãdum & concussionem puerperæ moliendam, lectum à capite maximè excitatum & erectum machinatur Hippocrates.

[21] δίδοι πὼ λέχω] πὼ δὲ λέχω habent exemplaria manu scripta quædam.

[22] ἢ τὰ δίδυμα κύουσα, οὐ ὤκτε] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, verùm negationem rectè mihi videntur sustulisse Interpretes. Sensus autem est, gemellos velut eodem die concipiuntur, eodem etiam in lucem edi, cùm vno continentur inuolucro. Quod tamen non ita semper contingit, sed persæpe cuique suum est inuolucrum, idque interdum conspicitur, vt res ipsa satis indicat, ipseque Hippocrates attestari videtur extremo lib. περὶ φύσιος παιδίου.

[23] τοῦτο τὰ παιδία αἰτίζοα] ἀπίζοα ὁλιγοχρόνια exponit Galenus in Exegesi, hunc nimirum locum subindicans, vt scripsimus in nostra OEconomia, quam explicationem etiam Hesychius est secutus. Cùm primùm editos fœtus non malè intelligit Caluus, quibus non ante secandus sit vmbilicus, quàm moueri aut respirare senserimus. Cæterùm pro ἔχηται ἐνέχηται legunt exemplaria quædam manu scripta, vt sit ὦ τῇσι γονῇσιν ἐνέχηται, in partibus naturalibus hæreat, aut locellis, vt dixit Caluus. γονὰ nanque Hippocrati, τὰ γλυκυπικὰ μόρια, ἢ καὶ αὐτὴν πὼ μήτραν significant interprete Galeno, vt scribimus in nostra OEconomia.

[24] βιώσεται] Sic legunt exemplaria omnia. Caluus tamen οὐ βιώσεται, non temerè legisse videtur.

[25] κνίσσουσι γυναῖκα] Ista repetuntur lib. περὶ ἀφόρων iisdem pene verbis.

[26] ἢ τὰ χόλεια πελιδνὰ αὐτῇ] Sic distinguunt omnia exemplaria, sed αὐτὴν πιδυκόπα φέρῃ, legunt Caluus & Cornarius. Idem Cornarius ἀ πέξῃ legisse videtur: φροέπκεν autem malo cum Cornario, quàm προέπκεν, etsi τοῦτοι postea legitur, sed τοῦτο legit Cornarius.

[27] καὶ πίνῃ εὐώδεα] Post hæc verba Vaticanæ membranæ adscribunt, καὶ σιτοῖσι αἰσηρίφῳ. Quorum tamen non meminit Caluus.

[28] ὧν ὑσι κυίσκοισι] Codices quidam manu scripti legunt, ὧν ὑς κυίσκομένη γλῶ ὀδυρμὲ ἐδίῳ. Quam lectionem secutus videtur Cornarius.

[29] ὧν ἢ ἀπὸ προεδόπων] Exemplaria manu scripta ἢ ὧν legunt, & σκοτοδίνεται. Eadem quoque repetuntur lib. περὶ ἀφόρων, pene iisdem verbis, vbi tamen σκοτοδινῶται & χασμῶται legitur. Caluus etiam ἢ ἐὶ ὦ αὖ τοιέων μηδὲν legisse videtur.

[30] γωὴ ἢ ἢπς] Huc spectat aph. 46. lib. 5. vbi tamen Galenus παρὰ φύσιν τὰ ἀσφαλλόντος sumi vult, cùm præter mulieris naturam hîc accipi videatur. Caluus pro φλέγματος, πνεύματος legit, & vtranque lectionem secutus est.

[31] ὁ σίμαχος αὐτὸς] αὐτῷ legunt exemplaria quædam manu scripta, quam lectionem etiam Caluus agnoscit ex codicibus Vaticanis, etsi vtranque apposuit.

[32] ἀφικύμων] ἀεικύμων exponitur Galeno in Exegesi ἢ τὰ χόλεα εἰκύμων γινομένη. Erotiano verò μεγαλοκύμων, ex hoc loco aut libro περὶ ἀφόρων: istumq; locum expressimus in nostra OEconomia.

[33] ὧν ὧνι ὀδυῶαι] legũt exemplaria manu scripta quædam. Caluus etiam τὰ εὐώδεα ἐδίῳ καὶ πίνῃ legisse videtur.

[34] μὴ ἀλιφάσθω] καὶ μὴ ἀλιφάσθω legunt exemplaria quædam manu scripta. Hæc autem eadem repetuntur lib. περὶ ἀφόρων.

[35] ὧν ὃ μὴ, κακῶς.] ὧν ὃ μὴ, ὃν ὀῖσι κακῶς, legunt exemplaria quædam manu scripta, velut lib. περὶ ἀφόρων.

[36] ὧν μὴ προεδῆς] κλῶ μὴ προεδῆς legisse videtur Cornarius. forte verò ὧν προεδῆς, μηδὲ καθήσεις legendum videtur, vt lib. περὶ ἀφόρων. Hanc verò clausulam non videtur legisse Caluus.

[37] ὁ δ' αὖ ἡ ἀθώρηκτος] ἀθώρηκτος ὁ μὴ μεδύων exponitur Galeno apud Hippocratem, hoc subindicato loco, aut ex lib. περὶ ἀφόρων, vt scripsimus in nostra OEconomia.

[38] ἢ ἡνῖται ὑγρὴ] Sic legunt exemplaria omnia, vt & lib. περὶ ἀφόρων, vt ad mulierem referatur. Caluus verò & Cornarius ὑγρὰ legisse videntur, & ad pudenda retulisse.

[39] γωὴ ἢ ἢπς κυίσκεται μὲ] Hæc eadem repetuntur lib. περὶ ἀφόρων, eaq; de re agitur lib. 1. περὶ γυναικείων, & lib. περὶ γυναικείης φυσ. & aph. 44. & 45. lib. 5. Sic quoq; antea lib. περὶ γονῆς, fœtuum imbecillitatis & tenuitatis caulam, locellorum & vteri angustiam posuit, cùm in ampliorem magnitudinem dilatari non possent. Hîc porrò codices Regij manu scripti adscribunt veluti indicaturam quandam, περὶ γυναικὸς φθαρούσης δίμλωα.

[40] καὶ τῶπα πάτη δὶς ἢ τρὶς] Post hæc verba, quædam exemplaria manu scripta addunt, καὶ τῶπα καὶ πλέονα. Sed apparet istam lectionem desumptam esse ex lib. περὶ ἀφόρων, vbi tamen longè meliùs legitur.

[41] τοῦτοιν αἱ μῆτραι] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria. Sed lib. περὶ ἀφόρων meliùs, τοῦτης αἱ μῆτραι, legitur.

[42] ὧν ποτε αὖ ἄλλοτ] ὧν ποτ ὧν legunt exemplaria quædam manu scripta. Sed longè meliùs lib. περὶ ἀφόρων.

[43] τοῦτη χρὴ σικύλῳ ἐμπιῆσαι] Locus hic procul omni dubio mihi valde suspectus est. Exemplaria quædam manu scripta legunt, τοῦτη χρὴ ἐνῆσαι σικύλῳ ἐμπιῆσαι ἐς τὸ μήτρω. Qua certè occasione Cornarius σικύλῳ hîc de medicamento ex cucumere agresti (cucumerarium vocat) sumere videtur. Quædam etiam exemplaria manu scripta σικυῆσαι πιῆσαι legunt, queimadmodum etiam Aldina. At lib. περὶ ἀφόρων, vbi ista repetuntur, σικυῆς nulla fit

mentio, verùm sic legitur. τωτλῷ χρὴ κολόκυνθι τῷ μήτρῃ διεφυσῶντι ἢ μάλιστα προσδιδόναι, ἢ φαρμάκοισι ἔσιδε. Quæ lectio cùm rectè ferri possit, istam maximè suspectam reddit. Verùm locus iste de cucurbita Medica lata, ad vterum apponenda, quò ampliùs distendatur, & latior fiat, rectè accipi posse videtur, quomodo etiam Caluus sumpsisse intelligitur. Deinde illud ἀποπιῆσαι valdè suspectum est, etsi de cucurbita summouenda accepimus. Pro quo κύσει legitur lib. περὶ ἀφόρων. Quod tamen non legit Cornarius, sed pro ἀποπιῆσαι, διατείνῃ aut aliud quid adhibuisse videtur. Nos certè aliquando existimauimus ἐμπλῆσαι legi posse, aut πυκνῶσαι, vt de fotu per cucurbitulam, emolliendo & dilatando vtero accommodato, accipiatur, de quo agitur lib. περὶ ἀφόρων. ἐμπρήσθαι etiam legi posse aliquando suspicatus sum, vt sit ἐμφύσημα ποιῆσαι, & idem quod διεφυσῶσαι.

44 ὀκόδον προσείσαι] ὀκόδον δὲ προσείη] legunt exemplaria quædam manu scripta, & lib. περὶ ἀφόρων. ὅκως αὖ προσείσαι.

45 ὁκόταν δὲ ξηρὴ ᾖ] Sic habent omnia exemplaria, ὁκόταν δὲ ξηρὴ ᾖ, malim, vt libro περὶ ἀφόρων. Hîc verò Cornarius legisse videtur, μὴ τὸ δῆπφεα ἐῶσι δῆπρωσια, & δῆπρωσεσαν omisisse. Lib. verò περὶ ἀφόρων, & φανῆται τὰ δῆπρωσια legitur, & δῆπρωσεσαν meliùs. δῆπφαίνεσθαι verò aliàs Hippocrati de menstruis apparentibus effertur, vt & τὰ δῆπφαινόμενα dicuntur sine addito lib. 2. Epid.

46 ἐὼν εἰ ἡ μήτρη] ἢ ἔνι legunt exemplaria manu scripta quædam, & μὴ ἢ πνον. Quædam etiam διεφορῆς pro διεφθορῆς, vitiosè, vt tacuisse præstiterit.

47 καὶ μὴ ὀπτύχῃ ἑπέρως] Sic legũt quotquot licuit videre exemplaria, sed ἑπόω legit Cornarius. καὶ μὴ ὀπτύξῃ ἑπέρως videtur legisse Caluus, vt nec aliter causam consequi possis. Nos vetò peruulgatam lectionem secuti sumus, quæ etsi hoc sensu constare possit, non parum tamen mihi suspecta est. Quidam hanc lectionem adscribunt ex vetustis membranis. ἐὰν μὴ ὀπτύσθεν ἑπέρω ἐὰν χυθῶν &c. quæ ad nostram accedit. Deinde vbi τῷ πλῷ μήλῳ passim legitur, τῷπτω legunt omnes Interpretes.

48 ἧσσον δὲ δεήσοντες καύσιος] δοκεῖ καύσιος leg. exemplaria Vaticana & Aldina, quæ secutus est Caluus. κλύσιος etiam exemplaria quædam manu scripta. Quæ lectio non omninò aspernanda videtur. Vsus enim non temerè vtero adhibenda. Alia etiam exemplaria καῦσις pro καύσιος vitiosè legunt.

49 ὅσα δὲ κέγχρα ἔχοτσιν] ὅσα δὲ legunt exemplaria quædam manu scripta. Deinde pro αὐτὰ, αὐτὰ lego cũ interpretibus omnibus.

50 ἔπειτα πείσῃ] λειοτριβέειν legunt exemplaria quædam manu scripta.

51 κυήσιος δὲ παιδοποιίης] Hæc repetuntur lib. περὶ ἀφόρων, sed pro πωῦτο, ἐκεῖνο illic legitur; & σκληρὸς pro ξηρός.

52 ἢ ἀκρόπαχος] ἀκρόπλοος legunt exempl. quædam manu scripta.

53 ἢ ἐς τὸ ἐρχὸν κεκρύφῃ] κεκρύφῃ rectè legitur lib. περὶ ἀφόρων, de veteri osculo in anum procumbente & demisso.

54 ἢ τὸ χείλος δῆπδάλλει] δῆπδάλλει τῷ τραχήλῳ ἐφ' ἑωυτὸ lego, deinde ὁκόθεν σῶ ἢ τρηχὺς, ex lib. περὶ ἀφόρων. Cornarius legit, τῷ τραχήλῳ ὁκόθεν σῶ ἐφ' ἑωυτόν.

55 ἢ ἐλάσσονα] ἢ πλέονα videtur addidisse Caluus. Exemplaria verò manu scripta quædam ἢ πλέονα addunt. Sed aliter πολλὰ ἐλάσσονα legitur lib. περὶ ἀφόρων.

56 κῆ πῶ βλάβῃσι] δῆλῃ ἢ βλάβῃσι, ἥτις αὖ κωλύῃ videtur legisse Cornarius, vt scribitur lib. περὶ ἀφόρων, quæ lectio est purior, eamq; sequimur. Caluus verò aliter distinxit & legit, minimeque sensum assecutus videtur.

57 μὴ πυκνῶῃ ἢ καθάρσιος] πρόπρον ἢ καθάρσιος legunt exemplaria quædam manu scripta, velut lib. περὶ ἀφόρων, quam lectionem secuti sumus cum interpretibus. Eadem etiam exemplaria μὴ πάσσις legunt, sed μετὰ πάσαι legitur lib. περὶ ἀφόρων.

58 οὐ δοκεῖ ξυμφέρειν] ὧν οὕτω δοκεῖ ξυμφέρειν videtur legisse Cornarius, ὧν ὅτω legitur lib. περὶ ἀφόρων.

59 ἢ τὰ παχυτέρη] Sic legunt exemplaria omnia. παχυτέρη tamen malim, vt lib. περὶ ἀφόρων, & μολυβδίνη.

60 ἢ ἐσθέτω σκυτάλια ἐφθά] σκυτάλια σιδηρᾶ δὲ ἐφθὰ scribitur lib. περὶ ἀφόρων, quæ κωλῆα κρέα λιπῶν exponit Erotianus apud Hipp. Catellorum autem lactentium carnes pro cibo veteribus fuisse testatur Plin. lib. 29. cap. 4. & Oribasius Collect. 1. ex Mnesitheì Athenienſis ſententia eas collaudauit. Hippocrates quoque pluribus locis in variis affectibus in cibo non parum commendauit. Catulinam carnem esitauisse Romanos Plautus in Saturione refert, vt scribit Festus.

61 ἢ πολύποδα ὀνοῦνω ἐφθὰ] Sic legunt exemplaria omnia, ἐφθὸν tamen malim, vt legitur lib. περὶ ἀφόρων, & adscribitur ex quibusdam membranis manu scriptis.

62 καὶ μεγάλου] καὶ μεγεθικοῦ legitur lib. περὶ ἀφόρων, vt & in quibusdam membranis.

63 ὧν δέχηται διεκπείλω] ὧν δέχηται legit Caluus.

64 καὶ φύσει ἐμπιέζῃ] Hæc non leguntur in quibusdam codicibus manu scriptis vt nec lib. περὶ ἀφόρων.

65 δρίζῃ κυήσιος] δρίζῃ μὴ κυέσθαι κυήσιος legũt exemplaria quædam manu scripta, quæ secutus videtur Caluus. & aliud quid addidisse. Libro verò περὶ ἀφόρων vbi ista repetuntur, κρατίζῃ pro δρίζῃ legitur.

66 ἕως αὖ ὀκμαίνῃσι] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia, vbi & ὀκμαίνῃσι hîc legendum esse admonuimus ex Galeno in Exegesi, qui ὀκμαίνεσι legisse videtur, quod exponit ἀποκρίνει τὸ σπέρμα. Quam tamen lectionem Hieronymo Mercuriali acceptam referimus, & si vulgata lectio ὀκμαίνῃσι quodammodo ferri possit, vt per translationem desæuire dicatur, post seminis emissionem veneris impetus repressus ac remissus.

67 καὶ ἔπ δεόντων] καὶ ἔπ δὲ ὄντων, aut ἰόντων, cum Interpretibus lego & quibusdam codicibus manu scriptis, vt lib. 1. περὶ γυναικείων. Id autem in Hippiatrina à rusticis aliquando obseruatum animaduertitur, vt si quando marem generari cuperent, sinistrum admissarij equi testiculum obligarent.

68 φύλλα τῆς αὐτῆς] τῆς ἀκτῆς legunt exemplaria quædam manu scripta, sambuci folia, quorum crebra fit mentio ad suffitus in γυναικείων παρασκευαῖς.

69 κάστορος ὄρχιν] Sic castoreum dicimus, quòd scribit Plinius, Castoreum dici Medicis, eas partes, quas fibri Pontici sibi amputant periculo vrgente, ob hoc se peti gnari. † Idem castoris testes castora dici scribit. Galenus etiam κάστορον vocari scribit ὅτι ὄρχεις τοῦ κάστορος. * Cap. 30. lib. 8. † Cap. 3. lib. 32.

70 ὀπὸν σικύης] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, sed ὀπὸν συκῆς legunt omnes Interpretes, quos etiam secuti sumus, vt fici succum vel lac intelligamus, aliòqui etiam cucumeris agrestis succus sumi potest.

71 καρδαμώμου καρπὸν] καρδάμου legunt exemplaria quædam manu scripta.

72 κάστορος ὄρχιν] Post hæc verba κράδιον, ὄξος addunt exemplaria quædam manu scripta.

73 σκίλλης τὸ ὀπὸ τοῦ μέσου] Istud non legit Caluus.

74 καὶ πινέτω προσόσον χυλὸν] προσόσιον χυλὸν legit Caluus, προσόσον tamen habent omnia exemplaria.

75 ῥητίνιον. μέλι] ῥητίνιον secundo loco positum delent Interpretes, & cætera simul iungunt. Sic ramen stare possunt vt in exemplaribus omnibus leguntur, vt ea in subdititio aut pesso adhibeantur. Deinde resina & mel lana excepta per dies quatuor in subdititio apponantur.

76 καὶ λιβανωτὸ πυρώσας] Hunc mihi locum disertis verbis indicare videtur Galenus in Exegesi, cùm πυρώσας χόνδρους exponit, & addit, ἐρῃ δὲ λιβανωτὸ, thuris enim globulos, nucleos, aut granula, hîc indicari significat, vt expressimus in nostra OEconomia, etsi πυρώσας vitiosè legunt Galeni exemplaria.

77 κολοκυνθῆς ἀχείης] Sic legunt omnia exemplaria, sed πῶ ὀνπελώνιον, aut τὸ ἔνδον addunt Interpretes.

78 σμύρναν προσόντω] Myrrham primariam, hoc est probatam & Minæam, quam Troglodyticam vocant, quæ primæ est notæ, boniqúe odoris, & maximè ad Antidotos expetitur, intelligendam esse expressimus, in nostra OEconomia. Hæc eadem ἄκριπτος dicitur lib. 2. περὶ γυναικείων, & καλωνίη lib. περὶ γυναικείης φύσιος.

79 μέλιτος καὶ πάχος] ἢ πλάπς pro πάχος legunt exemplaria quædam manu scripta.

80 καὶ κράδης προσμιγνῦσαι φλοιὸν ξύων] Hanc lectionem vt minimè interruptam & valdè popularem secuti sumus cum Interpretibus, etsi Aldina exemplaria post προσμιγνῦσαι ἕτερον addunt, & lectionem disiungunt.

81 προσόντα λευκὰ] Sic legunt exemplaria omnia, sed Interpretes προσόντα λευκὰ καθαιρόντα legerunt. Aliôqui προσόντα λευκὰ dici possunt, vt ποιοῖ μέλανες lib. περὶ γυναικείης φύσιος, & lib. 2. περὶ γυναικείων, & καθαρὸς ἀρτεμισίη, artemisia pura & impermixta, hoc est, sola per se sumta, vt καθαροὶ σρόβιλοι, nucleipinei per se sumpti & repurgati, Dioscoridi.

82 ὅταν δὲ χαλάσειν αἱ μήτραι] χάνωσιν videtur legisse Cornarius.

83 φλοιὸν

83 φλοιὸν ἢ πλάσας] Sic legunt exemplaria omnia, vs sit cortice obducta, sed Interpretes omnes ἐφθὸν μέλιτι legisse videntur.

84 πῶ λευκῷ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed Cornarius λευκῷ οἴνῳ legit.

85 ἡπίαλος πυρετὸς] ἡπαλὸς πυρετὸς legunt exemplaria quædam. ἡπαλῶς etiam alia manu scripta. Hunc autem locum in nostra OEconomia expressimus.

86 χῆ τῷτω γε ἀρνακίδας] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia, & ἀρνακίδας pelles agninas cum villis & lana significare diximus. Galenus in Exegesi vocũ Hippocratis ἀρνακίδας ῥωῶνας exponit, hoc nimirum subindicato loco.

87 πάσσ μίξας καὶ ζέσας, ἐρηεισμένας ὁμοῦ θυμιῶ] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exẽplaria, tum scripta, tum publicata. Quod effecit vt publicatam lectionem secutus sim, & ἐρηεισμένας & ζεῶσα legerim. Sed certè mihi valde probatur Cornarij lectio, qui ζειὰς ἐρηεισμένας mihi legisse videtur, cùm (ammixta etiã zea fresa) dixerit. Ac fortè hunc mihi locum subindicare videtur Galenus in Exegesi, cùm ζειὰς ὀλύρας exponit, nisi quod ὄλυραν potiùs legendum existimo. Zeam autem (quæ frumenti genus est, & siligo Latinis dicitur) cum corticibus cõfractam, aut fresam, ad vteri fomenta adhibet Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικείων. Istud autem rotum omisisse videtur Caluus.

88 σύκον μέλαν] Ante hæc verba καθαρτήριον pro indicatura quædam exemplaria adscribunt, quæ secutus videtur Cornarius.

89 καθαρτήριον προσθετέον] Hanc indicaturam non videtur legisse Caluus.

90 ὧν δὲ δῆπμιλια πολλὰ ῥήσσει] οὐ ῥήσσει legit Caluus.

91 ὧν δὲ μὴ καθαίρῃ τὸ ὕστερον] λεαίνει ὀν οἴνῳ legunt quotquot hactenus videre licuit exemplaria, quæ mendosa esse & corrupta satisapparet. ἐλαστέον ὀν οἴνῳ cum Cornario lego, cùm ad secundarum deturbationem elaterium sæpe adhibeat Hippocrates in muliebrium morborum tractatione, idemque oboli pondere ad puerperiorum repurgationem exhibeat, lib. περὶ γυναικείης φύσιος. Codices autem mẽdosos esse ex Caluo satis apparet, qui τὸ ὕστερον non legit.

IN LIBRVM DE DENTITIONE.

ΤΑ ΦΥΣΕΙ] Hunc περὶ ὀδοντοφυΐης libellum ad cæteros Physicos aggregauimus, quòd pueri primordia & naturæ veluti incrementa ac incunabula contineat, & ad ea referatur.

* ἢ οὕτως ὀλιγάκις] Sic legunt exemplaria omnia, quæ propter pluralitatem secuti sumus. Interpretes autem ἢ οἷσιν ὀλιγάκις legisse videntur. οὕτως autem ad dentium eruptionem refertur.

' οὐχ ἱκανῶς διακεκριμένον] Sic legunt quotquot huc vsq; videre licuit exemplaria. Caluus διακείμενον aut διακείμενα legisse videtur. Sed διωσημένον lego & διαλαμβάνῃ, vt mihi legisse videtur Interpretes.

* ἢ πολλάκις παρηθεῶσι] παρηθεῶσι lego, cùm tamen παρεκθεῶσι habeant omnia exemplaria.

' νομιζῃ ἐφίστασθαι] ὑφίστασθαι legit Cornarius, quæ lectio mihi arridet, etsi vulgatam secuti sumus.

' ἢ παλινδροκίσασι] παλινδρομήσασι ὀν ἰδιωμίοις, distinguunt omnia exemplaria, sed post παλινδρομήσασι distinguit Cornarius, & pro ὁμοίοισι νηπίοισι videtur legisse. Caluus ἢ παλινδρομήσασι initium sententiæ facit, & ὠμοῖσι pro ὁμοίοισι legit, etsi vtranq; lectionem adhibuit.

7 πολὺ δὲ χολῶδες αἱεμεῖσθαι] Exemplaria Aldina sic legũt hunc locum, πολὺ τὸ χολῶδες ἢ ἐὸν, ἢν ἀγαθὸν. ὀν ἢ οἷσιν παρεῶ μοίσιον ἕλκεσιν, ἀνεκχιῶδες κακὸν, μετὰ δὲ ἐς πρόσπις χρόνους &c. Sed vitiosa esse apparet.

' ὡς τὸ πολὺ] ὡς τὸ πολὺ malè legitur in Aldino exemplari.

IN LIBRVM DE CORDE.

ΚΑΡΔΙΗ] Hic libellus cordis substantiam & naturam perbellè exprimens, annectendus videtur libello περὶ ὀδοντοφυΐης vsus vt loquitur Plutarchus) explicatur Galeno lib. 7. de vtilitat. partiũ, & Plutarch. quæst. 1. lib. 7. Sympos. & Macrobio lib. 7. Saturnaliorum, & A. Gellio, lib. 17. cap. 11. De ea verò sic Rufus Ephesius. ἡ ἐπιγλωττίς τῆς μὲν τραχείας ἀρτηρίας πῶμα γίγνεται; τῆς δὲ εἰς τὸν σῦριγγα ἢ σιτία παραπομπῆς ὁδός. Et rursus, ὀπίσω δὲ, τὸ ἔνδον ὅθεν τοῦ βρόγχου, πῶμα γιγνόμενον τῆς ἀρτηρίας, ὅπερ καὶ πτερυγωμεν, ὑπὸ τῶ μηδὲν ἐμπίπτειν εἰς τὸν πνεύμονα. ἀναπνεόντων δὲ καὶ μετεωρόν ἐστιν, ὡς μὴ ὀπισθοκλύῃ τῶ πνεύματος ἀνῶσαι. Quod adhuc repetitur eidem. Author verò Isagoges Galeno attributæ, hunc istius vsum his verbis exprimit. ἡ δὲ ὀπιγλωττὶς οὐ μόνον τὸ σῶμα ὀπτῶματίζει. ἀλλὰ καὶ τῶ προφὶ τῶ ἀπὸ τῆς γλώττης οἷον ἀπὸ τοῦ αὐαχενίου διαπορθμεύει. ὡς γὰρ ἀφεῦσα, ὅθεν τὸν σῦριγγα ὑπὸ τὸ σῶμα τῶ βρόγχου ὑπορρεῖ αὐτῶ. Quæ quidem elegantia verba, cùm plurimùm hanc ad rem faciant, & vitiosè scripta sint nostris in codicibus, hunc in modum adscribẽda fuerunt. At verò vitiosè

1 Ἅ φύσει] Hunc περὶ ὀδοντοφυΐης libellum ad cæteros Physicos aggregauimus, quòd pueri primordia & naturæ veluti incrementa ac incunabula contineat, & ad ea referatur.

* ἢ οὕτως ὀλιγάκις] Sic legunt exemplaria omnia, quæ propter pluralitatem secuti sumus. Interpretes autem ἢ οἷσιν ὀλιγάκις legisse videntur. οὕτως autem ad dentium eruptionem refertur.

' οὐχ ἱκανῶς διακεκριμένον] Sic legunt quotquot huc vsq; videre licuit exemplaria. Caluus διακείμενον aut διακείμενα legisse videtur. Sed διωσημένον lego & διαλαμβάνῃ, vt mihi legisse videtur Interpretes.

* ἢ πολλάκις παρηθεῶσι] παρηθεῶσι lego, cùm tamen παρεκθεῶσι habeant omnia exemplaria.

' νομιζῃ ἐφίστασθαι] ὑφίστασθαι legit Cornarius, quæ lectio mihi arridet, etsi vulgatam secuti sumus.

' ἢ παλινδροκίσασι] παλινδρομήσασι ὀν ἰδιωμίοις, distinguunt omnia exemplaria, sed post παλινδρομήσασι distinguit Cornarius, & pro ὁμοίοισι νηπίοισι videtur legisse. Caluus ἢ παλινδρομήσασι initium sententiæ facit, & ὠμοῖσι pro ὁμοίοισι legit, etsi vtranq; lectionem adhibuit.

7 πολὺ δὲ χολῶδες αἱεμεῖσθαι] Exemplaria Aldina sic legũt hunc locum, πολὺ τὸ χολῶδες ἢ ἐὸν, ἢν ἀγαθὸν. ὀν ἢ οἷσιν παρεῶ μοίσιον ἕλκεσιν, ἀνεκχιῶδες κακὸν, μετὰ δὲ ἐς πρόσπις χρόνους &c. Sed vitiosa esse apparet.

' ὡς τὸ πολὺ] ὡς τὸ πολὺ malè legitur in Aldino exemplari.

1 ἢ οὕτως ὀλιγάκις] Sic legunt omnia exemplaria quæ videre licuit. Sed χῶνος legendum esse, ex χάνος crassi facta, in OEconomia nostra scriplimus. Codices verò scripti quidam pro χῶνος, βόθυνος adscribunt. Verùm glossamentum esse quoddam apparet. χῶνος enim Hesychio βόθυνος exponitur, & scrobem ac foueam significat. Hîc autem πλῆθος potus copiam cum Cornario diximus, cùm eorũ quæ assumuntur, hoc est, tam cibi quàm potus copiam intelligere possemus. Id verò quod statim subsequitur, per summum guttur sensim ac velut per rimam & latenter in arteriã aliquid potionis illabi, ad id nos induxit. Quod certè à Galeno rectè exprimitur & explicatur extremo lib. 8. de plac. Hippocr. & Plat. Vetus autem & multis argumentis agitata fuit apud antiquos quæstio Platoniq; assimulata, de potu ad pulmones peruadere. Cuius certè quæstionis authorem facit Hippocratem Plutarchus lib. περὶ Σπωϊκῶν ἀναπωμῶν, Philistione Locrensem, & Diexippum celeberrimos Medicos, eamque agitat probl. 1. lib. 7. Ἀπὸ συμποσιακῶν, ex quo desumpsit Macrobius cap. 15. lib. 7. Saturnaliorum, eaq; de re scripsit A. Gellius cap. 11. lib. 17. Noct. Attic. Author verò lib. 4. de Morbis potum ad pulmones deferri omninò negat. Istam autẽ de potu in pulmones sensim ac veluti per rorem illabente opinionem, videtur ex hoc Hippocratis loco mutuatus Plato, quam optimè explicat Galenus in fine libr. 8. de placat. Hippocrat. & Platon.

1 ὕπνον δὲ οἶνον] Hæc vulgata lectio omnibus exemplaribus cõtestata, hunc mihi sensum habere videtur, vt potus per guttur aut summam arteriam, eius parietes irrorando illabens, velut ex mamma exugi videatur, atque adeò sensim & pauca quantitate extillet, vt eius impetus paulatim influendo latere possit. Qui verò magna copia & auiditate ebibitur, in gulam & vẽtriculum demittitur. Eamq; lectionem hac ratione secutus sum. Mihi tamen etiam amplectenda videtur Cornarij *lectio, qui ἥδιον δὲ, & δίχα ῥωμῆς legisse videtur, hoc sensu, vt nimis quidem in gutur feratur, & quantam per rimam illabendo fallere possit. Caluus verò aliter mihi sumpsisse videtur, & illud ὕπνον οἶνον de exugendi voracium puerorum auiditate, ad potionem deriuasse, deinde, καὶ ὁκόσον αὖ οὐ λάθοι δίχα ῥύμης ἐστρυὲν legisse, cùm dixit quod molestat tussiculamq; mouet. ὕπνος autem Hesychio & Pollucimaeòν significat.

* *Quam & Æ. Portus sequi mauult.*

4 πῶμα γὰρ ἀστρεκὲς] Hîc οὕτως πολυπμήτου ὀπιγλωττίδος vsus vt loquitur Plutarchus) explicatur Galeno lib. 7. de vtilitat. partiũ, & Plutarch. quæst. 1. lib. 7. Sympos. & Macrobio lib. 7. Saturnaliorum, & A. Gellio, lib. 17. cap. 11. De ea verò sic Rufus Ephesius. ἡ ἐπιγλωττὶς τῆς μὲν τραχείας ἀρτηρίας πῶμα γίγνεται; τῆς δὲ εἰς τὸν σῦριγγα ἢ σιτία παραπομπῆς ὁδός. Et rursus, ὀπίσω δὲ, τὸ ἔνδον ὅθεν τοῦ βρόγχου, πῶμα γιγνόμενον τῆς ἀρτηρίας, ὅπερ καὶ πτερυγωμεν, ὑπὸ τῶ μηδὲν ἐμπίπτειν εἰς τὸν πνεύμονα. ἀναπνεόντων δὲ καὶ μετεωρόν ἐστιν, ὡς μὴ ὀπισθοκλύῃ τῶ πνεύματος ἀνῶσαι. Quod adhuc repetitur eidem. Author verò Isagoges Galeno attributæ, hunc istius vsum his verbis exprimit. ἡ δὲ ὀπιγλωττὶς οὐ μόνον τὸ σῶμα ὀπτῶματίζει. ἀλλὰ καὶ τῶ προφὶ τῶ ἀπὸ τῆς γλώττης οἷον ἀπὸ τοῦ αὐαχενίου διαπορθμεύει. ὡς γὰρ ἀφεῦσα, ὅθεν τὸν σῦριγγα ὑπὸ τὸ σῶμα τῶ βρόγχου ὑπορρεῖ αὐτῶ. Quæ quidem elegantia verba, cùm plurimùm hanc ad rem faciant, & vitiosè scripta sint nostris in codicibus, hunc in modum adscribẽda fuerunt. At verò vitiosè

in quibusdam exemplaribus πῶμα pro πῶμα legitur, quæ tamen secutus est Caluus, vt etiam vitiosè in omnibus codicibus καὶ δίψος, pro καὶ οὐ δίψος legitur.

5 ὅτι ἐστὶν ὀδοντωτὸς] Hic ὀδοντωτὸς actiuè sumi potest, vt quod curam nullã adhibeat, aut de victu parum sit solicitum. Et passiuè quoque, vt de quo cura parua sit, aut de cuius victu parua cura habeatur, velut sunt immunda animalia, quæ quouis victu vtuntur.

6 ὥσπερ ὀ] Hoc de secto iugulo exemplum mihi videtur hinc transcripsisse Galenus in fine lib. 8. de plac. Hippoc. & Plat. Cuius verba sunt, ἀλλ' εἰ καὶ ζῶον ὅ, τι οὐ ἐθέλοιας δι' ὑπομονῆς, ὡς κεκρωσμένον ὕδωρ ὑπομένειν πιεῖν εἰ δοίης, εἴτε κυκεῶ χρώμαι χρώσας, εἴτε μίλτῳ, εἴ τ' εὐθέως σφάξας αἱματίοις, εὑρήσεις κεκρωσμένον τὸ πνεῦμον. δῆλον οὖν ὅτιν ὅπερ φέρεται τοῦ πώματος εἰς αὐτόν. Quod effecit vt hîc λαιμὸς, τὸ φάρυγξ ἢ βρόγχον, hoc est guttur & arteriæ summum significare videatur, cùm propriè de gula dicatur, vt aliàs scripsimus. Ideóque λαιμὸν αἱματίμεναν, iugulare indicat. Quinetiam Plutarchus sectæ arteriæ exemplum sumit, per quam veluti per fistulam humor ebibitus, canali rupto erumpit, neque ampliùs deglutitur. Quod etiam assumit Macrobius.

7 εἰ εὐστρεπίζοι τὸν οὐρανόν] De potu quòd arteriam apparet aut instruat, ad verbum dici potest, hoc est, viam quandam pulmoni ad recipiendum potum instruat, propter id quod paulò pòst sequitur. ἀλλὰ ἴνα καὶ λείῳ ὁδὸν οἱ παρέχῃ ἡ ὀδοντωτὸς. Quod non nisi potu ad arteriam conuerso aut vergente fieri potest.

8 ὕδωρ αἰμῶδες ἔνερον] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, sed ἀνορῶδον legendum esse diximus in nostra OEconomia, vbi hũc locum subnotauimus, & istam dictionem αἰμῶδες exposuimus. Sic autem legisse Cornarium apparet, etsi ἀνόρον ὕδωρ, incidens aqua legi potest. Sic enim meliùs quàm quòd ἔνερον ὄχλον, quidam ex hoc loco molestiam in vrina annotant. Cæterùm pro ἀθεύχῃ, παρέχῃ legendum videtur, sicq; legisse videntur Interpretes, etsi vulgata lectio ferri potest.

9 τὸ δὲ δι' ὃ ὁρμᾶς] Sic quidem legunt exemplaria ferè omnia, quedam etiam δι' ὃ τὴν ῥῶμης, vt antea. Sed Cornarius δι' ὃ τῆς ῥωμῆς legisse videtur, quem secutus sum. Caluus pro ὀδοντωτὸς ὀδοντυξὶς legisse videtur.

10 ὑποπτῇ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, verùm ὑποπτεύῃ legisse videntur Interpretes, deinde pro χωρέῃ εἴῃ, χωρέει, vt habent exemplaria quædam.

11 τοῦτο καὶ διαίρει] ὀν τοῦτο legunt exemplaria quædam. Hic mihi verò fuliginosorum excrementorum per os progressum innuere videtur. Aër autem in pulmones attractus, cordis æstum mitigat, vt & aqua in eius inuolucro contenta, eius immoderato calori moderatur, efficitque vt ipsum continuò madeat, & ne vehementer aut assiduè exiccetur prohibet, faciliorémque illi & liberiorem motum præstat. Quare eleganter πὼ ξυμβιόεος πόθης ἐπιμφοείλω vocat, vt quæ connatæ & ingenitæ affectioni auxilium ferant.

12 ἡ καρδίη μυῶδές ἐστιν] Lib. 4. de Morb. ἡ καρδίη στερεόν τι χρῆμα καὶ πυκνόν ἐστιν, καὶ δι' ὅπτου οὐ πνεῖ. Rursus, ἡ καρδίη στερεή τε πυκνή ἐστιν, ὥστε μὴ νοσέειν ἀπὸ τῆς ἰκμάδος. Est enim cordis caro densa & dura, fibrarum quibus intexitur spissitudine compressa, solida & firma, ad robur & iniurias ferẽdas accommodata, vt scribit * Gal. quod hîc πίκνωμα σφικὸς dicitur, carnis duritatem, spissamentum, crassamentum ac spissamentum denotans. καρδίη Rufo, ἢ σύγκρισιν μυώδης ἢ καὶ νευρώδης, παλλομένη σωματικῶς σφυγμοῦ κινήματι. Cùm autem cordis caro musculosa esse videatur, in quo à musculo differat, rectè scribitur Galeno cap. 8. lib. 6. de vsu part. curque multiplices fibras nactum sit, vt & lib. 7. de Anatom. administr. vbi musculi cordisque substantiam negligentiùs inspicienti, nihil differre scribit, neque tamen musculum esse vult, sed illi actionis præstantiam, & motum ex tota sua substantia inesse.

*Cap. 8. lib. 6. de vtil. part.

13 ὁμαλέῃ τῇ ἑπόρῃ φλεβὶ] Insignem illam venæ cauæ propagineni intelligit, quæ septo superato, ad cordis basim dextrã procedens, sinistro ipsius latere adaperitur, & in dextrum eius ventriculum, ad humiliorem basis sedem, amplo patentique admodum orificio inseritur.

14 ἡ δὲ δεξιὴ φημὶ] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, atque hunc mihi sensum habere videntur. Et hic dexter, inquam, ventriculus in sinistris, vt de dextro vẽtriculo se sermonem facere innuat, quem dextrum in sinistris vocat, quòd etsi cordis situs medium thoracem occupet, dextra tamen mucronis pars in sinistrum magis ipso basis centro protenditur, vt videatur totum cor in sinistris sedem firmasse. Cornarius tamen ἡ δὲ ἐν λαιοῖς legit, & de altero, nempe sinistro, cordis ventriculo accipit. Istud verò omisit Caluus.

15 καὶ λαχαροῤῥέστερη πολλῷ] Sic legunt exemplaria omnia, quod effecit vt λαχαροῤῥέστερον laxiorem, hoc est, molliorem dextrum ventriculũ esse dixerimus. Cornarius magis inanem dixit, hoc est, non ita distentum ac durum. Dexter enim vẽtriculus cùm pulmonis gratia conditus sit, & sanguinem contineat, mollior est sinistro & laxior, ideóque sanguineus ab Anatomicis dicitur, quod etiã scribitur Galeno cap. 11. & 16. lib. 6. de vsu part. Molliorem etiam dixit Caluus, vt λαπαρωτέρη legisse videatur. Dexter autem ventriculus sinistrum amplitudine & capacitate superat, vnde πάμπαν εὐρυκοίλιος dicitur.

16 ἀλλ' ἐξαπαλείπει τὸ οὐρανὸν] Hunc locũ in nostra OEconomia exposuimus, simúlq; indicauimus οὐρανὸν hîc sumi pro extremo cordis mucrone, nonnullósque οὐρίαχον non malè legere, mihi verò τὸ ὀξύμυρον videri rectè scribi posse, quod ἔρεμνον exponit Hesychius, vt summus cordis mucro accipiatur, caudã dixit Cornarius, vt istam etiam lectionem secutus videatur, nisi quòd pro ἐξαπαλείπει ἐξαπαλοῖ, aut ἐγκαταλαμβάνει legisse videtur. Innuitur autem his verbis, dextrum cordis ventriculum, etsi sinistro sit capacior, deorsumque magis vergat, extremum tamen mucronem non comprehendere. Sed cùm hanc formam à basi ad mucronem vsq; cor retineat, rectè ἐξαπαλαμβάνει mihi legisse videtur Cornarius.

17 πῶλεῖον ὃ ἔχει] Sinistri ventriculi septum mihi intelligere videtur, quod parem crassitiem & naturam cum cordis substantia sinistrum latus constituente nactum est. Ea verò dextri ventriculi substantiam crassitie multis modis superat, & vndique æquè crassa visitur, præter quàm in basi, vt satis constat. Septum verò illud concauum, non vt dextro latere gibbum & extuberans esse conspicitur, ideóque in scrobem excauatum esse dicitur, etsi pro ἐμβεβόθρωται, ἐμβεβέρωται legisse mihi videtur Caluus, nisi si vtranque lectionem adhibuit.

18 ἀλλὰ δὲ ἤδη] His verbis arteriæ venosæ ductum in pulmones & vsum mihi intelligere videtur, quæ ex sinistri ventriculi demissiore parte enascitur, & in duos truncos diuisa, dextro in dextrã pulmonis sedem dispergitur, sinistro etiam in sinistram pulmonis regionem protenso. μετὰ πεσσωνῖς autem ad vię promptitudinem aut facilitatem referri cùm possit, æquiùs tamen visum est ad vsum respicere, vt blandam caloris moderationem ac castigationem indicet. Aëris enim attracti & mitificati excrementa fuliginosa in cordis systole, promptè per arteriam venosam expelluntur. Atq; ex hoc loco ἡμωείν paulò antea castigationem & pœnam significare potest, cùm innatę affectionis moderationem, medelam, & auxilium indicaret.

19 ἄμφω γε μὴν δασεῖαι] Vtriusque cordis ventriculi superficies etsi perquàm inæqualis est, multisque quasi foueis in carneam substantiam insculptis obsita, ea tamen inæqualitas in sinistro ventriculo longè maior est, magisque insignis.

20 τοῦτο δὲ παχύτερον] Innuit sinistrum ventriculum crassiori substantia esse constructum ad calidi innati robur custodiendum. Sinister nanque cordis ventriculus, tantò crassiore substantia quàm dexter ventriculus constituitur, quantò materia quam continet leuior, rarior, velocior & transpiratu promptior est, quàm quæ dextro ventriculo continetur. Ita quoque hic sinister cordis ventriculus, aërem ex pulmone per arteriam venosam attractum, ad se dilatato corde allicit, eóque ad calidi innati temperationem, & spiritus vitalis substantiam vtitur, Hunc aërem concoquens & præparans, vt vnà cum sanguine in totum corpus distribuatur. *Galenus certè sinistrum vẽtriculum ex crassiore & densiore substãtia conditum esse vult, quòd spiritum leuem contineat, dextrum verò ex tenuiore & molliore, quòd sanguinem grauem quidem suo pondere complectatur, idque ad cordis æquilibrium, & ne in alterutram partem propenderet. Mirum autem subit, hîc tam appositè internam sinistri ventriculi constructionem crassam & asperam ad calidi innati robur conseruandum à natura esse conditum adscribi, simúlque ventriculorum superficiei inæqualitatem quibusdam cauis, veluti foueis multis obsitam, hîc tam elegantèr depingi cùm huius rei ne vlla quidem apud Galenum libris de vsu partium, sed leuis tantùm lib. 7. de Anatom. administr. ac velut perfunctoria fiat mentio, cùm βοθύνους vocet. Porrò cùm in omnibus

omnibus exemplaribus ἄκρα θῶμα ῥηϊδιον scribatur, eam lectionem hoc sensu retinuimus, mirum esse, cùm in sinistro cordis ventriculo non nisi aër & spiritus contineatur, eum esse à natura crassiorem & asperiorem conditum, cui tamen continendo leuis quædam substantia longè accommodatior esse videatur: Cùm tamen non parua sit suspicio, οὐ θῶμα ῥηϊδιον legendum esse, vt nemini mirum videri debeat, ad aërem inspiratum & intemperatum continendum & concoquendum, intus asperum & multis insignibus cauitatibus inæqualem, crassaque substantia à natura fuisse conditum, ne aër facilè dissiparetur aut expiraret. Atque illius rei causa subiicitur ὥστε καὶ παχύτερον &c. Sic enim Galenus cap. 10. lib. 6. de vsu part. spiritus vasa crassis & densis tunicis constare, sanguinem verò continentia, tenuibus & raris, probat.

† *Cap. 16. lib. 6. de vsu part.*

21 αὖτον πνευματικὴ φύσιος] Huic loco aptissimè conueniũt quæ scribuntur à Galeno in fine cap. 7. libr. 6. de vsu part. his verbis: ἐπεὶ δίνωμ ἡ καρδία τὸ ἐμφύτου θερμασίης ἢ δοικεῖται τὸ ζῶον, οἷον ἑστία ὑός ὅτι ὁ πνεῦμα, παῦ μὲ οὐ οὔτω μόσχον αὐτῆς εἶη κύκλου, ἀλλὰ μᾶλλον ὅσον ἡ χρεία τοῦ πυρὸ τῷ ζῴῳ διαφυλάξῃ τῷ ζῳλῳ. ἔστι δὲ δὴ ὦτα δυοῖν ἀγγείοιν σῶματα, κατὰ τὰ ἀρίστερον αὐτῆς κοιλίαν, ὧν ὅς ἱαῖοῖς ἔθος ὀνομάζειν ὅτι πνευματικόν. διὰ τὸν δὴ οὖτον τὸν τρόπον ἡ καρδία, διὰ τὸ μικροτέρου, πᾶς κατὰ τὸ πνεῦμα, διὰ δὲ τὸ μείζονος ἁπάσας τοῖς κατὰ τὸ ζῶον δεῖν ὑπηρέταις σωτεχάς.

22 ἀγχοῦ δὲ τῆς ὀκφύσιος] Vide Galenum capit. 15. lib. 6. de vsu part. vbi auricularum cordis vsum & positum describit, eíque dicuntur ὦτα νευρώδες τὲ καὶ κοῖλαι περὶ τὸν τρόπον ὀδοντωτὸς ὑπαμάροντα, χαλαεὰ μέν. Rufus ἐν τῇ περὶ αὐτῶν τρόπου μορίων, ὦτα τῆς καρδίας dici scribit, ὦτα ἐκπόρευσιν τῆς κεφαλῆς ὡς πῶρ τοῦτο κοῖλα, καὶ μαλακὰ, καὶ κινητὰ, ἐν ᾧ πᾶσα σπύζῃ ἡ καρδία.

23 πρόκματα δὲ ὅτι ἐστὶ] Gal. cap. 15. lib. 6. de vsu part. ἄκοιον μάτιω ὦτα τῆς καρδίας ὦτα γέγενεν, ἀλλ' ὀνόμασαι μάτιω. οὐ γὰ σμικρὰ ἔοικεν αὐτῷ ἡ χρεία τοῖς ζῴοις ὑπαάρχειν. Et rursus, ὀνόμασαι δ' οὕτως, ὅτι ἀπὸ χρείας, ἢ ἐνεργείας ἔνος, ἀλλ' ἀπὸ μικρᾶς ὁμοιότητος, ὅτι τῆς καρδίας ἐκκρέοθεν, ὡς πῶρ τῆς κεφαλῆς τῷ ζῴου φαίνεται τὰ ὦτα. Eadem quoq; scribuntur Galeno lib. 7. de Anatom. administrat. vbi eas esse scribit ὑποφύσεις πνευμωδεστέρας καὶ θερμοτεστέρας. Rufus quoque, ὑμένας παρ' ἑκάτερα πλατείας ἀδροειδεῖς vocat, διὰ τὸ περὶ αὐτὸν (τὸν καρδίαν) ὠοειδοῦς ἐρμαπάσαι.

24 διὰ τὸ πλατικὸν] Sic legunt omnia exemplaria, ideoque hanc lectionem retinuimus, etsi πλαστικὸν legisse videntur interpretes. Significat autem effusum extra venas sanguinem & distẽtum, visceri soliditatem exhibuisse, πλαστικὸν tamen malim.

25 παρίθηκεν αὐτέω φύσεις] Hanc etiam follium similitudinem vsurpauit Galenus, sed non eodem modo ad aures transtulit.

26 οὐλομελῆ] Illud ὑλομελῆ tam naturæ cordis propriam, quàm continuam aut perpetuam motus agitationem, quæ illi ex tota visceris substantia inest, significat, vt κατ' ἴδιον propriam cuique auri insitam, & peculiarem naturam, ex qua colligit auriculas cordi flabelli loco aut ventilabri esse attributas. Cor autem actionis suæ præstantiam, hoc est motionem, ex sua visceris natura, & toto ipsius corpore ostendit Galenus libro 7. de Anatom. administrat. ideoque thorace exemptum etiam diu moueri. Cæterùm ἴδιος αὖ, pro ἴδιος αὖ legendum.

27 διὰ τοῦτο δὲ φημὶ] Hic mihi huius subobscuri loci sensus esse videtur, vt velit cordis substantiam internam, per vasa quæ ventriculos subeunt, refrigerari, externam autem per aures veluti ventillari, cùm tamen scribat* Galenus, magnæ arteriæ propaginem cum vena quæ circa cordis ipsius caput obtuluitur, & in omnes ipsius partes, ad deferendum alimentum dispergitur, circumferri, & in omnes partes distribui; quæ & ipsius arteriæ magnæ tanta etiam ipsa est propago, quanta prædictam venam maximè sit refrigeratura, caloríque natiui externarum cordis partium temperiem probam conseruatura. Cæterùm φλεβία dicuntur, quæ ex ventriculo sinistro subeunt, ex corporis substãtia quam nacta est arteria venosa, vt & ἀρτηείλω vocat, quæ ex dextro oritur, quæ est vena arteriosa, quòd arteriæ corpus nactum sit. Quam appellationem veteribus vsurpatam fuisse scribit Gal. lib. 7. de Anatom. administr. qui sine appendicibus ea vasa vocarẽt, cùm tamen appendicibus adiectis appellare præstaret, his verbis. οἷς δ' ἀνεν πεφυθήκης ὀνομαζόντων αὐτὰ, ἅνες μὲ τῇ σώματος περὶ ἔχον οὐσία μόνη, ἅνες δ τῇ χρείᾳ. κατὰ μὲ οὖν τὸν σωματικὸν οὐσίαν, ἀρτηεία μὲν δεῖ τὸ τῆς δεξιᾶς κοιλίας ἐκφυόμενον ἀγγῖον. φλεὶ δ τὸ τῆς ἀριστερᾶς. κατὰ δ τὸν χρείαν, ἅμπαλιν ἀρτηεία μὲ τὸ τῆς ἀριστερᾶς, φλεὶ δ τὸ τῆς δεξιᾶς. Ac ibi quoque Galenus variam & dissentientem inter se horum vasorum appellationem apud veteres fuisse adscribit.

* *Cap. 17. lib. 6. de vsu part.*

28 ἔστι δὲ τὸ θερμὸν] Sic legunt exemplaria omnia quæ vidimus. Interpretes tamen omnes negationem addiderunt, quòd sinister cordis ventriculus calidi natiui fons ac sedes esse dictus sit. θερμὸν tamen in dextro ventriculo inesse dicitur, hoc est, calidus humor, nempe sanguis, vnde sanguineus dicitur; vt & sinister spirituosus.

29 ὥσπερ διὰ τοῦ πόθλου] Id videtur de vena arteriosa dici, quæ ex dextro cordis ventriculo oritur, multò minori quàm caua orificio, quę huic etiam inseritur. Minùs amplam autem habet capacitatem, quòd corpus habeat arteriosum; sufficiens tamen ad ipsius ventriculi refrigerationem, ne ampliore aëris ingressu euinceretur. πόθλον autem vocat calidam cordis naturam sibi insitam (vt antea) quæ tamen non eadem est quæ in sinistro, propter affluentem ex vena caua sanguinem.

30 κηδόνας ἐμβάλλουσιν] Hunc locum expressimus in nostra OEconomia, vbi κηδόνη villos & filamenta dici scripsimus. Cæterùm mihi fibras illas intelligere videtur; quæ ex inferiore sede trium illorum membranorum processuum frequenti serie enascuntur, & per ventriculi amplitudinem deorsum ductæ, eiusdem lateribus iuxta ipsius mucronem adnascũtur, & in cordis solidam substantiam inseruntur. Hæque membranarum extremitates, Herophilo neruosa corpuscula dicuntur, vt scribit Galenus cap. 6. lib. 1. de plac. Hippocr. & Plat. Ex quo fortasse effectũ est, vt huius loci authoritate ductus * Aristoteles, has fibras & neruosa corpora, neruos esse existimarit, & cor neruorum principium esse affirmarit. Porrò in quibusdam exemplaribus, ἀορτῆρσιν pro ἀορτῆσιν legitur, vt aliàs apud ᵍ Hippocratem, ambigua sanè lectione.

* *Cap. 4. lib. 3. de part. animal.*

ᵍ *Lib. de locis in homine.*

31 ἔστι δὲ αὐτῶν ζῶνες] Has membranas intelligit quæ cordis vasorum radicibus, ipsorumque exortibus adnatæ sunt, ac præcipuè eas quæ σιμοειδεῖς dicuntur, quòd dimidiati circuli imaginem repræsentent, quæ arteriæ magnæ & venæ arteriosæ orificia claudunt. Cùm autem par vnum dicit, membranarum illum arteriæ venosæ circulum intelligit, ex cordis substantia enatum, qui in duos processus diriminitur, quas duas membranulas vasis orificium claudentes dicunt Anatomici, idque non omninò exquisitè, ne fuliginosis excrementis exitũ præpediant. De quibus omnibus aptissimè scribit † Galenus lib. de vsu part. & lib. de Anatom. administrat. & lib. de plac. Hippocr. & Plat. adeò vt earum compositionem & structuram, tum etiam vsum, non sine admiratione contemplari possis, quod hic etiam apertè innuit. Cæterùm ἀθεφρὲ; cùm legãt exemplaria omnia, ἀθεφρέες tamen malo cum Cornario, & θυρῆσι lego, etsi θύρεσι passim legitur, & αὐτῶν pro αὐτέων.

† *Cap. 14. lib. 6. Lib. 7. Cap. 5. lib 6.*

32 καὶ πὼ καρδίῃ] Istud antiquum sacrificiorum ritum respicit, in quo cor eximebatur & aris imponebatur, vt de rerum euentu certior diuinatio institueretur, cuius meminit Galen. cap. 7. lib. 2. de plac. Hippocr. & Plat.

33 τοι δὲ ἐμπεχανήσασι] τῇ δὲ fortè pro τοῦτο τὸ. Quod verò sequitur ad eam opinionem refertur, quæ præcipuam animæ vim, eiusq; principatum in corde constituit, quam secuti sunt multi nobiles philosophi, imprimísque Chrysippus, & ex parte Praxagoras, ac Aristoteles, aliiq; magni nominis viri, vt scribit Galenus libris de plac. Hippocr. & Plat. 1. 2. & 3.

34 εὐπορέῃ δὲ τὸν θρέψιν] Videatur innuere cor nutriri ex spirituoso illo & defæcato sanguine, quem ex dextro ventriculo in sinistrum per latentia & cauernosa septi foramina haurit, & in totum corus per arterias cum vitali spiritu defertur, vt scribit ᵍ Galenus. Est tamen alia cor ipsum nutriens vena, quæ in id variè dispergitur, & cordis basim coronæ modo cingit; quæ ex vena caua, non à corde oritur, nec ab eo sanguinem accipit, vt testatur etiam † Galenus. Quòd autem διαβαλλουσι τὰς ἀκτῖνας dicit, id ad facultatem cordis pulsantem, aut ad spiritus vitalitatem, quam cor per arterias in totum corpus distribuit, referri debet. ᵍ *Lib. 3. de fac. natur.* † *Ibidem.*

31 ὅτι οὐ κατὰ φύσιν] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, tum scripta, tum publicata. Quod accipi hac notione potest, vt arteria magna ex ea quæ ad spinã perreptat in totum

ventrem distributa, eas partes depascitur, & vt per totum corpus, ita ad eas etiam partes alimentum non naturale distribuit. Non naturale autem alimentum vocat, vitalem spiritum & halitusum illum sanguinem, qui in totum corpus defertur, cùm membra corporis non puro & tenui, sed crasso & turbido sanguine nutriri constet, vt scribit † Galenus. Qui quidem sanguis crassus, naturale alimentum dici potest, vt sanguis alens vocatur Galeno libr. 6. de plac. Hippocr. & Platon. vti purus ille & tenuis, spirituale alimentum rectè vocari potest, vt innuere videtur Galenus lib. 2. de placit. Hippocr. & Plat. cap. 15. Caluus tamen Ὁ ἦπερ καὶ φύσιν longè aliter legisse videtur.

† *Lib. 3. de Natur. fac.*

16 ὅκως εἰ μὴ αὐξοιτο] Hunc locum expressimus in nostra OEconomia. Videtur autem mihi significare membranas illas tres συμπεπεδεῖς dictas ad orificium arteriæ magnæ adnatas, prohibere ne ea quæ in arteria continentur, suo exitu sanguinis ad eam delationem remorentur aut retardent, cùm eis exitum occluserit. Earum autē membranarum causa, plus à corde accipiunt arteriæ, & reddunt quidem minùs, etsi non ita ad vnguem os magnæ arteriæ obstruere videntur, vt nihil per eam reddatur, vt scribit Galenus libello de vsu pulsuum. Alimētum autem in fluctuatione constitutum vocat, quod in motu est, & in arteriam defertur. αὐξοιτο autem lego, non vt exemplaria quædam αὐξοιτο, & ἀποκλείῃ.

17 Τροφῆς οὖν ἡγεμονικῆς] Τροφὴν ἡγεμονικὴν hîc vocat alimentum primarium ac præcipuum, naturale, & quem anteà alentem sanguinem ex Galeno diximus, hîc βλεπόμενον αἷμα vocatur aut βλεπομένη Τροφή. Arteria autem spirituoso & tenui sanguine redundat, eumque cum vitali spiritu in reliquum corpus distribuit.

38 ἀποσφαγῆτος τοῦ ζώου] ἀποπεγῆτος legisse videtur Caluus, congelato animali, hoc est, mortuo.

39 Φυσᾶν δὲ οὐδὲν τῷ ἀγγείῳ] Sic maxima pars codicum legit, etsi quidam πρὸ ἀγγείου habent.

40 ἐς πνευμονος αἷμα] Sic quidē legunt exemplaria omnia. Cornarius ἐς πνεύμονος ἀγγεῖα legisse videtur, & πεφυκόν.

41 τὸ αἷμα δὲ] Sanguis plurimùm habet aquæ terreæque substantiæ (vt scribit Galen. lib. 1. Salub.) Ideoque sua natura frigidus videtur, per accidens autem calidus, per spiritum & calidum innatum, quorum sedes esse videtur. Aliòqui ista ex comparatione dici possunt dextri ventriculi cum sinistro, qui calidi innati sedes & fons rectè nominatur, quique spiritu magis quàm sanguine abundat. Aut certè intelligendum sanguinem à corde calorem sortiri & habere, vt scribit Galenus, quòd spirituū beneficio adeò incalescat, vt dum viuit homo est feruentissimus. At naturâ esse calidum sanguinem non frigidum, testatur Galenus lib. de Tumor. præter naturam. Hanc autem de sanguine opinionem ex hoc loco mutuatus videtur Aristoteles cap. 3. lib. 2. de part animal. *Lib. 1. de Temper.*

IN LIBRVM DE GLANDVLIS.

ΠΕΡΙ δὲ ἀδένων ὑγρομελίης] Huius libelli inscriptio περὶ ἀδένων in omnibus exemplaribus scribitur, etsi libro de Artic. promittit Hippoc. se περὶ ἀδένων ὑγρομελίης scripturum, vbi tamen Galenus quamuis eam esse istius libelli indicaturam testatur, Hippocratis esse negat, & iuniori cuidam attribuit, in eoque dictionem & Hippocratis mentem requirit. Illic quoque Galenus ὑγρομελίην πᾶν ὁλόκληρον φύσιν τῆς τοῦ ἀδένων φύσεως exponit, & Erotianus apud Hippocratem ὑγρομελίης ὅλης φύσεως, etsi ὑγρομελέης apud eum vitiosè legitur, vt in OEconomia nostra admonuimus. Hîc ergo integra & absoluta glandularum natura, per omnia corporis membra exponitur, quam ὑγρομελίην vocat. Quo nomine, etsi ab Erotiano inter Hippocratis libros in procemio non accensetur, quia tamen ad corporis compositionē & structuram spectat, ad φυσικὰ referri debet. Neque tamen in dictionum explicatione ab eo esse preteritum, liquidò constat. Glandularum autem in corpore vsum duplicem exponit Galen. lib. 2. περὶ σπέρματος.

2 σπογγώδες] Glandularum genus scribit * Galenus πρᾴοπρον τε καὶ σπεγγῶδες, ὑγρότητός τε μεστὸν, ὡς καὶ σπογγιὰ δεχόμενον. εἰς πῦον γὰρ τὸ ἡδὺ καὶ ἀρετηλίας καὶ φλέβας ἐκφύεται. * *Lib. 2. de Semine.*

3 Θέειν οὔτε ὀδυνέει] Sic legunt omnes codices. Caluus tamen καὶ ἔστιν ὅτε legisse videtur.

4 Ὁ ἐδος λευκὸν] Sanguinem specie album dixi, Interpretes secutus, etsi ad glandularum carnem specie albam referri malim, & ad tactum ad instar lanæ mollem. Ex quo quędam exemplaria λευκὸν pro λευκὴν legunt.

5 καὶ αὖτε] Istud ad ὑγρὸν retuli, Cornarium secutus & exemplaria omnia, etsi ad Ὁ σῶμα τῆς ἀδένος referri malim, ideoq; quidam codices αὖτὴ legunt.

6 ἐπλωὸ ὑγρασίης πληρωθῶσι] Quidam codices sic legunt, ἐπλωὸ ὑγρασίης πληρωθῶσι τῆς δὴ τὰ ἄλλου σώματος ὀξὺ τοῦ φλεγῶν, αἷ δὴ αὖτε πέπαται. Quos mihi secutus videtur Caluus. Secutus tamen sum codicum pluralitatem, & aliòqui crebræ sunt huiusmodi repetitiones huic scriptori & Hippocrati.

7 ξωτόνεισιν αἱ ἀδένες] Sic codicum magna pars legit, quidam etiam οἱ ἀδένες, & paulò pòst. Etsi solenne est huic scriptori ἀδένα fœmININO genere efferre, cùm Galenus & reliqui scriptores masculino scribant.

8 ὑπὸ τοῦ πόνου ἐρχασίλω] ὑγρασίλω lego, & λοῦνα μεθίησι τὸ αἷμα.

9 καπνασιμοῦται δὲ] Hunc locum mihi subnotare videtur Galenus in Exegesi, cùm καπνασιμοῦται καπνασίσεται exponit, ex quo hoc loco καπνασιμοῦται legendum esse in nostra OEconomia admonuimus. Sic quoque apud Erotianum καπνασιμᾶται pro καπνασιμοῦται vitiosè legi scripsimus, quod καπνασίσκει exponitur, hoc est, expenditur, insumitur, absumitur, etsi Cornarius καπνασιμοῦται reflectitur dixit, & Caluus recuruatur. Vtque tamen mihi videtur vtranq; lectionem secutus, cùm consumitur & absumitur apposuit. Est autem καπνασιμοῦσθαι aut ἀνασιμοῦσθαι resimum fieri & recuruari.

10 Τροφὴ ξωότροφος] Τροφὴ ξωότροφον, alimentum familiare, assuetum & accommodatū dico cum Zuinggero, quemadmodum ξωότροφον οἰκεῖον Galeno exponitur.

11 ὥστε ὄκου πλαπτώδεα] Hunc locum exposuimus in nostra OEconomia, simulque indicauimus cur πλαπτώδεα vligino sæ corporis partes dicerentur, nimirum quæ superfluam humorum redundantiam reciperent, sumta ab vliginosis & humectis terræ locis translatione.

12 ἀμφω χρέος ὧν τὸ λαμβανόισι] ἀμφω χρέος ὡς ὑπολαμβανόισι legunt exemplaria quædam, & ὡς τὸ δηπρρέον.

13 καὶ ἐκθερσούμενον] ἐκθερσούμενον quod cum impetu eiicitur significat, ac velut ebulliendo & æstuando reiicitur, efferuescit ac effunditur, quemadmodum exposuimus in nostra OEconomia, hoc subnotato loco.

14 οὔτ' ἐδέλε αὐαδαίνειν τῆς αὔω] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quædam etiam τῆς γῆς αὔω habent, alia αὐαδαίνειν ἐς αὔω.

15 καὶ οὐκ αὖ φύσει τείχας] Sic legunt exemplaria omnia, sed ἐᾷ cum Interpretibus lego.

16 δίμαδιδοῖ τῶν δὲ ἀδένων] τῶν ἀδένων legunt exempl. quædam.

17 Ὁ μέρεα αὐτοῦ] Ὁ μέρεα αὐτοῦ legunt exemplaria quædam. χρεὴ etiam lego, non χροῖ, vt omnia vitiosè.

18 καὶ τῆς τοῦ αὐτῶν] Videtur defecta esse lectio, ideoque quædam exemplaria sic legunt, καὶ πόρης τῆς τοῦ αὐτῶν ἀπὸ τῶν ἄλλων σώματος ὑγρασίης. Quod etiam annotauit Zuinggerus.

19 ἐπλωὸ δ' αὖ τῶν ἔλξιν] Hac parte defecta sunt & vitiosa Aldina exemplaria, & asteriscum apponunt.

20 αὖται χέροις] Sic legunt exemplaria Germanica. Aldina verò hîc quoque vitiosa sunt, & αὖ ταῖ χρεῖοι αἱ νῦσοι τραχύλου legunt, & asteriscum apponunt, vt in suspecta lectione. Exemplaria etiam quædam manu scripta χρεῖσις legunt nullo sensu. Pro quo quidam χείρων reponunt, vt nominis notatione circunspecta, χειρόδες χείρων αἱ νῦσοι dicantur, quod etiam annotauit Zuinggerus. Vitij autem suspicionem auget hoc loco Caluus, qui longè aliam lectionem mihi secutus videtur, cùm longæ ceruicis peculiare vitium dixit.

21 αὖτε τοῦ ἀπαπασιμοῦται] ἀπαπασιμοῦται hîc vt antea καπνασιμοῦται lego in nostra OEconomia.

22 οὐδὲ μὴ πῶς πλῆθος] οὐδὲ μίλω legunt exemplaria quædam vitiosè.

23 ἔχει δ' ἐγκέφαλον ἴκελον ἀδένι] Sic magna pars codicum legit, quidam etiam, ἔχει τὸν ἐγκέφαλον ἴκελα δὲ ἀδένι.

24 ἐοῦσαν δίμα εἰρημένα] Hic mihi sensus esse videtur, vt cerebrum ea humiditate, quæ ob prædictas causas capiti inest, velut auxilium adferens, illud defraudet, & in extremitates per fluxiones foras amandet.

21 ἕως ἀποκρίσιος] ἕως ἀπὸ κρίσιος legūt exemplaria quædam, quæ secutus mihi videtur Caluus, vbi ἕως pro ὡς Ionicè poni videtur, vt tanquam per crisim aut iudicationem natura humores secernente, fluxiones fiant. Aliòqui ἕως ἀποκρίσιος, velut secretione fluxiones fieri dicuntur, de iis quæ per humoris effluuium & emissionem deponuntur, vt ἕως ἀποκρίσιος, idem quod κατ' ἔκκρισιν indicet, velut ἀποτάσιες κατ' ἔκκρισιν ἢ κατ' ὀκρολὼ Hippocrati dicuntur in Epidemiis. Alij ἕως ἀπὸ κρίσιος de humoribus intelligunt, qui cum secretione per meatus quosdam conspicuos & patentes effluunt, quibus alios minimè patentes opponunt.

26 λῶ ἐς τὸ ὕδωρ ἀπίωσι] Sic legunt exemplaria Germanica quæ secuti sumus. Alia & Vaticana, οὔτω δὲ καὶ τοῦ ἄλλου σώματος ἴωνες ἐς ὕδωρ ἀπίωσι legunt, quæ secutus videtur Caluus.

27 καὶ αὐτοῖς ὄχλος] Hic locus procul omni dubio in omnibus codicibus corruptus est, quem sic lego, καὶ αὖτις ὄχλος πολὺ χανδὸν ἔλκει, καὶ δριμὺ μὲ ἐὶ ἀφεόιτο ὁ ἐγκέφαλος ῥεῦμα, ὁ ὡς ὀπῤῥοὰς ἐοῖσι ἔλκει. καὶ τὸ μὲ ὀπῶν λῶ ἢ πλῆθος, κοπὼν πόνος οὐκ ἀῖ ὄχλοι ὁ ῥόος, ἐς αὖ ἀξαρύηται πῶ πληθὼ τῶ κοπόντος. Scio aliam esse huius loci notionem Zuinggero, verùm mihi hæc lectio probabilis videtur. Legi etiam potest, καὶ ἀδριμὺ μὲ ἐὶ ἀφεόιτο ὁ ἐγκέφαλος ῥεῦμα. *Æ. P.* χανδὸν ἔλη, καὶ δριμὺ μένη *legendum autumat.*

28 ἄμφω δ' καπαγοῖ lego, vt in nostra OEconomia scripsimus, hoc subindicato loco, etsi καπαγοῖ habent exemplaria omnia. Rursus, καὶ λῶ πάθη δέεσθ' κακία lego.

29 καὶ ὁ νόος ἀφρονεῖ] ἀφρενεῖ habent exemplaria quædam.

30 ὦ ἑωυτοῦ σὴ οὐ φωνέῃ] φρονέει videtur legisse Caluus.

31 σεσηρόσι μηδήμασι] Sic legunt exemplaria omnia, sed μειδήμασι legendum esse apparet. Sunt enim σεσηρότα μειδήματα, effusi risus, quique diductis labris fiunt, vt scripsimus in nostra OEconomia, hoc subindicato loco. Quædam exemplaria pro σεσηρόσι ἐσηρόσι vitiosè legunt. Cornarius ὀφθαλμοῖσι legisse videtur.

32 καὶ τὸ οὖν ἀπὸ τῆς πυκνῶς] ἄθεσται legunt exemplaria omnia, hoc sensu, vt auris successu temporis à crebra fluxione circumscribatur, ac veluti suis limitibus & terminis definiatur, materia illic moram trahente & suppurante. Sed certè pro ἄθεσται, fortè ἀῤῥυῖ legendum, vt auris crebra fluxione fodiatur & perforetur, à pure foras manante.

33 οὕτως ἐς τὸ ἔξω δίλοι] fluxiones externas intelligit & oculis conspicuas, quales καπφανέας tres facit, in aures, nares, & oculos, lib. de loc. in homine.

34 αἰαμένοντος κάτω] Exemplaria manu scripta Regia, αἰαμένοντος δὲ κάτω legunt.

35 καὶ γίνεται τὸ πῦον τῶν] Sic legunt exemplaria Germanica, deinde, διεδίει τοὺς πνεύμονας. Alia, καὶ γίνεται τὸ πύον. τῶν διεδίει &c. Quædam etiam, καὶ γίνεται τὸ πύον τῶν, ὃ διεδίει. Exemplaria verò Regia manu scripta, ὅπῃ διεδίῃ legunt.

36 ἀλλ' ἡ νοῦς] Sic legunt exemplaria omnia, sed ἄλλη νοῦσος lego cum Interpretibus.

37 καὶ ἀναπίθεται τῆσι κοτύλησι] Post hæc verba vitiosè ἰῷδε adscribunt Aldini codices, nisi si ista dictio ad sequentia referatur, ποιέει φθίσιν, & ὦδε καὶ ὦδε vtrunque modum quo homo contabescit, indicet, nempe cùm per spinam delapsa in pectus tabem facit, aut cùm in coxendices, eam etiam per consensum inducit, etsi ὦδε καὶ ὦδε legunt exemplaria quædam.

38 καὶ οὕτω ἀπηύδηκε] καὶ οὕτως ἀπλώδηκε legisse videtur Cornarius, eamque lectionem ex vitiosa quorundam codicum scriptione hausisse, qui ἀπλώδηκε pro ἀπηύδηκε legunt. Hunc autem locum in OEconomia nostra expressimus & exposuimus, vbi de intabescentibus qui sensum colliquescunt, & integris viribus, sensu ac ratione constantes, moriuntur, intelligi diximus.

39 ἔχει τὸν καὶ πόνον] Sic legunt omnia quæ videre licuit exemplaria. Cornarius tamen πόνον legisse videtur. Hunc autem locum pucherrimè explicat Zuinggerus, & in OEconomia nostra attigimus, vt nihil necesse sit nos esse longiores.

40 καὶ διείρονται] δίμηρονται legunt exemplaria quædam, alia δὴ ἀείρονται.

41 κατὰ τοῦ ἀδένων] Sic plæraque legunt exemplaria, quædam κάρτα pro κατὰ habent, quædam etiam ἡ φύσις τοῦ ἀδένων simpliciter. ὡς καὶ τὸ ἄλλο σῶμα etiam legunt quidam codices.

42 εἰ καὶ ὑφιζάνει τὸ ὀπῖ πλοῦν] Sic legunt ferè omnia exemplaria, quædam etiam ἢ καὶ, quæ lectio est apertior, & quam secuti sumus cum Interpretibus. Etsi non ignoro vulgatam lectionem arridere Coræo suis in lib. 1. περὶ γυναικείων Commentariis, hoc sensu, maximè si epiploon redundabit ad partes superiores, in angustiam à puello coactum. Similia verò de lactis generatione aurea scripta sunt lib. περὶ φυσ. παιδίου, vbi & istius loci meminimus.

43 μεπαυμβάλλεται] μέγα συμβάλλεται habent quædam exemplaria manu scripta, tam benè, quàm vitiosè postea ἀσὺν pro νεῦν legunt, quod & facit Aldinus codex, qui huic loco asteriscum apponit.

44 καὶ ἀστρὲς] Sic legunt omnia exemplaria, eamque lectionem cum Interpretibus secutus sum, cùm humiditatem non desiderate dixi, hoc est, humoris parum amicum, quod pro duro, & compacto, aut denso ponitur, molliique & laxo aduersatur, vt monuimus in nostra OEconomia, hoc subnotato loco & expresso. Vbi etiam scripsimus nos ἄστρον lubenter legere, quòd sit humorem non continens, vt ἄστρον σῶμα dicitur. Etsi ἀστρὲς quidam legunt, eamque lectionem Caluus & Cornarius secuti videntur.

41 ἀναγκάζει ὀδὲ λόγος] ὅπως ἀναγκάζει ὀδὲ λόγος lego cum Interpretibus.

46 ποιέοισι καὶ μαζοῖ] Hæc omittuntur apud Caluum, qui longè aliter hunc locum legisse videtur.

47 καὶ ἡ φωνὴ θρασεῖα] Sic legunt omnia exemplaria, quæ vocem ferocem & grauem ex molli & arguta indicant. Cornarius βραχεῖα legisse videtur, cùm asperam dixit.

48 τὸ δὲ ὀπὸ τῆ μητρὸς] *Sic legunt exemplaria Germanica & Aldina. Scripta verò quædam μήτρας, alia μήτρης habent.

IN LIBRVM DE OSSIVM NATVRA.

ΟΣΤΕΑ χηρὸς] Hic libellus περὶ ὀστέων φύσιος passim inscribitur, eiusque idem esse author videtur, qui & libri περὶ γονῆς, & libri περὶ φύσιος παιδίου. In quibusdam verò membranis manu scriptis sub hac περὶ ὀστέων φύσιος inscriptione, Mochlicus etiam continetur & describitur, quod etiam fecit Cornarius, qui nullum alium Hippocratis Mochlicum agnouit, etsi longè alium esse & iudicari à Galeno, fusissimè in χρονοῤῥυμένοις postea indicabimus. Neq; enim hunc per Mochlicum significari Galeno Comment. in lib. de fract. & Prorrhetico, multis iisque firmissimis argumentis contestatum asserimus. Et tamen à Galeno & Erotiano lectum esse, multarum dictionum explicationes testantur, etsi nulla illius ab Erotiano facta mentione. At Galenus in Exegesi (in dictione κοτυλίδα) istum sub nomine τοῦ προσκειμένου τῷ μοχλικῷ comprehendit, vt & ea quæ hîc de venis adscribuntur, in dictione πρόχοιπις. Quod certè effecit, vt in quibusdam membranis pro Mochlico haberetur. Quonam verò pertineat libellus iste, non satis constitutum videtur. Mihi certè cùm corporis structuram & compositionem respiciat, vel solo inscriptionis nomine, ad naturæ crepundia reliquosque physicos referri videtur. Quòd si ὀστολογίαν attendas, venarumque in corpus distributionem, meritò inter χρονοῤῥυμένα recenseri poterit, & ex Galeni mente Mochlico adiungi.

2 ὀστέα χηρὸς] Interpretes Caluus & Cornarius aliud habent huius libelli exordium quod etiam Mochlico est præpositum, illicque à nobis latinè expressum. Quod quia ossium naturam exponit, non abs re etiam in membranis scriptis Vaticanis, huc adscribi videtur, quemadmodum ante annos quadraginta Romæ in Bibliotheca Vaticana vidimus, in Hippocrate Græco manuscripto, qui sub numero 216. habetur, vbi hic libellus cum alio exordio post librum περὶ φυσῶν adscribitur. Quòd ideò à me dictum est, quia per mihi mirum videtur, à quibusdam scriptum esse, hoc exordium ab Interpretibus huc adscriptum, in Vaticanis membranis desideratis. Cuius certè rei vel testimonium præbet Calui versio, qui membranis Vaticanis maximè vsus videtur, & illum quem vidimus codicem sua etiam manu annotasse. Cæterùm matius summæ ossa ponuntur à Galeno 27. libro 2. de vsu part. & lib. de Ossibus, præter os nonum carpi, & ossa sesamoidea ab Anatomicis non enumerata.

3 ξύμπαντα ἑξήκοντα] Sic legūt exemplaria quædam, quæ nonaginta & vnum numerata esse ossa indicant. Alia ῥκα habent, quæ centum & vnum faciunt. Ac rursus pro ῥκα, Caluus ῥῆ legisse

videtur, cùm centum & octo posuerit. Cùm verò varius neque vnus sit ossium corporis apud Anatomicos numerus, non est quòd quis hîc à me ὀστεολογίαν expectet. Galenus certè lib. 9. de plac. Hippocrat. & Plato. corporis humani structuram plus quàm ducentis (aut vt alij volunt trecentis) ossibus constare vult. Qui verò ea de re accuratiùs scripserũt, ossium numerum ad 245. extendunt, præter os hyoeides, & cordis os cartilagineum. Alij cumulatim in vnum ossium numerum, vniuersa faciunt trecenta & tria, & si Galenum in ossis pectoris diuisione, imitari velis, trecenta & septem. Verùm ista Medicinę pars, non adeò exactè à veteribus fuit exculta aut exornata.

4 ὅσα σὺν αὐτῇ φλέβες] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Cornarius verò ὅσα σὺν αὐτῇ νεφρῶν, legisse videtur. Videntur autem venæ spermaticę indicari, quę in testes demissæ, sanguinem seminis materiam ad eas deferunt.

5 διήκεται] ἐστόκασι) habent exemplaria manu scripta. Quæ etiam ἢ pro ἡ.

6 τὰ κῶλα ἔχει] Hæc sententia repetitur aph. 6. lib. 6. Epid. sect. 4. ideoque κωλὸς vt illic cum Cornario lego. Et hic totus locus adeò vitiosè describitur in omnibus exemplaribus, vt Aldini codices asteriscum vitij indicem hîc apponãt. Lego autem cum Cornario, ἀρτηείης καρδίης κοιλίης ξυστείης.

7 δεῖ τὸν θερσὸν] Sic legunt quotquot mihi videre licuit exẽplaria, ideoq; summam manum cum Cornario dixi, vt αὐτὴ τὸ μεταφρένου θερσὸς accipiatur. Sic enim Galenus in Exegesi vocũ Hippocratis, θερσὸς τοῦ τὸ πεπαυσμένον significat. Nisi si δεῖ καρπὸν pro θερσὸν legisse mihi videtur Cornarius.

8 κοτυληδόνα] Sic legunt exemplaria omnia, κοτυλίδα tamen legisse Galenum in Exegesi hoc loco satis apparet, vt scripsimus in nostra OEconomia. κοτυληδόνα verò etiam pro acetabulo summi ibidem indicauimus.

9 ὀπῖσθεν γοιάπτοιδιν] ὀπῖσθεν ὀρ' legunt exemplaria quædam.

10 ἢ ἐπλεπε τὸ ποτὸν] Galenus lib. 1. de facult. natur. contra Asclepiadem disputat renes potum attrahere, non autem per eos velut per quallum excolari, & de renum situ verissimam habet sententiam.

11 διὸ ἢ ἐρυθρόν ἐστιν] διὸ δὴ καὶ legunt exemplaria Regia manu scripta.

12 ἀπὸ ἢ τῆς παχείης] Hîc vena ἄζυγος intelligi videtur, quæ à venæ cauæ ramo insigni supra cor exoritur, & ad inferiores nouem thoracis costas defertur. Hæc autem cùm dextra feratur, factum est, vt pro ἐς τὰ ἀρίστερά, ἐς τὰ δεξιὰ legerit Caluus. Verùm ad sinistram etiam partem tendit, interdumque pro multis illis propaginibus, in signem aliquem ramum emittit, in inferiores costas similiter distribuendum, ac nonnunquam etiam nominis ἀζύγου rationem amittit. Hęc verò sæpe supra quintam thoracis vertebram ascendit, ibiq; contorquetur, & decliuis secundum dextrum vertebrarum latus porrigitur.

13 ἀλλ' ἴσας μὲ] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, hoc quidem sensu, vt licet nõ æqualis magnitudinis suas sectionis dextris ac sinistris partibus distribuat, æquas tamen, hoc est, totidem sinistris quot dextris transmittat, & ad inferiorum nouem costarum spatia intermedia vtrinq; transfundat. Cornarius tamen ἄλλ' ἴσας μὲ legit.

14 πρὸς αὐχένος μὲν] ἐκὶ πρὸς αὐχένος legunt exemplaria quædam.

15 ἡ δὲ αἱμόῤῥοις] Hîc αἱμόῤῥοις φλὲψ intelligitur, vena quæ sanguinem magna copia effundit, quæ & παχεῖα dicitur aliàs etiam Hippocrati, & pro vena caua accipi videtur.

16 πρὸς ῥάχιν παλινδρομέει] Exemplaria Regia manu scripta quædam, ἢ παλινδρομέῃ ἐς μὲ τὸ ἄνω μέρος τοῦ στόματος legunt, quam lectionem mihi secutus videtur Caluus.

17 ἄχρι οὗ θεος σωσκωχῆς] Hunc locũ expressimus in nostra OEconomia, & ab Erotiano subindicatũ & expositum admonuimus, si modo apud eum rectè scribatur.

18 ἢ ὁ τῆς ἀρτηείης πόνος] Sic legunt omnes interpretes, exemplaria tamen quædam legunt, ἢ ὁ τῆς ἀρτηείης πόνος.

19 ὁ ἢ ἕτερος ὁ πρὸς καρδίῃ] ἢ ὁ τῆς ἀρτηείης ἕτερος ὁ πρὸς καρδίῃ legisse videtur Cornarius. Ex hoc verò loco παραιωθῆσαι mihi videtur Erotianus exponere εἰς ἀμῆλας σωσύσασα, ὁς ἐκατέρου λαβῶν πόλος, vt indicauimus in nostra OEconomia.

20 ἢ μὲ ὀκ τὸ δεξιοῦ] Hoc membrum à Caluo prętermissum videtur.

21 πόσαρα ζεύγεα] Hunc de venis locum, τὸν περὶ φλεβῶν ὁ Γαλῆνος τοῦ μοχλικοῦ vocat Galenus in Exegesi, eademque repetuntur lib. περὶ φυσ. ἀνθρώπου antea, & ab Arist. lib. 3. histor. animal. Polybo tribuuntur.

22 καὶ ἰγνύων ὀκ τὸ ἔξωθεν μέρεος] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. Sed ἔσωθεν lego cum Cornario, quemadmodum legitur lib. περὶ φυσ. ἀνθρώπου, vbi etiam διὰ ἰγνύων legitur, sicque legit Cornarius, & αἱ ἢ ἕπται, pro αἱ δὲ δεύτεραι.

23 διὰ τῶν σπθέων] διὰ τῶν σπυμάων καὶ τῶν χιρῶν ἀνῶσιν legitur lib. de Nat. humana. ἑκάτερα χιρῶν autem hîc manuum volas carnosas & torulos significant, vt indicauimus in nostra OEconomia.

24 ὀπισθεύρω δὲ δῶ] Ea de re vide Celsum cap. 10. lib. 2.

25 ἡ δὲ ἤπατος] Hæc repetuntur libro 2. Epidemior. sectione 4. & à Galen. adscribitur libr. 6. de placit. Hippocrat. & Platon. & à nobis sunt excussa in Comment. nostris ad libr. 2. Epidemiorum.

26 ὀπῖσθεν μετέωρος] μετέωρος δὲ ἤπατος hîc legit Cornarius, quemadmodum lib. 2. Epid.

27 ὀπίω αὐτῆς χωρέον] Sic legitur in omnibus exemplaribus quę secutus sum. lib. 2. Epid. αὐτῇ pro αὐτῆς legitur. Galenus lib. 6. de plac Hippocr. & Plat. ταύτης legit. Cornarius verò αὐτέων legisse videtur.

28 ἄλλη ἐκατέρωθεν] Istud aliter & vitiosè admodum legitur lib. 2. Epid. vt illic ostendimus. Aliter quoque legit Galenus lib. 6. de plac. Hippocr. & Plat.

29 καὶ ἔνδεν ἤρξατο μετεωιζέσθαι] ἔστ' αὖ ἀρίκηται ὅθεν ἤρξατο μετεωίζεσθαι, lego ex Galeno & Caluo velut reposuimus libro 2. Epidemiorum.

30 καὶ πῆσιν ὀπλοίσιν ἀπάσαις] πλὴν ὀπλοισιν ἀπάσαις legunt exemplaria quædam manu scripta ex Galeno:

31 ἔς' αὖ καταναλωθῇ] ἔς' αὖ καταναλωθῇ καὶ ἐλθῇ ὅθεν legunt exemplaria quædam manu scripta, idque ex Galeno & libr. 2. Epid. eamque lectionem secuti sumus cum Cornario.

32 κάτωθεν τῆς ἀρτηείης] Hîc secuti sumus lectionem lib. 2. Epid. cum Cornario & vetustissimis membranis.

33 ἐξῆς ἀφορμὴ κ' ἐς σμικρὸν] ἐξῆς ἀφορμὴκ σμικρὸν κάτωθεν φρενῶν lego ex Galeno & lib. 2. Epid.

34 κὴ τὸ κοῦνδυλον τὸ κὴ τῶν πλευρέων] τὸ κάτω τῶν πλευρέων legunt exemplaria manu scripta ex Galeno & lib. 2. Epid.

35 ἀμφιβεβύκοι] ἀμφιβεβύκει lego ex lib. 2. Epid. Caluus ἀρτηείης ταύτης legisse videtur.

36 πρόσω ἔχουσι] πόνον ἔχουσι lego cum Cornario ex Galeno lib. 2. Epidemiorum. etsi illic mendosa quoque est lectio, vt monuimus.

37 ἔπεται οἱ κοῦνδυλοι] Vulgatam hîc lectionem secuti sumus, de qua diximus lib. 2. Epid. vbi & hunc de neruis locum ex Galeno probauimus.

38 ὀκ πλαγίου κοῦνδύλου] ὀκ πλαγίου κοῦνδύλων lego, vt lib. 2. Epid. cum Cornario, ad neruorum securitatem, vt illic diximus, vbi etiam hunc locum exposuimus.

39 ὥςπερ αἱ φλέβες αὗται] ὥςπερ αἱ φλέβες αὗται οὕτω lego ex lib. 2. Epid. etsi illic pro αὗται οὕτω legitur. Quædam exemplaria legunt, ὥςπερ αἱ φλέβες οὕτω, quam lectionem sequuntur Caluus & Cornarius.

40 ὅθεν δὲ αὖται ἐξέλιπον] Aliter legitur libr. 2. Epid. Hîc autem hãc lectionem secutus sum, & κὸ τοῦτο lego, & ἀπεδίδοσαν ex lib. 2. Epid.

41 ξυώσιν καὶ ξυώπαξιν] Sic lego ex codicum pluralitate, quanquam exemplaria, quædam manu scripta ξυώπασιν legunt, quæ secutus videtur Caluus. ξυώπαξιν verò intelligo connexionem, copulationem, compositionem & coagmentationem.

42 ὅθεν ἤρται] Sic legunt omnia exemplaria: ἤρκται tamen lego cum Interpretibus.

43 καὶ ὀ ὀπτίος τόπος πέπακται] Sic legunt exemplaria omnia. πέπαται autem mihi legisse videtur Cornarius.

44 ὀκποτάρσωται] Hunc locum mihi indicare videntur Erotianus & Calenus, cùm πεπάρθαται, πεπλάνται & ὀκπέπαται) exponunt, etsi Galenus in Exegesi πεπάρθαται pro πεπάρσωται legisse videtur. Ex quo ὀκπεπάρσωται legendum existimo, vt scripsimus in nostra OEconomia, istumque locum exposuimus.

45 αὐτὴ δὲ ἀπθωσται] Sic legunt omnia exemplaria, ἀπθωσται tamen lego cum Interpretibus.

46 ἔξωθεν τοῖνυν παχεῖη] Sic habent omnia exemplaria. Cornarius tamen τείνει legisse videtur.

47 τῆς ἐπωμαίης ὀνομαζομένης] ἡ ἐπωμαίη ὀνομαζομένη legit Cornarius. Codices tamen Regij manu scripti quidam pro ἐπωμαίης ἐπωμίδης legunt.

48 τῇ δὲ τὸ αὐτέῃ] αὐτέλω νεῦρον πρὸς ἐλέ πλατυ legit Cornarius.

49 τὸ ἢ μεταξὺ αὐτῆ] τῆ pro αὐτῆ vitiosè legũt exemplaria quædam. Cæterùm hîc videtur spumosam pelliculam vocare, carneam illam membranam, qua humoraria sub cute fulcitur, cùm internum latus musculi brachium attollentis, & validum tendinem musculi brachium ad pectus adducentis, perreptat, quem neruum venam appellare mihi videtur.

50 νοῦσον παρέχει] νοῦσον καὶ πόνον παρέχει legũt exemplaria quædam manu scripta & publicata, quæ secuti sumus cum aliis interpretibus. Codices manu scripti Regij quidam legunt, νοῦσον παρέχει τὸ πόνον δίδωσι.

51 αὐτὴ νέρθεν ὑπονεμομένη] αὐτὴν νέρθεν ὑπονεμομένη legunt exemplaria quædam, quæ mihi secutus videtur Cornarius.

52 διὸ δὴ καὶ λῶιον] Hic locus quodammodo defectus videtur ideoque subobscurus. Sensus autem est. Si quid non cõsuetum in huiusmodi spiritus vias illabatur, cùm pulmo sua natura spõgiosus & rarus, suscipiendis humoribus sit comparatus, istud si non educatur, concretionem quandam callosam efficere, spirationemque difficilem inducere. Illud autem, τῶν δὲ ἐξιόντων ὑγρῶν νόμος καθεστήκειν, significat hanc legem ingredientibus humoribus à natura constitutam ac præfixam, vt facilè in locum spaciosum ac rarum subeant, quales sunt suâ naturâ pulmones. Vitiosa sunt autem exemplaria, quæ λῶιος legunt, & τῶν ἐξιόντων ὑγρῶν.

53 ἔστι ἢ κοπλοῦ] οὕτως lego cum Cornario, qui etiam ταύτη non ταύτης legit.

54 πλὴν φύσιν] πλὴν φύσιν lego cum Interpretibus, & οὐδὲ εὐπόρως.

55 ἐγκιστεύεται] Hunc locum subindicauimus & exposuimus in nostra OEconomia, vbi ἐγκιστεῦσθαι esse diximus, ἑλίσσεσθαι δίκλιν κισσοῦ, instar hederæ implicari, & inuolui. Ac certè si coniectura nostra valet, existimo hoc loco Erotianum & Galenum, pro ἐγκιστεύεται ἐγκίρνηται legisse, quod Galenus ἐκκαπαπέπλεκται, Erotianus verò, αἰκιῤῥοειδῶς συμπέφυκεν exponit. Hęc enim expositio huic loco optimè mihi quadrare videtur. Exemplaria autem omnia ἔνπνοα ἢ legunt, quę lectio firmiter & cum robore in spinalem medullam inuolui & inseri significat. Sed pro ἔνπνοα ὀπῖσθεν legit Cornarius, quem lubẽter sequor, etsi vulgaris lectio plurimùm mihi etiam arridet.

56 αὖτη δὲ ἡ ὀπτεπαμένη] Sic legunt plæraque exemplaria, quædam etiam ὀπτεπαχμένη, quæ secuti sumus in nostra OEconomia, vbi hunc locum expressimus ex Galeno, qui hîc πλεκπανίων, πλεξμῷ, ὃ ἀπαρτημῷ πεπλεκπκῶν exponit in Exegesi, plexus aut circumplectentes appendices intelligens, quibus vicinas partes apprehendit & implicat. ξωνάγη autem pro ξωνάγεν cum interpretibus lego.

57 καὶ οὐὶ πρηγατάπας] πρηγατάπας τὰς ὀπιδιδυμίδας ex hoc loco exponit Galenus in Exegesi, vt scripsimus in nostra OEconomia, testium tunicas proprias & intimas, duras illas & crassas, iis omni ex parte contiguas intelligẽs, in quas vasa spermatica multis anfractuosis circumuolutionibus delata inseruntur.

58 ὠρμήκασι] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria. ὤρμηκε tamen lego cum Caluo, aut ὤρμησε.

59 ἐκπείρωται] Hunc locum expressimus & exposuimus in nostra OEconomia, vbi subindicauimus ἐκπείρωται sumi posse pro in spiram colligi & contrahi, aut spiras & volumina facere, hoc est circum testes conuolui. Secuti tamen sumus Interpretum fidem.

60 τὰ δὲ μὴ βιαζόμενα] Sic legũt exemplaria omnia. Cornarius verò τὰ ἢ βιαζόμενα legit.

61 ἀπὸ τῆς μυελοῦ τοῦ] ἀπὸ τῆς μυελοῦ τοῦ πνεῦ videtur legisse Cornarius. Hic verò locus mihi respondere videtur his quæ scribuntur lib. περὶ γονῆς, vt mihi ferè vtriusq; idem esse author videatur. Hos autem locos in OEconomia nostra ex pessimus & exposuimus.

62 τῇ κοτυληδόνι] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria. Sed quemadmodum antea κοτυλίδα pro κοτυληδόνα reposuimus, sic hoc loco κοτυλίδι aut κοτυλίδα legimus ex Galeno in Exegesi.

63 δυσρόκηπον] Exemplaria quædam vitiosè δυσρώκηπον legunt. Cornarius ægrè transeuntem dixit, Caluus tractatu difficilem. Nos, quæ ægrè flectatur aut vertatur intelligimus. ἠρκαπλῶται enim φραφλῶται, πεπεσῶται exponit Hesychius.

64 μεμόρηκεν] Haud dubiè hũc locum exprimit Galenus in Exegesi, cùm μεμόρηκεν σωσείληκεν exponit, ἀπὸ τῶν μυελομένων ἐείων. Sed cùm μηρύειν & μηρύσασθαι, & μήρυμα dicatur, non dubium est vitiatam lectionem, & μεμήρυκεν legendum esse, & apud Galenum μηρυομένων ἐείων, quemadmodum emendauimus in nostra OEconomia.

65 οἷον σφενδόνιον] Hîc σφενδόνιον in OEconomia nostra diximus sumi pro quodam venarum ductu fundam similitudine referente, angustis extremis, & medio latiore. Ideoque petmirum videri debet, quòd hanc dictionem Galenus in Exegesi ex hoc loco non explicarit, cùm alias eius dictionis notiones, ex aliis libris apposuerit, & plurimas alias dictiones ex hoc libro expresserit.

66 τῆς ὀπτρωιαπάδος] τῆς ὀπτρωιαπάδος ὀπίκοιλον, simul iunximus cum Interpretibus. Caluus tamen ὀπὶ κοῖλον legisse videtur.

67 ἀποκεκάρπωκε] Hunc locum ab Erotiano expressum significauimus in nostra OEconomia, cùm ἀποκεκάρπωκεν, ἀποβεβλάσηκεν & ἀπορεῤῥύηκεν exposuit, simulque Galeni lectionem in Exegesi huc reduximus.

68 τῶδε ἢ γοιάπτος τὸ ὀπὶς] τὸ ὀπὶς κοῖλον, videtur legisse Cornarius. ἀνίεται verò lego pro αἰ ἵεται.

69 αὖω ὤρεκται πρὸς τὸ ἧπαρ] Sic legunt omnia exemplaria. Caluus tamen ἐρεύγεται pro ὤρεκται legisse videtur.

70 καὶ διακρέῳ ὀκφύσαι] Sic legunt exemplaria omnia quę adhuc videre licuit, sed apparet suspectam esse lectionem. διακρείῳ legit Cornarius quem secuti sumus, cùm aliter non liqueat.

71 ἢ σὺ ἀποκαθῆται] Sic legunt plæraq; exemplaria, præterquàm quòd quædam λῶιον ἀποκαθῆται legunt, quam lectionem secutus est Caluus. Cornarius verò ἢ σὺ ἀπαμφῆται legit. ἢ ὀ ἀποκαμφῆται lego.

72 ὀχεύεται] Sic legunt exemplaria omnia: ὀχεύεται tamen lego ex Galeno in Exegesi, istumq; ab eo locum subindicatum existimo, cùm ὀχεύεται exponit, ὀκρύσης τὸ διεξόδοις κέκτη). Quod etiam expressimus in nostra OEconomia. Vitiosa autem sunt exemplaria quæ διὰ τῶν ὀπὶς αὐτῶν legunt pro αὐτῆ.

73 ἠγκυροβόλησε] Hunc locum à Galeno exprimi scripsimus in nostra OEconomia, cùm ἠκυροβόλησε exponit in Exegesi, ἐκαπεπέφυκεν αἰκιῤῥοειδῶς ὁμοίως. Eundemque Erotianum indicasse, sed ἠκυροβόλησε legisse, & actiuè vsurpasse, cùm καπεπέφυκεν exposuit. Quam lectionem mihi secutus videtur Caluus. Vitiosè autem legitur in publicatis exemplaribus, λῶιον κυροβόλησε pro ἠκυροβόλησε, vt in quibusdam λῶιον κυροβόλησε.

74 ὀνεκρίκωσε] Hunc etiam locum in nostra OEconomia expressimus, & ex Erotiano exposuimus, simulq; Erotiani lectionem restituimus, vbi vitiosè ὀνεκρέκωσεν pro ὀνεκρίκωσεν, & ὀνεθησεν, aut ὀνέδυσεν, pro ὀνέδησεν legitur. Sic enim apud Hesychium ὀνεκρίκωσεν, ὀνέδησεν exponitur, nimirum hoc Hippocratis (vt opinor) subindicato loco. Annotatur quoque ex Corinthio Ionas ὀνεκρίκωσε pro ὀνέδησε efferre.

75 ὀνέφλεβοτόμησε] Hunc quoque locum subindicat Erotianus, cùm ὀνεφλεβοτόμησε exposuit apud Hippocratem ex Bacchij sententia, δεῦλεν εἰς πλείοις πόπις καὶ φλέβας, καὶ οἷον ἐμέρησεν. Quod etiam in OEconomia nostra apposuimus.

76 ἐπορεξάμενα] Sic quidem legũt exemplaria omnia, sed ἐπορεξάμενα lego ex Galeno in Exegesi, qui (hunc nimirum locum subindicans) ἐπεκτεθῆναι exponit, hoc est, extensæ & exporrectæ. Illud verò καπεπλάκησαν in OEconomia nostra, à καπαπλάκω aoristo secũdo passiuo deduximus, etsi ad καπαπλακέω, quod est diuagor aut deerro referunt interpretes, & καπαπλακῶν Hesychio exponitur διαμαρτὼν qui deerrauit aut abertauit, vt translatitiè sumatur, & dilatati venæ dicantur, quæ latè vagãtur aut deerrant, & καπαπλάκησ καπαπλατωθῆναι exponitur, quemadmodum mihi sumpsisse videtur Caluus.

77 ἀποσυεγγώσαι τὸ λῶιον] ἀποσυεγγώσασα τὸν χολιὸν, οἷον ἀπορυσήσασα, vt scripsimus in nostra OEconomia.

78 καὶ ἠεχχίωκε] Hunc quoque locum disertis verbis exponit Galenus in Exegesi ἠεχχίωκεν explicans, λεπτοῖς ἄμα τὸ πολλοῖς φλεβίοις, ὥςπερ ἀράχνης ὑφάσματα διαπεπλοχε. Quod etiam indicauimus in nostra OEconomia. Vitiosa sunt autem exemplaria, quæ ἠεάχιω pro ἠεχχίωκε legunt.

[19] ὀνομαπώματα] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, ὀνομαπώπας tamen lego cum Interpretibus, ad lienem referens.

[20] εἰχρίπουσαι] Hunc locum in nostra OEconomia expressimus, vbi quid sit εἰχρίπαν exposuimus. Ac mihi videtur hunc locum expressisse Erotianus, si pro εἰχρίμπποισιν & πελάπισιν, εἰχρίμπουσαι & πελάζουσαι legatur, vt sit quæ ad spinam accedunt, aut feruntur, appellunt, aut impingunt.

[21] ἐξαμελγόμεναι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Erotianus tamen hoc loco ἐξαμελγόμεναι legisse videtur, & ἐκθηλαζόμεναι exponit, quod est, exuctæ, emunctæ, emulctæ aut exolatæ.

[22] ἐπικαλίωνται πρὸς τὰ ὦτα] Ex hoc loco Galeni Exegesim in OEconomia nostra emendauimus, istumque expressimus & exposuimus. Cornarius verò, εἰς τὴν καρδίαν ἐπικαλίωνται simul iunxisse videtur.

[23] τὰς ἰνίας ἔχουσα] Sic quidem legunt omnia exemplaria, sed ἶνας lego cum Caluo, aut ἰνίας, fibras intelligens. Et Erotiano apud Hippocratem ἶνες quibusdam τὰ νεῦρα significant, alij etiam τὰς συνδεσμὰς τούτων κτηδόνας accipiunt (sic enim apud eum lego) Quod ex eorum opinione pendet, qui neruorum originem ex corde petunt, velut antea author libelli περὶ καρδίης. Cornarius tamen ἰνίας legit, & cor ex omni corpore habenas habere dixit, cùm vitæ humanæ fons antea dictum sit.

[24] καὶ χαλάσεις] ἀξιοχαλάσεις legunt exemplaria quædam Regia manu scripta. Hoc verò membrum vitiosè prætermittitur in codice Aldino.

[25] ἐρυθρὰ τὰ χρώματα] Hîc certè facilè iis assentior qui σώματα pro χρώματα legunt, etsi hæc est omnium codicum lectio, & εὔχροα χρώματα, viuidi colores dici possunt.

IN LIBRVM DE AERE LOCIS ET AQVIS.

ΙΗΤΡΙΚΗΝ ὅστις βούλεται] Varia est huius libri inscriptio apud authores Medicos, etsi haud dubiè ad Hippocratem refertur. Galenus siquidem libro de libris propriis se hunc in librum Commentarios scripsisse fatetur, & περὶ οἰκόπεων, & ὑδάτων, καὶ ἀρῶν καὶ χωρῶν inscribit. Idem in Exegesi in dictione (ῥέφεται) hanc vulgatam indicaturam agnoscit, vt & aliàs sæpe, etsi plæruaque inuersam & commutatam. Erotianus verò περὶ τόπων καὶ ἀρῶν vocat, vt περὶ ἀρῶν καὶ τόπων, in dictione, (ὁμιλίη). Athenæus autē, περὶ ὑδάτων, & περὶ τόπων. Quidam etiam περὶ ἀέρων, τόπων, ὑδάτων, χωρῶν, ἀνέμων, ἀστέρων, ex quibusdam codicibus manu scriptis, legisse asserunt. Alij etiam περὶ ὀρέων, ἀέρων, ὑδάτων, τόπων. Ad sanitatis autem tuendæ artem hunc librum spectare, & ad Gymnasticen referri, quę illius artis pars est, scribit Galenus libro ad Thrasybulum. Erotianus verò inter ἀπολογικὰ καὶ φυσικὰ refert, eumque hac in parte secuti sumus.

[2] ἢ σκληροῖσι] καὶ ὠμοῖσι videtur addidisse Caluus, aut ἀπεράνοισι. ἀπεράνοις autem paulò pòst διεκπεπλήπτοις exponit Erotianus, istumque locum mihi subindicare videtur, vt scripsimus in nostra OEconomia, ideoque coctu difficiles & quæ immutari nequeant diximus.

[3] καὶ ἐδωδοὶ] Caluus καὶ ὀκ ἐδωδοὶ τὰ ἄποτοι legisse videtur.

[4] μέλαν πίσσινα] Hunc locum adducit Galenus initiò Com. 1. in lib. 1. Epid. & paulò aliter legit.

[5] ὀκ ἐλάχιστον μέρος] Hunc locum mihi innuere videtur Galenus initio libelli ὅτι ἀρίστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος.

[6] μὴ μετέωρα] Sic quidē legunt omnia exemplaria & omnes interpretes. Caluus non altas aut profundas dixit, quæ sublimes sunt, vt mihi μετέωρα absque negatione legisse videatur, eamq; lectionem in codice Augustini Guadaldini reperiri audio. Zuinggerus pro μὴ μετέωρα, κάρτα μετέωρα legit, vt in fine libri.

[7] καὶ ὁκόσαι μὲν πρὸς πόλεων] Hac parte exemplaria omnia Græca mirum in modū vitiata sunt. Codices Germanici omnes asteriscum velut vitij notam apponunt, quod non faciunt Asulani, etsi pari vitio coniuncti. Huc tamen ab Interpretibus reponūtur quæ in librū de Capitis vulneribus irrepserunt, quæ omnia huc probè consentiunt, & ex Galeni testimonio ad ista referri debent. Hæc autem lacuna multis occasionem dedit, pro animi sententia multa reponendi & immutandi, quę cuiuis, vt volet, æstimanda & recensenda relinquam, popularem maximè & ab Interpretibus receptam lectionem secutus.

[8] καὶ φαχεδαίνας κοινῶς ἐξιόνεσι] Sic quidem legunt plurima exemplaria, & Caluus, qui communem causam comprehendit. Cornarius verò εἰκὸς legit, quem lubenter sequor. Quæ verò paulò pòst sequuntur, τῶν δὲ χρεμώδεων ψυχεοῦ, valde suspecta sunt, & huc videntur irrepsisse ex superioribus verbis, τῶν δὲ χρεμώδεων ψυχεά, neque leguntur in Augustini Guadaldini codice.

[9] ἀνομάζουσι τὸ παιδίον πυίειν] Sic legunt omnia exemplaria quæ adhuc videre licuit, eamq; lectionem ex Galeno ipso retinuimus, qui eam agnoscit Com. in sent. 4. lib. 6. Epid. sect. 1. his verbis: τὸ τῆς ὀθλιηψίας πάθος ἤτοι κατ' τὴν φυσικὴν γίνεται δυσκρασίαν, ὅταν ὑγρὸς ὁ ἐγκέφαλος ἱκανῶς ᾖ, καὶ πιωικαῦτά γε καὶ παιδίον ὀνομάζεται τὸ νόσημα, καθάπερ αὐτὸς ἐδίλωσεν ὀν τῷ περὶ ὑδάτων, καὶ ἀέρων, & τόπων, ὧν ἕνεκεν χρείας τῶν παιδίων συμπάθη ἀναισμοῦ τὰ καὶ ἄσματα. ἀνομάζουσι τὸ παιδίον πυίειν, καὶ ἱερὴν νοῦσον ἔτι). κατ' αὐτὰ τὴν ἡρῆσιν εὐδιλοῦν ὑπ' ἀναγκαίου δεῖ τὸ παιδίον πάθος, ὡς ἔτι) τὴν λέξιν ταύτην, ἀνομάζουσιν τὸ παιδίον πάθος πυιεῖν, καὶ ἱερὰν νοῦσον ἔτι). Istamq; vulgatam & Galeni lectionem mihi etiam secutus videtur Caluus. Codices Asulani asteriscum vt vitij suspicionem apponunt, & vitiosè καὶ ἀνομάζουσι legunt. Scio quosdam ex membranis scriptis alteram lectionem adscribere, τὸ παιδίον πυίειν, vel τὸ θεῖον πυίειν. Sed cùm istius lectionis Galenum testem idoneum habeam, non est cur in alia inuestiganda anxiè nimis distorqueamur. Idem quoque Com. 5. in lib. 6. Epid. Comitialem morbum παιδίον πάθος vocati scribit, huc fortè alludens. Ar certè nisi me Gal. authoritas moueret, παιδικὸν πάθος lubentiùs, aut παιδεῖον τῇ παιδίον legerem.

[10] ἔισι δ' αὐδ' ἄσι δυσενπείας] Hic videtur esse locus quem ex hoc libro adducit Galenus Com. ad aph. 2. lib. 6.

[11] οὐδ' οἶόν τι] Hunc locum ex hoc libro adducit Galen. Com. ad aph. 33. lib. 6. his verbis. ἔλεγε δὲ αὐτὸς ὀν τῷ περὶ ὑδάτων τε καὶ τόπων, καὶ ἀέρων, ὅκιστε πλευείποί τι καὶ τοῖς ἄλλοις νοσήμασιν ἀλίσκεσθαι, τὸν ὑγρὰν ἔχοντας φύσιν τῶν ἀσιέρων.

[12] ἔοικε τὰ νοσήματα] Hunc etiam locum ex hoc libro adducit Galenus initio Comment. 1. in librū 1. Epid. sed paulò aliter legit.

[13] καὶ σκελιφροῖ] Hunc locum mihi subindicare videtur Erotianus, cùm σκελιφροῖ τὸς λεπτοὺς καὶ σκελετωδεῖς exponit, sed σκελφρὸς vitiosè apud eum legitur. σκελιφρὸς autem exponitur Galeno ξηρὸς, περιεσταλμένος. Sic enim dicuntur sicci, aridi, & exucci, aut emaciati, ac graciles.

[14] καὶ κοιλίας ἀπεράνοισι] Hîc ἀπεράνοις κοιλίας indomitos ventres dicimus, eos qui non facilè soluantur, aut in lubricos mutentur intelligentes, aut qui ab emollientibus minimè euincātur, sed qui semper contenti ac sicci manent, velut exposuimus in nostra OEconomia, quibus εὐροώτροι opponuntur.

[15] ὀπτήσιμοῖ τὰ πλευείπδες] Sic quidem plæraq; legunt exemplaria, meliora verò ὀπτήσιμοῖται πλευρίπδες. Alij verò legunt, νοσήματα δὲ αὐτοῖσιν ὀπτήσιμα, πλευείπδές τε πολλαί. & hîc multa immutant, sed receptam lectionem innouare magna mihi est religio.

[16] τοῖ τε ἤθεα ἀχρειότερα] Hunc locum de vrbibus quæ ad Aquilones obuersæ sunt, adducit Galenus libello, Quòd animi mores corporis temperaturam sequantur.

[17] τοῖσι μὲν αἰθρέοισι τὰ νοσήματα] Τοῦτο τὰ νοσήματα ὀπτιχόλεα ἐστὶν, lego cum Vaticanis exemplaribus, & aliis manu scriptis, etsi quædam τάδε τὰ νοσήματα habent.

[18] ῥευφναὶ πολλαὶ γίγνονται] Sic quidem legūt exemplaria omnia quæ adhuc videre licuit, nisi quòd quædam φριφναὶ legunt. Cùm verò aquis causam attribuat, mihi ῥευφναὶ γυαῖκες eadem notione dici videntur. ac ῥοῦφνόπραι dicuntur lib. περὶ γυναικείων φύσιος, acerbæ & adstrictæ, hoc est, siccæ, aridæ & contractæ, quibus molles & fluidæ ς & ῥοωδέστεραι opponuntur. Etsi mihi hîc videtur σφρφὶ legisse Galenus in Exegesi, eoque referri cùm ξηραὶ & περιεσταλμέναι exponit, velut σφρφὶς † ἰδὲ περιεσταλμένοις, σκληροῖς, καὶ ἰχῶδεσι explicat, vbi tamen ῥευφῶδεσι legunt vulgata exemplaria. Erotianus verò mihi ῥιφνὸς legisse videtur. Aliôqui certè ῥευφναὶ intelligi possunt acerbæ, durę & inflexibiles & venerem auersantes, & quæ nullis blanditiis emolliri aut tractari possunt, ideoque conceptui ineptæ & steriles, quomodo sentiunt omnes Interpretes. Quæ expositio etiam aridis & siccis conuenit, cùm siccitas & ariditas plurimùm cōceptui obsit, & quæ refrigeratæ sunt & aridæ, nullas ferè habeant purgationes menstruas.

struas. στερφνὰ etiam legi potest, vt πυκναὶ καὶ στερεαὶ indicentur, quæ sunt densæ, compactæ, aut solidæ & compressæ, qua significatione etiam στρφὶ dici possunt, sicuti legisse Galenum existimo. Eiusmodi autem naturas ad conceptum esse ineptas, feréque steriles indicat aph. 59. & 62. lib. 5.

† *Com. in lib.* περὶ ὑγιαινῆς διαίτης.

[19] ὀπτιχεῖ ὡς ὀθνὶ τὸ πολὺ] Sic legunt omnia exemplaria, hac notione, vt ipse aër semper maturinum frigus affundat, quod radiis solaribus dispergitur & discutitur, ideoque sole illustratæ aquæ salubres redduntur. κατέχει tamen aut ἐπέχει videtur legisse Cornarius, vt postea. ἐωθινὸν autem substantiuè accipi mihi videtur. Hîc autem quidam codices manu scripti legunt, πάλιν ἑδία. περὶ αὐθρώπων εὔχροά τε καὶ εἴδηεσι δεῖ μᾶλλον ἢ ἄλλα ὧν μή τις νοῦσος &c.

λαμπρόφωνοί τε οἱ αὐθρωποι] Hunc locum ex isto libro adfert Galenus libello quod animi mores &c. vbi τῷ περὶ βροχῶν legit.

[20] ἐπεὶ τὰ ὀθνὶ τῆς ἑωυτοῦ] Locus parum integer mihi videtur in vulgatis exemplaribus, hicque mihi sensus esse videtur. Siue ventos ab occasu spirantes spectes, qui ferè autumnum referunt, siue huius ciuitatis situm, quo ad diei mutationes, consideres, qui ferè similis est ei quod plurimum inter matutinum & vespertinum tempus intercedit. Ideoque probanda videtur codicum manu scriptorum lectio, quæ habet, ἅτε τὰ ὀθνὶ τῆς ἑωυτέρης πνεύματα ἔοικεν ὦ μεταπώρω μάλιστα, εἴτε ἡ θέσις ἡ πολίτη τῆς πόλιος. Probatur etiam mihi ista quorundam manu scriptorum codicum lectio, ἐπεὶ πολίτα τὰ ὀθνὶ τῆς ἑωυτέρης πνεύματα ἔοικε τι μεταπώρω μάλιστα ἡ θέσις ἡ πολίτη τῆ πόλιος.

[21] ὁκόσα μὲ οὖν ἔστι ἐλώδεα] Vide Athenæum lib. 2. vbi hunc locum ex hoc libro adducit.

[22] ἀλλὰ τῶν ὀμβρίων ὕδατος ὀθνὶ τρεφομένου] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, vt eas velut nouo accedēte semper imbre refici aut augeri velit. Cornarius ὀθνὶ φερομένου legisse videtur, cùm nouam semper aquam pluuiam inferri dixit.

[23] καὶ πθολωμένα] Vitiosa sunt exemplaria quæ πθηλωμένα pro πεθολωμένα legunt.

[24] καὶ βεβεχωδέστατα] Istud non legunt quædam exemplaria, legit tamen Caluus.

[25] καὶ μεμωωμένοις] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, plenos dixit Cornarius, molestos Caluus, haud scio qua ratione. Ego μεμωωμένοις κοπιῶσι velut μεμυκότας dici existimo & πεπυκνωμένοις, aut συνεφιγμένους, compressos, conclusos, ac condensatos, ac velut induratos, ab aquis niualibus & glaciatis: Qua ratione μεμωωμένων, μεμυκότων, & πεπυκνωμένων, ac συνεφιγμένων exponitur Hesychio. Ac certè si quid augurari mihi liceat, existimo hunc locum subindicari & explicari à Galeno, cùm μεμολυσμένοις exponit, scribitque quosdam τοὺς καπνωμένους, quosdam etiam τοὺς ἐσκιρρωμένους καὶ λιθώδεις accipere. Sed certè pro μεμολυσμένοις, μεμωωμένοις legendum apud Galenum censeo, vt lienes velut ab aquis niualibus ac glacialibus refrigeratos, aut induratos, ac lapideos indicet. Istaque à μῶω mihi deducta videntur. Cornarius autem & Zuinggerus à μῶς deduxerunt, cùm in tumorem rotundum elatos ac plenos acceperunt. Paulò pòst verò pro καταλελεπιδωμένα, quædam exemplaria manu scripta καταλεπιδῶδες legunt.

[26] καὶ τὰ κοιλίας ξηροτάτας] Sic legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen θερμοτάτας legisse videtur.

[27] πάντα μὲν τὸ νόσημα] ξωστροφοῦν νόσημα hîc accipio velut Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. ξωστρόφους νόσους exponit καὶ ὀκ πολλοὶ χρόνου κατ' τὸ σῶμα τῶν αὐθρώπων θεραμνοῦσας, velut vnà nobiscum educatos ac connutritos, hoc est, assuetos, familiares ac diuturnos, velut scripsimus in nostra OEconomia.

[28] πάντα δ' γίνεται ὑπὸ ὑδέρου] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria. Sed quidam codices manu scripti hanc habent lectionem, πάντα δ' γίγνεται ὁκόταν ὑδρωπικῶσιν αἱ ὑστέραι.

[29] ἐναντία ἔτι] ἔτι pro ἐστὶν habent exemplaria omnia, vt & paulò pòst, ἀγκῶνα ἔτι pro ἐστί.

[30] αἴρεται δ'] Hunc locum adducit Athenæus lib. 2. ex libro περὶ τόπων, & λόφων ξηρῶν legit, paulóque aliter.

[31] ὅ μὲ πάντα πίνει] Sic quidem legunt omnes quos vidimus codices, quidam tamen τῷ μὲ πάντι legi annotant, quod etiam fecit Cornarius.

[32] καὶ τὰ μεταξὺ θερμῆς αὐαπλῆς] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. Mihi tamen valde probatur ista codicis Augustini Guadaldini lectio, quā mihi perhumanissimè communicauit Iacobus Santalbinus Collega noster amicissimus & doctissimus. φαυλότατα δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ, & τὰ μεταξὺ χειμερινῆς αὐαπλῆς καὶ δύσεως. vt eæ aquæ maximè improbentur, quę inter ortum hybernum & occasum scaturiginem habent.

[33] καὶ τὰ χαμερέστατα] Sic legunt vulgati codices, vitiosè tamen, quidam etiam manu scripti πικνότατα, alij πικνότατα legunt. Ex quibus aquæ quæ promptè & facilè liquescunt, intelliguntur, hoc est, emolliuntur, resoluuntur ac concoquuntur, neque in hypochondriis hærent. Zuinggerus tamen ista actiuè sumere mauult, vt aquas ad eliquandum & coquendum maximè opportunas intelligat. Verùm nobis esse suspectam illam lectionem in nostra OEconomia indicauimus, & χαμερέστατα legendum esse monuimus, vt aquæ maximè molles, ac velut coctione eliquatæ & emollitæ, ac delicatæ accipiantur, hoc est, quæ facilè coquantur ac resoluantur. Quibus τὰ ἀπέχεμα καὶ σκληρὰ statim opponit. Cornarius certè τὰ πικεῦς χαμερώτατα mihi legisse videtur. Caluus verò ἔψιστα καὶ χαμερώτατα.

[34] τὰ μὲ οὖν ὄμβρια] Hunc de aquis pluuiis locum affert Paulus Ægineta, & exponit. † *Cap. 50. lib. 1.*

[35] πάντα δ' ἀρχῶ] Illud πᾶν ἀρχῶ fortè ad Platonica elementorum principia referendū videtur, vt ἐκ πυρὸς ἀρχῶ dicit Theophrastus lib. περὶ πυρὸς, & Caluus aquæ principium dixit. Paulus verò vbi hunc locum explicat, τὰ λεπτότατα καὶ κουφότατα simpliciter extulit.

[36] τοῦτα μὲν ὅσον αἴρεται] Sic quidem legunt vulgata omnia exemplaria, quidam tamen ex codicibus manu scriptis, ὅσον ἔστιν legūt. Verùm aquas pluuias optimæ notæ esse scribit Paulus cap. 50. lib. 1. & Gal. ex Hippocr. Com. 4. in lib. 6. Epid.

At ſi quis hæc poſtridie in alimentum à calore cõſumi ſinat, ſenſimq; ad victus rationem adiiciat, ſiccãt. Aluum autem coactam vomitio ſoluit, & plus æquo fluidam ſiſtit, illam quidem humectando, hanc verò ſiccando. Cùm igitur quis aluum celerrimè ſiſtere volet, deuoratum cibum priùs quàm humeſcat & deorſum detrahatur, euomere oportet, & acerbis ac auſteris cibariis potiùs vtitor. Vbi autem aluum ſoluere volet, diutius immorari cibis confert, & acribus ac ſalſis, & pinguibus, dulcibusq; tum cibariis, tum potionibus vtendum. Somni in ieiuno quidem extenuant & refrigerant, non nimis longi, eam, quæ adeſt humiditatem vacuando. Longiores verò, calefaciẽdo carnem colliquefaciunt, corpusque diffundendo reſoluunt, & imbecillum reddunt. Poſt cibum autem calefacientes humectant, alimentum in corpus diffundendo. Somnus poſt matutinas deambulationes, maximè ſiccat. Vigilia poſt cibos noxia, cùm cibum colliqueſcere non ſinat, ieiunos autem extenuat quidem, at minùs lædit. Ocium humectat & corpus imbecillum reddit. Quieſcens enim animus corporis humidum minimè abſumit. Labor ſiccat, corpusque validum efficit. Semel die ſumptus cibus, extenuat & ſiccat, aluumque ſiſtit, quoniam animi calore ventris & carnis humidum abſumitur. Prandium verò contraria efficit. Aquæ potus calidus extenuat, eodemque modo etiam frigidus. At verò plus æquo frigidus tum ſpiritus, tum cibus, & potus, humidum in corpore congelant, & congelatione ac frigore aluos cogunt, cùm animi humiditatem ſuperẽt. Contraq; etiam caloris exceſſus in tantum cogit, vt diffundi nequeat. Quæ verò corpus calefaciunt, neque alimentum exhibent, carnem humore vacuant, & cùm nihil excedant, frigiditatem homini præbent. Humiditate enim, quæ adeſt, agitata, quod ab ipſo ſpiritu repletur, refrigeratur. At verò de laboribus quam habeant facultatem enarrabo. Sunt enim quidam à natura, quidam violenti. Ex his, qui ſunt à natura, viſionis labor, auditionis, vocis, curæ. Ac viſionis quidem hæc eſt facultas. Cùm animus in id quod videtur intentus eſt, mouetur & incaleſcit. Calefactus verò, humido vacuato, exiccatur. Per auditionem autem irrumpente ſono, animus concutitur, & laborat, laborans verò incaleſcit & reficcatur. Ex his, quæ cum cura hominibus contingunt, animus incaleſcit & exiccatur, humidoque abſumpto laborat & carnes attenuat, hominemq; vacuat. Vocis autem labores, velut ſermo, lectio, cantus, ij omnes animum mouent, motus verò exiccatur & incaleſcit, humidumq; corporis abſumit. At deambulationes ipſæ etiam maximè præ reliquis à natura fiũt, habent tamen quid violentum. Earum hæc eſt facultas. A cœna deambulatio, aluum, corpus, & ventrem exiccat, ipſumque hãc ob cauſam amarum euadere non ſinit. Cùm homo mouetur, corpus & cibi incaleſcũt. Humiditatem igitur caro attrahit, neq; ventrem amarũ euadere ſinit. Impletur igitur corpus, venter verò extenuatur.

ἰῶ δὲ πὶς ἐάσῃ ϛῶπα κατθμαλωθῆναι, τῇ ὑςεραίῃ δὲ ἐς τὶὼ ϛοφὶὼ τᾷ θερμῷ καὶ τῇ διαίτῃ ἡσύχως πορευέσθω, ξηραίνοισι. κοιλίῃ δὲ σπωεχηκυῖαι, λύϛ ἔμετος. καὶ ἀναγκαζόσιαι μᾶλλον τῶ κοιλοῦ ἴςησι. τὶὼ μὲὼ διυγραίνων· τὶὼ δὲ ξηραίνων. [17] ὁκόταν μὲὼ οὖν ϛῆσαι βούληται τὶὼ ταχίςην, φαγόντα, χρὴ ὀξυμέλι ἐν πρῖν αὖ διυγρῆναι θῶναι ὃ σῖτον, καταπαυσαθῆναι κάτω, καὶ τοῖσι τρυφνοῖσι καὶ ϛοῖσιν αὐςηροῖσι σιτίοισι μᾶλλον χρέεσθαι. ὁκόταν δὲ λῦσαι τὸ κοιλίῃ βούληται, ἐν ἀφαιτέιδεν ἐν τοῖσι σιτίοισιν ὡς πλεῖ-
10 ςον χρόνον ξυμφέρῃ, καὶ τοῖσι δριμέσι, καὶ ἁλμυροῖσι, καὶ λιπαροῖσι, καὶ γλυκέσι, καὶ τοῖσι σιτίοισι καὶ πόμασι χρέεσθαι. [18] ὕπνοι δὲ, νῆςιν μὲὼ ἰφαίνοισι καὶ ψύχροσιν, ἐὼ μὴ μακροὶ ἔωσι, κενοῶντες τὸ ὑπαρχόντος ὑγροῦ. ἐὼ δὲ μᾶλλον, ὁκθερμαίνοντες, σωτήκοισι τὶὼ ϛρῆα. καὶ ἀναλύοισι, ὃ ϛῶμα ἀφαιρέοντες, [19] καὶ ἀσθενὲς ποιέοισι. βέβρωκότα ὄ, θερμαίνοντες ὑγραίνοισι, τὶὼ ϛοφὶὼ ἐς ὃ ϛῶμα ἀφαιρέοντες. ἀπὸ δὲ τῶν ὀρθρίων πεδιπάτων ὕπνος, μάλιϛα ξηραίνῃ. ἀγρυπνίη δὲ, ἐν μὲὼ τοῖσι σιτίοισι βλάπτῃ, ὁκὸ ἐῶσα ὃ σιτίον πήκεσθαι. ἀσίτοισι δὲ, [20] ἰφαίνῃ μὲὼ· βλάπτῃ δὲ ἧσον. ῥαθυμίη, ὑγραίνῃ· καὶ ἀσθενὲς ὃ
20 ϛῶμα ποιέῃ. ἀρεμίζουσα γὰρ ἡ ψυχὴ, ὁκὸ ἀναλίσκει ὃ ὑγρὸν ὁκὸ τῶ ϛώματος. πόνος δὲ, ξηραίνῃ, καὶ ὃ ϛῶμα ἰφυρὸν ποιέῃ. [21] μονοσιτίη, ἰφαίνῃ, καὶ ξηραίνῃ, καὶ τὶὼ κοιλίῃν ἴςησι, ὅϛι τᾷ τῆ ψυχῆς θερμῷ, ὃ ὑγρὸν ὁκὸ τῆ κοιλίης καὶ τῆ ϛρκὸς καταθμαλίσκει). χρίσιον δὲ τὰ ἀναπία ἀναφρήσεται τῇ μονοσιτίῃ. ὕδωρ πόμα θερμὸν, ἰφαίνῃ. [22] ὡσαύτως ὄ καὶ ψυχρόν. ὃ δὲ ὑπόψυχον ψυχρὸν καὶ πνεῦμα, καὶ ὃ σιτίον, καὶ ὃ ποτὸν, πήγνυσι ὃ ὑγρὸν ὃ ἐν ϛόματι, καὶ ϛῆ κοιλίας ξυνίςησι τῇ πήξῃ καὶ ψύξῃ. κεκτέῃ γὰρ ὃ τῆ ψυχῆς ὑγροῦ. καὶ ὃ θερμοῦ ὄ πάλιν αὖ ὑπόθολαι, πηγνύοσι.
30 καὶ ϛοῦτον, ὡς μὴ ἀφάχυσιν ἔχῃν. ὁκόσα δὲ θερμαίνοντα ὃ ϛῶμα ϛοφὶὼ μὴ διδόντα, κενοῖ ὃ ὑγρὸν τὶὼ ϛρῆα, μὴ δὲ ὑπόθολὶὼ ποιέοντα, ψύξιν τᾷ αὖ θέρεϊ τῷ ϛαδιδόωσι. κινεῦνται γὰρ ὃ ὑπάρχοντος ὑγροῦ, [23] πνεῦματος ὑπ' αὐτῆ πλεῦμονα ψύχεται. πεῖ δὲ τὸ πόνων ἐὼ τινα ἔχῃ δύναμιν, [24] διηνήσαμεν. εἰσὶ γὰρ οἱ μὲὼ, κατὰ φύσιν· οἱ δὲ, ἀφὶ βίης. οἱ μὲὼ οὖν κατὰ φύσιν αὐτῶν εἰσιν, ὁ μὲν πόνος. αὐξῆς, φωνῆς, μελέμνης. ὁ μὲν ἓν δύναμις τοιαύτη. πορευόμενος ψυχὴ τᾷ ὀρεομένῳ, κινεῖ καὶ θερμαίνει). θερμαινομένη δὲ, ξηραίνεται κενωμένου τῆ ὑγροῦ. ἀφὶ δὲ τὸ αὐξῆς ἐςπίπτοντος τῆ φόφῳ, σείεται ἡ ψυχὴ καὶ πονέῃ. πονέουσα δὲ, θερμαίνεται καὶ ξηραίνεται. ὁκόσα ὁν μελέμνη αὖθέποισι γίγ, ἡ ψυχὴ καὶ ὑπὸ τῆτέων θερμαίνει) καὶ ξηραίνει). καὶ ὃ ὑγρὸν κατθμαλίσκουσα, πονέῃ καὶ λεπτύνῃ τᾷ ϛρκᾷ καὶ κενοῖ τὸ αὖ θέρεον. ὁκόσοι δὲ πόνοι φωνῆς, ἢ λέξις, ἢ ἀναγνώσις, ἢ ὠδὴ, πάντες οὗτοι κινέοισι τὸ ψυχῆ. κινουμένη δὲ, ξηραίνει) καὶ θερμαίνει). καὶ ὃ ὁν τᾷ σώματι ὑγρὸν κατθμαλίσκῃ. οἱ δὲ πεῖπατοι κατὰ φύσιν μὲὼ εἰσὶ καὶ οὗτοι μάλιϛα τῶν λοιπῶν. ἔχοισι δὲ τὶ βίαιον. δύναμις δὲ αὐτέων, ὅϛι τοιήδε. ὁ ἀπὸ δείπνου πεῖπατος, ξηραίνῃ τὶὼ τε [25] κοιλίῃν καὶ ὃ ϛῶμα, καὶ τὶὼ γαϛέρα, καὶ ὁκὸ ἐᾶ πικρὶὼ θρύεσθαι ἀφὶ πάδε. κινουμένου τῆ αὖθέποιο, θερμαίνεται καὶ ὃ ϛῶμα καὶ τὰ σιτία. ἕλκῃ οὖν τὶὼ ἰκμάδα ἡ ϛρὶξ, καὶ ὁκὸ ἐᾶ πικρὶὼ κοιλίῃν ξυνίςασθαι. ὃ μὲὼ οὖν ϛῶμα, πλεῦνται· ἡ δὲ κοιλίη, λεπτύνεται.

ξηραίνεται δὲ, ἀφὶ πάδε· κινουμένου τῆ ϛώματος καὶ θερμαινομένου, ὃ λεπτότατον ϛοφῆς κατθμαλίσκεται. ὃ μὲὼ, ἀπὸ τῆ ξυμφύτῃ θερμοῦ· ὃ δὲ, σὺν τᾷ πνεύματι ἀποκρίνεται ἔξω· ὃ δὲ καὶ οὐρέεται. ὑπολείπεται δὲ ὃ ἐνεότατον ἀπὸ τῶν σιτίων, ὥϛτε τῇ κοιλίῃ ἀποξηραίνεσθαι τὶὼ ϛρῆα. καὶ οἱ ὀρθρίοι πεῖπατοι ἰφαίνοισι· καὶ τὰ πεῖ τὴ κεφαλὶὼ [26] κοῦφά τε καὶ ὀπαγέα, καὶ ὀξύκοα πρὸς θυμεύόζοισι· καὶ τὶὼ κοιλίῃν λύοισιν. ἰφαίνοισι μὲὼ, [27] ὅϛι κενούμενον ὃ ϛῶμα θερμαίνεται, καὶ ὃ ὑγρὸν λεπτύνεται καὶ καθαίρεται. ὃ μὲὼ, ἀπὸ τῆ πνεύματος· [28] ὃ δὲ, μύϛεται τε καὶ χρέμπτεται· ὃ δὲ ἐς τὶὼ ϛοφὶὼ, τᾷ τῆς ψυχῆς θερμῷ κατθμαλίσκεται. τὶὼ δὲ κοιλίῃν λύοισι, ὅϛι θερμὴ ἐοῦσα, [29] τῆ θερμοῦ πνεύματος ἐς πίπτοντος αὖθεν ἀπὸ τοῦ χωρέῃ ὃ θερμὸν τᾷ ψυχρᾷ. [30] κεφαλὰ δὲ τὰ πεῖ τὶὼ κεφαλὶὼ ποιέῃ, ἀφὶ τάδε. ὅταν κενωθῆ ἡ κοιλίη, ἕλκῃ ἐς ἑωυτὶὼ ὁκὸ τῆ ἄλλου ϛώματος καὶ τῆ κεφαλῆς ὃ ὑγρὸν, θερμὴ ἐοῦσα. κενουμένης δὲ τῆς κεφαλῆς, ἀποκαθαίρεται ἥτε ὄψις καὶ ἡ ἀκοή. καὶ γίνονται ὀξυαγέες οἱ αὖθεφποι. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν γυμνασίων πεῖπατοι, καθαρὰ τὰ σώματα πρὸς θυμεύόζοισι· καὶ ἰφαίνουσιν, ὁκὸ ἐῶντες τὶὼ σωτῆξιν τῆ ϛρκὸς, τὶὼ ὑπὸ τῆ πόνου ξυνίςασθαι, ἀλλ' ἀποκαθαίρεσι. [31] τὰ ὄ ὁκὸ τῆ δρόμῳ γίνον), οἱ μὲὼ μακροὶ καὶ [32] κεμπτοὶ, ἐξ ὀλίγου πορευόμενοι, θερμαίνοντες τῆ ϛρκᾷ σωνφεῖν καὶ θρυχέειν δύνανται. καὶ τὰ δυνάμιν τῶν σιτίων τῆ ὑπὸ τῆ ϛρκὶ καταπέσοσι. [33] βραδύτερά τε καὶ παχύτερα τὰ σώματα πρὸς θυμεύόζοσι τῶν ἐσχῶν. τοῖσι δὲ τὰ πολλὰ ἐαθίοσι, ξυμφορώτερα, καὶ θρυμμῶδες μᾶλλον, ἢ ἥρεος. οἱ δὲ ὑπὸ ἱματίῳ δρόμοι, τὰ μὲὼ δυνάμιν, τὶὼ αὐτὶὼ ἔχοισι· μᾶλλον ὄ θερμαίνοισι, καὶ ὑγρότερα τὰ σώματα ποιέοσιν, ἀχρεώτερα ὄ, ὅϛι ὁκὸ ἀποκαθαίρῃ πρεσπίπτον ὃ πνεῦμα ὃ εἰλικρινὲς, ἀλλ' ἐν ᾧ αὐτῇ γυμνάζῃ) πνεύματι. συμφέρῃ δὲ καὶ τοῖσι ξηροῖσι καὶ τοῖσι πολυϛρκοῖσιν, ὅϛις καθαιρεῖν τὶὼ ϛρκὰ βούλῃ), καὶ ϛοῖσι πρεσβυτέροισι [34] θερμοψυχῆ τῆ ϛώματος. οἱ ὄ αὐλοὶ καὶ ἵππαροι ἵπποι, τὶὼ μὲὼ ϛρκὰ ἧσον ἀφαιρέου). ἰφαίνοισι ὄ μᾶλλον, ὅϛι τοῖς ἔξω τῆ ψυχῆς μέρεσιν οἱ πόνοι ὄντες, [35] αἰτιαπᾶσιν ὁκὸ τῆ ϛρκὸς ὃ ὑγρὸν, καὶ ὃ ϛῶμα λεπτύνοισι καὶ ξηραίνοισιν. οἱ δὲ ἐσχοὶ, τὶὼ μὲὼ ϛρκὰ ἧκιϛα ἀφαιρέοισιν. ἰφαίνοισι δὲ, καὶ ἀφαιρέλλοισι τὶὼ ϛρκὰ, καὶ τὶὼ κοιλίῃν μάλιϛα, ὅϛι ὀξυτάτῳ τᾷ πνεύματι χρώμενοι, τάχιϛα ὃ ὑγρὸν ἕλκοσιν ἐφ' ἑωυτοῦς. τὰ ὄ θορυβείσματα, ξηραίνοισι μὲὼ ὀξαπίνης. ὁκὸ ὅπι τύδλφα δὲ, καὶ ἀξύμφορα. πάσματα γὰρ ἐμποιέεται, ἀφὶ τόδε. ἀφαιτεθραυσμένου ὃ ϛῶμα, ὃ μὲὼ δέρμα, ἰφυρῶς λεπτύνῃ. τὶὼ δὲ ϛρκὰ, ἧσον ϛωνίςησι τῶν ἐσχῶν. κενοῖ δὲ τὶὼ ϛρκὰ τὸ ὑγροῦ. τὰ δὲ ἀνακινήματα καὶ ἀνακυφίματα τὶὼ μὲὼ ϛρκὰ ἧκιϛα ἀφαθερμαίνοισι. παρεξιόνῃ δὲ ὃ ϛῶμα καὶ τὶὼ ψυχὶὼ καὶ τὸ πνεύματος κενοῦσι. πάλιν δὲ καὶ τείνῃς τοῖσιν ἔξω τῆ ϛώματος, παρέχῃ μᾶλλον τὸν πόνον. θερμαίνῃ δὲ τὶὼ ϛρκὰ καὶ ϛερεοῖ, καὶ αὔξεσθαι ποιέῃ ἀφὶ τάδε. τὰ μὲὼ ϛερεὰ φύσῃ τεθόρμθια, ϛωνίςησι· τᾷ δὲ κοῖλα αὔξεται. τῆς γοῦν ϛρκὸς, ὃ μὲὼ πυκνὸν τεθόρμθον, ξυνίςαται· τᾷ δὲ κοῖλα, αὔξεται· καὶ ὁκόσα φλέβες εἰσί.

Has autem ob cauſas exiccatur, quòd agitato & incaleſcente corpore, alimenti pars tenuiſſima, partim ab inſito calore conſumitur, partim cum ſpiritu foras excernitur, partim etiam per vrinam emittitur, quod verò in cibis eſt ſicciſſimum, remanet, ita vt cum ventre ſimul etiam caro reſiccetur. Deambulationes matutinæ extenuant, & quæ circa caput ſunt, leuia, agilia & prompta efficiunt, aluumque ſoluunt. Extenuant quidem, quòd agitatum corpus incaleſcat, & humidum partim quidem à ſpiritu attenuetur & purgetur, partim verò emungatur & exſcreetur, partim etiam ab animi calore in alimentum abſumatur. Aluum autem ſoluunt, quòd cùm calida exiſtat, ſpiritu frigido ex ſuperioribus partibus irruente, frigido calidum cedit. Quæ verò circa corpus ſunt ideò leuant, quòd euacuata aluus & calida exiſtens, è reliquo corpore & capite humidum ad ſe attrahit. Vacuato autem capite, repurgatur viſio & auditio, & agiles homines redduntur. At deambulationes, quæ poſt exercitationes obeuntur, corpora pura reddunt & emaciant, neque carnis colliquationem, quæ ex labore prouenit, colligunt, ſed eam repurgant. Ex curſibus autem hæc contingunt. Longi quidem & flexi, ſenſim facti, carnem calefaciendo concoquere ac diffundere queunt, & ciborum vim in carne concoquunt, tardiora tamen & craſſiora corpora efficiunt, quàm qui in orbem fiunt. His autem, qui multum comedunt, commodiores ſunt, idque hyeme magis quàm æſtate. At qui in veſte obeuntur, eadem facultate valent, ſed magis calefaciunt, humidioraque corpora & decoloratiora reddunt, quia purus extrinſecus irruens ſpiritus ea non repurgat, ſed in eodem ſpiritu exercentur. Siccis igitur & multum carnoſis conferunt, cùm quis carnem detrahere volet, & ſenioribus propter corporis frigiditatem. Curſus autem rurſus ad carceres redeuntes, & indefiniti equeſtres, carnem quidem minùs diffundunt, ſed magis extenuant, quia cùm externis animi partibus hi labores obeantur, humidum ex carne retrahunt, corpúſque attenuant & exiccant. Qui verò in orbem fiunt, carnem quidem minimè diffundunt, ſed extenuant, carnémque & ventrem maximè deducunt, quòd cùm citiſſimo ſpiritu vtantur, humidum ad ſe promptiſſimè attrahunt. Concuſſiones autem de repente quidem ſiccant, neque tamen accommodæ, neque vtiles ſunt. Conuulſiones enim ideò intus adferunt, quòd calefactum corpus cutem vehementer tenuat, carnem verò minùs cogunt, quam curſus, qui in orbem obeuntur, eandemque humore vacuant. Commotiones & in ſublime eleuationes, carnem quidem minimè excaleſciunt, ſed corpus & animum commouent, & ſpiritu vacuant. Lucta & frictio, exterioribus corporis partibus laborem magis præbent, carnem autem calefaciunt, firmant, ideóque augent, quòd quæ natura ſolida ſunt, dum fricantur, in ſe coguntur, caua verò augeſcunt. Quod ergo in carne denſum eſt, ſi confricatur, in ſe cogitur, caua verò augeſcunt, & quæcunq; venas habent.

Excalefactæ enim & exiccatæ carnes, alimentum ad
se per venas trahunt, deinde increscunt. Volutatio in
puluere eadem, quæ lucta, facit; sed propter puluerem magis exiccat, carnemque minùs gignit. Lucta,
quæ fit consertis summis manibus, extenuat, carnesque ad superiora trahit. Ad corycum decertatio, &
manuum gesticulatio, eadem efficiunt. Spiritus retentio meatus per vim cogere, cutem tenuare, & humiditatem ad cutem propellere valet. Quæ in puluere & oleo exercitationes obeuntur, hoc differunt,
quòd puluis quidem frigidus, oleum verò est calidũ.
Oleum per hyemem ad corporis incrementum magis est accommodatum, quoniam quid de corpore
detrahere frigus non sinit. Per æstatem verò caloris
exuperantia carnem colliquat, cùm etiam ab anni
tempore, & oleo, & labore incalescat. Puluis autem
per æstatem ad corporis incrementum magis est accommodatus. Cùm enim refrigeret, vltra modũ incalescere non sinit, per hyemem verò, frigus & algorem adfert. Post exercitationes, parua in puluere per
æstatem mora, ad refrigerationem quidem iuuat,
multa verò supra modum exiccat, & corpora dura ac
lignosa reddit. Frictio ex oleo & aqua emollit, neque
vehementer incalescere sinit. At de lassitudinibus,
quæ circa corpora contingunt, ad hunc se res habet
modum. Qui quidem non exercentur, ab omni labore lassitudinem contrahunt. Nulla enim corporis
pars ad vllum aliquem laborem suscipiendum est accommodata. Quæ verò exercentur corpora, à minimè consuetis laboribus lassantur. Quædam etiam à
consuetis exercitationibus in lassitudines incidunt, si
his supra modum vtantur. Et ea quidem sunt lassitudinum genera. Earum verò facultas sic habet. Qui
non exercentur, cùm humidam carnem habeant, vbi
laborauerint, cõcalefacto corpore multam colliquationem dimittunt. Quod igitur cum sudore emissum,
aut cum corpore repurgatum fuerit, non ampliùs vexat corporis partem præter cõsuetudinem vacuatam.
Quod verò post secretionẽ intus remanet, huic molestiam exhibet, & ei parti, quæ humiditatem suscepit; cùm corpori minimè sit commodum, sed infensum. Neq; sanè in corporum carnes æquabiliter coit,
sed in carnosas partes, ita vt his quidem, donec exeat,
molestiam exhibeat. Nempe cùm ambitum non habeat & quiescat, tum ipsum, tum ea, quæ irrumpunt,
incalescunt. Cùm igitur copiosum fuerit quod secretum est, id quidem, quod sanum est, superat, ita vt totum corpus concalescat, & vehementem febrem inferat. Sanguine enim calefacto & attracto, ea, quæ in
corpore insunt, celerem ambitum faciunt, & tum reliquum corpus à spiritu purgatur, tum quod coaluit,
calefactum attenuatur, simulq; ex carne in cutem foras propellitur, idq; sudor calidus vocatur. Quo sanè
excreto, tum sanguis ad naturalem constitutionem
redit, tum febris remittit, & lassitudo sedatur, tertio
præsertim die. Hanc autem lassitudinem hũc in modum curare oportet, fomentis & balneis calidis id
quod coaluit dissoluendo, & violentis deambulationibus expurgando, ciborumq; paucitate & extenuatione carnis vacuationem cogendo, ac oleo leniter,

θερμαινόμενα γὰρ αἱ σάρκες καὶ ξηραινόμενα, ἕλκουσιν ἐφ' ἑωυτὰς τὸν ἰῶτα ἀπὸ τῶν φλεβέων, εἶτα αὔξονται. ἀλίνδησις, τὸ ἀπλήσιον τῇ πάλῃ ἀποτελεῖ. ξηραίνει δὲ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ κόνιν καὶ σάρκας ἧσσον. [76] ἀκροχειρία καὶ αἱ σάρκες ἕλκει ἄνω. καὶ κωρυκομαχίη καὶ χειρονομίη τὰ τοιαῦτα ἀποτελεῖ. [77] πνεύματος δὲ κατάσχεσις, τὴν πόρος ἀποκαθαίρει, καὶ τὸ δέρμα λεπαίνει, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐπὶ τὸ δέρμα ἐξῶσαι δύναται. ἐν κόνει καὶ ἐλαίῳ γυμνάσια ἀποφέρει τοιάδε. κόνις μὲν ψυχρόν· ἔλαιον δὲ θερμόν. ἐν μὲν τῷ χειμῶνι τὸ ἔλαιον, αὐξιμώτερον, διότι τὸ ψυχρὸς κωλύει φέρειν ἀπὸ τοῦ σώματος. ἐν δὲ τῷ θέρει, ἔλαιον ἐπιβολαῖον θερμασίης πεποιημένον, τήκει τὴν σάρκα. ὀκόταν καὶ ἐπὶ τῆς ὥρης θερμαίνηται, καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸ πόνου. [78] ἡ δὲ κόνις ἐν τῷ θέρει αὐξιμώτερος· ψύχουσα γὰρ τὸ σῶμα, οὐκ ἐᾷ εἰς ἐπιβολαῖον θερμαίνεσθαι. ἐν δὲ τῷ χειμῶνι, ἀποψυκτικὴν καὶ κρυμώδες. ἀποτείνει δὲ ἐν τῇ κόνει μετὰ τοὺς πόνους ἐν τῷ θέρει, ὀλίγον μὲν χρόνον, ὠφελεῖ ψύχουσα· πολλὰ δὲ ἐπιξηραίνει, καὶ τὰ σώματα σκληνὰ καὶ ξυλώδεα ἀποδείκνυσι. τείβεις ἐλαίου σὺν ὕδατι μαλάσσει, καὶ οὐ δίκαιον ἐᾶν ἀποθερμαίνεσθαι. τρεῖς δὲ κόπων τῶν ἐν τοῖσι σώμασιν ἐγγινομένων, ὧδε ἔχει. οἱ μὲν ἀγύμναστοι τῶν αὐτομάτων, ἀπὸ πόνου κοπιῶσι πόνου. οὐδὲν γὰρ τοῦ σώματος ἀποπεπόνηται πρὸς οὐδένα πόνον. τὰ δὲ γεγυμνασμένα τῶν σωμάτων, ἀπὸ τῶν αὐτομάτων πόνων κοπιᾶ. τὰ δὲ, καὶ ἀπὸ τῶν σκληρῶν γυμνασίων κοπιᾶ, ἐπιβολὴν ἐπιπάνθυα. τὰ μὲν οὖν εἴδεα τῶν κόπων, τοιαῦτά ἐστιν. ἡ δὲ δύναμις αὐτέων ὧδε ἔχει. οἱ μὲν γὰρ ἀγύμναστοι ὑγρὸν τὴν σάρκα ἔχοντες, ὀκόταν πονῶσι θερμαινομένου τοῦ σώματος, σύντηξιν πολλὴν ἀφιᾶσιν. ὅ, τι μὲν οὖν σύνεξιδρώσῃ, ἢ ἔξω τοῦ σώματος ἀποκαθαρθῇ, οὐ παρέχει πόνον μᾶλλον ἐν τῷ κενωθέντι τοῦ σώματος τοῦδε τὸ ἔθος. ὅ, τι δ' αὖ ἐμμένει τῷ ἀποκείσιος, [79] τοῦτο παρέχει τὸν πόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ δεξαμένῳ τὸ ὑγρόν. ἐν γὰρ ἐστι ξύμφορον τῷ σώματι, ἀλλὰ πολέμιον. εἰς μὲν δὴ τὰς σάρκας τῶν σωμάτων, οὐ ξωίσαται ὁμοίως, εἰς δὲ τὰ σαρκώδεα, ὅστε τοιούτοις πόνοις παρέχει, ἕως αὖ ἐξέλθῃ. [80] ἅτε δὴ οὖν ἔχον τὸν τρόπον, ἀθρόον θερμαίνεται αὐτό τε καὶ τὰ περὶ πολλά. ἐν μὲν οὖν πολὺ λύπαι τὸ ἀποκριθὲν, ὅκ ἐάσῃ καὶ τὸν ὑγιαίνοντος, ὥστε συνεκθερμαίνει ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ἐκποιήσῃ πυρετὸν ἰσχυρόν. θερμαινόντος γὰρ τοῦ αἵματος καὶ διϊσταμένου, [81] ταχέιν ἐποίησε τὴν περίοδον τὰ ἐν τῷ σώματι. καὶ τό, τε ἀνῷ σῶμα καθαίρεται ἀπὸ τοῦ πνεύματος. καὶ τὸ συνεστηκὸς θερμαινόμενον, λεπαίνεί τε, καὶ συνεξωθέεται ὅκ τῆς σαρκὸς ἔξω ὅπῃ τὸ δέρμα, ὅπερ ἱδρὼς καλέεται θερμός. τούτου δ' ἀποκριθέντος, τό, τε αἷμα καθίσταται ἐς τὴν κατὰ φύσιν σύστασιν· καὶ ὁ πυρετὸς ἀνίησι, καὶ ὁ κόπος παύεται μάλιστα τεταρταῖος. χρὴ δὲ τὸν τοιοῦτον κόπον, ὧδε θεραπεύειν. πυρίσι καὶ λουτροῖσι θερμοῖσι ἀπολύοντα τὸ ξυνεστηκός. [82] καὶ πειρᾶσθαι βιαίοισιν ὡς ἀποκαθαίρωνται, τῆσιν ὀλιγοσιτίῃσι, καὶ ἰσχνασίῃσι, συνιστάναι τῆς σαρκὸς τὴν κένωσιν καὶ τείνεσθαι τὴν ἐλαίου πυκνὴν

πουλὺν χρόνον, ὅκως μὴ βιαίως ἀναθερμαίνηται. καὶ τοῖσι χρίσμασι καὶ τοῖσιν ἱδρωτικοῖσι καὶ μαλακτικοῖσι χρέεσθαι, καὶ μαλακκώδη ξυμφέρει. τοῖσι δὲ γυμναζομένοισιν ὑπὸ τοῦ ἀνεθίζων πόνων, ἀπὸ τάδε γίνεται. ὀκόταν μὲν πεπόνηκε τὸ σῶμα, ὑγρὸν δύαται τὴν σάρκα εἶναι πρὸς τὸν τόπον, πρὸς ὃν μὴ εἴθισται πονέειν. ὥσπερ καὶ τὰ γυμνάσια, πρὸς ἕκαστα. τὴν μὲν οὖν σάρκα, ξυστήκεσθαι ἀνάγκη καὶ ἀποκρίνεσθαι καὶ σκληραίνεσθαι ὥσπερ τὸ πρότερον. ξυμφέρει δὲ θεραπεύεσθαι τὰδε. τοῖσι μὲν γυμνασίοισι χρῆσθαι, τοῖσι σκληθεσιν, ὅκως τὸ ξυνεστηκὸς θερμαινόμενον λεπαίνῃ καὶ ἀποκαθαίρῃ, καὶ τὸ ἀνῷ σῶμα μὴ ὑγραίνῃ, μή δ' αὖ ἐύμμαστον γένῃ. τοῖσι δὲ λουτροῖσι τοῖσι θερμοῖσι ξυμφέρει καὶ τοῦτον χρέεσθαι. καὶ τῇ τείνει ὁμοίως, ὡς καὶ τὸν πρόσθεν. τὸ δὲ πνεύμονος ὅδε δέεται οἱ πόνοι οἱ ἰκμοὶ θερμαίνοντες, λεπαίνει καὶ ἀποκαθαίρει τὸ συστᾶν. [83] οἱ δὲ ἀπὸ τῶν σκληθῶν γυμνασίων πόνοι, τόν δε τρόπον γίνονται. ἀπὸ μὲν συμμέτρου πόνου, κόπος οὐ κινέεται. ὀκόταν δὲ πλέων τοῦ καιροῦ πόνος ἦ, ὥσπερ ἐξηραίνει τὴν σάρκα. κενωθεῖσα δὲ τοῦ ὑγροῦ, θερμαίνεται, καὶ ἀγρεῖ, καὶ φέουσι, καὶ ἐς πυρετὸν καθίσταται μακρότερον, ἢν μὴ τις ἐκθεραπεύσῃ ὀρθῶς. χρὴ δὲ πρῶτον μὲν αὐτὸν τὴν λουτρὰ, μὴ σφόδρα πολλὰ, μὴ δὲ θερμὰ ἄγαν λούεσθαι. εἶτα πίσσας αὐτὸν ὀκτὼ λουτρὸν μαλακὸν οἶνον, διφῆσαι ὡς πλεῖστα καὶ πολυποδαπὰ σιτία, καὶ ποτὰ ὕδαρες. οἶνον δὲ μαλακὸν χρέεσθαι πολλὰ. [84] εἶτ' ἐπιρίπτειν χρόνον πλέω, μέχρις αὖ αἱ φλέβες πληρωθῶσιν ἀρθῶσιν. εἶτα δὴ ἐξεμεῖτω. καὶ ἀναστάντα ὀλίγον, καθεύδειν μαλακῶς. εἶτα πρὸς ἀγορὴν ἡσυχῆ, τοῖσι σιτοῖσι καὶ τοῖσι πόνοισι τοῖσι σκληθεσιν ἡμέρας ἕξ, ἐν τούτῳ δὲ καταπίνειν ἐς τὸ σκληθὲς καὶ σίτου καὶ ποτοῦ. δύαμαι δὲ ἐκ τοῦ θεραπεῖν, τοιόνδε. ἐξηρασμένον τὸ σῶμα ἐς ὑπερβολὴν, ἐξυγραίνειν δύναται ἄτερ ὑπερβολῆς. ἐν μὲν οὖν ἢ δύναται [85] τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πόνου γνῶναι ὀκόσον τίς ἐστι τοῦ σίτου τῇ συμμετρείῃ ἀκέεσθαι, δεῖ αὖ εἶναι τοῦτο. νῦν δὲ τὸ μὲν ἀδύνατον. δεῖ δὲ ῥᾴδιον. ἐξηρασμένον γὰρ τὸ σῶμα τοῦ ἐμπεσόντων πολυποδαπῶν, ἀφ' ὧν λαμβάνει τὸ ξυμφέρον αὐτῷ ἐν ἑωυτῷ, ἕκαστον τοῦ σώματος ἑκάστου σίτου. πληρωθὲν δὲ καὶ ὑγρανθὲν κενωθείσης τῆς κοιλίης ἐπὶ τὸ ἐμέτου, ἀφίησι πάλιν τὴν ὑπερβολήν. ἡ δὲ κοιλίη κενὴ ἐοῦσα ἀπιστᾶ. τὸ μὲν οὖν ὑπερβάλλον ὑγρὸν, ἐξεραίνεται ἡ σάρξ. τὸ δὲ σύμμετρον, ὅκ ἀφίησιν, ἢν μὴ βίης, ἢ πόνος ἢ φαρμάκων, ἢ ἀνάγκης τινὸς ἀπιστάσιος. τῇ δὲ πρόσαγωγῇ χρησάμενος, κατέστησε τὸ σῶμα τῇ διαίτῃ ἡσυχῇ.

ne vehementer recalescat, cõfricando. Vnguentis etiam tum sudorem elicientibus, tum emollientibus inungere ac emollire confert. His verò qui exercẽtur, à minimè cõsuetis laboribus iccirco lassitudo contingit, quòd cùm corpus laboribus se non exercuerit, ea parte qua laborare non consueuit, carnem humidam esse necesse est, velut ad singulas exercitationes. Carnem igitur colliquefieri & secerni, ac in se se cogi, velut in priore necesse est. Hæc autem curatio confert. Exercitationibus quidem assuetis vtendum, vti quod exiit calefactum tenuetur ac detrahatur, reliquumq; corpus minimè humectetur, neque sine exercitationibus esse contingat. Huic autem conducit, vt balneis calidis ac frictione, non secus ac prior, vtatur. Fomentis autem nihil opus est, cùm labores calefaciendo, ad id quod coactum est tenuandum & detrahendum satis esse possint. At verò ex vsitatis exercitationibus labores hoc modo contingunt. Ex moderato quidem labore nulla oritur lassitudo. Cùm verò maior quàm par sit fuerit, carnem supra modum exiccat, eáque humore vacuata, incalescit, dolet, horrore cõcutitur, ac nisi quis rectam curationem adhibeat, ad diuturnam febrem deuenit. Imprimis quidem balneo neque admodum multo, neq; nimis calido vtendum, deinde à balneo epoto molli vino, in cœna quamplurima & cuiuscunque generis edulia offerenda, & potu aquoso, vino autem molli ac copioso vtendum. Postea diutius confricandum, dum venæ oppletæ turgescant. Mox vomendum, & post modicam stationem, molliter dormiendum. Postea per dies sex sensim ad cibos & potiones consuetas redeundum, & in his ad consuetum tum cibum, tum potum deueniendum. Quæ curatio hanc habet facultatem, vt supra modum resiccatum corpus, citra excessum humectare queat. Quòd si quis laboris exuperantia mentis intelligentia comprehensa, huic quantacũque foret cibi commoderatione mederi posset, id bene haberet. Nunc verò vt illud fieri nequit, ita hoc facile. Resiccatum nanque corpus, à cuiusuis generis ingestis, sibi quod confert assumit, & vnaquæque corporis pars de singulis cibis, repletum verò & humectatum, vacuato per vomitionem ventriculo, rursus id quod exundat dimittit. Ventriculus autem cùm vacuus existat, vicissim attrahit. Exuperantem igitur humiditatem caro effundit, commoderatam verò, non nisi per vim, aut labores, aut medicamẽta, aut aliud quoddam reuulsionis genus dimittit. Qui verò cibi paulatim adiectione vtetur, is corpori leniter pristinam victus rationem restituet.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΔΙΑΙΤΗΤΙΚΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE, LIB. III.

AT de victus humani ratione, ita vt ad ciborum copiam laborũ commoderatio adhibeatur, exactè quis scribere non poteſt, quemadmodum etiam antea à me dictum eſt. Multa enim ſunt quæ prohibẽt. Primùm quidem differentes inter ſe hominum naturæ. Nam & quæ ſiccæ ſunt, ipſæ inter ſe inuicem, & cum cæteris collatæ, magis & minùs ſiccæ ſunt. & humidæ, ad eundemque modum de reliquis omnibus dicendum. Deinde etiam ætates, quæ iiſdem minimè indigent. Ad hæc verò & regionum poſitiones, ventorumq; mutationes, & tempeſtatum tranſmutationes, anniq́ue conditiones. Quin & inter cibos ipſos magna eſt differentia. Triticum enim à tritico, & vinum à vino differt, reliquáque omnia ex quibus victum trahimus, cùm diuerſa exiſtant, impediunt quò minùs quis ea de re exactè ſcribere poſſit. Sed enim inuẽtæ à me ſunt eorum quæ in corpore ſuperant prænotiones, ſiue labores cibos, ſiue cibi labores ſuperẽt, & quanam ratione ſingulis mederi oporteat, tum etiam ſanis proſpicere, vti ne in morbos incidant. niſi quis valde multum ac ſæpe delinquat. Quæ ſane ipſa medicamentis iã indigent, etſi ſunt quædam quæ neq; medicamentis ſanari poſſunt. Quoad igitur fieri potuit, inuenta ſunt à nobis quæ quam maximè ad rem facerent, exactè verò à nemine. Primum quidem igitur pleriſque vulgo ſcribam, ex quibus maximam vtilitatem capiant, qui cibis quibuſlibet & laboribus neceſſariis, coactiſq́ue profectionibus vtuntur, tum qui maritimis negotiationibus ad victum parandum repertis diſtinentur, ſi plus iuſtò incaleſcant, & magis quàm expediat refrigerentur, reliquáque victus ratione inſtabili vtantur. His ſanè præſens victus ratio conducit. Annum quidem plerique in quatuor partes omnibus fere notas diuidunt, hyemem, ver, æſtatem, & autumnum. Ac hyemem quidem à Vergiliarum occaſu, ad Æquinoctium vernum. Ver autem ab Æquinoctio, ad Vergiliarum exortum. Æſtatem à Vergiliarum ortu, ad Arcturi exortum. Autumnum verò ab Arcturo, ad Vergiliarum occaſum. Per hyemem igitur, vt anni tempori frigido & conſtricto te opponas, hac victus ratione vti conuenit. Plurimùm quidem ſemel tantùm cibus ſumendus, niſi quis aluum valde ſiccam habeat. Sin minus, parum prandendum. Cibis autem vtendum ſiccis, auſteris, calefacientibus, ex toto collatis & meracis. Pane quoque magis, & obſoniis aſſis potiùs quam elixis vtendum. Potionibus item nigris, meracioribus, ac pauciori-bus. Oleribus autem quàm minimùm, præter quàm calefacientibus & ſiccis. Succis etiam ac ſorbitioni-bus quàm minimùm. Laboribus autem plurimis omnibus, curſibusq́ue flexis, ſenſim acceſſione facta,

Πεὶ διάιτης ἀνθρώπινης ὥσπερ μοι καὶ πρότερον εἰρέαται, ξυγγράψαι μὴ οὐχ οἷόντε ἐς ἀκριβείην, ὥστε πρὸς τὸ πλῆθος τῶν σίτων, ἃ συμμετείλω ποιέεσθαι τῶν πόνων. πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα. πρῶτον μὲν αἱ φύσιες τῶν ἀνθρώπων, διάφορεοι ἐοῦσαι. καὶ γὰρ αἱ ξηραὶ αὐταὶ ἑωυτῶν πρὸς ἑωυτάς, καὶ πρὸς ἄλλας μᾶλλον καὶ ἧσσον, ξηραὶ καὶ ὑγραί. ὡσαύτως καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι. ἔπειτα, καὶ αἱ ἡλικίαι, μὴ τῶν αὐτῶν δεόμεναι. ἔπι δὲ καὶ τῶν χωρείων αἱ θέσιες. καὶ τῶν πνευμάτων αἱ μεταβολαί. τῶν τε ὡρέων αἱ μεταστάσιες. καὶ τῶν σιτίων αἱ καταστάσιες. αὐτῶν τε τῶν σίτων, πολλὴ διαφορή. πυρί τε γὰρ, πυρῶν καὶ οἴνος, οἴνου. καὶ τἄλλα ὅσα διαγτέομθα πάντα διάφορα ἐόντα, ἀποκωλύει δυνατὸν εἶ) ἐς ἀκριβείην ξυγγραφῆναι. ἀλλὰ γὰρ αἱ προγνώσιες ἐξευρημέναι ἔμοιγε τῶν ἰατρικεωτέων ἐν τῷ σώματι, ὥστε οἱ πόνοι κρατέωσι τῶν σιτίων, ὥστε τὰ σιτία τῶν πόνων, καὶ ὡς χρὴ ἕκαστα ἀσκέεσθαι. προγνωσταμανθάνειν τε ὑγιείας τῆς φύσης, μὴ πρὸς πελάζειν τε τῆς νόσης, εἰ μήτις μεγάλα πάμυ ἁμαρτάνοι, καὶ πολλάκις. τῶνδε δὲ φαρμάκων δέεται ἤδη. ἔστι δ' ἄνευ οὐδὲ ὑπὸ τῶν φαρμάκων δυνατὰ ὑγιάζεσθαι. ὡς μὲν οὖν δυνατὸν ἐρεθῶμαι τὲ

Ne igitur victus ratio derepentè immutetur, tempus in ſex partes, per octo dies diuidendum. In prima itaq; parte de laboribus detrahendum, reliquisque acutioribus vtendum. Cibi quoquè molliores exhibendi, & potiones aquoſiores ac calidiores, & lucta cum oleo in ſole vtendum. In ſingulis autem anni temporibus, vnaquæq; victus ratio paulatim tranſmutanda, & deambulationes à cœna plures detrahendæ, matutinæ verò pauciores. Maza quoq; panis loco apponenda, & olera cocta exhibenda, opſoniaq; elixa aſſis adæquanda. Balneis etiam vtendum, paruo prandio, & rebus venereis paucis. Vomitiones quoq; primùm quidem duobus interpoſitis diebus, deinde longiore interiecto tempore, faciendę, quò & corpus ad purã carnem reducas, & victus rationem hoc tempore mollem inſtituas, ad Vergiliarum exortum. Tunc iam adeſt æſtas, ad quam victus rationẽ accommodare oportet. Vbi ergo Vergiliæ iam exortæ ſunt, cibis mollioribus & paucioribus vtendum, deinde plus maza, quàm pane, eaq; priùs ſubacta, & minimè intrita. Potibus autem mollibus, albis, aquoſis, prandio modico, & ſomnis à prandio breuibus, & ciborum ac potionum repletionibus quàm minimis. In cibo potu quãtum ſatis eſt vtendum. Interdiu verò quàm minimùm bibendum, niſi neceſſaria aliqua ſiccitate corpus detineatur. Oleribus coctis vtendum, æſtuoſis & ſiccantibus exceptis. Crudis quoq; vtendum, calefacientibus & ſiccantibus exceptis. Ac vomitionibus, niſi ſi qua repletio inſit, minimè vtendum, rebusque venereis, omnium minimè. Balneis verò tepidis vti licet. Poma verò cùm pro natura humana valẽtiora ſint, ab his abſtinere præſtat. Quòd ſi quis cùm cibis vtatur, minimè deliquerit. Laboribus etiam & curſibus exerceri conuenit, iiſq; ad carceres redeuntibus modicis, multo tẽpore, & deambulationibus in vmbra. Lucta verò in puluere, quò minimùm incaleſcat. Nam volutatio in puluere curſib. præſtat, qui corpus humidum vacuando deſiccant. A cœna minimè deambulandum, ſed tantùm ſtandum. Mane verò deambulationibus, vtẽdum. Soles vitandi & frigora tum matutina, tum veſpertina, quæcunq; à fluminibus, aut ſtagnis, aut niuibus ſpirant. In hac autem victus ratione ad ſolſtitium æſtiuum vſq; perſeuerandum, vti hoc tempore ſicca omnia, & calida, ac nigra, & meraca, ac panes detrahas, niſi ſi paulum quid voluptatis gratia exhibeas. Tẽpore verò quod poſtea ſequitur, cibis vtatur mollibus & humidis, refrigerantibus & albis, ad Arcturi exortum & Æquinoctium, diebus nonaginta tribus. Poſt Æquinoctium autem hoc modo victus rationem inſtituere oportet, per autumnum ad hyemem accedẽdo, ita vt frigorum ac teporis mutationes veſtitu craſſo deuites. Hoc verò tempore priùs in veſte motu vtendum, frictionęq; & lucta cum oleo, ſenſim adiiciẽdo, & loco tepido deambulandum, calidaque lauandum, & ſomni diurni detrahendi. Cibi etiam aſſumẽdi calidiores, minùs humidi, & puri, potus verò nigriores, molles tamen & non aquoſi, olera autem minùs.

χρὴ δοῦναι, ὡς μὴ ἐξαπίνης τὴν διαιτὴν μεταβάλλῃ, διελὼν τὸν χρόνον ἐς μέρεα ἕξ, καὶ ἑκατὸν ἡμέρας. ἐν γοῦν τῇ πρώτῃ μοίρῃ χρὴ τῶν τε πόνων ἀφαιρέειν, καὶ τοῖσι λοιποῖσι ὀξυτέροισι χρέεσθαι. τοῖσι δὲ σιτίοισι, μαλακωτέροισί τε, καὶ πόμασιν ὑδαρεστέροισι, καὶ λουχοτέροισι. καὶ τῇ πρώτῃ σὺν ἐλαίῳ ἐν τῷ ἡλίῳ χρέεσθαι. ἐν ἑκάστῃ δὲ τῇ ὥρῃ, ἕκαστα τὴν διαιτημάτων μεθιστάναι καὶ μικρόν. καὶ τὸν περίπατον ἀφαιρέειν, τὸν ἀπὸ δείπνου, τοὺς πλείους. τὸν ὀρθρείων, ἐλάσσους. καὶ τὴν μάζης ἀντὶ τῶν ἄρτων παρεστίθεσθαι. καὶ τὰ λαχανώδεα τῶν ἑψάνων παρεσκάλλειν. καὶ τὰ ὄψα αὐανόζειν τὰ ἑφθὰ τοῖσιν ὀπτοῖσι. λεβέσι τε χρέεσθαι καὶ ἐναιειῆν μικρόν, ἀφεστίοισί τε ἐλάσσοσι, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι. τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τῶν δύο ποιέεσθαι. εἶτα δὲ πλείονος χρόνου. ὅκως αὖ καταστήσῃ τὸ σῶμα σεσαρκωμένον καθαρὴν σαρκί. καὶ τὴν διαιτὴν μαλακὴν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, μέχρι πλάδων ὀπτιτοῦς. Ἐν τούτῳ, ἥδη ἡέρος, καὶ τὴν διαιτὴν ἤδη χρὴ πρὸς τοῦτο ποιέεσθαι, χρὴ δὲ ἐπιδιδοῦ πλάδας ὀπτιτοῦς, τοῖσί τε σιτίοισι μαλακωτέροισι καὶ ἐλάσσοσι χρέεσθαι. εἶτα τῇ μάζῃ πλέον, ἢ τοῦ ἄρτου. τοῦτον δὲ πρὸ πόμασι τοῖσι δὲ πόμασι ὑδαρέσι. ὑπνώσσειν ὀλίγον. καὶ ὕπνοισιν ἀπὸ τῶν ἀρίστων, βραχέσι. καὶ πλησμονῆσιν ὡς ἥκιστα, τοῦ σιτίου τε καὶ ποτοῦ. ἐκμυῶς ὀπτὶ τοῦ σίτου χρέεσθαι. δὶ ἡμέρης δὲ ὡς ἥκιστα πίνειν, ἢν μὴ ἀνάγκη τις ἐξηραίνῃ τὸ σῶμα χρήσασθαι. χρέεσθαι δὲ τοῖσι λαχανώδεσι τοῖσιν ἑφθοῖσι, πλὴν τῶν καυστικῶν καὶ ξηρῶν. χρέεσθαι δὲ καὶ τοῖσιν ὠμοῖσι, πλὴν τῶν θερμαντικῶν καὶ ξηρῶν. ἐμέτοισι δέ, ἢν μήτις πλησμονὴ ἐνεόντα, μὴ χρέεσθαι. τοῖσι δὲ ἀφροδισίοισιν, ὡς ἥκιστα. λουτροῖσι δέ, καὶ χλιεροῖσι χρέεσθαι. Ἡ δὲ ὀπώρη, ἰσχυρότερον τῆς ἀνθρωπίνης φύσιος. βέλτιον οὖν, ὀπωρῶν ἀπέχεσθαι. εἰ δὲ χρῶτός τις, μὴ τῶν σιτίων χρεόμενος, ἥκιστ' ἂν ἐξαμαρτάνοι. τοῖσί τε πόνοισι τοῖσί τε ἐνεοῦσι, χρὴ γυμνάζεσθαι. καὶ διαύλοισιν ὀλίγοισι πολὺν χρόνον. καὶ τοῖσι περιπάτοισιν ἐν σκιᾷ. τῇ τε πρώτῃ, ἐν κόνῃ, ὅκως ἥκιστα ἐκθερμαίνηται. ἡ γὰρ ἀλίνδησις βέλτιον, ἢ οἱ ἐνεοί. ψύχουσι γὰρ τὸ σῶμα, κενοῦντες τὸ ὑγρόν. ἀπὸ δείπνου τε μὴ περιπατέειν, ἀλλ' ἢ ὅσον ἐξαναστῆναι. περὶ δὲ χρέεσθαι τοῖσι περιπάτοισιν. ἡλίοις δὲ φυλάσσου καὶ τὰ ψύχεα, τά τε ἐν πρωΐ, καὶ τὰ ἐν τῇ ἑσπέρῃ, ὁκόσα ποταμοὶ ἢ λίμναι, ἢ χιόνες ἀποπνέουσι. ταύτην δὲ τὴν διαίτην πρὸς ἀνεχέτω, μέχρις ἡλίου τροπέων. ὅκως δὲ τούτου τοῦ χρόνου, ἀφαιρήσει πρῶτα, ὁκόσα ξηρά, καὶ θερμά, καὶ μέλανα, καὶ ἄκρητα, καὶ τὰς ἄρτους, πλὴν εἴ τι μικρὸν ἡδονῆς παρέχει. εἵνεκα. τὸν ἐρόμενον δὲ χρόνον διαιτήσεται τοῖσι μαλακοῖσι, καὶ ὑγροῖσι, καὶ ψυκτικοῖσι, καὶ λευκοῖσι, μέχρις ἀρκτούρου ὀπτιτοῦς καὶ ἰσημερίης, ἡμέρας ἐνενήκοντα τρεῖς. Ἀπὸ δὲ ἰσημερίης, ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι, πρὸς ἀρετὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἐν τῷ φθινοπώρῳ. φυλασσόμενον τὰς μεταβολὰς τῶν ψύχεων, καὶ τῆς ἀλέης ἐσθῆτι παχείῃ. χρέεσθαι δὲ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ἱματίῳ πρὸς κνίσσαντα τῇ τε τέχνῃ καὶ τῇ πάλῃ ἐν ἐλαίῳ ἡσυχῇ πρὸς ἀρετῆ. καὶ τοῖς περιπάτοις ποιέεσθαι ἐν ἀλέῃ. θερμολουσίη τε χρέεσθαι καὶ τὰς ἡμερινοὺς ὕπνους ἀφαιρέειν, καὶ τοῖσι σιτίοισι θερμοτέροισι, καὶ ἥσσον ὑγροῖσι καὶ καθαροῖσι. καὶ τοῖσι πόμασι μελανωτέροισι, μαλακοῖσι δὲ καὶ μὴ ὑδαρέσι. τοῖσί τε λαχάνοισιν ἥσσον. τῇ

τῇ τε δυνῇ διαίτῃ πρὸς τὰ πάσιν τὴν θερινὴν ἀφαιρεῦπα, τοῖσι χλιερέοισι χρέεσθαι μὴ ἐς ἄκρον. ὅκως καταστήσῃ ὡς ἔλασσα τὴν χλιερὴν διαίτης, ἐν ἡμέρῃν δυοῖν δεύτερον ἢ πεντήκοντα μέχρι πλάδων δύσις ἀπὸ ἰσημερίης. Ταῦτα μὲν παραινέω τῷ πλήθει τῶν ἀνθρώπων, ὁκόσοισιν ἐξ ἀνάγκης, εἰκῇ τὸν βίον διαπελέειν ἔστι, μὴ ἐπιμελῆσθαι. οἷσι δὲ τοῦτο παρεσκευάσαι καὶ διέγνωσται, ὅτι οὐδὲν ὄφελος ἔστιν, οὔτε χρήματος, οὔτε σώματος, οὔτε τῶν δυνῶν οὐδενὸς, ἄτερ τῆς ὑγιείης, πρὸς τοιούτους ἐστί μοι διαιτα ἐξεύρηται μόνη, ὡς αὐτοῖσι πρὸς τὸ ἀληθέστατον τῶν δυνατῶν πρόσεστι μόνη. Ταύτην μὲν οὖν τοῖσι τῷ λόγῳ, δηλώσω. τόδε δὲ τὸ ἐξεύρημα, καλὸν μὲν ἐμοὶ τοῦ εὑρόντος. ὠφέλιμον δέ, τοῖσι μαθοῦσιν. οὐδὲ εἰς δέκα τῶν πρότερον, οὐδὲ ἐπεχείρησε ξυνθεῖναι, ὁ πρὸς ἅπαντα τὰ νοήματα πολλοῦ κρίνω ἄξιον. ἔστι πρόγνωσις μὲν πρὸς τῶν κάμνειν, πρόγνωσις δὲ τῶν σωμάτων, τί πέπονθε. πότερον τὸ σιτίον κρατεῖ τοὺς πόνους, ἢ οἱ πόνοι τὰ σιτία. ἢ μετρίως ἔχει πρὸς ἀλλήλα. ἀπὸ μὲν οὖν τῶν κρατέοντος ὁκότερον ἔσται, νοῦσοι ἐγίνοντο. ἀπὸ δὲ ἰσάζειν πρὸς ἀλλήλα, ὑγιεῖ πρόσεστιν. ὅτι ταῦτα δὴ τὰ εἴδεα ἐπεξέρχομαι, καὶ δείξω ὁκοῖα ἐστὶ τοῖσιν αὐτέοισιν ὑγιαίνειν δοκέουσι, καὶ ἐαθίουσι τε ἡδέως, πονέειν τε δυναμένοισι, καὶ σώματος καὶ χρώματος ἰκανῶς ἔχουσιν. αἱ ῥῖνες ἄτερ τοῦ φάσιος φανερῆς, ἐμπλήσαντται ἀπὸ τῶν δείπνου. καὶ δοκέουσι μὲν πλήρεες εἶναι. μύασιν δὲ οὐδέν. ὁκότον δὲ τοῦ πατέειν ἐξέλθῃ τὸ ὄρθρου καὶ γυμνάζεσθαι, τότε μύασιν καὶ πτύουσι. καὶ τοῦ ἐόντος τοῦ χρόνου, καὶ τὰ βλέφαρα βαρέα ἔχουσι. καὶ ὁ μέτωπον ξυσμὸν λαμβάνει. τῶν τε σίτων ἀπέχουσι. καὶ πίνειν ἥσσον δύνανται. ἀναγκαίη τε τοιούτοισιν ἡ χρόνοιν ἐστί. καὶ καταῤῥοοι κινέουσι, ἢ πυρετοὶ φεικώδεες, καθ' ὅ, τι αὐτύχη τῶν χρόνου ἡ πλησμονὴ κινηθεῖσα. ὅ, τι δὲ αὐτύχη ποιήσας τὸν τόπον τὸν κενεὸν, τῶν τὸ αἰτῆται ὁκόν αἴτιον εἶναι. τοιούτου δὲ κρατεῦντα τὰ σιτία τοὺς πόνους, καὶ μικρὸν ξυλλεγόμενον ἡ πλησμονὴ, ἐς νοῦσον ἤγαγε. ἀλλ' ὅ χρὴ πρόσεστι μέχρι τούτου, ἀλλ' ὁκότον γνῶ τὰ πρόσθεν τῶν τεκμηρίων, εἰδέναι ὅ, τι κρατεῖ τὰ σιτία τοὺς πόνους καὶ μικρὸν ξυλλεγόμενα, πλησμονὴ ἐστί. μύξαι δὲ καὶ σίελα, πλησμονῆς ἐστι κρίσις. ἀξεμίζοντος μὲν δὴ τῶν σώματος, φράσουσι τοὺς πόρους τοῦ πνεύματος, πολλῆς ἐνεούσης τῆς πλησμονῆς. θερμαινόμενον δὲ ὑπὸ τῶν πόνου, ἀποκρίνεται λεπτυνόμενον. χρὴ δὲ τὸ τοιοῦτον ἐκθεραπεύειν τοῦ ὧδε. ἐξεπονήσαντα ἐν τοῖσι γυμνασίοισι τοῖσιν εἰθισμένοισιν ἀκόπτως, θερμῷ λουσάμενον, σιτίσαι πεπυτεδαπῶς, καὶ ποιήσαι ἐμέσαι. ἐκ δὲ τῶν ἐμέτου, κλύσαι τὸ σῶμα καὶ τὰ φάρυγα οἴνῳ αὐστηρῷ, ὅκως αὖ συστυφῇ τὰ σώματα τῶν φλεβῶν, καὶ μηδὲν ὀπτικλαστεῦσθαι, ὀκοῖα γίνεται ἀπὸ ἐμέτων. εἶτα ἀναστὰς, περιπατησάτω ἐν ἀλέῃ ὀλίγα. ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην, τοῖσι μὲν περιπάτοισι χρέεσθαι. τοῖσι δὲ γυμνασίοισιν, ἐλάσσοσι καὶ κουφοτέροισιν ἢ πρόσθεν. καὶ ἀπαείριος ἐξιέτω τὸ θέρος ἢ. ἢν δὲ μὴ θέρος ἦ, μικρὸν ὀπτιφαγέτω. καὶ τὸ δείπνου ἀφελὼν ὀλίγον ἤμισυ, τῇ δὲ τέτῃ τοὺς μὲν πόνους ἀποδότω τοὺς εἰθισμένους πεπόνας καὶ τοὺς περιπάτους. τοῖσι δὲ σιτίοισι προσαγέτω ἡσυχῇ, ὅκως τῇ πέμπτῃ ἀπὸ τῶν ἐμέτου κεκμηκὼς ὁ σιτίον ὁ εἰθισμένον. κἠν μὲν ἀπὸ τουτέου ἰκανῶς ἔχῃ, θεραπευέσθω τὰ ὀπτίλοιπα. τοῖσι μὲν

R eliquaque omni victus ratione ita progrediendum, vt ab æſtiuis demas, hybernis vtaris, nõ ad ſummum, quò quàm proximè ad hybernã victus rationem deuenias, per dies duodequinquaginta, ad Vergiliarum occaſum ab Æquinoctio. Atque iſta quidem plærique hominibus ſuadeo, quibus temerè vitam degere neceſſe eſt, neque licet reliquis poſthabitis ſuæ ipſorum ſanitatis curam habere. Qui verò ita ſunt comparati, ſibique in animum induxerunt, neq; pecuniarum, neque corporis, neque vllius rei vtilitatem, citra ſanitatem æſtimãdam eſſe, iis à me inuenta eſt victus ratio, quæ quoad eius fieri poteſt maximè ad veritatem accedit, quam procedente oratione demonſtrabo. Atque iſta inuentio mihi quidem inuentori pulchra eſt, vtilis verò iis qui diſcunt, à nullo adhuc antea tentata, & quam ad alia omnia plurimi æſtimo. Eſt autem & præcognitio ante quàm ægrotent, & affectus corporum cognitio, vtrum cibi labores, an cibos labores ſuperent, an moderatè inter ſe habeant. Quodcunque enim ſuperetur, ex eo morbi contingunt, ex mutua verò inter ſe æquabilitate, ſanitas adeſt. Ad has ſanè ſpecies aggrediar, & aperiam quænam iis contingant, qui ſibi bene valere videntur, & cibis ac laboribus iucundè fruũtur, tum corporis tum coloris habent abundè. Nares à cœna citra cauſam manifeſtam implentur, & plenæ eſſe videntur, nihil tamen emungunt. Cùm verò manè deambulare & exerceri cœperint, tum mucum & ſputum reiiciunt, procedentéque tempore palpebras etiam graues habent, frontem pruritus occupat, cibis abſtinent, potũque minus appetunt, habitus color deperditur, & aut deſtillationes, aut febres cum horrore excitantur, quocumque tempore repletionem commoueri contigerit. Eo autem tempore quicquid forte fecerit, in id culpã reiicit, cùm minimè in cauſa ſit. In hoc enim ſenſim collecta repletio morbum inuexit, quòd cibi labores ſuperant. Verùm non eſt eò vſq; differendũ, ſed cùm primùm ſigna videris, noſſe oportet, quòd cùm cibi labores ſuperant, paulatim collecta repletio exiſtit. Mucus enim & ſaliua repletionem arguunt, quieſcentéque ſanè corpore, ſpiritus meatus opplent, cùm multa inſit repletio, quod verò labore incaleſcit, extenuatum excernitur. Huic curationem iſtam adhibere oportet, vt poſtquam ſe conſuetis exercitationibus citra defatigationem exercuerit, calidaq; lauerit, cibos omnis generis offerat, & vomitionem cieat. Poſt vomitionem verò os & fauces vino auſtero colluat, vti venarum oſcula conſtringantur, nihilq; conuellatur, velut ex vomitionibus contingere ſolet. Deinde vbi ſurrexerit, loco tepido modicè deambulet. Poſtridie verò deambulationibus quidem vtendum, exercitationibus tamen paucioribus & leuioribus quàm antea, & ſi æſtas fuerit, minimè prandeat, ſin minùs, parum comedat, & de cœna conſueta dimidium detrahat. Tertia autem die ad labores quidem cõſuetos omnes deambulationes redeat, ſed cibos ſenſim augeat, vti quinto die poſt vomitionẽ conſuetus cibus aſſumatur. Quod ſi inde ſatis erit, de cæterò

paucioribus quidẽ cibis, laboribus verò pluribus curetur. Si verò plenitudinis signa minimè quieuerint, duobus post cibos receptos intermissis diebus, rursus vomat, & ad eosdẽ sensim deducatur. Sin minùs, etiã tertiò idem repete, quoad plenitudine liberetur. At verò quibusdam, vbi labores à cibis superãtur, ista contingunt. Cùm plenitudo quidem incipit, somni longi & suaues ipsis obueniũt, & interdiu etiam dormiunt. Fit autem somnus humectata carne, & funditur sanguis, spiritus diffusus trãquillitatẽ habet. Cùm verò corpus plenitudinem ampliùs capere non potest, ambitus vi secretionem intrò iam remittit, quæ alimento à cibis prouenienti obuiam facta, animum perturbat. Tunc non ampliùs suaues sunt somni, sed hominem perturbari necesse est, sibiq; pugnas committere videtur. Quæ enim corpori contingunt, eadem animus cernit, oculis clausis. Cùm igitur eò quis deuenerit, prope iam ægrotat. Affuturum autẽ morbum admodum est manifestum. Qualis enim secretio ad partem venerit, & quamcunq; superauerit, eam morbo afficiet. Verùm hoc imprudenter minimè est contemnendum, sed cùm primùm signa cognoueris, curationi insistendum. Et hic sanè veluti prior curandus est, longioris autem temporis etiam inedia opus haber. Sunt autem etiam ista plenitudinis signa. Quibusdam quidem totum corpus dolet, quibusdam verò corporis pars quædam, quæcunque ea fuerit. Dolor verò est vti lassitudo, & lassitudine teneri sibi videntur, desidiaq; & repletione curationem adhibẽt, quoad in febrem incidant. Neque tamen adhuc hoc cognoscunt, sed balneis & cibis adhibitis, morbum ad pulmonis inflammationem deducunt, & in extremum periculum incidunt. Verùm antequàm in hos morbos incidant, consilio prospiciendum, & ad hunc modum curandum, præcipuè quidem mollibus fomentis hominem fouendo. sin minùs, multa calida lauando, & corpus quam maximè dissoluendo, & post exhibitos cibos, primùm quidem acres ac plurimos, deinde salsos, probè vomitum ciendo. Postea exurgendum, modicóque tempore loco tepido deambulandum, deinde dormiendum. Mane verò deambulationibus paulatim adiectione facta vtendum, exercitationibusque leuioribus, & ciborum oblationibus, velutantea. Hoc enim extenuatione plurima & deambulationibus indiget. Quòd si nulla adhibita prouidentia, in febrem incidat, per dies tres præter aquã nil offerendum. Interea igitur si sedetur, bene habet, sin minùs, ptisanæ succo curatio instituenda, & vel quarto, vel septimo die deceder, si sudauerit. Prodest vero sub indicationis tempus illitionibus sudorem mouentibus vti, cùm ad sudorem prouocent. At quibusdam etiam ex plenitudine hæc contingunt. Caput dolore tentatur & grauatur, palpebræque ipsis à cœna concidunt, & inter dormiendum turbantur, calorq; inesse videtur, & aluus interdum sistitur. Ex rerum venerearum vsu, leuior statim sibi videtur, at postea grauior. In his caput plenitudinem ad se attrahens, tum aluum supprimit, tum ipsum grauatur.

σιτίοισιν, ἐλάσσοσι. τοῖσι δὲ πόνοισι, πλείοσιν. ἢν δὲ μὴ καθεσήκῃ τὰ τεκμήρια τῆς πλησμονῆς, ἀφαιρεῖσθαι δύο ἡμέρας ἀφ' ἧς ἐκμέσαιο τὰ σιτία, ἐμεσάτω πάλιν, καὶ τρεσσαγέτω τὰ αὐτά. ἢν δὲ μὴ καὶ ὧν τέλεον, μέχρις αὖ ἀπαλλαγῇ τῆς πλησμονῆς. εἰσὶ δέ τινες τῶν ἀνθρώπων, οἵ τινες ὁκόταν κρατέωνται οἱ πόνοι ἀπὸ τῶν σιτίων, τοιαῦτα πάσχουσιν. ἀρχομένης μὲν τῆς πλησμονῆς, ὕπνοι μακροὶ καὶ ἡδέες αὐτοῖσιν ἐπιγίνονται, καὶ ὑπὸ τῆς ἡμέρης ὑπνοιμόλγηται. ὁ δὲ ὕπνος γίνεται τῆς σαρκὸς ὑγραινθείσης, καὶ χεῖται τὸ αἷμα, καὶ γαλκεύει ἀφαχόμενον τὸ πνεῦμα. ὁκόταν δὲ μὴ δέχηται ἔτι τὸ σῶμα τὴν πλησμονὴν, ἀπόκρισιν ἤδη ἀφίσιν εἴσω ἐπὶ τὸ βίης τῆς κοιλίης, ἥτις ἐναντιουμένη τῇ γνώμῃ, τῇ ἀπὸ τῶν σιτίων, παρέχει τὴν ψυχήν. οὐκ ἔστι τοῦτον τὸν χρόνον ἡδεῖς οἱ ὕπνοι, ἀλλ' ἀνάγκη παρέχεσθαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ δοκεῖ μάχεσθαι. ὁκοῖα γὰρ ἂν παθῇ τὸ σῶμα, τοιαῦτα ὁρᾷ ἡ ψυχή, κρυπτομένης τῆς ὄψιος. ὁκόταν οὖν ἐς τοῦτο ἵκῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐπεὶ ἤδη τῶν νεμμῶν ἐστίν. ὅτι δὲ ἥξει τὸ νούσημα, μάλα δῆλον. ὁκοῖα γὰρ ἂν ἔλθῃ ἀπόκρισις, καὶ ὅτου ἂν κρατήσῃ, τοῦτο νοσήσει. ἀλλὰ καὶ χρὴ προέαντα τὴν ἀφροδίσια, ἀλλ' ὁκόταν ὑπνῶσι τὰ τεκμήρια τῆς πλησμονῆς, ἀφαιρεῖν τὴν ἀφροδίσιον ἔχεσθαι. ἢν δὲ μὴ ἐθέλῃ, ἀναγκαίη ἐστὶ τὴν ἀφροδίσιον οὐκ ἀφαιρεθῆναι. πλείονος γὰρ ἐόντος καὶ λυμαινομένης δέει. ἔστι γὰρ καὶ τοιάδε τὰ τεκμήρια πλησμονῆς. ἀγρὲς τὸ σῶμα, οἷς μὲν ἄπνοιον, οἷς δὲ, μέρος τι τοῦ σώματος, ὅ, τι αὖ τύχῃ. ὃ δὲ ἀγρὸς ἐστὶν, ὁκοῖον κόπος, καὶ δοκέουσι κοπτῶν. ῥαθυμίαι τε καὶ πλησμονῆσι θεραπεύουσι μέχρις αὖ ἐς πυρετὸν ἀφικνέωνται. καὶ οὐδέπω οὐδὲ τοῦτο γινώσκουσιν, ἀνὴρ λεβοῖσί τε καὶ σιτίοισι χρησάμενοι, ἐς τὰς πλευμονίην κατέσης τὸ νούσημα. καὶ ἐς κίνδυνον τὸν ἔσχατον ἀφικνέονται. ἀλλὰ χρὴ προμηθέας πρὶν αὖ ἐς τὰς νούσους ἀφικνέωνται, καὶ θεραπεύειν τὰς δὲ τὰς ῥοπὰς. μάλιστα μὲν πυρεσσοῦντα μαλακῆσι πυρεσσῆσι τὸν ἄνθρωπον. εἰ δὲ μὴ λουσάμενον πολλῷ καὶ θερμῷ, ἀφαλύσαντα τὸ σῶμα, ὡς μάλιστα χρησάμενον τοῖσι σιτίοισι, πρῶτον μὲν τοῖσι ῥιμέσι καὶ πλείσταισιν. εἶτα τοῖσιν ἀλυκοῖσιν, ἀξεμέσαι δὲ. καὶ ἀξαναστάντα περιπατῆσαι ὀλίγον χρόνον ἐν ἀλέῃ. ἔπειτα καθαρθῆναι. πρῶι δὲ τοῖσι περιπάτοισιν ἀξ ὀλίγου προσάγοντα χρέεσθαι, καὶ τοῖσι γυμνασίοισι κούφοισι, καὶ τῆσι προσαγωγῆσι καθαρῇ καὶ τὸ πρότερον. ἰσχνάσῃς δὲ τοῦτο πλείσῃς δέεται καὶ περιπάτων. ἢν δὲ μὴ προνοηθεὶς ἐς πυρετὸν ἀφίκηαι, πρόφερε μηδὲν σῖτον, ἀλλ' ἢ ὕδωρ ἡμερέων τεσσάρων. ἢν μὲν οὖν ταῦτα ποιῇς, ἀπαλλαγήσῃ. εἰ δὲ μὴ, πιοτάτῃς χυλῷ θεραπεύεσθαι, καὶ ἢ τεταρταῖος ἢ ἑβδομαῖος ὀκτήσεται, εἰ ἀξιδρώσῃ. ἀγαθὸν δὲ τοῖσι χειμῶσι χρέεσθαι τοῖσιν ἱδρωτικοῖσιν, ἐπὶ τὰς κρίσιας, ἀξαναγκάζουσι γὰρ. παρέχει δὲ τινες καὶ τοιάδε ἀπὸ πλησμονῆς. τὴν κεφαλὴν ἀλγεῖ, καὶ βαρύνεται. καὶ τὰ βλέφαρα πίπτει αὐτοῖσιν ἀπὸ τοῦ δείπνου. ἔντε τοῖς ὕπνοις θαρσέουσι, καὶ δοκεῖ θερμὴ ἐν ἔῃ. ἤν, τε κοιλίη ἐφίσῃ ὀνίσῃ. ὁκόταν δὲ ἀφεδρισιάσῃ, δοκεῖ κεφότερος εἶ ἐς τὸ παραυτίκα. ἐὰν δὲ μὴ ἥκιστον βαρύνῃ. τοῦτοισιν ἡ κεφαλὴ τὴν πλησμονὴν αἰτιαῶται, τὴν τε κοιλίην ἐφίσησι, καὶ αὐτὴ βαρύνεται.

κίνδυνον δὲ ἐπικρέμαται, ὅκη αὖ ῥαγῇ ἡ πλησμονὴ τοῦτο ἀφαφθείρῃ. ἀλλὰ χρὴ προμηθέας ὧδε. ἢν βούληται τὴν θεραπείην παχείην ποιέεσθαι ἐλλεβόρῳ καθαρθῆναι. εἶτα προσάγειν τοῖσι σιτίοισι κούφοισι καὶ μαλακοῖσιν, ἡμέρας δέκα. τοῖσι τὸ σιτίοισι ἀφαχωρητικοῖσιν, ὅκως κρατήσῃ ἡ κάτω κοιλίη, τὴν κεφαλὴν κάτω αὐτιασάσας. καὶ τοῖσιν δρόμοισι βραδέσι, καὶ τοῖσιν ὀρθρίοισι, καὶ τοῖσι περιπάτοισιν ἰκανοῖσι. τῆτε οὖν ἐλαίῳ πάλιν, ἀρίστῳ τε χρέεσθαι, καὶ ὕπνῳ ἀπὸ τοῦ ἀρίστου καὶ μακρῷ. ἀπὸ τοῦ δείπνου τὸ, ὁκόσον ἀξανασταῖεν ἱκανόν. καὶ τὸ μὲν λούεσθαι, τὸ τὸ χρίεσθαι. λόεσθαι τὸ χλιερῷ. λαγνείης τὸ ἀπέχεσθαι. αὕτη μὲν ἡ ἀρχὴ θεραπείη. εἰ τὸ μὴ βούλοιο φαρμακοποτέειν λουσάμενον πολλῷ, ἐμέσαι οὐκ σιτίων γλυκέων καὶ ἀλυκῶν. ἀξ ἐμέτου τὸ, ὅσον ἀξανασταῖεν. πρῶι τὸ, τοῖσι περιπάτοισι προσάγειν. καὶ τοῖσι γυμνασίοισι τοῖσι προσγεγραμμένοισιν, ἐς ἡμέρας ἑξ. τῇ τὸ ἑβδόμῃ πλησμονὴν προσθέναι, ἐμέτον ποιήσασθαι, ἀπὸ τὸ ὁμοίων σιτίων. καὶ προσάγειν κατὰ αὐτό. χρέεσθαι τὸ τούτοισιν, ὀπὶ τέσσαρας ἑβδομάδας. μάλιστα γὰρ οὐ τοσούτῳ χρόνῳ καθίσταται. εἶτα προσάγειν ὅκως τὸ σῶμα κομίσηται. καθιστάναι τὸ τὴν αἰτίην ἐς τὸ σμικρόν. ἔστι τὸ καὶ τοιάδε ἀπὸ πλησμονῆς. ὁκόσοισι μὲν ἡ κοιλίη κατὰ σιτίου, αἱ τὸ σάρκες μὴ δέχεται, ἐμμένουσα ἡ κοφὴ, φύσαν ἐμποιεῖ. ὁκόταν τὸ ἀνιήσῃσι, καθίσταται. ἀπὸ γὰρ τοῦ ἰσχυροτέρου, τὸ κεφότερον ἀξελαύνει. καὶ δοκέουσιν ἀπηλλάχθαι. τὸ τὸ πολὺ πλέον, ἐς τὴν ὑστεραίην προσδαγάνει. ὁκόταν τὸ καθ' ἡμέρην ἑκάστην αὐξανόμενον ἰσχυὸν γένηται, ἐκρήσσει τὸ ἀρχὴν τοῦ ἐπφσενεχθέντων, καὶ ἀξεθέρμανε καὶ ἐπάεσξε αὖ τὸ σῶμα καὶ ἐποίησε διαῤῥοίην. τοῦτο γὰρ ὀνομάζεται, ἕως αὖ αὐτὴ μοιὴν σαπφσα ἡ κοφὴ ἀποχωρεῖ. ὁκόταν δὲ θερμανθῇ τὸ σῶμα τὸ καὶ θαρσὴς δριμέα γένηται, τὸ, τε ἔντερον ξύεται καὶ ἕλκεται, καὶ ἀφαχωρέεται αἱματώδεα, τοῦτο τὸ δυσεντερίη καλέεται, νοῦσος χαλεπή τε καὶ ἐπικίνδυνος. ἀλλὰ χρὴ προμηθέεσθαι, καὶ τὸ ἄρίστον ἀφαιρέεσθαι. καὶ τὸ δεῖπνον τὸ πέμπτον μέρος. τοῖσι τὸ δρόμοισι πλείοσι, καὶ τῆσι πάλησι καὶ τοῖσι περιπάτοισι χρέεσθαι, ἀπὸ τε τὸ γυμνασίων καὶ ὀρθρου. ὁκόταν δέκα γένωνται, προσθῆναι τὸ σίτου τὸ ἥμισυ τὸ ἀφαιρεθέντος. καὶ ἐμέσαι ποιήσασθαι, καὶ προσαγαγὼν ἐς ἡμέρας τέσσαρας. ὁκόταν τὸ δὴ ἡ δεκάς γένῃ, πόλεσιτον τὸ λοιπὸν προσθέσθαι, καὶ ἐμέσαι ποιήσασθαι. καὶ προσάγων πρὸς τὸ σῖτον, ὑγιέα ποιήσῃς οὐ τούτῳ τῷ χρόνῳ. τοῖσι τὸ πόνοισι θαῤῥῆν τὸ τοιοῦτον πιέζων. Γίνεται τὸ καὶ τοιάδε πλησμονή. ἐς τὴν ὑστεραίην τὸ σῖτον ἐρυγγάνει τὸ ὠμὸν, ἄτερ ὀξυρεγμίης. καὶ τὸ ἡ κοιλίη ἀφαχωρεῖ, ἐλάσσω μὲν, ἡ πρὸς τὰ σιτία. ὅμως τὸ ἰκανῶς. πόνος τὸ οὐδεὶς ἐγίνετο, τοιούτοισιν ἡ κοιλίη ψυχεῖ ἐόσα, οὐ δυνάται καταπέσσαι τὰ σιτία οὐ τῇ νυκτί. ὁκόταν γὰρ κινηθῇ, ἐρυγγάνει τὸ σῖτον ὠμὸν. διὰ δὲ τοῦτο τὸ θερμοκρασίαν τῇ κοιλίῃ θερμασίην, ἀπὸ τοῦ διαίτης, ἀπὸ τε τὸ πόνων. καὶ πρῶτον μὲν οὖν χρὴ, ἀρτῶ συγκομιστῷ χρέεσθαι ζυμίτῃ. ἀξεθρύπτοντα τὸ ἐς οἶνον μέλανα, ἢ ζωμὸν ὑείων χρεῶν. πῖσι τὸ ἰχθύσιν ἑφθοῖσιν οὐ ἄμμη δριμείῃ. χρέεσθαι μὲν καὶ τοῖσι σαρκώδεσιν, οἷ ἀκροκωλίοισί τε διέφθοισι, τοῖσιν ὑείοισιν πλείοσι. καὶ τοῖσι ὑείοισι

σῶμα ὃ μὴ ἐν σκέπῃ εἰθισμένον, ὅτι ἄκθος, ὅ, τι θερμαίνω τῆ οἰκείου θάλπεος. ἐκλύπαν δὲ τῆ ἀλλοτρίου ψύχεος, ἀφ᾽ ταῦτ᾽ ἄρα τῆ θερμῆ ἥδεται, καὶ φέρῃν δύναται. [17] ἐγκέφαλος καὶ ὅσα ἀπὸ τέτῳ, ψυχρῆ μὲν ἄχθεται. θερμῆ δ᾽ ἥδεται. καὶ ἰῶ ἄρα ἢ ψυχρότερον καὶ στερεώτερον φύσει. [18] καὶ θώρὸς ὅτῳ οἰκείῳ θάλπεος. καὶ πλεῦρα αὐτῶν. δεῖ τῆτο ὀστέοισιν, ὀδόντοισι, νεύροισι, ὃ ψυχρὸν πολέμιον. ὃ δὲ θερμὸν φίλιον. ὅτι ἀπὸ τέτου. σπασμοὶ. τέτανοι. ῥίγεα πυρετώδεα. ἀ, ὃ μὲν ψυχρὸν, ποιεῖ. ὃ δὲ θερμὸν, παύει. ἀφ᾽ τῆτο καὶ ἀπὸ τῆ θερμῆ, ἡδονὴ [19] καὶ προσκλήσεις. ἀπὸ δὲ τῆ ψυχροῦ ἀγχόνδρες, καὶ ἀποῤῥέψιες. ἀφ᾽ τῆτο ὀσφῦς. σῆθος. νῶτον, ὑποχόνδρια, μᾶλλον ψυχρῆ ἄχθεται. θερμῆ δ᾽ ἥδεται καὶ φέρῃν δύναται, ἀφ᾽ τῆτ᾽ ἄρα ὀσφῦς. νῶτον. σῆθος. ὑποχόνδρια, τὰ σπαῦλα πέπονθεν, ὅτι σπαῦλα. ἀφ᾽ τῆτ᾽ ἄρα τῆτο τῆ χωείῳ. ἀσῶδες σπαθῶδα χρωμένοισι τῆ θερμῆ. ὃ δὲ ψυχρὸν παύει. ἀφ᾽ τῆτ᾽ ἄρα ποτῆ ψυχρῆ ἥδεται. ἀφ᾽ τῆτ᾽ ἄρα βρώμασι τοῖσι θερμοῖσιν ἥδεται. ἀφ᾽ τῆτ᾽ ἄρα καὶ τῆ ἀκρέων ἐν λεπτοτυμίαις, ὃ ψυχρὸν καταχέομενον, ὠφελεῖ. ὅτι δὲ τὰ ὀπισθεν τῆ ἔμπροσθεν ὃ θερμὸν μᾶλλον λυέχθη), τὰ εἰρημένα αἴτια. [20] ὅτι δὲ καὶ τὰ ψυχρὰ ὀρθῶς. τάτε γὰρ ἄκρεα ἔμπροσθεν καὶ ὀκ ἐν σκέπῃ εἰθισμένα. [21] ὥσπερ ὃ ἔνδον τῆ ἔξω. μνησέον δὲ καὶ ὅτι ἑκάτερον ἐφ᾽ ἑκατέρου τῆ σώματος κρέαστον τῆ θερμοῦ ἢ ἔξω, ὅτι συνεχές τε ἑαυτῷ [22] καὶ νεύρῳ σπαρμῷ ἀφ᾽ ὃ ἔξω τῆ οἰκείῳ θερμῆ. ἐν τῷ ἔξω ψυχρῆ ἐῖ), ἐπ᾽ ἀμφοῖν πυκνὰ κεκατέεται, καὶ ἑκατέρων πυκνὰ δῆται. πυκνὰ δὲ μᾶλλον θερμῆ ἐς ἡδονίν. [23] πάχη δὲ καὶ ἄκρεα τοῖσδε, ὥστε τῆ χρόνῳ σπαχνῦν πολλῶν. βεβαιέων ὃ πρῶτον ἀπαείρε), καὶ φλεβῶν δῆλον αἱ πρότερον καὶ ὕστερον. ἢ τῶς πολλὰ φαίνεται, ὅκω τε ψυχῆ) ἄκρεα, ὅκω τε θερμαίνῃ). ἐν κενεαγχιῶσι. ἐν λεπτοτυμίαισι. [24] καὶ κατὰ λόγον, εἰκότως ἄρα φλέβας, καὶ τὰ ἀπὸ τέτων ἕπε), καὶ θερμαίνῃ. πρῶτον ὃ θερμὸν, οἷῖ τῆ χρῶν τὰ εἴσω. τὰ δ᾽ ἕλκεα θερμῆ ἥδε) ὁμολογουμένως ὅτι ἐν σκέπῃ εἴῃς αἱ. εἰκότως ἄρα ὦ ἑτέρω ἀχθε). εἰκότως ἄρα καὶ αὖ) αἱ φλέβες, ὅτι ἐν θερμῆ εἰσίν. εἰκότως ἄρα καὶ αὐτὸς ὁ θώρηξ. καὶ αὐτὴ ἡ κοιλίη κεκλουμένη ὑπὸ ἢ ψυχρῆ μάλιστα ἀλγυακλῆ καὶ θανατοῖ, ὅτι μάλιστα ἀνθέα. [25] ἀλλὰ πλῆσον ἀπέχῃ ἢ παθῆν. τούτου γὰρ ἐκλύπαν τῆ ὃ δῆλον. εἰκότως ἄρα ποτῆ ψυχρῆ ἥδεται. ὅτῳ ὁμολογεῖ τῆ ὃ δῆλον. εἰκότως ἄρα ποτῆ ψυχρῆ ἥδεται, ὅτι δὲ μάλιστα πόνῳ τὰ ἀπὸ ὑρμαῖα καὶ τὰ ὀπισθοῦμαῖα. ὅτι πολῆς οὐ μάλιστα εἰθισμένα ἐν σκέπῃ, μάλιστα ἐν ψυχρῆ ἀλγυακλῆ. εἰκότως. τάχιστα γὰρ κρατέεται. καὶ τὰ βαθύπαν εἰ κρεῖττο, μάλιστ᾽ αὖ ἀχθοῖτο. ἐπέχει καὶ τῆς φύσιος τῆς νεύρῳδοις μετέχῃ. ὅτι ὑποχάστριον ἥδεται δοκεῖ θερμῆ, [26] σκεπέον ὃ χωείον καὶ μετέχῃ. [27] καὶ ἄκρεα. καὶ κύστις, καὶ γόνη. καὶ ἄλλος γόνος ὁ γυμνὸς ἐστὶ τε φύσει ψυχρότερος, ἢ ὥς τῆς οἴεται. αὔω γὰρ ἐκ κάτω θερμὸν ἀίστι. ἀφ᾽ ταῦτα ἥδεται, ὅτι μὴ ὃ θερμὸν ψύχεται ὃ σῶμα ἀφαψυχθὲν μᾶλλον. μὴ δὲ ὃ ψυχρὸν, ἀναθερμαίνεται μᾶλλον συγκαλέν. οἷῖ καὶ τὰ ὕδατα ψυκτέα θερμαντέα ἀφ᾽ λεπτότητα. [28] ὅτι μὴ ὃ θερμὸν

Corpus quidem tegi ſolitum, quicquid minimè eſt aſſuetum & longiſſimè à familiari calore abeſt, alieno verò frigori eſt proximum auerſatur, ideóque calida delectatur & ferre poteſt. Cerebrum quæque ex eo oriuntur, frigida quidem offenduntur, calida verò delectantur, etiamſi natura ſit frigidius & ſolidius. Eam ob cauſam oſſibus, dentibus, neruis, frigida aduerſa eſt, calida verò grata, quoniam conuulſiones, diſtenſiones, rigores febriles, quos frigida creat, calida ſedat. Propterea etiam calida voluptates & illecebras facit, frigida verò dolores & auerſationes. Ob id lumbi, pectus, dorſum, præcordia, magis offenduntur frigida, calida verò gaudent, eámque perferunt. Eam ſanè ob cauſam lumbi, dorſum, pectus, præcordia, cõtraria perpetiuntur, quòd ſint contraria. Iccirco ſanè anxietatem hac in parte à calida obortam, frigida ſedat. Ideoque etiam frigidæ potu gaudet, & cibariis calidis delectatur. Ideoq; ſanè in animi defectionibus, frigida ſummis partibus affuſa prodeſt. Quæ autẽ dicta ſunt, in cauſa ſunt, cur partes poſteriores calidam magis ferant quàm anteriores, quodque etiam frigida rectè ferant. Extremę etiam partes anteriores ſunt, & frigori externo aſſuetæ, neque tegi ſolitæ, vt internæ. Sciendum autem quòd vtrumque in vtraque corporis parte cutem externam ſuperat, quę cùm ſibi ipſi & neruo ſanguineo ſit continua, eo quòd extra proprium calorem in frigore externo verſatur, ab vtrisque frequenter ſuperatur, & vtrorumque frequenter indiget, frequentiùs tamen calido ad voluptatem. Tale quiddam etiam partibus extremis contingit, ideóque citò multa ſentiunt, tardè autem primùm attolluntur. Ex venis etiam alias priùs, alias poſteriùs affici conſtat. Sic conſpiciuntur omnia vbi tum refrigerantur extremæ partes, tum calefiunt, in vaſorum euacuationibus, in animi defectionibus. Neque citra rationem ſanè venas ſequuntur quæ ex illis dependent, eáque primum calida calefacit, velut internas manus. At verò vlcera calida delectari, quòd tegi ſint ſolita, omnium opinione conſtat. Neque ſanè iniuria ab altera moleſtia afficiuntur. Iure ſanè ipſæ etiam venæ, quòd ſint in calido. Iure ſanè ipſe etiam thorax, ipſeque ventriculus à frigida ſuperatus vehementer ægrefert, & lethaliter afficitur, ob maximam inſolentiam. Verùm plurimùm abeſt ab eo vt patiatur, cùm ipſa indigentia huic ſit maximè propinqua. Iure itaque frigidæ potu gaudet. Sicque omnia iſta inter ſe conſentiunt. Iam verò valde conſentaneum eſt, vt omnia in ſuperficie deſquamata & ambuſta, non admodum tegi ſolita, frigidam ægerrimè ferant, cùm citiſſimè ſuperentur. Quęq; valde in profundo ſunt poſita, ſi ſuperentur, maxima vtiq; moleſtia afficientur, idq; ſanè ſi natura neruoſa conſtent. Quòd autẽ imus venter calida delectari videatur, cõſiderandus locus eſt. Quinetiã partes extremę, & veſicę, & vterus, & alię partes genitales denudatæ, ſuapte natura frigidiores ſunt quã quis exiſtimet. Surſum.n. non deorſum caliditas prorumpit. Iccirco calida delectatur, q̃ poſt calidæ vſum corpus perfrigeratũ magis frigeſcit, & poſt frigidæ vſum contractum magis recaleſcit. Velut aquam cùm refrigerare volumus calefacere oportet, vt ei tenuitatem conciliemus, cùm poſt calidi vſum

magis indurescat ac reficcetur, non aliter quàm oculi post frigidæ vsum. Illud enim aeri ambienti est simile, hoc verò minimè. Aqua marina his qui pruritum sentiunt, & ab acribus humoribus mordentur, tum lotione, tum fotu calida prodest, his quidem qui minimè assueti sunt, molestiam quandam exhibet. Vlceribus autem ex ambustione & abrasione, & reliquis huiusmodi aduersatur. Puris verò est accommodata, & valet ad probè extenuandum, & ad piscatorum vlcera, vt quæ neque suppurent, nisi attigeris, & ad prima fracturarum subligamina. Quinetiam depascentia vlcera sedat ac sistit, non secus ac sal, salsugo, & nitrum. Hæc autem omnia parciore quidem vsu, adhibita, irritant, liberaliore verò, prosunt. Præstat autem ad plurima calida. Acetum cuti & articulis ad motum eandem habet cum aqua marina facultatem, potentiorem tamen perfusione & fotu obtinet. Valet etiam ad vlcera recens vulneratis, & ad sanguinis grumos, vbi nigredines sunt in pudendis, & aurium ac dentium ardor adest. Calidum autem hæc & alia præstat. Sed & ex anni tempore coniectura facienda est. Ex eliquatione salis, etiam ad alia quæcunque impetiginibus, lepris, & vitiliginibus conducunt, & in solo calido inspissatum, præcipuè verò vnguibus scabris confert, quos temporis progressu superat, verrucas formicarias attenuat, aurium sordibus medetur, cutem etiã emollit. Multis quoque aliis modis valeret, nisi odore, præcipuéque mulieribus noceret. Valeret etiam ad pedum dolorem, nisi cutem vulneraret. Eadem aceti fęx præstat. Vinum dulce diuturnis vulneribus assiduo vsu idoneum, quinetiam ad medicamentorum purgantium potiones est accommodatum. At austerum vinum, tum album, tum nigrum, frigidum ad vlcera adhibetur, frigidum propter caliditatem. Lanæ quę refrigerationis quidem gratia, aut perfunduntur, aut induntur, aut imbuuntur, velut aqua frigidissima adhibendæ. Quę verò adstrictionis gratia, ea vino nigro cum lana irrigato, velut etiam betarum folia, aut linteola, in plurimis quæ adstrictione valent, intincta adhibentur, qualia sunt hederæ albæ folia, aut si quæ sunt magis acerba ac friabilia, velut hedera & rubus, rhus coriarius, saluia. Ad ea etiam quę emollitione indigent, quale quid farina cocta facit. Frigida pustulis rubicũdis prodest, quales latiusculę alia atq; alia parte irrumpunt, velut in iis qui lienes habent tumidos, exoriuntur. In opimo autem corporis habitu & molli carne præditis, admodum rubrę existunt, in nigris verò, veluti rotundæ (αἰγίλικας vocant) & quales in calidis lauacris excitatæ, obortiuntur, ac mulieribus ex menstruorum sub cutem recursu fiunt, & ex cutis irritatione, aut insolita asperorum vestimentorum gestatione, & ob sudoris exitum, aut cùm quis ex frigore de repente ad ignem, aut calida lauacra accesserit. Quòd si posteriùs hæc fecerit, neutiquam ampliùs erumpunt. Quandoquidem quæ ex frigore oriuntur, aut ad instar milij exasperantur, dein exulcerantur, iis quidem nocet frigida, calida verò prodest. Quibusdam autem vtraque prodest, velut sunt articulorum tumores, & pedum sine vlcere dolores, & conuulsa plæraque. Hoc constat frigidam copiosam sudoribus affusam, extenuare, & dolorẽ stupefacere. Moderatus autem stupor, dolorem tollit. Callida autem attenuat & emollit. Pedum doloribus, resolutis, distentis, conuul-

σκληρώσεται μᾶλλον ὑπὸ ξηραίνοντος. οἷς ὀφθαλμοὶ μετὰ ψυχρόν. ὃ μὲν γὰρ ὅμοιον τῷ πρότερον. ὃ δὲ ἐν. θάλασσα δὲ τοῖσι κνησμώδεσι. καὶ δακνώδεσιν. καὶ λύει καὶ πυελῶν θερμῇ. τοῖσι μὲν ἀνίησιν [29] ἐπιλιπαίνοντα. πρὸς ἕλκεα δὲ πυείκαυλα καὶ ἀποσύρματα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, πολέμιον. ὑπιτήδειον δὲ, τοῖσι καθαροῖσι. ἀγαθὸν καὶ ἰσχαίνει δὲ ὡς τὰ τῶν ἀγιέων ἕλκεα. ταῦτα γὰρ ἐν ὑγρῇ ἐκπυοῖ, ἢν μὴ φάυνῃ. [30] καὶ πρὸς ἐπιδεσμίδας. καὶ τὰ νεμόμενα πανοῖ καὶ ἴσχει. ὡς ἀγρῆς καὶ ἀμυελίδες. καὶ λίβον. πόνα ὃ ταῦτα σμικρὰ μὲν χρωμένῳ. ὀξέα τικά πρὸς νικῶνται δὲ, ἀγαθά. βέλτιον δὲ θέρμη πρὸς τὰ πλέκτα. ὄξος δὲ χρῶτι μὲν, καὶ ἀξιόθεισι, τῷ δὲ πλήσιον θαλάσσης. καὶ διωπάτερον. καθαρέν. καὶ πυείῳ καὶ ἕλκεσι τοῖσι νεοβρώτοισι θεμέθοισιν ἐν μέλασμα αἰδοῖων. [31] καῦσις ἐάτων, ἢ καὶ ὀδόντων. θερμαὶ δὲ ταῦτα, τάτε ἄλλα καὶ τῇ ὥρῃ σκωτεκμαίρεται [32] ἐκ τήξεως ἄλες καὶ πρὸς ἄλλα δὲ ὅσα λεχῆσιν. λέπρησιν. ἀμφοῖσι. σκωτεῖνά τα χιονῶν ἐν ἠλίῃ θερμαί. μάλιστα ὑπὸ ὀνυξὶ λεπροῖσι. κεφαλέ γὰρ μετὰ χρόνον. μυρμηκίας ἀπαμυῖ. καὶ τοὺς ἐν ὠὰν ἰᾶται ῥυπος. μαλάσσει δὲ καὶ χρῶτα. πολλαχῇ ὑπὸ ἀνῇ, εἰ μὴ ὀδμὴ ἔβλαπτε καὶ μάλιστα γυναῖκας. ἐδωάλε δὲ, αὖ καὶ πολαγεῖν, εἰ μὴ ὀχρὸς ὑπὸ βρώσκεται. ταῦτα καὶ βύξοιος ποιέει. Οἶνος ὑγλυκὺς ὅσα χρόνια βώματα σκληρέως χρωμένῳ αὐταρκὲς, ἀταρ καὶ ἐς φαρμακοποιίν. αὐστηρὸς δὲ ὁ λευκὸς καὶ μέλας οἶνος, ψυχρὸς ὑπὸ τὰ ἕλκεα ἐνδέχεται, ψυχρὸς ἀμφὶ πὼ θέρμεω. [33] εἰρία δὲ ὅσα μὲν ψύξιος ἕνεκα, ἢ καθαχῆται, ἢ ἐνίεται, ἢ ἐμβάπτῃ) ὡς ὕδωρ ψυχρότατον. [34] ὅσα δὲ ψύξιος, ἢ μέλας οἶνος καὶ εἰρία καθαρῶμαι. οἷς καὶ φύλλα τευτλίων, ἢ ὀδόνια βάπτεται ὑπὸ τὰ πλέκτα. Ὅσα δὲ ἔνι σύμφυτος. οἷς κισσοῦ φύλλα, ὁ λευκός. καὶ ὅσα τρυφώτερα, ἢ ψαυστοώτερα οἷς κισσός τε καὶ βάτος ῥοὺς σπυτοδεψικὴ. ἐλελίσφακος. [35] καὶ ὅσα μαλθακὰ ἐστι, οἷς ἀκῆπον ἔφθον, ὃ ψυχρὸν ὠφελέει. τὰ ἐρυθρὰ οἷα ἀκῆπ καὶ ἀκῆπ ὀκθὺς ὑπὸ πλάτη. οἷα οἱ [16] τοὺς πολιοὺς ὀλκηρεῖς ἀνίσχουσιν. διαρκέσει δὲ, καὶ ἀπαλεξήσεται [17] ὑπὸ ἐρρυθρα. μέλασι δὲ καὶ οἷαι τρυγόλαι ἐοῦσαι, [38] θολικὰς λέγουσι, καὶ ἐν αὐτῇσι τῇσι θερμολουτέσιν ἀνίσταται) θυόμενα. καὶ γυναῖξιν [19] ἐκ γυναικείων ἀναδρομὴ, ὑπὸ χρῶτα καὶ ὑπὸ ἐρεθισμὸν δέρματος, ἢ ἱματίων βηχείων ἀπὸ φορήσει. καὶ ἐξ ἱδρώτων ἀξόδου. ἢ ἐκ ψύχεος. ἐξαίφνης πρὸς πῦρ ἐλθόντα ἢ λυπρὰ θερμά, ταῦτα ἢν ὕστερον ποιήσῃ. Επὶ ὑδαμῶς ἐκθύῃ. ἐπεὶ ὅσα γε ἐκ ψύχεος γένεται, [40] ἢ ὁκόσα βηχμώεται, κεφχρώδεα. εἶτ' ἐφελκοῦται, ὃ μὲν ψυχρὸν, βλάπτει. ὃ δὲ θερμὸν, ὠφελέει. [41] Α δὲ, ἄμφω ὠφελέει. πὰ ἐν ἀξιόθεισιν οἰδήματα. καὶ αὖθ ἕλκεος ποδαγικὰ, [42] καὶ στόματα πλέκτα, τοῦτο ψυχρὸν πολὺν καθαρόμενος ἱδρῶσιν, ἰσχαίνει. καὶ ὀδυνῶν ἀρχεῖ. ἀρίκη δὲ μετεῖν, ὀδυνῶν λυθικὸν. καὶ ὃ θερμὸν ἰσχαίνει καὶ μαλθάσσει. [43] πόσι δὲ ποδαγικοῖσι. παρέστεσι. τετανοῖσι. σπασμοῖ-

σι. τὰ τοιαῦτα. σκωτώσεις. δόμοι, παραπληγία, τὰ τοιαῦτα χαλῶσι. ἢ χαλώσιες. ἀρχεῖ δὲ αὐαιδίαι τὰ τοιαῦτα. καὶ πόθεν ἀπολήμψιες. φυλάσσεται δὲ ἐν τῇ ψυχρᾷ χρήσῃ, ψυχροῖσι χρόμβυος μᾶλλον, ἢ παραλία. τὰ δὲ ἐς τὰ ἀρθρα. ἐσκληρυσμένα. ἢ ἐπὸ φλεγμονῆς. ὁκότε ἀμφιβίβυς ἢ ἀγκύλης, πρῶτον ἰάσασθαι ἐς ἀσκίον [44] θερμὰ ἐγχέοντα, τὴν χεῖρα ἐναποδῆσαι, καὶ ὄμματα, δακρύου παρηγορικόν. καθαλείφοντα. πρὸς τὰ δριμέα. λίπος πρεσβύτερον. ὃς τε μὴ ἄπειρος ὁ ἁλμώδες. [45] καὶ τοῖσι βαθρίοισι ἀμφήψις. καὶ πλήρωσις ἐς φύσιν ἀγουσα. ὀφθαλμοῖσι θερμόν. ὀδυνῶσιν. ἐμπυήσεσιν. δακρύων δακνωδέων ξηραίνοντα ἅπασι. ὃ ψυχρὸς, δώωδωίοισιν. ἔξερυθρος, θεῖοι. τοῖσι δὲ εἰθισμένοισι συφοφὰς κατὰ φλέβας ποιέει, [46] οἷα ἀχυρώδεα, κατὰ θώρηκα καὶ ἄλλα σκληρά. ἀρχὴ ὃ καὶ ὑστέρησιν ἐν πόνῳ ἐνδέχεται. αἷμα ἐν ψυχῇ ὀυρέοισιν. [47] ἕλκεσι δὲ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες. δέρμα πρὸς σκληρώ. ὀδωώδεα. ἀνεκπύητα ποιέει. πολιαίνει. μελαίνει. ῥίγεα πυρετώδεα, σπασμοί. ἰατάνος. ἔστι δὲ ὅκου ὑπὸ τετανῶ αὖθ ἕλκεος νέου ἐξίσκω θέρεος μέσου ψυχρὸν πολλοῦ καθάχοις, θέρμης ἐπιφάσλησιν ποιέει. θέρμη δὲ [48] ταῦτα ῥέεται. τὰ δὲ ἐν κεφαλῇ καρηβαείας. ὃ θερμὸν ἐκπυητικὸν, ὑπὸ πωτὶ ἕλκεα. μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφάλειαν. θέρμα μαλθάσσει, ἰσχαίνει. ὠώδωιον. ῥιγέων. σπασμῶν. τεταμένων πρηγορικόν. ὃ δὲ ἐν κεφαλῇ καρηβαείας λύει. πλέκτον ὃ ἐξαφέρει ὀφέων καθήμασι. μαλθῶν ὃ τοῖσιν ἐφλεγμένοισι. τῶν ὃ μαλθάσσει τὰ ἐν κεφαλῇ φώμασιν [49] ἐκτοτοίοισι καὶ ἀκτοτοίοισι. καὶ ὅσα ὑπὸ ψυχρὸς ἢ θήσεις τὰ ἕλκεται. ἔτι ἕλκώμασι δὲ ἐκτοτοίοισιν τε καὶ ἀκτοτοίοισιν. [50] οἷσιν ἀποσύρματα ἕρπησιν ἐαθιομένοισιν. μελαινομένοισιν [51] ἢ ἐν νόσοισιν. ἢ ἐν ἀκῇ ἢ ἐν ἕδρῃ. ἢ ὑστέρῃ, τοῖσι πᾶσι ὃ θερμὸν φίλιον καὶ χρίειν. ὃ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κλῆον. πλὴν ὁκόσα αἱμορραγέοντα ἐλπὶς, οὕτω καταχύσησιν ὑγρῶν. ὑπὸ χείσησιν ἀγείπων. ὑπὸ θέσησι φύλλων. ἢ ὀδονίων [52] καταπλάσας. ὁκόσα ἢ ψύξις ἢ θέρμη ὠφελέει, ἢ βλάπτει.

sio hæc conferunt. Distentiones, tremores, leues sýderationes, eiusmodique affectiones remittunt, aut claudicationes, torpores, vocis defectiones, atque alia eiusmodi, & inferiores suppressiones. In frigido tamen vsu potiùs quàm calidæ, quatenus ea vtaris attendendum. At articulis induratis aut ob inflammationem quandoque obortam, aut ob contractionem, ante omnia mederi cõuenit, calida in vtriculũ infusa, & manu ad alligatum immissa. Oculorum lachrymas lenit, si quis acrimoniam lenialiquo vnguento illinat, ne eas salsus humor attingat. Fossulis quoq; (quæ sunt corneæ profunda vlcera) ablutio confert, & repletio ad naturalem habitum adducens. Calida oculis prodest, doloribus, suppurationibus ex lachrymis mordacibus, & quibusuis aliis ex siccitate ortis. Frigida dolore carentibus, valde rubicundis, humorum collectiones in venis facere solitis, qualia sunt acerosa circa thoracem & festuscis similia, aliáque dura. Recto verò intestino & vteris non admodum confert, neque sanguinem in frigore cum vrina reddentibus. Vlceribus frigida quidem mordax est, cutem obdurat, tumorum dolentium suppurationem impedit, liuorem & nigredinem inducit, rigores febriles, conuulsiones item ac distentiones. Interdum quoque in distentione absque vlcere, ætate iuuenili, corporis habitu carnoso, æstate media, frigidæ larga profusio, calorem reuocat. Calore autem hæc soluitur. Calida, etsi non in omni vlcere suppurationem promouet, maximo tamen est securitatis indicio, cutem emollit, attenuat, dolorem tollit, rigores, conuulsiones, distẽtiones mitigat, ipsa quoque capitis grauitatem soluit. Plurimùm autem ossium fracturis confert, præcipuè verò denudatis, ex hisq; maximè capitis vulneribus, & iis quæ à frigore aut moriuntur, aut vlcerantur. Vlcerationibus itidem tum voluntariis, tum inuoluntariis, & quibus cutis abrasa est, herpetibus exedentibus, denigratis, siue in gingiuis, siue in aure, siue in ano, siue in vtero. His omnibus calida grata est, & ad iudicationem confert, frigida verò aduersa est, & interimit, præterquam in quibus sanguinis profluuium metuimus. Atque ad hunc modum adhibendæ sunt liquidorum perfusiones, vnguentorum illitus, foliorum aut linteorum impositiones, & quæcunque in cataplasmate adhibita refrigeratione & caliditate prodesse aut nocere posse videntur.

IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE SALVBRI VICTVS RATIONE.

1 ΟΥΣ ἰδιώτας] Hic libellus in omnibus exemplaribus quæ adhuc videre licuit, adiicitur ad ea quæ adſcribuntur ad Librum de natura hominis, idq; etiam vel Galeno teſte, vt mirum ſubeat quomodo Caluus quibusdam codicibus fretus, iſta quæ hîc ſcribuntur ad extremum lib. 1. περὶ διαίτης apposuerit, niſi quòd cõſtat ex Gal. lib. 6. de Plac. Hipp. & Plat. hunc librum de natura humana, ad libros περὶ διαίτης additũ fuiſſe. Inſcribitur autem vulgò περὶ ὑγιεινῆς διαίτης, etſi Galenus Com. 1. ad lib. de natura humana ὑγιεινὸν διαίταν πρὸς τοὺς ἰδιώτας γεγραμμένον vocat.

2 οἶνον ὡς ἀκριτέραν] οἶνον ἀκριτέρου legunt exemplaria quædam manu ſcripta, vt paulò poſt ὑδαρέστερον. ὡς ἀκριτέραν tamen magis probo cum Galeno, quòd ὑδαρέσταλον æſtati attribuatur.

3 πόπα χρὴ πόμα πλέον πίνειν οἶνον ὑδαρέστερον] Sic legunt plæraque exemplaria quæ ſecuti ſumus, reliqua, πόπα πόμα χρὴ πλέον πιέεσθαι ⊖ ὑδαρέστερον. Quam lectionem ſecuti ſunt Interpretes. Et Galenus πόμα πλέον agnoſcit.

4 καὶ λαχανοῖσι ἤδη χρέεσθαι ⊖ ἦρος] καὶ λαχάνοισι δεῦχρῶ ἔσθαι habent exemplaria manu ſcripta. ἦος etiam pro ἕως legunt plæraque exemplaria, tum publicata, tum ſcripta, quæ ſecuti ſumus cum interpretibus. Quædam etiam ἐς τὼ ὥρας pro θερέλω legunt. Hunc autem locum longè aliter Caluus legit, & multa prætermittit.

5 εἰς τὸ θέρος καθεστῶτα] καθεστῶτα legunt Galeni exemplaria, vt etiam paulò poſt.

6 καὶ ὅπω τὰ ὀνειείαα πιέοντα] τὰ ὀνειεῖα πιέοντα legunt manu ſcripti codices quidam & Galeni exemplaria, quam lectionem ſequuntur interpretes quidam & Caluus, hac notione, vt anni temporibus inſtituta adhibeatur victus ratio, & velut anniverſaria fiat, ad eamq; præſcriptam iuxta anni tempora viuendi rationem, annus compleatur. Verùm Caluus mihi hîc legiſſe videtur, καθεστῶτα ἐκ ⊖ θέρεος εἰς τὸ φθινόπωρον.

7 καὶ μεθιεκοῖσι] πλέω μεθιεκοῖσι legunt alia exemplaria.

8 τὰς ⊖ ῥοφοὺς] τεέφυνς hoc loco mihi videtur legiſſe Erotianus, quos πυκνὸς exponit, vt ſcripſimus in noſtra O Economia.

9 ἢ ⊖ θέρεος ἡσυχῇ] ἡσυχῇ ἔχειν habent alia exemplaria.

10 χρὴ ⊖ τὰς ῥοφοὺς] Sic legunt omnia ferè exemplaria, quædam tamen ἰσχὺς habent, quæ ſecuti ſunt omnes interpretes. ῥοφοὺς Galenus ξηρὸς exponit, quos Erotianus πυκνὸς vocate ex hoc loco etiam poteſt. ῥοφοὺς autem & προσεσταλμένους (quos ἰσχὺς exponit Galenus) τοῖς ἀορκόδεσι paulò ante appoſuit.

11 ἐπ ἀθαμίνοντας ἐκ ⊖ κόπου] ἔπ ἀθαμίνοντας ſimpliciter legunt exemplaria quædam.

12 ἢ ἡδύσμασι] ἡδύσμασι τοῖς χλωροῖς ⊖ ξηροῖς ἀρτύμασιν mihi videtur exponere ex hoc loco Erotianus, ideóq; noſtra interpretatione expreſſimus, quod etiam Cornatio ſuboluit, qui hortenſibus condimentis præparata, dixit. Poſſunt etiam aromatibus condita intelligi, aut aliis dulcibus aut ſuauibus condimentis apparata.

13 ὅπω γὰρ αὖ ἀπὸ ἐλαχίστων ἐμπίπλαντο] Sic ferè legunt omnia exemplaria, quędam etiam, ὅπω γὰρ αὖ ἀπὸ γε ἐλαχίστων πιμμάτων ἐμπίμπλαν), habent, quæ mihi videntur ἡδύσματα, & ea quæ ex ſeſamis apparantur, intelligere, quæ parciſſima copia implent, faciléque ſubeunt. Galenus tamen legit, ὅπω γὰρ ἀπὸ ἐλαχίστων ἐπεμπίμπλαντο.

14 πῖσι ⊖ ἐμέπισι] Hîc exemplaria quædam manuſcripta, περὶ ἐμέτων, indicaturam adſcribunt.

15 τὰ ⊖ λεπτὰ ⊖ ὀμφακέα] Sic codicum maxima pars ſcribit. Sed Regij manu ſcripti quidam pro ὀμφακέα habent, vt & Vaticani, quos ſecutus eſt Caluus. At ὀμφαλὼ legiſſe Galenum conſtat.

16 λεπόμενος θερμῷ πεφτέπω] Sic legunt meliora exemplaria in ſingulari, quædam etiam in plurali πεφτέπωσιν, πτνέπωσιν & ὀπηφέπωσιν, quæ etiam ſecutus videtur Caluus, ſed tunc λεπόμενα legendum. Deinde δέκα τάδε legunt exemplaria ferè omnia, quę Caluus quoque ſecutus eſt. Nos Galenum ſecuti πάντα ἐκ cum Cornario ſcribimus, quædam etiam exemplaria δεκατέσσαρα adſcribunt, vitioſè vt opinor.

17 ὁκόσοισι ⊖ ὀπτήδειον] Plurimùm hîc variant codices tum publicati, tum manuſcripti. Quidam ὁκόσοισι ⊖ αἰεὶ ἐπτήδειον ἀπεμέειν τὰ σῖτα legunt, quibus etiam Vaticani & Aldini conſentiunt, vt patet ex Caluo. Quidam etiam ὁκόσοι κὲ αἰεὶ ἐπτήδειοι habent. Quibus omnibus procurandi vomitus conſilium eſt. At certè Galenus ὁκόσοι δὲ ὀπτήδειον legiſſe videtur, quemadmodum habent Germanici codices, vt συμβεβεληκῶς iſtud legatur, & eos quibus vomitus conducat ad corporis repurgationẽ intelligas. At in eo qđ ſequitur difficilior eſt explicatio, vbi omnia ferè exemplaria ὁκόσοισι ⊖ αἰεὶ μέοισι legunt, vt de his qui facilè vomunt intelligantur, & ſuperioribus qui minimè ad vomitum idonei aut accommodati videntur, opponantur. Exemplaria verò Germanica negationem addunt, & ὁκόσοισι μὴ αἰεὶ μέοισι legunt, vt eos quibus non expedit vomitus intelligas, & quibus ex Galeni conſilio ciborum retentio & concoctio procuranda eſt, non ſatis explicata phraſi. Quod cùm videret Cornarius, mihi cõſultò videtur (etſi Germanicis codicibus perpetuò vſus eſt) ex reliquis exemplaribus negationem prætermiſiſſe. At certè præſtiterat ſuperioribus iſta opponere, & de iis qui facilè vomunt intelligere, & non promptè vomentibus aduerſantur, vt nos ex codicum pluralitate fecimus. Vbi quędam etiam exemplaria κοιλίας ἔχοισιν υγιέας pro ὑγιεᾶς legunt.

18 πρὸς τὰς κυνόδφιας] In aliis κυνοδφίας ſcribitur, ſed manu ſcripti codices quidam σκιαγραφίας legunt, vt & Vaticani, quos ſecutus eſt Caluus. Id autem vmbratilem mulierum vitam indicat, easq; in vmbraculis vitam degentes.

19 δῆλον δὲ δὴ ὅπ ἡ κοιλίη] Hic codicum pluralitatem ſecutus ſum. Galenus tamen legiſſe videtur, δῆλον δὲ ὅπ ἡ κοιλίη ξωθθήτῶν ὁ δεῖ) τὸ πλῆθος τῶ ἐσιόντων σιτίων. Quæ lectio plurimùm mihi arridet, eámque ſecuti ſumus in noſtra O Economia, vt ξωθθήτῶν dicatur de ventriculo cibos moderato ſuo calore confouente & conficiente. Vt vitioſa videantur exemplaria Aldina quæ ξωθαλπεῖ habent. ξωθάλπειν habent reliqua exemplaria, ſed ξωθαλπῶν pro ξωθαλπέειν legiſſe Galenum apparet.

20 ὦν οἶνα ὠπτεμμένος] Sic legunt meliora exemplaria, quædam etiam ὠπτεμμένος. Vtranque lectionem complexus probè videor per panem in vino intritum, cruſta panis in vino intinctam ſignificans, aut panem in vino fractum. θρίμμα enim peculiari ſignificatione κλάσμα ἄρτυ, aut ἄρτυ μέρος Heſychio & Sudæ exponitur.

21 καὶ τὼ κρεηφαγίω δ' χρεται] Exemplaria quædam Regia manu ſcripta τὼ ἀδδηφαγίω ⊖ αὐαγκοφαγίω legunt, quod & Vaticanis contigiſſe ex Caluo patet, qui (cibum neceſſarium magis ſuſcipiunt) dixit. Iſtud verò ad id ſpectat quod ſuprà dictum eſt, ὁκόταν αὐαγκαζῇ) ὁ αὖ ὄρνιθας κρεηφαγέειν. Cæterùm quædam exemplaria hîc ὑπομένει non legunt, ſed ⊖ ἢ κρεηφαγίω δ' χρ), ⊖ τὰ παλαιπωλίας μᾶλλον, quæ mihi ſecutus videtur Galenus, & αὐ χρ) pro δ' χρ) legiſſe.

22 καὶ τὸν οἶνον ἀκρητέστερον πινόντων] Sic legunt omnia ferè exemplaria, πίνειν tamen habent manu ſcripta quædam Regia.

23 ὁκόσσοισι ⊖ νοῦσοι κατὰ κεφαλῆς] Iſta repetuntur lib. 2. de Morbis, in morbis capitis, vbi βλαψυνα quod hîc βλέννα ſcribitur, vt notauimus in noſtra O Economia.

24 βλέπεται οἱ ἡ αὐγὴ] κλέπεται οἱ ἡ αὐγὴ legunt meliores codices, vt & libr. 2. de Morb. quam phraſim ſubnotauimus & aperuimus in noſtra O Economia, vt manifeſto vitio βλέπεται legatur in quibusdam manuſcriptis codicibus, quos Germanica exemplaria ſequuntur. Et Caluus vtranque lectionem adhibuiſſe mihi videtur.

25 αὔδφα δὲ χρὴ ὅς δοῖ σωτὴς] Hæc γνώμη repetitur initio libri περὶ παθῶν. Simile eſt autem Euripideum illud, μισῶ σοφιστὴ, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός; cuius meminit M. Tullius lib. 3. epiſt. & ſic vertit, Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequaquam ſapit. Quædam autem exemplaria leg. ὅς δοῖ, διωατὸς συλλογιζόμενος. Hoc verò præceptum prudenter priuatum quẽq; admonet (cùm nihil æquè æſtimandum ſit ac ſanitas) vt ſibi diligenter in morbis cauear, vt ſuæ prudentiæ fructum ipſe ſentiat, aut ſibi prodeſſe queat.

IN

IN LIBRVM PRIMVM HIPPOCRATIS

περὶ διαίτης.

E[ἰ μὲν μοι] Hi libri paſſim in omnibus exemplaribus hac inſcriptione περὶ διαίτης inſigniuntur, quos tamen Gal. Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. acut. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς vocat, & ad Hippocr. refert, etſi quoſdam Euryphonti, alios Phaonti, aut Philiſtioni, aut Ariſtoni, aut alteri cuidã ex veteribus attribuere ſcribit. Idem quoque Com. ad aph. 1. lib. 6. hos libros ὑγιεινὸν διαιτητικὸν vocat. At lib. 1. de aliment. fac. ex profeſſo hac de re ſcribens, περὶ διαίτης vocat, & quoſdam Hippocrati adſcribere innuit, quoſdam etiam Philiſtioni, Ariſtoni, Eurypho nti, aut Philetę. Idem quoque hos libros in tres diſtingui à quibuſdam innuit, tuncque περὶ διαίτης inſcribi; & ſecundum Hippocr. authoritate dignum ſibi videri, primum verò hoc cenſu omninò abdicat. Quòd ſi in vnum corpus conferantur ac per ſe conſiderentur, περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ διαίτης inſcribi. Libro quoq; ad Thraſybulum, num ſanitatis tuendæ ars ad Medicum, &c. videtur horum librorum authorem Hippocratẽ agnoſcere, eóſque ad ſanitatis tuendę artem ſpectare, & ad Gymnaſticen referri vult, & cũ libello de aëre loc. & aq. coniungit, in quo maxima pars cauſarum ſalubrium tractatur, vt aëris, aquarum, locorum, ventorum, anni temporũ natura, in his verò libris reliqua ſanitatis tuendæ materia abſoluitur, in quibus de cibis, potibus, vitæ inſtitutis & exercitationibus perfectiſſimè agitur. Qua ratione mihi videntur qui Hippocratis libros in ordinem compoſuerunt, hos libros ſtatim poſt librum de aëre locis & aquis collocaſſe. His autem libris omnis victus ratio ad generalem quandam methodum reuocari videtur, vt ſcribit Gal. libr. 1. de alimentis, quam à veteribus nõ rectè deſcriptam fuiſſe ſtatim initio reprehendit.

2 πάσισι χρέεσθαι] καὶ τάσισι χρέεσθαι legunt exemplaria quædam.

3 τὸν ὕστερον περὶ τάπων διαλεγόμενον] τῷ ὕστερον περὶ τάπων διαλεγομένων legunt exemplaria quædam Regia manu ſcripta.

4 ἀπὸ πυῶν μερῶν κεκράσθαι] κέκρηται legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

5 τὸ ὀπτεκρατέον] καὶ τὸ ὀπτεκρατέον lego cum Interpretibus omnibus.

6 ξυμφέρονται ⊖ ἀλλήλοισι πρὸς ὑγείαν] Exemplaria Regia manu ſcripta legunt, ξυμφέρονται δέ πως ἀλλήλα πρὸς ὑγείαν, quædam etiã πρὸς ἀλλήλα, vt & Aſulanus codex.

7 τὰς συμμετρίας τὰς ἡμετέρας, τῷ πόνων τὰ βίων] Sic legunt exemplaria Germanica, vt non ſolùm iſta cognoſcere oporteat, verùmetiam iuſtam laborum menſuram & vim, quam pro ciborum copia, hominis natura, corporis ætate adhibemus. Interpretes tamen omnes illud [τὰ βίων] omiſerunt, quòd redundare videatur, neque legatur in codicibus Vaticanis, neque Aldinis, & pro τὰς ἡμετέρας, τὰ μέτρα τῷ πόνων legiſſe videntur.

8 πρὸς τὰς θέσις τῷ χωρίων] ⊖ πρὸς τὰς θέσις lego cum omnibus Interpretibus.

9 ⊖ σίτων καὶ ποτῶν] Quædam exemplaria manu ſcripta pro ποτῶν πόνων legunt, alia pro πνευμάτων.

10 ⊖ πόνων ἀριθμοὶ] ἀριθμῶν vitioſè legunt exemplaria quædã.

11 ἀλλὰ κρὶ μικρὸν συμεγόμενα] Etſi iſta de morbis aut corũ cauſis intelliguntur, ſic legunt tamen omnia exemplaria. Interpretes autem συμεγόμενα legiſſe videntur.

12 ἔπ αὐτῶ ἑωυτῶ] ἔπ αὐτὸ ἑωυτῶ legunt exemplaria quædam.

13 πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ] εἰς πολλὰς ⊖ παντοδαπὰς legunt exemplaria quędam manu ſcripta. Deinde etiam κἀδὲν ὁμοίων lego cum Interpretibus.

14 ἔτειται καὶ ἔπεται] Sic legunt omnia ferè exemplaria, quibus verbis ſucceſſio temporis ad rerum naturalium generationem ſignificatur. Quædam etiam exemplaria manu ſcripta, ἔτειται ἀνόμοια legunt, & γίνεται.

15 ὀφθαλμοῖσι ⊖ δεῖ] δεῖν lego cum Zuinggero; etſi δεῖ habent exemplaria omnia.

16 καὶ τὸν ἀποδιδόντα] ὅθεν δὲ legiſſe videtur Cornarius.

17 μὴ ὄντος ὅθεν τροφὴ γένηται] γένοιτο τὸ καὶ ὅθεν τροφὴ γένηται legunt exemplaria Vaticana & Aldina, quæ ſecutus videtur Caluus.

18 αὖ καὶ κάπω ἀμειβόμενος] ἀμείβοντα legiſſe videtur Cornarius, contra tamen omnium codicum fidem.

19 ἀλλ' ὅμως] ἀλλ' ὅκως legunt exemplaria Vaticana & Aldina; quæ ſecutus eſt Caluus.

20 φθορὴ ⊖ πᾶσιν] Iſtud longè aliter legiſſe videtur Caluus.

21 πλέον πιέεσι] πνέεσι legunt Aldini codices, & vtranque lectionem ſecutus eſt Cornarius.

22 τὸ δὴ αὐτὸ ⊖ φύσις ἀνθρώπων] ⊖ τοῦτο ⊖ legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

23 ὃ ⊖ λαμβάνει τοσόντω μέτον] Sic legunt exemplaria Germanica. Cornarius legiſſe videtur, τῷδε λαμβάνει ὑδὲν μέτον. Aldina exemplaria habent, ὑδὲν λαμβάνει τοσόντω μέτον. Legendum tamen videtur τῷδε λαμβάνει τοσόντω μέτον, velut legit Zuinggerus.

24 ἑκάστω ⊖ σῦχῃ] ψυχὴ legò cum Cornario. Idem etiam, ὁ πρεσβύτερος ὑδὲ ἀφαιρέσιος δεομένη τῷ μερέων legit. δεομένη verò Aldina exemplaria.

25 χώρλω ⊖ ἕκαστα διαῤῥήσοντα] Sic legunt omnia exemplaria. Cornarius tamen & Zuinggerus, ἑκάστω legunt.

26 ὁκόσα ⊖ ἄλλως ἀπ' ἀλλήλων ἐστὶ βίης ἀποκρίνεται legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

27 τὸν ἄνω ἔρπει.] Sic legunt omnia exemplaria & Vaticana etiam, quod dixit Caluus placidè trahit, cui poſtea βιάζεται opponitur. ἕλκει tamen codices Regij, manu ſcripti habent, vt & paulò poſt.

28 ἐς τὸ μήκιστον τῷ ὑδάτων] Eandem naturæ ordinem in attrahendo alimento in vnaquaque corporis parte ſeruari ait, quòad locus non ampliùs ſuſcipiat, nempe pars alimento ſatiata nihil ampliùs attrahere queat, & copia alimenti à partis calore concoqui non poſſit. Id τὸ μήκιστον ὑδάτων dicitur, velut antea τὸ ἔλαττον τῶ ὕδατος καὶ τῶ πυρός. Scio aliam eſſe mentem interpretibus; omnibus, ſed hic mihi ſenſus facilis videtur. Cornarius & Caluus alimentum & aquæ & ignis accipiunt, & πυρὸς addidiſſe videntur, hoc ſenſu, donec pars nihil ampliùs alimenti ſuſcipiat, & alimentum aquæ & ignis deficiat, neq; ampliùs ſuppetat.

29 τὸν ἑωυτὸν τρόπον] τὸν αὐτὸν τρόπον legunt exemplaria quędam; alia τῷ ἑωυτῶν. Vim autem & naturæ neceſſitatẽ intellige, qua alterum attrahitur, alterum pellitur ad nutritionem & accretionem, aut fatalem cuique pro ſuo modulo innatam moriendi neceſſitatem, quam πεπρωμένην μοῖραν hîc vocat.

30 ξυλλήβδην διδξιὼν] Iſtud ad hominem eiusq; ortum & generationem ac nutritionẽ referri, videtur, vt ex iiſdem ex quibus antea conſtitit augeatur & nutriatur; vbi corpus rectam partium conuenientiam & compagem nactum fuerit. Quę ſit autem iſta partium corporis conuenientia aut harmonia, & quinam concentus aut conſonantiæ intelligantur, mihi rectè explicaſſe videtur Zuinggerus.

31 ἐν τῷ μὴ πυκνῷ] Locus eſt valde obſcurus, quem tamẽ valde appoſitè mihi videtur explicare Zuinggerus de tribus corporis ſymphoniis & concoctionibus. Cornarius ἡ πρώτη συμφωνία διαφθείρεται legiſſe videtur.

32 ἐν τῷ δευτέρῃ γνώσεις ἦ] Sic legunt omnia quæ videre licuit exemplaria. Zuinggerus legit, ἐν τῷ δὲ δευτέρῃ γνήσιος, ἢ τὸ δεῦρ πεπτός. Caluus iſtud omninò ſubticuit, Cornarius τῷ δεῦρ πεπτὸς legiſſe videtur.

33 ἕως δὲ ἔπ ἀφαιρὸν ἐστιν] ἔπ ἀφαιρὸν ἐστιν legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

34 ⊖ ὀξὺ ἔπεται ὀπτῶδες] Hic locus valde eſt obſcurus, ac vereor vt parum integer. Hic mihi facilis eſſe ſenſus videtur, vt ignis inde excidens, velut alimento deſtitutus, ſibi exitum paret ad alimentum conuehendum ac importandum & concoquendum. Hæc verò verba [πλέστον γὰρ τὸ ὑγρὸν ἀπαῦδα ἀνθῶ] etſi in omnibus codicibus repetuntur, eóque ſenſu quem appoſuimus rectè conſtare poſſunt, mihi tamen non parum ſuſpecta ſunt; quòd eorum hîc non meminerit Caluus, ac videantur in ſuis codicibus deſiderari.

35 καπνωλίσκουσα ⊖ αὖξου] καπνωλίσκου ⊖ καὶ αὖξου lego cum Cornario & Zuinggero, quanquam mihi videntur legere, ὡς μὲ καπνωλίσκον, ὡς ⊖ αὖξον. Iſtud autem de igne mihi intelligi videtur, qui in hominis conformatione, aquæ & ignis portionem à cõpacto ſecreuerit, & partes ipſas corporis in apertum produxerit & efformarit ſuas cuique pro modulo fatali ſorti deſtinatas. Atque hoc modo vulgata lectio mihi conſtare videtur, quę περὶ ἀφανέος ⊖ φανερῶ habet. Quam lectionem ſecuti ſunt omnes Interpretes præter Zuinggerum, qui τὸ ἀφανὲς legit & τὸ πῦρ ἀφανὲς καὶ φανερὸν conſtituit, quod de partium conformatio-

ne quæ in lucem prodeũt, & à natura in opertum producuntur, intelligi videtur.

36 διάκλεξις] διάπαξις habent exemplaria quædam manu scripta.

37 γνώμων ἔχοντα] Cornarius legisse videtur, νόμιμον ἔχοντα, καὶ ὁμιμα.

38 ὁμολογούμενος] τῷ ὁμολογουμένῳ legere videtur Cornarius.

39 οὐχ ὁμολογέεται ὁμολογούμενα] De his quæ arte aut natura fiũt, non idem est hominum iudicium, sed suum cuique & varium pro cuiusque opinione. Cornarius autem διαφωνοῦμεν pro διαφωνούμενα legisse videtur. φύσις etiam cum omnibus Interpretibus lego, cùm φύσιος habeant exemplaria omnia.

40 φύσιν δὲ πάντες θεοὶ] φύσιν πάντες legisse videtur Caluus.

41 οὐχ ὅμοιον] Hæc adeo sunt obscura vt variè accipiantur & distinguantur ab Interpretibus. Nos Zuinggerum hac in parte secuti sumus, qui hæc velut mysteria ex adytis in apertum satis fœliciter mihi proferre videtur.

42 ὑδάτων ὑπαγωγῆ] Hîc ὑδάτων nomine alimentum intelligi satis patet, ex Hippocratis hypothesi. ὑπαγωγὴ autem legunt exemplaria quædam manu scripta, quę secutus videtur Cornarius & Zuinggerus.

43 λυμαινόμενοι, ἰῶρόπεα πιέεσι] πλυνόμενοι legunt quidam, verum λυμαινόμενοι habent omnia exemplaria.

44 ἀφαιρέοντα] ἀφαιρέεται & πιεῖν videtur legisse Cornarius.

45 πιέζοντων] Sic legunt omnia exemplaria. Cornarius autẽ πιέζων τὸν ἄνω κάτω ὤρπει legisse videtur, & μέσον πιέοντες. Nos nihil immutauimus, & illud οἷοι ἐόντες sic accipimus, vt qui premunt & vrgent partim sursum impellant, partim deorsum trahant, & quantum in se est minuentes & magnitudini detrahentes, numerum augeant.

46 διαπαν αὐτοῦ πάνυ μιμέεται] μιμέοντας legisse videntur Interpretes.

47 λῶ τῷ πάντα ὁμοια ποιήσει] ποιήσωσι legunt omnes Interpretes, & ξωπαίζειαν.

48 τὰ ὑγρὰ ξηραίνοντες] Quidam codices manu scripti hîc addunt, τὰ ξηρὰ ὑγραίνοντες, vt paulò post.

49 ἤδη τὰ φερομένων παντοδαπὰ] ἤδη τὰ φερομένων legunt exemplaria Aldina, quæ mihi secutus videtur Cornarius, etsi τὰ φερομένω potiùs legisse videtur.

50 ἀγωνίη παιδοπείδεα] Istud simul iungunt Interpretes, eosq; secutus sum. Sed Caluus τὰ ἀγωνίη legisse videtur, & superioribus iunxisse.

51 ἑνὶ τῷ ἀνθρώπῳ] Sic quidem legunt omnia exemplaria & Caluus, quæ sanè lectio etiam ferri potest. Sed Cornarius ἕνι legit quem secuti sumus.

52 ἐκπερόμενα] Sic quidem legunt quotquot mihi adhuc videre licuit exemplaria. Quam lectionem mihi etiam secutus videtur Caluus, cùm [deuolantia] dixit. Cornarius ἐκπερόμενα sumpsisse videtur, de iis quæ velut expassis alis in altum subuehuntur & euolant, ac disparent, aut certè ἐκπεπαμένα legisse. Nos eadem certè notione, aptatis aut velut additis alis euolantes & in altum sublatas partes diximus, quæ iuuenilis corporis vigore & alacritate in corporis alimentũ absumuntur, istumq; locum abundè expressimus & aperuimus in nostra OEconomia. Quidam etiam πεπόμενα ex veteribus membranis legi posse annotant.

53 ὅ, τι μὲν αὖ ἀῆσστε ἐσέλθῃ] ἀῆος ἐσέλθῃ legunt exemplaria Vaticana & Aldina, quam lectionem secutus est Caluus.

54 ἔχουτα πλὴν σύγκεισιν] Hîc σύγκεισις membrorum conformationem, compagem, coagmentationem ac velut concretionẽ significare mihi videtur, non secus ac συγκρίνεσθαι de maris conformatione ac concretione dicitur aph. 39. sect. 2. lib. 6. Epid. vbi σωκρίσιν ἐπαγῆ exponit Galenus. σύγκρισιν tamen Cornarius & Zuinggerus legisse mihi videntur.

55 καὶ ξωιέσαντα] Sic legunt quotquot adhuc vidimus exemplaria, quæ propter pluralitatem secuti sumus, hac notione, vt neutrum satis habeat motionis ad absumendam affluentẽ humoris copiam, quæ in molem coit aut concrescit ob ignis imbecillitatem. Caluus verò τὰ ξωιέσαντας legisse videtur, hoc sensu, vt neutrum possit affluentem humoris copiam absumere, aut efficere vt coeat aut coalescat, ob ignis impotentiam. Cornarius autem ξωιέσαντα legit.

56 θερμαινέεται] θερμαινέεται τὸ πῦρ, legisse videtur Cornarius.

57 ἀλλὰ πόνον ὁλόκληρον θέρεσθαι] Sic legunt Germanica exemplaria, quæ secuti sumus. Reliqua legunt, ἄλοπ ὁλόκληρον quæ secuti sunt Cornarius & Caluus. Exemplaria verò Regia manu scripta legunt, ἄλοτ' ὁλόκληρον θέρεσθαι, καὶ σωιεύειαν πρὸς τὸ ὑπάρχον. Quæ lectio non omninò aspernãda videtur, hac notione, vt id quod accedit, siue ignem accipias (vt Cornarius) siue alimentum intelligas, excipiat, & ad id quod intus est congreget aut cogat, & simul vt calescat efficiat. Cornarius tamen & Caluus illud [ὑπάρχον] legisse mihi non videntur.

58 καπαρθέννυται τὸ ὑπὸ τῶν ἐμπίπτοντος κλύδωνος] Exemplaria manu scripta Regia legunt, καπαρθέννυται τε καὶ διαλύεται, &c. quam lectionem secutus videtur Caluus.

59 σῶμα τῷ ἥδεκοπ] Istud omisisse videtur Caluus. Cornarius verò, τῷ μὲν διακρίνεσθαι, & τῷ δὲ ξυμμίσγεσθαι legisse videtur.

60 διηλυκάνεται καὶ εὐφύεσαι] Sic mihi dici videntur fœtus ad molliciem maximè à natura comparati aut accommodati, hoc est, mulierosissimæ, maximè molles & venustæ fœminæ. εὐφυΐη enim apposita & habilis natura dicitur.

61 ἤμως τῷ κοσμίαι] Hîc κοσμίαι dici videntur, quæ modestiam, venustatem, comitatem, & decorem muliebrem retineant, vt viraginibus opponantur.

62 καὶ ὧν αὐαίρωσιν ὁμοίως] Sic quidem legunt omnia exemplaria, quæ quidem sonant, & similiter se habeãt. Verùm cum Interpretibus omnibus, αὐαίρεσκωσιν, aut χανώσιν lego.

63 γίνουται δίδυμα] Sic quidem legunt omnia quæ videre licuit exemplaria. Interpretes tamen omnes ὑ γίνουται legũt, quos secuti sumus.

64 ὅτι ἢν μικρέων ὦ τῆσι μεταπείσεσιν] Sic quidem legunt omnia exemplaria, sed ἡλικιέων lubens lego cum Zuinggero, aut χωρέων cum Cornario. Aliôqui valde obscurus est locus ac non parum suspectus.

65 διώκουται δὲ ῥηϊδίον τε πλέιστω] Zuinggerus κίνησιν non ῥηϊδιον legit, quòd κίνησις igni ab Hippocrate propriè tribuatur.

66 καὶ ὀνῆσι τὰ ὕδατος ἐφοδοῖσι] ἐπωδοῖσι legunt exemplaria Regia manu scripta, ἐπωδοῖσι Aldina.

67 κῆ μικρὸν μεθιστέοντα, τὰ μὲ ἀπὸ τὴ ὥρης] Locus hic procul omni dubio corruptus est, & legendum videtur, κῆ μικρὸν μεθιστέοντα τὰ ἀπὸ τὴ ὥρης, hoc sensu, vt in aquæ incursionibus aut accessionibus, iis vtatur quæ aduersa sunt, paulatim pro anni temporum ratione, & moderatè ad contrarium inclinatione facta, μεθιστέον. τὰ μὲ, τὰ ἀπὸ τὴ ὥρης, legunt alia exemplaria, vitiosè quoq;.

68 τὸ πόνε πιέεσθ] τὸς πόνος πιέεσθ malim, vt postea.

69 ξυμφέρει μάλιστα] μᾶλλον legunt exemplaria Regia manu scripta.

70 ὅπῃ δὲ ἐλάχιστα] ὅ, τι δὲ lego cum Cornario, etsi omnia exemplaria consentiant, quæ secutus est Caluus.

71 ξυμφέρει δὲ τῆσι ποιήσισι, τῆς πρὸς πυρὸς] Exemplaria Regia manu scripta legunt, ξυμφέρει δὲ τῷ ποιήσω, τῆσι ποιήσισι πρὸς πυρὸς διαιτήμασι, &c.

72 καὶ τὸ ὑγρὸν ὀλίγιστα θέσσον] ἐφισᾶται malim quemadmodum mihi legisse videntur Interpretes.

73 οἱ πόνοι διαρρήσσουσι] διαρρήσσουσι vitiosè legunt exemplaria Regia manu scripta, vt & Aldina διαρρήσσουσι.

74 βεβαιότερον αὐάγκη] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria: βεβαιοτέρου tamen lego cum Interpretibus.

75 βεβαιότερα τὰ εὐαιωνιότερα] εὐαιωνιότερα in quibusdam exemplaribus manu scriptis legitur.

76 δὲ ταχυτῆτα] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. ταχύτατα tamen Caluus legisse videtur.

77 λῶ ποιέει ὀνδέιστερον] Sic legunt exemplaria Germanica. Cornarius λῶ ποιέει ὀνδέιστερον ἔμετον, legisse videtur, quẽ secutus sum, hoc sensu, vt si minor aut parcior vomitus contigerit, vt pluries etiam vomitus contingat, non nisi longo post vomitionis tempore, cibus exhibeatur, aut si minùs ex vomitione successerit, quo sensu λῶ ποιέει ὀνδέιστερον sumi potest. Suspecta tamen non parum mihi videtur ista lectio, tum quòd Regia exemplaria manu scripta ἔτερον pro ὀνδέιστερον legunt, tum quod Aldus λῶ ποιέει ἔμετον legat & asteriscum apponat. Scio tamen aliam esse Zuinggero mentem, quam ex suis schematibus perspicere quiuis poterit.

78 ἰσχνάσιος τὸ πνεύμονος] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria, πνεύματος tamen legit Mercurialis cap. 2. lib. 4. Variarum lect. & suis Annotat. Sicciores enim & tenuiores spiritus ad prudentiam requiruntur. αὐτὴ δὲ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη κατ' ἠρέκλιτον,

ἠρέκλιτον, vt scribit Galen. lib. Quòd animi mores &c. ἰσχνάσιος πλείονος legunt quidam non malè.

79 διὸ κρίνεται τὰ θορυβούμενα] Sic legunt quotquot videre licuit exemplaria, camq; lectionem ex pluralitate secuti sumus cum Interpretibus. Sed κρίνεται pro ὀκνεύνεται sumimus. Zuinggerus autem κινεῖται legere mauult. Caluus etiam τεταχύτατα nõ ταχυτῆτα legisse videtur.

80 χρέεσθαι μὲν αὐάγκη] Hîc quoque pluralitatem codicum secutus sum. Cornarius χρέεσθαι μὴ αὐάγκη legisse videtur. Caluus verò, ὅσοι δὲ ὑπὸ βίης χρέεσθαι εἰ μὴ αὐάγκη, ἐλαθόσιτο, vt laboribus, qui per vim suscipiuntur, non nisi necessariò vtatur, iisque paucis. Eamque lectionem etiam secutus videtur Zuinggerus.

81 ἢ πολλοῖσιν] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. Cornarius tamen ὑ πολλοῖσιν legit.

82 διὰ τὸ πολὺ δυνατὸν] Sic etiam legunt quotquot ad huc videre licuit exemplaria. Cornarius tamẽ & Zuinggerus ἀδυνατὸν legunt. Sed nõ video cur eiusmodi animi affectiones victus ratione immutari nequeant. Quibus videtur πλὴν φύσιν ἀφανέα opponere, per quam animi actiones ab animi substantia per se, non ex partium symmetria aut moderatione dependentes, intelligit.

83 λειοτέρας καὶ βεβαιοτέρας τὰς πόρας] Sic quidem legunt omnia exemplaria, sed τεταχυτέρας legendum censeo facili lapsu.

IN LIBRVM SECVNDVM, DE VICTVS RATIONE.

Χρόνιον] Huius libri duplex agnoscit principium Galenus lib. 1. de alimen. facult. istumque librum velut germanum esse Hippocratis fœtum asserit, ex eoque mihi multa mutuatus Celsus videtur. χωρέων autem etsi legunt exemplaria omnia, eamque secutus lectionem videatur Caluus, χωρέων tamen aut χωρῶν mihi legisse videntur Interpretes, quos etiã secutus sum, etsi χωρέων retineri potest. ἐκάστῳ etiam pro ἑκάστου legit Galenus.

2 καὶ τῆς ὑγραυθείσης ⊕ ψυχραυθείσης] καὶ ψυχθείσης legunt exemplaria Regia manu scripta quædam.

3 ὡς πνεῦμα ὁ ἥλιος] ὡς πνεῦ lego cum exemplaribus manu scriptis.

4 ὁκοῖον ἐν ἡμῖν] ὁκοῖόν περ ἡμῖν legunt exemplaria quædam manu scripta Regia, quædam etiam ὁκοῖον παρ' ἡμῖν. Hac verò de re lege Aristot. probl. 48. sect. 26. & Macrobium cap. 5. libro 2. in Somnium Scipionis. Itemque Aristot. cap. 7. lib. 2. Meteorologic.

5 σιτίων δὲ] Hoc alterum huius libri principium agnoscit Galenus lib. 1. de Alim. facult. vbi ἑκάστου legit.

6 ἢ τοῖσι τῶν γλυκέων] ἢ πικρῶν, videtur addidisse Caluus.

7 τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καταλείπεται] Codices Regij manu scripti legunt, τὸ δὲ καταλειπόμενον ὑδρὸν ψυχρὸν ⊕ ξηρόν.

8 ἄλφιτα διαπαρήσεται ὅδε] Sic legit codicum magna pars, eamque lectionem sequuntur Caluus & Zuinggerus. Cornarius verò ὅδε χώματα legit, quemadmodum Aldina exemplaria, quam lectionem etiam sequimur. ἄλφιτα verò hîc hordei tosti aut fricti farinam significant, vt exponuntur ab antiquo Criticо, καὶ ἢ πεφρυγμένη. Polentam Latinè vocant, præcipuè quę humore aliquo subacta est.

9 ὅπ πολλῆς θοφῆς] ὅπ πολλῆ θοφὴ lego cum Interpretibus, aut πολὺ θοφῆς.

10 θερμὸν εὖ] Istud ad mazam εὖ θερμὸν φυρηθεῖσαν & adhuc calentem referendum mihi videtur, non ad ὑγρὸν, quod tamen fecit Cornarius & Zuinggerus. Sic enim calore quem ab igne accepit, humiditatem ventriculi attrahit & exiccat.

11 ἢ τῷ ὕδατος] Sic mihi videor illud ἐπαχρόμενον non potuisse meliùs exprimere, hoc sensu, vt maza ipsa, aqua, qua farina fuit subacta addita aut inducta, refrigeret. Aliôqui si ἐπαχρόμενον ἄλφιτον intelligas, oblatam aut ingestam farinam, vi aquæ refrigerare intelligas.

12 ἢ διαρρέῃ χρόμενον] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. Quę lectio etsi de alui profluuij profusione ferri potest, mihi tamen ἐρόμενον magis arridet, vt alui profluuio, aut alia quapiam caliditate detentum aut vexatum intelligas.

13 λῶ τῷ ξηρὴ] ἢ τῷ ξηρὴ legisse videtur Cornarius meliore sensu. ξηρὴ verò τῇ ῥακῇ ὑγρῇ & ὑπὸ ὕδατος διαφορέω opponitur. ὑγρὴ verò dicitur Philotimo & Athenienſibus vino dulci aut sapa macerata apud Galenum lib. 1. de fac. aliment.

14 ἄπ δὴ ἠσυχῇ πικραίνῃς] ἄπ δὲ legunt exemplaria Regia manu scripta.

15 κυκεὼν τῷ] Cyceon quid sit in OEconomia nostra satis aperuimus, simulq; hunc locum expressimus.

16 ⊕ οἱ ἐπὶ πᾶσι αὖτοι] De his omnibus panis generibus abundè scripsimus in nostra OEconomia.

17 πλὴν ὑ διαχωρέουσιν] πλὴν ὑ μέντοι διαχωρέουσιν legunt exemplaria Regia manu scripta. Istum verò locũ mihi subnotare videtur Galenus lib. 1. de alim. fac. cùm panes ex alica ⊕ φιμιώδεις μὴ εἶναι διαχωρεῖν τῷ ἥπιον scribit. Hunc quoque locum mihi subindicare videtur Galenus Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. cùm χόνδρῳ meminisse vult Hippocratem lib. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς.

18 καὶ πλύμα καθὸ τῷ πυρὶ] Sic quidem legunt omnia exemplaria, vt loturam farinæ aqua maceratæ; & manibus in massam subactæ, ad ignem cocta mihi intelligi videatur, quæ ex flore farinæ fit. Cornarius καθὸ πυρῷ legisse videtur, cùm loturam pollinis tritici dixerit.

19 ⊕ ξύμφορα ἀλλήλοις] Sic legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. Zuinggerus tamen ὑ ξύμφορα legit, quòd non similiter coquantur.

20 καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς γινόμενα ὁμοίως] ὅμοια legunt exemplaria quædam manu scripta, quam lectionem Caluum esse secutum apparet.

21 ὠχροὶ τῷ ⊕ ὀλιγροί] Hunc locum adducit Galenus lib. 1. de fac. alim. sed pro φυσώδεα, hîc legit, ἧπαν τῷ φυσώδες, ⊕ φιμιώδεροι τῷ.

22 κυδίονα] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exẽplaria, sed κυδίονα legẽdum monuimus in nostra OEconomia, quòd κυδίονα exponat Hesychius ἢ ἢ κέγχρων ἄλφιτα, quam etiam lectionem mihi secutus videtur Caluus. Alij κυρτίονα legunt, quòd κυρτίονα exponat Galenus apud Hippocratem ⊕ ἄχυρα καὶ τὰ πίτυρα.

23 μὴ σύκων ἰῶρῶν] ἰῶρῶς habent exemplaria quædam, quemadmodum legit Caluus. Cornarius ἰῶρῶσι legisse videtur, quẽ secuti sumus.

24 ⊕ καταῤῥήκτικοὶ] Sic legunt exẽplaria omnia, sed ὀκπαγεκτικοὶ legisse videtur Cornarius, καταῤῥηκτικοὶ Caluus.

25 ὑγραίνει τῷ καίει] Sic fere legunt omnia exemplaria, sed manu scripta quædam κενοῖ pro καίει habent.

26 τῆς ὠρκὸς διαχωρητικοὶ] Sic quidem legunt exemplaria omnia publicata, quædam manu scripta τῆς γαστρὸς διαχωρητικοὶ habent. Sed τῆς ὠρκὸς διαχωρητικώτεροι, aut μᾶλλον διαχωρητικοὶ legendum videtur.

27 δεῖ οὖν ἐργασίῃ φυλάσσειν] τῇ ἐργασίῃ φυλάσσειν legunt exemplaria manu scripta Regia & Aldina. τὸς χυλὸς ἀφαιρεῦσα etiam legũt exemplaria manu scripta.

28 καὶ ⊕ κρέα βαρέα] ⊕ κρέα mihi videntur accipi carnes sua solidiore & ficciore substantia consideratæ, & sic ore sumptæ & in os ingestæ graues sunt & duræ. Eædem liquidiore & succulentiore sui parte ὠρκὲς dicuntur; velut quæ humorem contineant, sicq; graues sunt velut sanguis & lac. Zuinggerus ⊕ κρέα carnes animalis mortui accipit, quòd ferè τὸ κρέας apud Homerum de carne animalis mortui dicatur, & quæ in cibum veniat, quod mihi etiam illud ἐς τὸ σῶμα, indicare videtur, vt carnes in os ingestas aut sumptas intelligas. At idem ille pro ἐς τὸ σῶμα, ἐν τῷ παθμῷ legere mauult, vt sit ad trutinam aut libram appensæ. Sed nos omnibus codicibus contestatam lectionem secuti sumus. ὠρκὲς verò eidem carnes viui animalis accipiantur. Caluus & Cornarius illud ἐς τὸ σῶμα, silentio prætererunt.

29 ὑποβολλῶ ἐρασίης ἔχει] Sic quidem legunt publicata exemplaria omnia, sed ὑγρασίης lego cum Interpretibus omnibus.

30 ὑγρόπαχὺν] Post hæc verba, ὑρέπει τῷ, addunt Aldina exemplaria, quæ mihi secutus videtur Cornarius, alia tamen exemplaria silent, neq; legisse videtur Caluus.

31 ξηρόπαχὺν μὲ σὺν κρέας] φαίνεται κρέας legunt exemplaria quædã Regia manu scripta.

32 κεφαλοὶ] κεφῆς legunt exemplaria quædam Regia manu scripta. Sed hîc κεφαλὸς videtur dici, qui κεφαλὺς aliis scriptoribus.

33 ⊕ ⊕ καρποφάγα ἢ πυροφάγον] Sic quidem legũt exemplaria omnia sed χορτοφάγα lego cũ Zuinggero potiùs quàm καρποφάγα.

34 οὐ οἶσι καταπλίνεται] ⊕ ἐν οἶσι καταπλίνεται, lego cum Cornario &

Zuinggero. Caluus verò aliud quiddam mihi legisse videtur.

35 κεφάλαιον τὸ ὑποχόνδριον] Sic legunt exemplaria Germanica, & scripta quædam quæ secuti sumus. Alia legunt, κεφάλαιον τὸ ἥλιον ὀφθαλμοῦ, κεφαλαί, καὶ τὰ ὑποχόνδρια, quam lectionem mihi secutus videtur Cornarius. Caluus verò τὰ ὑποχόνδρια non legisse. Sunt autem debilissimæ & pauci alimẽti partes capitales, ventris inferioris, & sumen, & pedes, & musculi.

36 τὸ αἷμα πολὺ τῶν σώματος αἷμα] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria, hac notione, vt vina tenuia dulcia sanguinem imbecillum efficiant & minuant, quòd corpori aduersarium sanguinem, hoc est, aquosum & tenuem augeant. Zuinggerus verò, τὸ αἷμα πολὺ τῶν αἵματος legit, aduersarium sanguini humorem intelligens.

37 αἱ τρύγες συμφυσιπεῖς] Feces vinaceas dixi cum Caluo, siue loram & vinum secundarium intelligas, aqua vuarum vinaceis iam expressis affusa, quod fecit Zuinggerus, siue vinum recens torculari ex vinaceis expressum, necdum colatum, vt Cornarius.

38 τὸ φύλλον ἥσσον] Videtur innuere folia minùs acria esse, quod & res ipsa & experientia declarat. Quod sequitur de articularibus morbis, Caluus ad radicem refert, quibus noxiam esse vult, propter cruditatem. ὀπισθολάζον verò lego cum Interpretibus, quòd ὀπισθολάζειν dicatur cibus in ventriculo redundãs, & per summa fluitans, aut innatans, cruditatis comes.

39 καὶ συστρεπτικὸν πέφυκε] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria, quod vim cogendi aut cõdensandi habere significat, velut τὸ ψυχρὸν πάνυ συστρεπτικὸν dicitur aph. 10. sect. 3. lib. 6. Epid. Caluus verò ψυκτικὸν legisse videtur. Idem quoque, πρὸς τὰ φάρμακα καὶ ὀφθαλμοὺς ὠφέλιμον legisse videtur. Quædam etiam exemplaria manu scripta, pro ὠφέλιμον, ὠφελίει habent.

40 ἡ πόσις] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ποτανὴν iubentiùs lego, quod Doricum est, & recentè rutam significat, cui opponitur πεπεληγμένη.

41 τὸν σπόρον αὐξῶν πίκει] Hunc locum in OEconomia nostra subnotauimus, & de eius qui mentham comedit genitali semine intelligendum, non de mentha semine, dixit, vt fecit Cornarius, eamque in rem Aristotelis & Plinij testimonium adduximus. Adscribendum etiam videtur exemplaria quædam Regia manu scripta, pro τὸν σπόρον, πλὴν γονὴν habere, quod mihi videtur interpretamentum quoddam esse.

42 φλεγματῶδες] φλεγματῶδεα ἄγει legunt exemplaria Regia quædam manu scripta, quam lectionem mihi secuti videntur Interpretes.

43 κρίνων] Sic legunt exemplaria omnia, sed κρίθων legunt Interpretes. Sic pro πεφόνευν, πεφασίν legisse videtur Caluus.

44 τρύχει ψυχή] Interpretes omnes legunt, τρύχει, ὁ δὲ ψυχή. Exemplaria Regia manu scripta, τρύχει, ἢ αὖπα ψυχή. Aldus, τρύχει, πάλιν δὲ ψυχή. Quæ ad sequentia referri videntur.

45 διεγχωρήσιν καὶ καθαρσιά] Hîc secutus sum exemplaria omnia & vulgatam lectionem cum Caluo, qui tamen huic ordini σκορόδα ἐπιφέρεται adiicit. Aliter tamen legunt Cornarius & Zuinggerus.

46 ἢ τὸ δεύσασθαι ἔρηται αὐτέων] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria, quædam etiam ἑκαστέων pro αὐτέων habent.

47 καὶ τὸ πυρῶδες] Sic quidem legunt omnia exemplaria quæ propter consensum secuti sumus, vt humidum igneum & pingue ad inflammationem aptum intelligas. Alij pro πυρῶδες πῖῶδες legunt, vt humidum dulce & suaue, quodque in alimẽto est leue & aereum accipiatur, & pingue aut oleosum per λιπαρὸν intelligatur. Cornarius verò τὸ πυρῶδες illud mihi prætermisisse videtur.

48 ἐν τῷ ἥλῳ αὐτῶν] Celsus inter siccantia reponit cibum ex siccis & æstuosis locis venientem, & inter humectantia ea esce genera quæ veniunt ex locis frigidis, pluuiis, & irriguis, cap. 3. libro 1.

49 ἐν συγκομιδῇ] Hîc συγκομιδὴ mihi dici videntur, quæ ex toto conferuntur, & confusaneè ingeruntur ac administrantur, hoc est cum succis ipsis, & à quibus nihil detractum est, quibus sicca opponi videntur, vt scripsimus in nostra OEconomia.

50 ἐν τῷ θερμὰ λουτρά] Celsus in ieiuno balneum extenuare dixit, cap. 3. lib. 1.

51 θερμὸν τὸ ψυχρὸν] Sic quidem legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria, etsi non parum suspecta sunt, vt satis indicat asteriscus Aldino codici appositus, ideoque ψυχρὸν non legit Cornarius. Hac tamen notione lectio ista ferri potest, vt frigidum caliditatem quandam impertiat, curis poris frigore constrictis, ideoque aucto calore intùs cõcluso. Quædam exemplaria ὑγρὸν τὸ ψυχρὸν legunt, vt balnea frigida ieiuno humiditatem quamdam frigidam impertiant, cibo verò sumpto exiccent.

52 ἕλκει τὸ σώμαθος τὸ ὑγρὸν] ἐκ τοῦ σώματος legunt exemplaria Vaticana & Aldina, quæ secutus est etiam Caluus.

53 τὰ μέτεα ὑγραίνει] Sic legunt omnia exemplaria, quædam tamen, & ψύχει τὰ μέτεα habent. Et Celsus cap. 3. lib. 1. modicum frigus hyeme implere dixit.

54 καὶ τὸν ἀπόκρισιν τοῦ ψυχροῦ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, quædam tamen ὑγρῶν pro ψυχροῦ habent.

55 ἰῶ μήτε τῇ ὑστεραίῃ θεραπεύειν ὀρθῶς] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ἰῶ πε cum Cornario lego.

56 πλὴν ἀπὸ τοῦ πόνου] ἀπὸ τοῦ πόνου legunt exẽplaria quædã Regia manu scripta, quẽdam etiam ὀπὶ τοῦ πόνου.

57 ὁκόταν μὴ ὦσι σῆται βόλητται πλὴν παρίσθω] Illud παρίσθω ad aluum referendum est, quæ promptissimè ac celerimè sistatur. Cornarius ad auidè & expeditissimè deuoratum cibum retulit, propterea quòd paulò post in foluenda aluo, plurimo tempore in cibis immorari consulat. Celsus verò cap. 3. li. 1. vomitum constringere dixit, qui statim post cibum est, soluere eum qui tardè superuenit. Vbi in alui solutione, cibos in ventre diutiùs vult immorari.

58 ὕπνοι ὀλίγιστον μὲν] Celso extenuat somnus nimium vel breuis vel longus. Eidem refrigerat in ieiunio & balneum & somnus, nisi nimis longus est.

59 καὶ ἀδενὲς πιέεται] πιέουσι legunt exemplaria Vaticana.

60 ἰσχαίνει μὲν] ἰσχασίλω μέν τινα σθεναδίδωσι legunt exemplaria Regia quædam manu scripta.

61 μουσικὴν] * Celsus inter extenuantia semel die assumptas epulas reponit. Additque idem semel die assumptum cibum, ab eo qui bis solet, aluum adstringere. * *Cap. 3. lib. 1.*

62 ὡσαύτως καὶ ψυχρόν] Pro ὡσαύτως, παύσας legunt exemplaria quædam Regia manu scripta. Quædam etiam, ἰσχναίνει τὸ πάντῃ ψυχρὸν ὡσαύτως, legunt.

63 πνεύματος ὑπ' αὐτοῦ πληρόμενον] πνεύματος ἐπακτῷ πληρόμενον legunt exẽplaria Vaticana, quę secutus est Caluus & Zuinggerus vt superueniente & aduentitio flatu in humoris agitatione, refrigeratio inducatur. Aliôqui humidum agitatum, in flatum conuersum, corpus inflat & refrigerat.

64 διψήσομαι] Pro διψήσομαι, ὥδε χρὴ γινώσκειν legunt exemplaria quædam Regia manu scripta.

65 πικρὸν κοιλίῃ ῥηνέσθαι] Sic quidem legunt quotquot mihi ad huc videre licuit exemplaria, quæ propter pluralitatem secuti sumus. πικρὸν κοιλίῃ tamen legit Zuinggerus.

66 κεφαλὴ τε καὶ εὐπαγέα] Sic quidem legunt omnia exemplaria. εὐαγέα tamen lego, cum Cornario, vt paulò post. κεφαλὴ καὶ εὐπαγέα legunt Aldina exemplaria.

67 διδοῦ κενούμενον τὸ σῶμα] Sic quidem etiam legunt omnia exemplaria, sed κινούμενον cum Interpretibus lego.

68 τὰ μύξητα] βήξητα τε legunt exemplaria Vaticana, quæ secutus est Caluus.

69 τὸ θερμὸν πνεύματος] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed Interpretes omnes ψυχρὸν legunt.

70 κεφαλὴ καὶ τὸν κεφαλὸν πιέει] Sic quidem legunt quotquot vidimus exemplaria, sed πιέεσι legendum videtur, vt ad illud [οἱ ὄρθριοι κεφάλαλοι] referatur. quomodo etiam Interpretes omnes legisse apparet.

71 τὰ δὲ ἐν τῷ ἱδρώσιν γίνονται] Sic quidem ferè omnia legunt exemplaria, quædam etiam, τῷ ἱδρώσιν γίνονται, quæ secuti sunt Cornarius & Caluus.

72 καμάτοι] Sic quidem legunt exemplaria omnia. ἄκαμπτοι tamen legunt quidam.

73 βεβαρύτερα] βαρύτερα pro βεβαρύτερα videtur legisse Caluus, & pro τῷ ἰσχῶν, οἱ ἰσχοί, sequentibusque adiunxisse. Idem verò ἰσχὺς, cursus rectos aut directos vocat. Quædam etiam exemplaria hîc πρόχυσιν pro ἰσχῶν adscribunt.

74 διψῷ ψύχειν τὸ σώματος] Sic quidem legunt exemplaria omnia, at διψῷ ψύξιν lego cum Cornario.

75 αὐξάνεσθαι ἐκ τῆς σαρκός] αὐξάνεσθαι legunt exẽplaria quædã.

76 ἀκροχορίῃ] ἀκροχορίῃς legunt exemplaria Vaticana & Aldina, quæ-

na, quædam etiam manu scripta ἀκροχόρισις. Est autem lucta quæ consertis aut commissis summis tantùm manibus & digitis obitur.

77 πνεύματος τῆς καρτερίας] Spiritus detentio quomodo inter corporis violentas exercitationes accẽsetur, rectè docet Hieronymus Mercurialis libris suis de arte Gymnastica, de eaque multa scribit cap. 4. lib. 3.

78 ἡ τῆς κόνις ἐν τῷ θερμῷ αὐξιμώτερος] Sic quidem ferè omnia legunt exemplaria, quæ etiam secuti sumus. Vaticana verò legunt, ἡ τῆς κόνις ἐγγυμνάζεται, ἐν τῷ θερμῷ αὐξιμώτερος &c. Quæ secuti sunt Cornarius & Caluus. Quædam etiam αὐξιμώτερον legunt.

79 πάντα παρέχει τὸν πόνον] Sic legunt exemplaria omnia publicata. Quæ lectio satis est popularis, etsi Aldina exemplaria suspectum locum faciunt, cùm asteriscum apponunt. Vaticana exemplaria, ἐν τῷ τὸν πόνον παρέχει legunt, quæ secutus est Caluus. Cornarius legit ἐν τῷ τὸν μόνον.

80 ἀπὸ δὲ ἐκ ἔχον εἶδος] Sic legunt quotquot adhuc videre licuit exemplaria. εἶδος autem intelligit, statum corporis ambitum, quo natura quod putredine aut alia qualitate molestũ est conatur expellere. πάροδον tamẽ annotat Mercurialis ex codicibus M. s. hîc legi, vt & paulò post, transitum & viam, facili & optima ratione.

81 ἐχείλω ἐποίησε τὴν εἶδος] ἐχείλω καὶ ἐποίησε legunt exemplaria Aldina.

82 καὶ εἰπάτισι βιαίοισιν ὡς ἀπαθαίρουσι] Sic quidem legunt Germanica exemplaria. Aldina verò, εἰπάτισι βιαίοισιν ὡς ἀπαθαίρουσι. Regia verò manu scripta, ἀπαθαίρουσα. In reliquo, popularem magis & codicum pluralitate contestatam lectionem sequimur.

83 οἱ δὲ ἀπὸ τῶν σιτίων γυμνασίων πόνοι] κόποι pro πόνοι legisse videntur interpretes. Sed πόνος hîc tristem ac molestum ex laboribus sensum ac corporis offensionem significat, quæ lassitudo dicitur.

84 ἐπὶ ὀνείψαι χείρω πλέω] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exẽplaria. Sed ἀπονείψαι lego cum Interpretibus. Cornarius verò de diutina in cibis mora sumpsit.

85 πλὴν ὑπερβολὴν τοῦ πόνου γνῶναι] γνόντα legunt exemplaria Regia manu scripta.

IN LIBRVM TERTIVM
DE VICTVS RATIONE.

ΠΕΡΙ διαίτης ἀνθρωπίνης] Hunc quoque librum tertium quodammodo agnoscere videtur Galenus lib. de aliment. facult. cùm istam de victus ratione tractationem in tres partes diuidi scribit. Atque idem Comm. ad aphoris. 1. libr. 6. hunc librum διαιτητικὸν τὸ ὑγιεινὸν vocat. Et Celsus sanè multa ex hoc libro in vsum suum transtulit. Neque verò τὰ παρεγκείμενα περὶ τοῦ διαίτης Gal. adscripta in dictione (κόνις) hunc librum magis suspectum reddunt, cùm illa indubitata confessione de his quæ adiecta videtur ad librum de rat. vict. in morb. ac. intelligi debeant, vt scripsimus in nostra OEconomia, & κόνις testimonium satis indicat. Etsi lib. 6. de plac. Hippocr. & Plat. quæ de venis scripta inueniuntur apud Hippocratem, ad lib. de Natura humana & libr. secundum τοῦ διαίτης adiecta fuisse fatetur. Et certè librum de Natura humana, ad libros περὶ διαίτης ab antiquis adiunctos fuisse testari videtur Galen. cap. 1. libr. 1. de alim. facult. quod etiam veteres membranæ retinent.

2 μᾶλλον ἢ ὅσον ξηραὶ ὑγραί] Sic quidem legunt ferè omnia exemplaria, quæ secuti sumus, cum Interpretibus. Aldina verò, ἢ πρὸς ἄλλα, μᾶλλον ἢ ὅσον ὑγραί legunt.

3 ἔγγιστα τῆς ἤρυ] τῆς ἤρχου legunt Ald. exemplaria, τῆς ὄρυ Regia M. S. quædam vt scripsimus in nostra OEconomia, vbi istum locũ expressimus & aperuimus.

4 ἑκκαιδεκάνα μὲν] Hoc quidem modo diuidit annum Galenus initio Comm. 1. in lib. 3. epid. & Commentariis in lib. 3. περὶ χυμῶν.

5 ἀπὸ κούφων πεφεσαυλαίζοντα] Sic quidem legunt exemplar. omnia publicata. Regia verò manu scripta πεφεσαυλαίζῃ. Eamque vulgatam lectionem cum Caluo secuti sumus. Cornarius autem πεφεσάζοντα legisse videtur.

6 ὀρθοῖσί τε πολλοῖσιν] Sic quidem legunt exemplaria omnia, vitiosè vt opinor, vt aliàs sæpe. ὀρθοῖσι enim aut ὀρθρίοισι legẽdum cum interpretibus censeo.

7 σκληροκοιτήσει] Pro σκληροκοιτήσει σκληροστήσει legunt exempl. M. S. Regia. Est autẽ σκληροκοιτέω, duro strato aut cubili vti, quod corpus fatigat, contrahit, & emaciat. eoque vtitur Hipp. in extenuandis corporibus lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης.

8 ἐρεινοβασίαισι] κονιοβασίαισι legunt Aldina exemplaria, & asteriscum suspicionis notam apponunt. Caluus δεπποδρασίαισιν aut aliud quiddam legisse videtur. Lego autem κονιοβασίαισι, & κονιοδρόμοισι χρεὼν συμφέρει, vt per puluerem incedere aut currere cõferat, sic enim corpus magis reficcatur, calefit, ac fatigatur. Mercurialis autem hæc duo simul iungit, & κονιοβαθείσει δρομίσιν, legit, vt cursibus per altum puluerem vti velit. Cornarius verò ἐρεινοδρομίσι legit. Caluus etiam κανοδρομίσι, velut legunt exemplaria omnia publicata, quod de cursibus in venatione intelligi potest. κανοδρομίσιν autem legunt exemplaria Regia manu scripta.

9 χρέεται τὴν πλοίῳ] Sic quidem legunt publicata exemplaria, quæ cum Zuinggero secuti sumus. Caluus autem & Cornarius πλοῖον aut πλόῳ legisse videntur.

10 καὶ πυροειδέων] πυροειδέων lego cum Vaticanis & aliis exemplaribus, Interpretibusq; omnibus.

11 ἡμέρας πασεγκανπαίσασας] ἡμέρας πασεγκάνπα videtur legisse Caluus.

12 ἐπὶ τὸ δὲ ὕδρη] ἡ ὕδρη legunt Vaticana & Aldina exemplaria.

13 φαυλοτέροισι καὶ κουφοτέροισι] μαλακωτέροισι pro φαυλοτέροισι legunt Interpretes, quos secuti sumus.

14 καὶ ἡ ὕδρη θερμὴ π] ἡ ὕδρη ὀπτοῦσα legunt exemplaria Regia manu scripta.

15 ἀφ' τότε ἤδη θέρος] ἐν τοῦτο θέρος simpliciter legunt Vaticana & Aldina exemplaria.

16 ἤκιστα αὖ ἐξαμβρατέοι] ἢ βλαβήσεται ἢ ἤκιστα αὖ ἐξαμβρατέοι, legũt exemplaria Vaticana, quæ etiam secutus est Caluus.

17 ψύχεσι γὰρ τὸ σῶμα] ξηραίνεται γὰρ lego cum Caluio, & ad cursus refero, qui humidum è corpore vacuando deficcant. Cornarius & Zuinggerus ad πάλιν & ἀλίνδησιν referunt, & volutationes in puluere, quæ propter puluerem refrigerant.

18 τῇ τε ἄλλῃ διαίτῃ πεφεσάγαν πάσι] πεφεσάδεν legunt Aldina exemplaria, quæ secutus est Cornarius, cùm dixit: diætam omnem sic consonam adhibere oportere. Nos communem lectionem secuti, nihil immutauimus.

19 ἐν ἡμέρῃσι δυοῖν δεόσαιν] Sic Vergiliarum occasum ab Æquinoctio autumnali diebus circiter quinquaginta constituit Galenus Comment. 1. in lib. 1. epid.

20 μὴ σὶ ὑπαάχῃ] ὑπαάχῃν vitiosè legunt Vaticana & Aldina exemplaria, quæ quidem mihi secutus videtur Caluus.

21 ἐόντη μὲ οὖν] ἐοντῶν cum omnibus Interpretibus lego.

22 καὶ ἢ καταῤῥοοι κινέοντ] οἱ καταῤῥοοι legunt exempl. quædam.

23 κατὰ μικρὸν ξυλλεγόμενη] Sic quidem legunt omnia exemplaria, sed cum interpretibus. κατὰ μικρὸν ξυλλεγομένη πλησμονὴ δεῖ lego.

24 καὶ μηδὲν ὀπίσω καταπαυσθῇ] Sic quidem legunt exemplaria omnia, sed ὀπίσω καταπαυσθῇ legisse videtur Caluus, quam lectionẽ amplectimur. Solet enim plærunque ex vomitionibus conuulsio contingere. Etsi retineri potest Mercurialis lectio, ἐπὶ καταπαυσθῇ, vt nihil ampliùs diuellatur.

25 ὃ ἤθελε] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Sed omnes Interpretes ἕωθεν pro ἤθελε legisse videntur. Caluus verò illam clausulam prætermisisse videtur, καὶ αἱρέσεις &c.

26 τὸ ὀρκὸς ὑγιεινὸν θείοις] Sic quidem legunt exemplaria Germanica. Aldina verò τὸ ὀρκὸς simpliciter legunt, quæ secutus videtur Cornarius. Caluus τὸ ὀρκὸς αὐξηθείσης legisse videtur.

27 ὡς μάλιστα χρησάμενον] Sic quidem legunt ferè omnia exemplaria. Vaticana tamen διεμύσαντα τὸ σῶμα ὡς μάλιστα legunt, quæ secuti sumus cum Caluo.

28 ἐν τῷ ὑστέρου δὲ] ὑστέρου δὲ legunt Vaticana exemplaria manu scripta.

29 πλὴν καφαλὴν καὶ τὰ αἰπαπῶσαι] Sic quidẽ legunt ferè omnia exemplaria. Quædam tamen manu scripta, πλὴν αὖ καφαλὴν αἰπαπῶσαι habent, quæ secutus videtur Caluus.

30 καὶ θηταὶ τὴ δὲ ἢ αἰπνῶν] Sic quidem legunt omnia exemplaria, sed cum interpretibus. πλὴν διαίτῃ lego cum Cornario.

31 ὁκόταν δέκα γένωνται] ὁκόταν δὲ καὶ γένωνται, legunt exemplaria Vaticana manu scripta & Aldina.

32 ἐν δὲ ἡ κοιλίη διεχωρέη] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornarius tamen ἡ τῆς κοιλίη legisse videtur.

33 καὶ ἐν κνήμασι] Sic quidē legunt exemplaria omnia. Zuinggerus tamē pro ἐν κνήμασι, ἀν' ἀκνήμασι legit, quorum antea meminit lib. 2. & parum carnes calefacere, corpus autem & animum acuere ſcripſit.

34 καὶ ἐν ἀλφιτοῖσι πολλῇ χρήσθω] χριέσθω legit Zuinggerus, & de inunctionibus accipi vult.

35 ἢν μήπτε θερμηθέειν χρέῃ] Aldina & Vaticana exemplaria legunt, καὶ ἢν μή τις θερμηθέειν.

36 ὡς καὶ τῷ πρωτέρῳ τῇ θεραπείῃ τοιήσθαι] Sic legunt Germanica exemplaria & publicata. Aldina verò, ὡς ⊕ τῷ πρωτέρῳ τοιήσθαι, ſimpliciter legunt, quæ ſecutus eſt Cornarius.

37 γίνεται δὲ ὑσι καὶ ὑιάδε] τοῖσδε legunt Aldina exemplaria, vt ad πλησμονὴν referatur.

38 ἀχρεῖα ἢ ἀπαλλάσσει] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria. Regia verò manu ſcripta habent, ἀχρεῖν δὲ δοῖ ἐν τῷ σώματι.

39 ἀκροχολεσμοῖσιν. ἀκροχόλεξις] Hæc eſt Germanicorum codicum publicatorum lectio. Aldina verò & Vaticana exemplaria ἀκροχόλεξις legunt, vt vtrunq; ἀκροχόλεξις & καρυκομαχὴν coniunctè legātur, vt fecit Caluus. Cornarius verò καρυκομαχὴς legiſſe videtur, aut ἢ καρυκομαχὴν.

40 πάροιοι δέ ἕνες] Hunc locum adducit Galenus Comment. ad aphor. 1. lib. 6. atque ita legit, πάροιοι δέ ἕνες καὶ ὑιαῦτα. δίψαι χωρέει αὐτοῖς τὸ σιτίον ὑγρὸν, ἄπεπτον. ὑ δίψα νόσημα, ᾗ λειντεῖαι, ὑδὲ πόνον ὑδένα παρέχει.

41 ὑπὸ τῇ δείπνῳ] ὑπὸ τῇ δείπνῳ κοιμᾶσθαι, legunt exemplaria manu ſcripta Regia.

42 καὶ θεραχέσθω εἰς πόσας ἡμέρας τὸν οἶνον] καὶ ἐμείτω addit Cornarius, propter ea quæ ſequuntur, contra tamen omnium codicum fidem.

43 ὑπὸ ὕπνου, ὅθεν ἐξαναστῶσι] Sic quidem legunt quotquot videre licuit exemplaria, tum publicata, tum manu ſcripta. ὑπὸ δείπνου autem lego cum Interpretibus omnibus, quòd ἐξαναστῆναι verbum ſæpiùs vſurpet Hippocrates, in his qui à cœna ſurgunt, quòd recumbentes & iacentes in ſtratis cœnarent antiqui.

44 ⊕ μάλα κινείτω] Hæc eſt Germanicorum codicum lectio. Aldina verò exemplaria μαλακυείτω legunt. Sed μαλακυωείτω legendum videtur, velut legiſſe videtur Cornarius.

45 ξηρόν Ω ⊕ δίψα κεκαυμένον] σωδίψα κεκαυμένον legunt exemplaria quædam Regia M.S.

46 πρὶν ὑπόπαιον πρωϊοιδήσαι] πρωϊοιδήσαιμι legunt Vatic. exemplaria & Aldina.

47 ὅλῳ ξηρῇ τῇ θέρμῃ] ξηρῇ καὶ θέρμῃ lego cum Cornar. etſi Caluus ξηρὴ μᾶλλον ἢ θέρμη legiſſe videtur, vt ſiccitate potiùs quàm calore vexetur æger. Ad quam lectionem accedunt exemplaria Aldina, quæ ὅπ ξηρῇ ἢ θέρμῃ legunt, & aſteriſcum apponunt, vt vitium indicent.

48 μὴ ἢ παχέσι] ἰσχέσι lego cum interpretibus omnibus, etſi παχέσι legunt exemplaria omnia.

49 καὶ μὴ μενέτω αἰάρτιος] μηδὲ αἰάρτιος ἔστω. legunt exemplaria quædam manu ſcripta.

50 καὶ ὑπὸ σιτίου ἢ κοιλίης πλημμέλεια] Sic quidē lego cū Zuinggero & Germanicis exemplaribus. Cornarius verò legit, κλῶ μὲ οὖν πλησμονὴ ἐνῇ ὑπὸ σιτίου, ἢ ἢ κοιλίης πλημμέλεια. Aldina verò exemplaria & Vaticana, κλῶ μὲ οὖν πλησμονὴ ἐνῇ ὑπὸ σιτίου ἢ ἢ κοιλίης πλημμέλεια. Caluus tamen πλημμυείν aut πλημμυεία legiſſe videtur, cùm redundantiam dixit.

51 τῇ ἢ ὑστεραίῃ ἀφελέσθω ὢν τῷ ὕδατι] Sic quidem legunt exemplaria omnia vitiosè, ſed ὑπολυέσθω lego cum omnibus interpretibus.

52 ἡμέρησι ἢ πέντε τὰς θεραχέσθω] Sic legunt exemplaria omnia publicata, ſcripta verò Regia & Vaticana, τίνας θεραχέσθω. Videtur verò ad ὁίας ἀθεπάτας referendum, vt ſenſim ad deambulationes & exercitationes reducantur. Quædam etiam exemplaria ὅσα θεραχέσθω legunt, quædam etiam ἢν θεραχέσθω. Sed hæc mihi in loco ſubobſcuro hominum commenta videntur.

53 μάχεσ ἀὶ δίψησιν] Sic quidem legunt publicata exemplaria, manu verò ſcripta Regia, μάχεσ αὖ δίψαν ἢ θῶσι, quædam etiam δίψησιν legunt.

54 ἀλλὰ θεραπεύεσθαι] Pro θεραπεύεσθαι quædam exemplaria ἀνδιαιτᾶσθαι legunt.

IN LIBRVM DE INSOMNIIS.

ΠΕΡΙ ἢ ἢ πκιμνείων] Hic liber de inſomniis videtur pars eſſe quædam librorum de Diæta, vt ſatis teſtatur hoc principium in codicibus antiquis Vaticanis & Aldinis exemplaribus, libri tertij extremo adſcriptum. Ideoque mihi rite atque ordine illos ſequi videtur in omnibus ferè exemplaribus, vt eos parum ad Hippocratis mentem facere, neq; verò multum ad huius libri authoritatem, qui eum longè relegant, cùm tractatione & ſtili genere prope ſit ſimilis. Ad artis autem σημειωπκὸν ac θεραπυπκὸν pertinere videtur, non malè tamen ad δίαιπκὸν refertur.

2 ὅπεω μὲ οὖν σώμαπ ὑπηρετοῦ ἢ] ὅπεω μὲ τῷ σώμαπ ὑπηρετοῦ ἢ legunt exemplaria Vaticana & Aldina, eamque lectionem ſecutus eſt Caluus.

3 ἤρεω ὁῖσιν αὐαθπηείοισιν] ἢ ὁῖσιν legunt Vaticana exemplaria & Aldina.

4 καὶ πάσι τῇ ἢ σώμαπος δίψιοίν] δίψιοιν ex melioribus codicibus lego, etſi δίψιοίν legunt publicata & Vaticana exemplaria, quæ ſecutus eſt Caluus. Cornarius δίωάμει legiſſe videtur.

5 ὑ διδάσκοιειν ὡς χρὴ φυλάξασθαι] Vaticana & Aldina exemplaria legunt, οἱ δὲ οὖν ὑ διδάσκοιειν.

6 ἑπάρλω] Sic quidem legunt publicata exemplaria & Vaticana, quæ ſecutus eſt Caluus. Quædam tamen manu ſcripta, ὥςαρ λῶ, vt pro ἄπαρ ὥςαρ.

7 ἢ ὅις ἐπάρξῃ πῶ ψυχῶ] Sic quidem meliora legunt exemplaria. Quædam etiam ἔπαρξῃ pro ἐπάρξῃ habent.

8 ἢ ἐπήχεσ ἢ ἀθελόδου] Sic quidem legunt exemplaria omnia publicata, itemq; Vaticana quæ ſecutus eſt Caluus. Quædam verò manu ſcripta, ἀπήχεσ ἢ ἀθελόδου habent, quomodo legit Zuinggerus, quod exorbitare, aut à curſu deflectere, aut abſtinere ſignificat. Motum igitur ſideris vitioſum, aut planè deficientem ac quieſcentem iſtud indicat.

9 καὶ λῶ μὲ ὑπὸ αἔρος ὀεᾶ] Sic legunt publicata omnia exemplaria, quæ ſecuti ſumus. Vaticana verò & manu ſcripta quædam ὀεᾶπαι legunt, quæ ſecuti ſunt Caluus & Zuinggerus.

10 λῶ ᾗ ὑπὸ ὕδατος] Sic melioria legunt exemplaria, quædam etiam ſimpliciter legunt, λῶ δὲ ὕδατος ἢ χαλάζης.

11 ἐς πῶ ἕζω θεφορῶ] Hæc eſt exemplarium omnium lectio, ſed πῶ ἕζω θεφορῶ lego cum interpretibus omnibus, quòd ſideribus exteriorem corporis ambitum, hoc eſt circunferentiam ipſam paulò antea attribuerit, qua ſenſus & motus ab animali facultate per neruos ad exteriora confertur. Cui etiam conſentit quod poſtea dicitur, vitium in externo corporis ambitu reſidere.

12 ὀν ὁῖσιν ἰμαπίοισι] Sic legunt Germanici codices. Aldini verò ὀν πᾶσιν ἰμαπίοισι, habent, quos ſecuti ſunt Caluus & Zuinggerus.

13 πῶ τὸρ κάθαρσιν δίᾳ ἢ χρώματος] Sic quidem legunt exemplaria omnia publicata, ideoque hîc χρῶμα pro cutis ſuperficie diximus ſumi in noſtra OEconomia, vt χρῶμα εὔχροον de corporis colore laudabili effertur lib. 4. epidem. quòd is in externa corporis ſuperficie & cute appareat. Sed χρῶ τὸς legiſſe mihi videtur Caluus ex Vaticanis exemplaribus manu ſcriptis. Quidam etiam annotant χράμαπος hîc ſumi αὐ τῇ ἢ δέρματος.

14 ἀκρίτοισι] Caluus hîc πότοισι addidiſſe videtur. Verùm cibi meraci intelliguntur, qui ſine condimento, aut citra præparationem aliquam aſſumuntur.

15 ὑπὸ ἢ ξηρασίης ἢ ἀθελόδου κραπέεσθαι] Sic quidem legunt publicata omnia exemplaria. Vaticana verò, ⊕ ἀδυνέα δοκοῖη ἔῃ ὑπὸ ἢ ξηρασίης, ⊕ ἢ ἀθελόδου κραπέεσθαι.

16 τραπῆναι ἐς φυχῶ τὸ ὑπαάρχον] Iſtud ad præſentis ſtatus immutationem, eamq; per aſtrorum fugam portendi vult Cornarius. Mihi ſanè ea omnia aſtrorum fugam reſpicere videntur, vt violentiorem aſtrorum motum & magis coactum indicent, cùm iam terga vertiſſe, & à potentioribus in fugam celeriter verti neceſſariò videantur.

17 τὰς δὲ διόκειν] ἀπέρας δὲ διόκειν legunt exemplaria quædam manu ſcripta, ſed explicatio quædam eſſe videtur.

18 κάλλιστα μὲ, ἐλλεβόρῳ καθαρθέντας διαιτᾶσθαι] Hæc eſt publicatorum omnium codicum lectio. Verùm Vaticanæ membranæ leg. μάλιστα μὲν. ἐλλεβόρῳ καθαρθέντας διαιτᾶσθαι. Quam lectionem ſecuti

ſecuti ſunt Caluus & Cornarius. Zuinggerus verò pro κάλλιστα ὅχιστα legit, quòd libr. 3. περὶ διαίτης, ὅχυτέρῳ θεραπείῳ per veratrum, ἀσφαλεστέρῳ verò per victus rationem eſſe dixerit.

19 εἰ δ' οὖν, λευκὸν] εἰ ᾗ μὴ, λευκὸν, legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

20 ὕπνοισι μαλακοῖσι εὐδέέτω] Sic quidem legunt exempl. Germanica. Aldina verò, ὕπνοισι μαλακυνέτω. Sed μαλακυνέτω legendum exiſtimo, vt molle cubile & ſtratum per ſomnos ſuadeatur. At exemplaria Regia manu ſcripta, ὕπνοισι μαλακοῖσι εὐνέτω, καὶ μαλακυνέτω legunt, quibus verbis & molle ſtratum, & lenis motus imperatur. Sed μαλακυνέτω magis probo, quòd eam dictionem ſæpiùs vſurpet Hipp. videaturque ſuperiorum verborum eſſe interpretatio quædam.

21 ῥαθυμῆσαί τι] Sic legunt Germanica exemplar. & Vaticana, Aldina verò ῥαθυμῆσαι, ⊕ τῷ ψυχῷ τραπῶσαι. Sed pro τραπῶσαι, θρέψαι legunt Vatic. exemplaria, vitiosè pro τρέψαι.

22 πρὸς πὰς φορὰς γέλωτας] Sic habent exempl. omnia. Sed Regia quædam M.S. pro γέλωτας γελοῖον habent, & pro ὅπ μάλιστα ἡδῆσθαι, ὅ, τι legunt.

23 ἀφ' ἑαυτέας πρὸς ἢ] πρὸς ἢ ὄρθρου ἔχει, legunt exemplaria quædam manu ſcripta Regia, pro ὀρθῶς ἔχει, ſed videtur vocis ἢ ὄ eſſe explicatio quædam. πρὸς ἢ autem, aut πρὸς ἢ ὄ, idem quod πρὸς ἕω ſignificat, & ad auroram aut ortum ferri & ſpectari ſignificat, cui ἀφ' ἑαυτέας opponitur, quod eſt ad veſperam aut occaſum, vt ſcripſimus in noſtra OEconomia.

24 καὶ τὸ ⊕ ἐν τῇ κοιλίῃ ὑπκρινόμενα] Hæc eſt publicatorum omnium codicum lectio. Vatic. verò exemplaria, ἐς ἢ κοιλίλω legunt, qua de lectione ſcripſit Zuinggerus.

25 ῥεῦμα κεφαλῆς δοῖ δηλοῦντα] δηλοῦντα legunt Vaticana exemplaria. Ald. verò δῆλον ⊕ ἐνφύματα, pro ἐνφύματα vitiosè.

26 καθαρὸν καὶ ὑγρὸν] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Cornar. verò pro ὑγρὸν λευκὸν legiſſe videtur propter μέλαν quod ſequitur.

27 μὴ δὲ ἀφανὲς] μὴ δίψαφανὲς lego cum Interpretibus.

28 πνεύματος τῷ ἐπακτοῦ] Sic quidem legunt exemplaria Germanica publicata, quam lectionem ſecuti ſumus, vt à ſpiritu in corpus inuecto aut inducto, hoc eſt extra aſcito, & in corpus recepto morbus contractus eſſe indicetur. Aldina verò exemplaria, ὑπὸ ἢ πνεύματος ἢ ἐπ' αὐτῷ legunt, quam lectionem ſecutus videtur Cornarius. Caluus autem ὑπ' ἐπ' ἀγαθοῦ legit.

29 ὁῖσιν ὑποῤῥοπέοισι] ὑποτροπέοισι potius eſſe legendum ſcripſimus in noſtra OEconomia, vbi quinam eſſent ὑποτροπέοι Dij diximus, hoc ſubnotato & explicato loco.

30 ἢ ὅπ γῆς ὄξυ ὀρλῶ] ὀθόνης pro ὀπὶ γῆς legunt M.S. exemplaria Regia quædam, vitiosè vt opinor.

31 ὕψεως καὶ ἀκοῆς] ὅπ ὕψεως μὲ ⊕ ἀκοῆς legunt exemplaria Regia manu ſcripta.

32 τῇ ἢ πραχείῃ] Sic quidem legunt publicata exemplaria, pro γῇ ἢ πραχείῃ, vt τῇ λείῃ opponatur, quemadmodum rectè vidit Cornarius.

33 ἱνδφρων ἢ ἀκαρπία] Sic exempl. Germanica rectè legunt. Aldina verò, καὶ ἀκαρπίας vitiosè.

34 σπέρματος ἢ ἀθρωπίνου] Sic ferè omnia legunt exemplaria, quædam verò M.S σωματος pro σπέρματος legunt.

35 εἰ πρὸς δὲ ἔῃ πα αὖθις] Iſtud ſubobſcurum eſt Caluus & Cornarius de repetito vomitu ſumunt, malo tamen ad repetitum & ſenſim aſſumptum cibū referre, quod περὶ δὲ χέσθαι ſignificet.

36 ἀλλ' ὑδὲ μέλανα ὀεᾶν χλῶ] ὀεᾶν deſideratur in Aldinis exemplaribus, vitiosè vt apparet.

37 διαιτᾶσθαί τι τῆς πιστιείης] διαιτᾶσθαί τι legunt Ald. exemplaria & Vaticana.

38 τῇ διαίτῃ ὅσοί τι πόνοισι χρᾶσθαι] Sic quidem legunt exempl. omnia, ſed τῇ διαίτῃ ξηρῇ cum interpretibus lego. Quædam verò exempl. πόνοισι pro πόνοισι legunt, vitiosè tamen.

39 ὅλα σ' αὖ εἴη μείζω ἢ μελῶν] Aldina exemplaria & Vaticana ſic legunt hoc membrum ὅλα σ' αὖ εἴη μείζω ἢ μελῶν, ἢ ἔλασσον, ὅπ ἀγαθὸν. ἀλλ' οὐσ' ὅσῳ αὖ εἴη ἐλάσσω. Et Caluus de membris maioribus aut minoribus accepit. Sed vulgata lectio magis probatur.

40 ἢ φέροντες ὀν ἢ οἰκίας] Vitiosè legitur in Aldinis exemplaribus, ἢ φέροντες ἢ οἰκίας.

41 δθήσασιν ἢ αἵματος] δθήσασις ἢ αἵματος hîc ſanguinis repreſſionem ſignificat, cùm ſanguis reprimitur, cohibetur ac ſiſtitur, & præ ſiccitate ad morum ineptus redditur, quem locum in noſtra OEconomia ſubnotauimus.

IN LIBRVM DE ALIMENTO.

ΤΡΟΦΗ καὶ προφῆς εἶδος] Hic libellus περὶ τῆς τροφῆς nomine paſſim inſcribitur, & ab Erotiano inter eos qui ad victus rationem pertinent reponitur, in quo eum ſequimur. A Galeno quoque multis locis Hippocrati tribuitur, etſi veteres ac primi librorum Hippocratis cenſores, huius libelli authorem Theſſalum, aut Herophilum, quidam etiam Philiſtionem & Phere-cydem ex Galeno faciunt. Sed certè etſi genere, & tractationis breuitate aut obſcuritate, at ſententiarum pondere aut authoritate, à germanis Hippocratis fœtibus non diſſidet, adeò vt multas ex eo ſententias ſuis ſcriptis paſſim aſperſerit Galen. qui etiam Commentarios in eum ſe ſcripſiſſe fatetur.

2 ὁκόσον κεφάλῃ μὲ] Iſtud ad facultatem aliunde influentem refero cum Zuinggero, vt id quod ſequitur ad inſitam & vnicuique parti propriam, etſi alij ad alimentum, velut Cornarius, qui etiam κεφάλῃ pro κραπῇ legere videtur.

3 γίνεται δὲ ⊕ ἐξίπλοος] ἐξίπλοος ἀδυνὴς exponitur Erotiano, hoc ſubnotato loco. Eſt autem ἐξίπλοος τῷ ἀλιμεντῷ ſubnotato alimentum extenuātes aut exoleſcens, quodque nullum augmentum parti confert, ex alimenti vitio aut errore, vnde pars gracileſcit aut atrophia laborat, vel quia ante tempus, hoc eſt, ante perfectam coctionem emittitur, aut excernitur, quod eſt ὑπολύεσθαι aut ὑποκρίνεσθαι, aut vbi appoſitum conſumitur ac diſſipatur, quod eſt ὑπαναλίσκεσθαι. Sic ἡ πεπτέρη hîc dicitur de ſanguinis in hepate concoctione, quæ eſt ordine ſecunda, & ἡ ὑστέρη de tertia quæ fit in ſingulis membris, etſi ſcio alios id aliter accipere.

4 ἔστι ὅτε καὶ πᾶσι πεπτέρας] πᾶσι πεπτέρας pluralitatis numero mihi dicere videtur, quod primas ſecundæ & tertiæ concoctionis formas corrumpat circa alimentum error, vel cibi, vel facultatis vitio contingens, alienaſque inducat, aut quòd ſingulis membris ſua quæque ſit propria. Etſi pro πεπτέρας ὑστέρας legere mauult Zuinggerus, qui etiam variam huius loci lectionem adfert, ex Commentariis qui Galeni nomine circumferuntur.

5 τῷφῆς τὸ τρέφον] Hunc inſignem locum multis locis ex Hippocrate ſcriptis ſuis celebrat Galenus, vt Comment. ad aphor. 39. lib. 5. & in fine lib. 1. de ſanit. tuenda. Præcipuè verò explicat libro primo de fac. Natur. & libr. 3. de Temperamentis, vbi propriè alimentum τὸ τρέφον dici ſcribit τὸ ὁμοιούμενον, & primo generi attribuit, vt ſecundo, τὸ πεπτόμενον ⊕ πεσπυρούμενον, tertio verò τὸ παῦ ὕδω ὀν ἢ φλεψὶ καὶ τῇ καρδίᾳ ἀθικόμενον, quodque foris aſſumitur. Quibus ex locis aliter etiam hunc locum Galenum legiſſe comperies.

6 καὶ πάντων] Iſtud ad ſuccorum omnium facultatis commixtionem refero cum Zuinggero, cùm quorundam facultates inter ſe proportione contemperantur, vel facultatibus commiſcentur, quæ vel inter ſe omnes concurrunt, vel quædam tantùm, etſi multò aliter ſumunt interpretes quidam, & iſta ſequentibus iungunt omnes codices.

7 αὐτόμαται] Quinam dicantur hîc ſucci αὐτόμαται aperuimus in noſtra OEconomia.

8 ἡμῶν μὲ αὐτόμαται] Hunc mihi locum ſubindicare videtur Galenus lib. 4. de placit. Hippocrat. & Platon. cùm ſcribit contra Chryſippum, nihil re vera temerè & caſu fieri, ſed ad cognitionem noſtram, his verbis: πάντ' ὦ, ὦ ἄνδρες ἀν εἰκῇ καὶ ὑπὸ τύχης πραττόμενα γίνεσθαι λέγετε, καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὡς πρὸς ἡμᾶς γιγνόμενα τῷ τεχνολογεῖν, ἢ σ' ἀληθὲς εἰπεῖν οὐδὲν αὐτῶν ὅπω γίγνεται, καθάπερ καὶ ὁ Ἱππόκρατης εἶπεν. ἡμῖν μὲ αὐτόματον, αἰτία σ' ἐστὶν αὐτόματον. Vbi aliam fuiſſe Galeni lectionem agnoſcis.

9 φύσις ἐξαρκέει] Vt Naturæ ſapientiam ac prudentiam nunquam ſatis admiratus eſt Hippocrates, ita & eius poteſtatem ſemper ſummis laudibus extulit. Quam ad rem hanc ſententiam multis locis celebrat Galenus, potiſſimumq; lib. 1. de diebus decretoriis, & libr. 1. de facult. Natur. & libr. ad Thraſybulum, & lib. quòd animal eſt quod vtero continetur. Quibus in locis πανταχόθεν legit Galenus, vt & Commentariis qui in hunc librum eius nomine circumferuntur. At lib. de facult. natural. εἰς ἅπαντα ἐξαρκεῖν ὅσις ζώοις dicit.

10 ἐς ὃ τῷ πίω ἔζω θεν] Hæc in cauſis naturam impedientibus, tam internis, quàm externis, ex Medicorum erratis accenſent Gal. Commentarij. Alij in cauſis velut inſtrumentalibus naturam vel adiuuantibus, vel impedientibus annumerant. Hunc

autem locum sic legit Galenus libr. 1. de dieb. decret. εἰς δὲ τοῦτο, τὸ ἕξωθεν μὴ κατὰ πλασμα, κατὰ χρῆσμα. ἐμβροχὴ ὅλου τε καὶ μέρεος. Vbi ista in erratis quæ statos naturæ cursus ad crisim impediunt enumerat Galenus, velut in suis Commentariis ad Medicorum aut ægrorum errata refert, quæ prædictionem euariant ac prępediunt.

11 καὶ σκετὴ ὅλου] Sic quidem legunt Germanica exemplaria. Aldina verò & Vaticana reliquaque omnia omittunt, & legũt, γυμνότης τοῦ ὅλου τοῦ μέρεος. Quam lectionem etiam secutus videtur Gal in Comm. & Caluus.

12 θυμὸν] θύμον hîc legere videtur Galenus, & inter cutis eminentias & abscessus reponere, veluti formicas, clauos & tofos, vnde verrucarũ & verruculam quidam exponunt. Nos tamen Græcam appellationem retinere maluimus.

13 ὀνοῦσι φαρμακεύη] Id intelligitur de cibis qui qualitatem quãdam habent medicamentosam, velut lens, brassica, & serum lactis, & marina ferè omnia, aut de his quibus medicamentosa quædam admiscentur, vt cùm ptisanæ mel aut scammonium permiscetur. Vtisq; enim hanc sententiam accommodat Galenus lib. 1. de alim. facult. Aëtius etiam cap. 57. lib. 3. tetrab. 1. istam sententiam cibis quibus medicamenta permiscentur attribuit, vt vinis & potionibus medicatis, & conditis cæterisq; id genus. Aretæus verò sæpe ad cibos medicamentosos refert, vt in pleuriticorũ curatione cap. 10. lib. 1. de cur. ac. cùm scribit ὀνοῦσι κέστοι τε φάρμακα. εἰπὲρ τε φάρμακα ὀνοῦσι. Et rursus ibidem, σλιψικία τε πνεύματα καταπαύεται, μελίκρητον ξυὶ τῷ σκηρόνῳ, τε χυλῷ πίσσης ἐὼ ξυνεχὲς βόσκοι, ὡς ὀνοῦσι φάρμακον. Idem quoque cap. 2. lib. 2. cur. acut. ξυφαὶ ποικίλαι τε καὶ ἰσθλεῦ ὁκοῖα τε φάρμακα. εἰπὲρ τε φαρμακα ὀνοῦσι. Celsus * medicamentis stomachum lædi scribit, ideoque catharticis omnibus aloën admiscendam censet, neque iis vti consulit, nisi morbus sine febre sit. At vbi febres sunt, satius esse dicit, eius rei causa cibos potionesque assumere, qui simul & alant, & ventrem molliant.

* *cap. 12. lib. 2.*

14 ἔξωθεν ξυφῆ] Hunc locum mihi innuere videtur Galenus lib. 3. de fac. natur. cùm scribit per easdem vias ab exterioribus partibus intrò ferri alimentum, per quas priùs delatum fuerat, his verbis: οὐ δὴ θαυμαστὸν, εἰ κἀκ τῆς ἐφάπτης ὁπηφανείας τῆς τοῦ δέρματος μέχρι τῆς ἐντέρων τε καὶ τῆς καρδίας ἀφικνεῖται τὸ μεταλαμβανόμενον, ὡς καὶ πρὸτερον τοῖς Ἱπποκράτους ἡμᾶς ἐδίδαξεν, κ πνεῦμα μόνον ἢ τοιοῦτόν τι φάσκων, ἀλλὰ καὶ τῆς ξυφῆς αὐτοῦ ὀκ τῆς ἐφάπτης ὁπηφανείας, αὖθις ὅλη τῆς ἀρχῆς ὅθεν ἀπηωρεῖτο καταφέρεσθαι. Quæ ferè omnia videntur in Commentarios qui in hunc librum Galeni nomine circunferuntur esse translata.

15 ξυρρόια μία] Multis locis ista adducit Galenus indubitata ex Hippocrate, præcipueque lib. 1. de facult. natur. & lib. 3. vbi & alimenti delationi per easdem vias per quas priùs delatum fuerat, vt hîc quoque tribuitur, & corporis attractrici aut expultrici facultati. Libro quoque 2. de differ. febrium, & libr. 1. de vsu pulsuum. Lib. etiam de rigore palp. & tremore, & lib. 1. de vsu partium, vbi legit, κατὰ μὲν ὁλομελείαν πάντα ξυμπαθέα, κατὰ δὲ τὰ μέρεα, τὸ μέρεος ἑκάστου πρὸς τὸ ἔργον. Et lib. 2. de causis pulsuum, vbi legitur, πάντα πᾶσι συμπαθέα, φύσις κοινή. Hunc etiam locum ex Hippocrate adfert Alexander Trallianus libro primo. capit. de Melancholia.

16 μία φύσις] Hoc ad calorem vitæ fontem & principium refert Gal. quo præsente omnia ad vitam administrantur, eoque absente omnia deficiunt.

17 τριγαλισμὸς] τριγαλισμὸς est pruritus ac titillatio totius corporis. τριγαλιον & τριγαλίω ἐρεθισμὸν dici scribit Erotianus, à mulieribus libidine prurientibus deducto nomine, vt scripsimus in nostra Œconomia, hoc subindicato loco, quem etiam ab Erotiano denotari diximus.

18 ὀπλησίη] Sic quidem legunt omnia quæ vidimus exemplaria, sed Caluus λειπψυχίη legisse videtur.

19 ὕδωρ] Sic legunt publicata omnia exemplaria. Vaticana verò scripta, ὕδωρ γλυκὺ ὕδωρ legunt, quam lectionem secutus est Caluus. Eadem quoque paulò post legunt, τοῦ οἴσει τὸ μᾶλλον, οὐ οἴσει τὸ ἧσσον, quam etiam lectionem sequitur Caluus.

20 ἀραιότης σώματος] Hic locus adducitur à Galeno libro primo & sexto salubrium, vbi etiam paulò aliter legitur. Ex quibus locis magna pars eorum quæ in Commentariis hisce scribuntur, desumpta videtur. Et libello quoque de optima corporis constitutione, & Comment. 3. in librum sextum epidemiõn. Hunc etiam locum mihi subindicare videtur Galenus libr. de Caus. pulsuum, cùm scribit: πρόσεστι τοῖς τὸ πνεῦμα ὀξυπνοῖς ἔπιμον, οὐ μικρὸν ἀναθὸν εἰς ἐπανόρθωσιν νοσημάτων, ὡς καὶ πρὸς Ἱπποκράτους ἐλέγετο.

21 πνεύμαν ὀκανθίω σώματι] Galenus in Commentariis hanc alimenti contrarietatem ad pulmonis primam constitutionem & vasorum in eo formam refert, qua leuissimum, tenuissimum & valdè spirituosum sanguinem, quo alitur, attrahit, cùm reliquæ partes crasso & optimo sanguine nutriantur. Alij ad alimenti motionem contrarietatem istam referunt, cùm aër qui spiritus est alimentum, per corporis ambitum in pulmones & cor attrahatur, sanguis verò ab hepate veluti ex penu interiore, in extremos corporis artus & omnia membra suppeditetur.

22 ἀρχὴ ξυφῆς πνεύματος] Istum locum ex Hippocrate adfert Galenus lib. περὶ χρείας ἀναπνοῆς, vbi pro δίψαπνοῆ, ἀναπνοὴ legit. Lib. quoque secundo de plac. Hippocrat. & Plat. istam sententiam explicat, vbi & eadem ferè à Gal. scribuntur, quę in Commentariis in hanc sententiam.

23 ἀρχὴ καὶ ὑγρῆς] Hanc quoque sententiam Hippocrati adscribit Galenus libro 2. de plac. Hippocrat. & Platon. loco supra adducto.

24 ἡ δὲ ἀρχαιοτέρη] Hunc locum adducit Galenus ex Hippocrate libello de Vteri conceptu, quo probat animal esse quod vtero continetur, vbi δι' ὀδηφαγίου ὀμφαλοῦ λεγόμενον τὸ ἔμβρυον τρέφεται, ὁ τοῦ ἐν τῇ μήτρᾳ ἐστὶ ἀρχὴ καὶ ὑγρῆς ἀναπνοῆς, ὑπὸ τῆς ἀρχῆς ἀναπνεόμενον, ὡς τὸ πρὸτερον τοῖς Ἱπποκράτους ἡμᾶς ἐδίδαξεν, κ πνεῦμα μόνον ἢ τοιοῦτόν τι φάσκων, ἀλλὰ καὶ τῆς ξυφῆς αὐτοῦ ὀκ τῆς ἐφάπτης ὁπηφανείας, αὖθις ὅλη τῆς ἀρχῆς ὅθεν ἀπηωρεῖτο καταφέρεσθαι. Quæ ferè omnia videntur in Commentarios qui in hunc librum Galeni nomine circunferuntur esse translata.

25 ῥίζωσις φλεβῶν] Hæc verba sæpiùs adfert Galenus ex Hippocrate lib. 6. de plac. Hippocr. & Plat. vbi hepar venarum originem, vt cor arteriarum esse ex Hippocrate confirmat. Vbi etiam cur ῥίζωσιν à plantis ad animalia transtulerit indicat, & ῥίζωσιν velut originem tum venarum tum arteriarum ex hepate & corde tanquam ex radice pendêre. Et quemadmodum ex plantis, radicationes deorsum aguntur, & stirps sursum exoritur, ita è corde arteriæ, & è iecinore etiam venæ in vniuersum corpus distribuuntur. Atque illæ venæ radicibus sunt similes, quæ in ventrem pertingunt, vt ex Hippocrate libr. περὶ χυμῶν confirmat. In hisque omnibus (vt ibidem eleganter scribit Galenus) ἡ ῥίζωσις ἀρχὴ τῆς πυκνότητος, ἡ τῆς ἀρχῆς ἡδύτητος μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς νῦν διοικήσεως. Hunc etiam locum adfert Aretæus, vt grauissimus ita & vetustissimus author, cap. 7. lib. 1. περὶ ὀξέων & cap. 13. lib. 1. περὶ χρονίων.

26 δυνάμις μία] Hunc locum ex Hippocrate adducit Galenus Comment. ad aphorif. 16. libri secundi, his verbis: παραγγέλλει τοῦτο ἀεὶ μεγάλως ὁ Ἱπποκράτης τῆς φυλακῆς, ἐρρωμένου πάντα τὰ ζῶα διοικοῦσιν δύναμιν. ἐαὶ τε ὂν τῆς τῆς ἑνικὸν ἀριθμὸν ὀνόματι δυνάμεως, αὖθις κατὰ τὴν πληθυντικὸν δυνάμεις, οὐ δύοισ. καὶ τὸν κατὰ τὸν ἀεὶ τῆς ξυφῆς αὐτὸς εἶπε, δυνάμεις μία, καὶ οὐ μία. τῆς δὲ τὸ ῥῦθος δηλονότι ἐμφαίνων μίαν τῆς δυνάμεως, ἰδίας δὲ πλείους ἔχειν. Quam eandem expositionem adhibet in Commentariis qui eius nomine circunferuntur.

27 τρέφεται τὰ μὲ] Sic lego cum Galeno, cùm tamen exemplaria omnia τρέφεται superioribus iungant.

28 δίψα θέσις ἀθληπικὴ] Hunc locum multis libris ex Hippocrate celebrat Galenus, vt ὀν τῇ περιπατητικῇ λόγῳ πρὸς τοὺς πόνους, & libr. περὶ εὐξίας. Item lib. ad Thrasybulum num ars sanit. tuendæ ad Medicinam pertineat, vbi duobus locis hunc in modum legitur δίψα θέσιος ἀθληπικῆς οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων. Eadem etiam quæ in Commentariis ad hunc locum circunferuntur, illic adscribuntur, nominatimque Platonis locus ex lib. 3. de Repub. Hîc verò iure quodam ἕξιν τῇ δίψα θέσει opponit, quòd τῆς ἕξεως nomen ad corporis mediocritatem & symmetriam naturæ referatur, & ab antiquis verè sanè corpori attributum sit, cùm sit ἕξις, ἐμμονὴς τοῦ θεραπεύοντος δίψα θέσις. Bonus autem athletarum ad summum habitus, & facilè mutabilis est, & periculosus. Nam cùm neque incrementi capax sit, siquidem ad summum peruenit, neque possit in eodem consistere, neque quiescere, reliquum est, vt in deterius ruat, vt scribit Galenus in orat. suasoria ad artes. In quibus etiam omnibus locis animaduertendum est Galenum ὀν πᾶσι non addere, sed sequentibus adscripsisse, contra tamen omnium codicum fidem.

29 μέγα τὸ ποσὸν] Quod hîc de alimentorum quantitate effertur, ad auxiliorum medicorum quantitatem transfert Galenus, initio libri ad Glauconem his verbis: καὶ μὲν δὴ καὶ ὅπερ μέγα τὸ ποσὸν εὐτάκτως συναρμοσθὲν ἐς δύναμιν, ὁ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ ἔγραψεν.

30 πεῖόδοι] πεῖόδοις naturales intelligit, velut sanguinis & alimenti circuitus & motus, quibus à natura ad vterum, deinde ab vtero in mammas ad fœtus nutritionem defertur. Quæ tamen Galenus in Commentariis ad quatuor fœtus tempora retulit.

31 ζωοτοκεῖ τὰ μὴ ζῶα] γίνεται pro ζωοτοκεῖ legit Gal. in Comm. quemadmodum etiam libello de vteri conceptu γίνεται τὰ μέρεα legit, ex isto quoque loco probat quod vtero continetur animal esse, etsi longè aliter mihi legisse videtur.

32 φύσιες πάντων] Hanc sententiam multis locis celebrat & miris laudibus extollit Galenus, vt libr. 1. de vsu part. & libr. 6. de loc. aff. vbi hœdi statim in lucem editi naturalem industriam in obeundis naturæ muniis pro exemplo affert, cuius etiã meminit Comment. 5. in lib. 6. epid. Quibus duobus in locis φύσιες ζώων ἀδιδάκτοι legit Galenus. At libello de vteri conceptu, φύσιες πάντων ἀδιδάκτοι legit. Quod etiam scriptum est ab Hippocrate aph. 2. sect. 5. lib. 6. epid. ἀπαίδευτος ἡ φύσις ἐοῦσα, τὰ μαθοῦσα, τὰ δέοντα ποιέει. Quod est huc à Galeno adscriptum.

33 ἀκροατὴς] ἀκροατὴς ex hoc loco exponitur τὸ δὴ βραχὺ μεταβολικὸς Galen. in Exegesi, vt scripsimus in nostra Œconomia. Indicat enim hunc locum Gal. libr. περὶ αἱρέσεως αἱρέσεως, vbi aliter legitur his verbis: καὶ τοῦ ποιότητα ὀκ τῆς δυνάμων διαφορᾶς λαμβάνει δῆλος ὅστις. φησὶ γὰρ που. σίτος νέοισι τοῖς ἄκρος ἀκμαίζουσιν ἀμεταβλήτος. χρόνοισι δὲ τίνος μεταβεβληκότος. Quibus in verbis post ἄκρος distinguendum censeo, vt ἄκρος μεταβεβληκὼς intelligatur ex mente Hippocratis, idem qui ἀκροατὴς, cibus leuiter ac parum immutatus. Aliôqui si ἄκρος ἀκμάζουσι iungas (quod fecit interpres) ætates tantùm duas includas, contra Hippocr. mentem. Quod etiam mihi animaduertisse videtur Hieronymus Mercurialis cap. 7. lib. 2. variarum lectionum.

34 ἐς τύπωσιν] Omnibus est notum ista de fœtus conformatione, motione, & editionis tempore accipi, vt motionis tempus duplum conformationi respondeat, & editionis in lucem tempus triplum sit, ad id quo fœtus mouetur. Quod ex Gal. Commentariis ad hunc locum Arabum doctrina in medium protulit, & ex fragmentis Galeni à Rabi Mose Collectis ex hoc loco adscribitur.

35 ἐς δίμκρισιν] Vaticana exemplaria manuscripta legunt, ἄλλοι, ἐς δίμκρισιν. Quam etiam lectionem secuti sunt Caluus & Cornarius.

36 ἐν τῷ ἔτει τοῦ] Hunc locum aliter legisse Gellium apparet cap. 4. lib. 3. Noct. Attic. Ex quo reponendum quidam censent, ἔτεσι τοῦ ἐν τῷ ἔτει ἑκτομίου γρύνησις. Ad idque interpretationem ex Sabino quam adscribit Gellius apponunt, quæ etiam cum ea quam ex Sabino hoc loco adfert Gellius planè conuenit. Verùm ista mihi accipi videntur de non satis determinato ac Medicorum rescriptis stato gestationis fœtuum aut partus tempore, ac de varia mensium partus numerandi ratione.

37 γίνεται ὑὸ τοῦτοισι] Hunc locum certè longè aliter legit Gellius, hoc modo, γίνεται ὑὸ τούτοις καὶ πλέω καὶ ἐλάττω, καὶ ὅλον καὶ κατὰ μέρος, τοῦ λόγου μὲν δὴ τοῦ πλείονων, τοῦ ἐλάττω ἐλαττόνων. (Sic enim apud eum legendum censeo.) Quem locum etiam de velocione ac tardiore fœtuum editione exponit. Quam certè lectionem Galen. in suos Commentarios transtulisse apparet. Nos tamen codicibus omnibus vulgatam lectionem secuti sumus, & de longiore aut breuiore fœtuum tempore cum Interpretibus accipimus, neque tamen multò productiore aut contractiore, quod tamen neque tam certum est, quin interdum euariet.

38 ὀστέων ξυφῆ] Id de ossium conformatione, aut quibus diebus consolidentur explicat Galenus. Cui conuenit quod in Rabi Mosis fragmentis collectis scribitur, ex Galeni Comment. 4. in lib. de alimento. Nasi ossa fracta, diebus decem sanantur, maxillæ, clauiculæ, pectoris, & frontis diebus viginti, humeri diebus triginta, pedis verò & brachij, diebus quadraginta, coxæ, diebus quinquaginta. Eundem sanè dierum numerum his ossibus conformandis assignat Hippocrates libr. de fractur. & artic.

39 πρός τι πάντα] Hunc locum verè Hippocraticum agnoscit Galenus lib. 1. de Compos. med. κατὰ γῆν, his verbis: ἐνὶ δὲ λόγῳ μεμνῆσθαι χρὴ τῶν ὑὸ Ἱπποκράτους γεγραμμένων καὶ τὸ πρὸς ξυφῆς, ὡς ὀν τῷ πρὸς τι, τό, τε φαῦλον, τοῦ τὸ φαῦλον λέγεται, καὶ δηλονότι τὸ βλαβερόν τε καὶ ὠφέλιμον. Rursusque libro sexto Compos. pharm. κατὰ τόπους, cùm scribit, ἅπαντα δὲ ὀν τῷ πρὸς τι τὸ γε ὠφελεῖν ἔχει, τοῦ τὸ βλάπτειν, καὶ τῶν Ἱπποκράτης οὐπώποτε ὧν οἶδα πρόσθεν παύων, οἱ μετ' αὐτὸν ἠκολούθησαν.

40 καὶ πρόσθησι τῶν αὐτῶν] Sic quidem legunt quotquot mihi videre licuit exemplaria. Interpretes tamen omnes τὸ αὐτὸ legisse videntur. Quam lectionem etiam retinuit Gal. Commentarius. Zuinggerus tamen τὸ αὐτὸ legere maulit.

41 καὶ ἀναπνοὴ πνεύματος] Sic quidem legunt exemplaria omnia. Sed πνεύμονος legisse videtur Caluus.

42 ἡ δυσκαποίωτος] Hunc locum ex Hippocrate adducit & explicat Gal. Com. ad aph. 18. lib. 2.

43 καὶ ὁκόσοι ἰσχέης πρόσθεσιος] Hunc etiam locum exponit Galenus Comment. ad aphorif. 11. libr. 2. vt & in Commentariis in hunc locum, aphorismum illum apponit. Et libro tertio de Caus. pulsuum. Sed in aphorismis legitur, ὁκόσοι ἰσχέης πρόσθεσιος δέουται, ὑγρὸν ἵημα ἐς ἀναλήψιν δυνάμιος δρίσον. ὅκου δὲ ἔτι ἰσχυτέρης, δεῖ ὀσφρύσεως.

44 ὑγρασίη ξυφῆς ὕγμα] Hunc locum ex Hippocrate adfert Galenus lib. 4. de Vsu partium, & Comm. 3. in libr. de rat. vict. in morbis acutis. Vbi eadem fere quæ in Commentariis in hunc locum scribuntur. Eundem etiam locum ex Hippocrate vsurpat Alexander Trallianus capite primo libro sextio. eoq; etiam alludit Aëtius capit. 165. serm. 3. Tetrab. 1. cùm ὕδωρ ξυφῆς ὕγμα vocat.

IN LIB. DE RAT. VICT. IN MORBIS ACVTIS.

30 Οἱ ξυγγράψαντες] Variam esse & multiplicem huius libri inscriptionem omnes palam fatentur, & diuersa authorum scripta clamant. Interdum nanq; περὶ πλειστάνης indicaturam præsefert, quòd prisanæ, quæ ex hordeo fit, laudes vno volumine condiderit Hippocrates, quæ omnes in alicam transierunt. Quam denominationem agnoscit * Plinius, & ** Cælius Aurelianus, eam tamen sæpiùs conuellit Galenus. Sunt etiam qui πρὸς τὰς κνιδίας γνώμας inscribi velint, quòd Cnidiorum Medicorum placita hîc insectetur Hippocrates, ideoque ad Cnidias sententias scriptum hunc librum dicit Cælius Aurelianus lib. 402. Eamque inscriptionem agnoscit Galenus lib. 3. περὶ διάτ. & Comment. 2. in lib. περὶ ἀγμῶν, & Pollux in dictione ὀξύβαφον, & Rufus Ephesius ὀν τῷ περὶ αὐστηρὸν μοιρίου. Sunt quoque qui περὶ διαίτης dici velint, quòd hîc præcipuè victus ratio intendatur. Alij etiam περὶ ὀξέων νοσημάτων, quòd præter victus rationem, reliqua etiam morborum acutorum curatio non minimùm hîc instituatur. Quas certè omnes inscriptiones agnoscit Athenæus libro secundo, qui etiam huius libri dimidium nothum & illegitimum esse scribit, non secus ac multa hoc in libro passim habet suspecta Galenus. At huius libri authorem Hippocratem Heraclidæ filium agnoscit Galenus Commentar. in hunc librum, & libro tertio περὶ διατροφίας. & libr. 3. de aliment. facult. Erotianus certè in librorum Hippocrat. recẽsione inter διαιτητικὰ reponit, & εἰς δίαιταν refert, etsi περὶ πλειστάνης vocat. Ex quo non malè διαιτητικὸν ab Hippocrate vocari scribit Cælius Aurelianus cap. 29. lib. 2. acut. etsi aliôqui non parum in hunc librum animatus apparet, in eoque sæpiùs exagitando animi morbum prodere videtur. At verò Cnidiorum Medicorum placita commemorantur à Galeno lib. 1. Meth. med. eiusque familiæ princeps Euryphon clarusse.

* *cap. 7. lib. 28. & cap. 25. lib. 22.*

** *cap. 12. lib. 1. acut. & lib. 2. cap. 19.*

2 ὁκόσα ὑὸ πρόσκαιρα παθῶν χρὴ] Quænam prætermissa sint à Cnidiis Medicis, variè à multis accipiuntur, verùm ea refert Galenus ad scopos in ratione victus ægrorum animaduertendos, quos negligenter & nimium supinè omiserant Cnidij, quales sunt, morbi natura, morbi concoctio, excrementorum vacuatio, doloris lenitio, cibi ingesti ad intestina descensus, ægri virtus & vires, consuetudo, corporis natura & temperies, morbi vigor, cæteraque id genus, quæ ad victus rationem ægris instituendam maximum habent momẽtum, & ad artis dignitatem plurimum valent, sũtque ad artificialem coniecturam peropportuna, quæ postea explicat Galenus.

3 ὡς χρὴ ἔκκαυσιν ἐπιτρεύειν] ἢ ὡς χρὴ ἔκκαυσα ἐπιτρεύειν habent membranæ Vaticanæ, vt satis patet ex Caluo, cuius lectionis etiam meminit Galenus.

4 φάρμακα ἐλατήρια διδόναι] Ex hoc loco proprio quodam modo mihi videtur Erot. ἐλατήρια apud Hipp. exponere κοινῶς ἢ κάτω κοιλίας καθαίρουσα.

5 τὰς δὲ ἀριθμοὺς ἑκάστου] Hunc locum mihi disertè exprimere videtur Erot. cùm scribit, ἀριθμοὺς, ἢ ὀνόματα ἤτοι καλεῖ. Morborum nãq; nomina intelligit, quibus in indiuiduis morbos distinguebant & numerabant Gnidij Medici.

6 δοκέει δέ μοι αἴτια γραφῆς εἶναι] Hunc totum locum fusissimè exponit Gal. lib. 9. de plac. Hipp. & Plat.

7 οἱ δὲ ἕνες αὐτέων] οἱ δ' αὖ ἕνες αὐτέων legũt scripta quædam exemplaria Regia.

8 ἴσως οὐδὲ προσδαλλόμενα εὐείσκει] ἀφίσκεται pro εὑείσκεται legũt exemplaria quædam manu scripta, satis probabili lectione, hoc sensu, fortè etiam neque si proponuntur, soluuntur aut decernuntur, hoc est, de quibus nihil statuatur aut decernatur.

9 πίσσαν μὲ οὖν] Hunc locũ mihi expressisse videtur Plin. cap. 25. libr. 22. Aretæus etiam imprimis verus & grauis author in Curat. pleuritidis, eundem sic imitari videtur, de ptisana sermonem faciens, ἰκανὴ μὲ ὑγιῆσαι καὶ θερμῆναι, διαπαῖ δὲ νοῦσι φλέγμα καὶ σκληρὰ. αὐτὸ δὲ αὐτὰ γὰρ μὲ ἀπόπνοα, ὀκόσα ἀμάγεται χρὴ, ἐπάγει δὲ ῥηϊδίας ἢ κοιλίας. προσωλὲς δὲ τὸ λεῖον αὐτῆς, καὶ ἐς κατάπασιν εὔκολον. ἀπὰρ καὶ τὸ γλίσχρον θερμασίας προσοῦνει, ὑμένας καθαίρει, πιπαίνει βῆχας, πάντα μαλθάσσει.

